

DIAS, Philippe (O.F.M.)

Summa praedicantium ex omnibus locis  
communibus locupletissima / edita a  
Fratre Philippo Diez... Ordinis Minorum  
Regularis Obseruantiae... ; tomus  
secundus. -- Salmanticae : Excudebat  
Ioannes Ferdinandus, 1589

1060, [12] p., a-z8, 2a-2z8, 3a-3x8 ;  
4°

Port. con grab. xil. -- Apostillas  
marginales


1. Moral cristiana-Sermones 2.  
Kristau-morala-Sermoiak I. Título

R-5837 An. ms. -- Enc. perg.,  
deteriorada. -- Firmas autógr. en h. de  
guarda y port.

R-6425 Ejemp. falto de port. -- Datos  
tomados de CCBE S. XVI, 715. -- An. ms.  
en h. de guarda. -- Enc. perg. -- Firma  
autégr. en h. de guarda

~~1~~  
Alfred  
H. Jones

2-6425





# LABORES IV- STORVM.

**N** laboribus nostris oportet semper, vt ad Deum  
recurramus: nam sicut omnes ab eius sanctissima  
manu proueniunt, ita ipse solus nos ab illis po-  
test eripere. Si destruxerit, nemo est, qui ædificet:  
si inluserit hominē, nullus est qui eripiat, inquit  
sanctus Iob. Quare inanes illorum hominum cogitationes sunt,  
qui non Dei gratiam, & benevolentiam sed fortunas, & faculta-  
tes iure, vel iniuria auide quærunt, quo calamitates, & vitæ mise-  
rias fugiāt, dicēte Ecclesiastico. Noli attendere ad possessiones ini-  
quas, & ne dixeris: Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderunt  
in tēpore vindictæ & obductionis. Includit vero Deus eū homi-  
nem, cui nihil prospere cadit, nec res, quas versat fœlices vllos exi-  
tus habent, sed in quodcunque latus se vertat mala multa, & mise-  
riæ urgent, vt tanquam in carcerem, & malorū vincula coniectus  
eius videatur. Et ita David miserum vitæ suæ statum describens,  
se homini cōparat in custodiā tradito dicens. Posuerūt me in la-  
cu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. In Hebræo vero  
est. Posuisti me in lacu inferiori, quo clarius ea, in qua versamur  
sententia, exprimitur. Quādo nos tribulationibus oppressos cō-  
spexerimus humiliter cogitare debemus pro peccatis nostris nos  
à Deo ita affligi, & flagellari: quamuis enim illa tēporibus presen-  
tibus non cōmiserimus, tamen pro peccatis, & sceleribus in iuueni-  
tute commissis Deus nos punire vult sicut sanctus Iob confiteba-  
tur dicens. Consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Et in  
Hebræo dicitur. Fecisti, vt possiderē peccata adolescentiæ meæ, &  
ita interpretatur Chaldæus. Græcus vero interpres transtulit, Tri-  
buisi mihi peccata adolescentiæ meæ. Est autem elegans, & eru-  
dita phrasis Hebræa, vt tunc homo peccata possidere dicatur cū  
eorū fructus percipit, id est, eorū poenas patitur. Nam poena ex

Iob. 122

Ecclesi. 5.

Psalm. 37.

Iob. 13.

## Labores iustorum.

4

Psalm. 17.

natura sua ex culpa nascitur. Id etiam David significasse videtur dicens. Cōuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descēder. Tunc sciūt iniqui, quā dura, & grauis & amara res sit flagitium, quod antea iocundum videbatur. Cum igitur poena perse, vique sua ex peccato oriatur, est quidem prudentis hominis cum poenam subierit, scelus licet iam pridē fuerit susceptū in memoriā reuocare, timereq; sibi, ne tunc à Deo vindicetur. Nam diræ vltices calamitates nonnunquam sunt, quia sceleratum hominem, licet sepe sero, tandem tamen assequuntur. Quare prudentes filij Iacob inter se cōmunicabant dicentes. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratre nostrum. videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, deirco venit super nos ista tribulatio. Est autem stulti & perditī hominis calamitates, in quas incidit, nūquam sua culpa sed vel alterius malitia vel casu, & fortunæ temeritate, vel temporum miseria semper euenisse, putare.

Gen. 42.

Simile.

Naues ventis secundis per mare prospere nauigare solēt. Cōtra vero in nauigatione spiritali euenit: nam ventis, qui secūdi videntur, quales sunt diuitiæ, salus & honores, ac cetera huiusmodi non bene nauigatur, quin potius periculosi esse solēt: aduersi autem venti vtilēs sunt, ac securi. [ El viento contrario de la pobreza, y abatimiento haze desuiarla nao de la consciencia de los riesgos de la soberbia, y ambicion donde tantas almas han dado al traues. ] Aegritudines etiā, quas caro tantopere pertimescit, sæpe eueniunt tanquam contrarij venti impediunt animas, ne per infimos luxuria: locos nauigēt relicta altissima orationis, & contēplationis nauigatione, id est, [ Las enfermedades como vientos contrarios muchas vezes impiden que no encallen las almas en los cienos y baxos de la luxuria y hazen que nauyguen por los altos de la oraciō y contēplaciō ]. Quapropter labores huius vitæ debent ab hominibus tanquam singulare Dei beneficiū reputari. Quādo aliqua domus cōburitur, Dominus eius magnū sibi beneficiū exhiberi putat, si aqua afferatur, & super ignem infundatur, quia ipse ignis extinguitur. Sic quoties ignis peccati in cordibus nostris inflammatur, ingentes gratias Deo agere debemus, eo quod nobis aquas tribulationis, miseris, quibus earum flamma ac tantum incendium extinguitur.

et. m. l. 19

Stille.

Labo-

# Labores iustorum.

5

## LABORES IUSTORVM.

B. Grego. in  
prologo Mo  
ra. c. 5.

7 **B**Eatus Gregorius in prologo *Moralium* agens de causa, ob quam Deus Sanctum Job tā acriter voluit affligere, inquit. Subtilius perscrutandū est, cur tot flagella pertulit, qui tantam virtutū custodiā sine reprehensione seruauit. Qua virtute carebat, aut quod vitiū habebat, vt sic Deus in eum animaduerneret? Nunquid homo inflatus erat, aut arrogans, propter quod Deus illum voluit submittere, sicut superbos humiliare solet? Idē Sāctus Doctor respondet dicens. Humilitatē quippe habuit, quia ipse testatur. Si cōtempsi iudiciū subire cum seruo meo, & ancilla mea, cū disceptarēt aduersus me. Nūquid deerat ei hospitalitatis virtus tantopere in sacris literis commendata? Minime profecto, quoniam ipse de se ipso ait. Foris non mansit peregrinus, ostiū meū viatori patuit. Nunquid avarus erat, & erga pauperes parcus? Nequaquā, ipse enim inquit. Si comedi buccellā solus & pupillus non comedit ex ea. Nunquid homo sensualis erat, & carnali voluptati deditus? Nec hoc habebat, nam ipse inquit. Pepigi fædus cū oculis meis, ne cogitarē de virgine. Cum ergo humilis, compassiuus, misericors, castus, ac plenus tanta sanctitate extiterit, quare Deus in eum tanto rigore, & seueritate vtitur? Ad hoc, inquā, respondet B. Gregorius dicens. Cum omniū virtutū mandata perficeret, vnū deerat, vt etiam flagellatus gratias agere sciret, hoc est, vt non solū in prosperis sed etiā in aduersis sciret manus suas in cælum leuare, ac dicere. Benedictus sis Domine Deus, qui mei omni tēpore recordaris, Dñs dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factū est: sit nomen Domini benedictū. Hęc est vna ex præcipuis causis, quare Deus iustos punire, & flagellare solet. Atq; ita D. Paulus inquit.

8

9

Idem. B. Grego.

Ad Hebr. 12:

## 6. Labores iustorum

tionibus, sed & aliquādo docet per labores, & aduersitates, quas ho-  
minibus mittit, sicut fecit D. Paulo, de quo dixit. Ego ostendā ei,  
**Ad Rom. 9. c.** quanta oporteat eum pro nomine meo pati. His præiactis dici-  
mus, sanctum Apostolū cum in præsentiarū inquit, in disciplina  
perseuerate, per disciplinā intelligere aduersitates, & labores, quos  
Deus seruis suis mittit, per quos eos docet, & ipsi addiscūt virtu-  
**Ad Roma. 7.** tem patiētiae, ex qua spes oritur sicut idē apostolus testatur dicēs.  
Patientia spem operatur. Et hinc sumpsit nomen suppliciū quod  
religiosis infligitur, vt disciplina vocaretur, quoniā intentio præ-  
lati illā infligentis, & recipientis non solum debet esse ad satisfa-  
ctionē culpe (sicut sæcularibus euenit delinquentibus) sed præci-  
pue debet esse, vt religiosus in virtute patientiæ humilitatis, atq;  
in alijs virtutibus se exerceat. Et hoc voluit hic significare D.  
Paulus cum ait. In disciplina perseuerate, quasi dicat. Ne deficia- **11**  
tis, fratres mei, in persecutionibus, quas Deus vobis mittit, ipsæ  
enim sunt quædam doctrina, qua ille suos docet, & quædam disci-  
plina, in qua vos debetis patientiam addiscere, vnde oritur ad gra-  
**Matth. 5.** tiā & gloriā dispositio, iuxta id, quod scriptum est. Beati estis cū  
maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint  
omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete, &  
exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Ex his, quæ dicta sunt, sequitur quædam differentia, quæ inter  
filios regni Dei, & regni perditionis versatur, videlicet quod fla-  
gella, & punitiones, quæ illis infliguntur sunt doctrina, ac discipli-  
na virtutū, alijs autem scilicet improbis omnia illa supplicia ce-  
dunt in perditionem ipsorum. Quod ex Sacra scriptura videre li-  
cet, nam cum Deus plagas, & supplicia super Pharaonē, & super **12**  
Nabuchodonosor misit, omnia illa impio Pharaoni in pœnam  
duntaxat suorum peccatorum extiterunt, ex illis enim nullā edu-  
xit vtilitatē, quin potius ex eis maioris obstinationis sumpsit oc-  
casione, at vero regi Nabuchodonosor fuerunt quædam discipli-  
na, & doctrina vbi ipse didicit contēptum sui ipsius, & maximū  
Dei valorem: etenim postquam septem annis per campos fenum  
vt hos comedit, & ab hominū cætu, & congregatione separatus  
fuit, ipse de se ait. Igitur post finē dierū ego Nabuchodonosor le-  
**Daniel. 4.** nauai oculos meos in celū, & benedixi altissimo, & viuente in sem-  
piternum laudauī, & glorificaui, quia potestas eius, potestas sem-  
piterna, & regnū eius in generatione, & generationem & omnes  
habita-

83 habitatores terræ apud eum ad nihilum reputati sunt. Sit igitur conclusio ex omnibus supra dictis, quod quando religiosus, aut Christianus aliquem fructum, & emolumentum ex supplicio, à prælatis suis inflictò eduxerit (sicut eduxit Nabuchodonosor) tunc huiusmodi supplicium appellabitur disciplina ab effectu, eo quod didicit vitam suã corrigere: quando autē obstinatus, vt antea, remanserit, vocabitur tormentum, aut poena sicut illa, quam in inferno damnati patiuntur. Cæterum vt nos moueret sanctus Apostolus ad labores patienter tolerandos, addidit statim. Tanquam filijs vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? Quis, id est, qualis erit & remanebit filius, quem pater nõ correxerit? Quã sine timore Dei, & absq; pudore hominũ, quã rebellis suis magistris, & prælatis, quam sine respectu maioribus

84 & quam altius æqualibus, quam inhumanus erga inferiores, & quam sine lege erga amicos, ac denique quam obliuis, & ingratus suis benefactoribus? Qualis filius, quem nõ corripit pater? Quam corruptus moribus, quam lasciuus verbis, quam dissolutus vita, quam perniciosus Reipublicæ, quã promptus ad discordias, quã dissipator opum, & facultatum, quas ei parentes reliquerunt, quã deditus ludo die ac nocte, & quam ignominiosus omni generationi & posteritati suæ? Quis ergo tantorum malorum causa fuit nisi pater, qui filium suum non corripuit? Scitote fratres mei omnes creaturas in vltimo iudicij die improbos peccatores esse accusaturas, [y les han de poner diuersos cargos cõ los quales los hã de confundir, y tomar como entrepuertas, para q̃ no puedan responder:] at improbos parentes non solum creaturæ, verum etiã proprii filij accusabunt, & erunt præcipui eorum accusatores. Hoc sapientissimus Ecclesiasticus testatur dicēs. De patre impio que-

Ecclesiastica  
c. 30.

remur. De illis ergo ò Domine conquerimur & iustitiam ò  
 postulamus siquidē nostrę perditionis causa extiterunt. Merito  
 sacra scriptura patres impios his verbis ( De patre impio cōque  
 rūtur filij, ) vocat non illos qui filios suos fame perire sinunt,  
 nec eos, qui natos domo sua expellunt, aut exhæredāt, sed eos  
 patres impios appellat, qui filios in toto vitæ tēpore non casti-  
 gant, sed omnia scelera corū impunita relinquunt. Vt hinc aper-  
 te intelligatur, pietatē patris erga filium non consistere tātum  
 modo in curando illum, dum æger est, aut ipsi tenerrime indul-  
 gendo, sed in puniēdo ipsum, & grauius increpando, cū impro-  
 bus est. In hoc ergo amor parentū ostēditur. Et quoniā Deus fi-  
 lios suos electos tanquā pater pijsimus summo amore prose-  
 quitur, idcirco eos punit; improbos autē sæpe numero impuni-  
 tos relinquit. Quod & insinuat D. Paulus, dum verbis superio 17  
 ribus adiecit sequentia. Quod si extra disciplinā estis cuius par-  
 ticipes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Pro cu-  
 ius loci expositione præsupponendum est quod illa differētia,  
 quæ est inter filios spurios, qui nascuntur ex adulterio, & inter  
 filios legitimos, qui nascuntur ex legitimo matrimonio respec-  
 tu hæreditatis tēporalis eadē prorsus est inter reprobos, & præ-  
 destinatos erga Deum, & respectu hæreditatis æternę. Nam cer-  
 tum est, filios adulteros secundum leges humanas non esse ad-  
 mittēdos ad hæreditatē paternā, sed legitimos duntaxat. Sic re-  
 probi in hæreditate cælesti nullā partem habent, sed solum illi,  
 qui secundum electionē æternā eliguntur. Hoc præhabito San-  
 ctus Apostolus hanc facit consequentiā. Si Deus ò fratres mei  
 vobis prosperitates absque aliqua mixtura aduersitatis mittit, 18  
 quid ex hoc sequitur, nisi vos non esse filios legitimos quibus  
 hæreditas debetur, sed adulteros, quibus nō debetur? Ac si aper-  
 tius diceret, Sequitur ergo vos esse ex reprobis, & non ex præ-  
 destinatis. Hæc autem D. Pauli verba sic ordinanda sunt. Quod  
 si extra disciplinam estis, hoc est, supponite ò fratres, Deum vo-  
 bis omnes prosperitates absq; aliqua aduersitate mittere, ( hoc  
 enim significat extra disciplinā esse) cuius participes facti sunt  
 omnes, id est, cuius disciplinę participes facti sunt omnes præde-  
 stinati, id est, ] Ninguno dellos ay, a quien no quepa parte algu-  
 na de los trabajos deste siglo, ergo qui penitus sunt extra disci-  
 plinam adulteri, & non filij sunt. Consequentia autē probatur

## Labores iustorum.

9

19 ex illis verbis, scilicet, cuius disciplinæ participes facti sunt omnes. Probatur etiã ex plurimis Sacræ scripturæ locis omnes electos gloriã, quæ est effectus prædestinationis per patientiã in aduersitatibus cõsequi & cõparare. Atq; ita sancta Iudith dixit. Omnes, qui Deo placuerunt per multas tribulationes transfierũt fideles. Et B. Paulus ad Thimoth. scribens ait. Omnes qui pie viuere volũt in Christo Iesu persecutionẽ patiũtur. Et ad Romanos inquit. Si filij & heredes, &c. Si modo patimur, vt & cõglorificemur. Quãuis autẽ Deus plurimis ex amicis suis, vt S. Dauid, Abraham Isaac, & Iacob, atq; alijs prosperitatẽ, & affluentiam bonorũ tẽporalium cõcesserit, eos tamen per aliquod tẽporis spatiũ laboribus afflixit, in quibus ipsi maximã cum Deo conformitatẽ habuisse ostenderũt. Itaq; iuxta hanc apostoli sententiã si Deus super vos calamitates, & afflictiones non pluit, vos reputare potestis pro filiis reprobis, & non capacibus eterne beatitudinis. Quæ D. Pauli cõsequẽtia licet nõ fit per locũ intrinsecũ, quippe quæ infallibilis nõ esse solet, tamen est bona consequẽtia à communiter accidentibus, videmus enim plerunq; iniquos homines in hac vita rerũ abundantia frui, probos autẽ maximis tribulationibus vexari.

Iudith 8.

2. ad Timot.

3. c.

Ad Rom. 8

## Labores iustorum.

21 Regulare est omnibus exquirentibus mandata Dei, vt ab impijs, & Dæmonibus obsideãtur, ne ad aliquod bonum exire possint, ita vt vnusquisq; eorũ dicere possit illud Hieremię. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Omnibus enim partibus obsidet, intercluditq; Diabolus à superiori parte per ambitionẽ dignitatũ, ab inferiori per concupiscentiã voluptatũ, & cupiditatẽ diuitiarum: à sinistris per aduersa, à dextris per prospera. Ideo B. Gregorius super Ezechielẽ refert id, quod Dñs Prophetæ mãdauit, nepe vt sumeret laterẽ, in eoq; describeret ciuitatẽ Hierusalem, & ordinaret aduersus eã obsidionẽ, & ædificaret munitiones, & daret cõtra eã castra. Protinus enim quod homo in corde suo terreno cælestis ciuitatis Hierusalẽ describit ordinẽ, desideriumq; pingit, ac cõuersionẽ imitatur, aduersus eũ malignorũ sprituũ insurgit exercitus, obsidet, cingit, circuitq; diuersis machinis, tentamẽtis, ac vitijs, vt vix quo se expediat locũ habeat. Cũ ergo sic circũuentus sit iustus, quid faciet nisi leuare oculos suos in mõtes vnde veniet auxiliũ sibi, & Christũ diuinũ ducẽ sibi defensorẽ, ac adiutorem

Hierem. 3.

B. Grego. ho  
mi. 12. super  
Ezechie.  
Ezechiel. 4.

*Eccle. vii. 9.* **T**orem vocare? Nā in Ecclesiastico dicitur. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eā rex magnus, & vallauit eā, struxitq; munitiones per gyrū, & perfecta est obsidio. Inuētus est in ea vir pauper, & sapiēs, qui liberauit urbē sapiētia sua, & nullus est recordat<sup>9</sup> hominis illius. Hic vir pauper, & sapiēs ( vt vult B. Hieronym. & post eū alij ) est Christus Dñs, ciuitas autē parua est mūdus hic, vbi pauci viri sapientes, & iusti morātur, vndiq; obsessus, & interclusus à Dēmonibus, & vitijs, ita vt perfecta fuerit obsidio, quod nec cōmeatus adduci, nec auxiliares copie ei prestō esse possunt: Christus itaq; Dñs de se dicit. Pauper ego sum, & in laboribus à iuē-  
*1. ad Cor. 1. 1.* *Isai. 1.* **H**ic sapiētia sua liberauit illū secun dū illud Isaiæ. Siō in iudicio redimetur [ por pura discrecion se redimio el mundo, y le descerco 23 ] Iesu Christo summa sabiduria. ] Sed ō pessima hominū ingratitude: nā post tā ingēs beneficiū nullus fere est recordatus hominis illius. Qui ergo totū mundū ab iniuria redemit, tibi etiā ab obsidione tua ō serue Deiliberabit, ideo instāter eius auxiliū implora.

## Labores iustorum.

*Iob. 1. c.**Isai. 1.*

**S**apienter sanētus Iob suos cruciatus, & labores, & atrocitatē castigationis exprimit, & incogitabiles diuinæ prouidentia rationes dum sagittas eos appellat dicēs. Sagitte Dñi in me sunt, quarū indignatio ebibit spiritū meū. Nam sagitte à longe mittūtur & eminus solent contorqueri. Cū enim aut gladio districto, aut vibrata lācea quēpiā percutimus, videmur & nos eidē periculo subiacere: cū vero protēso arcu, aut extorto neruo sagittā cō-  
*24* torquemus à longe, ita vt nō possit qui vulnus accepit referre vindictā, quasi nos in tuto collocamus. Lōge ergo inter se distāt humana castigatio, atq; diuina: nā castigationes, & supplicia quę diuina prouidētia mortalibus inferūtur à lōge mittūtur, & qui in homines iaculatur Deus, est extra omnē iniuriā residēs: ideo submisso capite eas recipere oportet. Deinde sagittæ feriunt inopinato, hoc est, cū nihil minus cogitas, cū omnia iudicas trāquilla, & pacata subito inflictū vulnus, & infixā sagittā per sentis. In quo elegantissime explicat modū, & rationē diuinæ castigationis, Deus enim vt in conferēdis beneficijs, ita etiā & inferēdis pœnis, & supplicijs cogitata humana, & cōsilia solet deludere: ideo hortatur nos Christus Iesus diuinus magister, & cōmonefacit vt vigilemus semper

*Matth. 27. & Luc. 19.*

## Labores iustorum.

11

25 per omni socordia atq; torpore excusso, quoniã iudex ille, & homo nobilis, qui abiit in regionẽ longinquam inopinato veniet, & nobis dormientibus & minime expectantibus ingreditur, vt reposcat à singulis pietatis & iustitiæ vsuras, & exemplum adducit de postrema illa clade, qua totus orbis fuit affectus tẽporibus Noe. Erant, inquit, omnes nubentes, & nuptui tradentes, & non cognouerunt, donec venit diluuium & repentina superuenit calamitas. Ea igitur incommoda, quæ præsentibus nobis eueniunt, & præcaueri possunt, nõ equè molesta sunt nobis, quia minus mala præuisa ferire solent: at diuinæ castigationes iuxta sententiã sancti Iob sagittarum instar nobis minime expectantibus vulnus infligunt. Sed & illud grauissimum censendũ est, & grauius periculum adfert cum sagittæ validæ contortæ ebibunt spiritũ, & sanguinem vitiãt, & corrumpunt, nam videntur Hebræa significare pro indignatione, venenum: Chaldæus autem interpres ita vertit locum. Quarum venenum ebibit spiritus meus. Alij vero, quarũ venenum ebibit spiritum meum, sed recidit in eundem sensum, nam solent maximi venatores aciem sagittę inficere veneno.

Math. 24.  
Luc. 17.  
Genes. 7.

## Labores iustorum.

**N**unquid ego mare sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? inquit sanctus Iob. Ad huius sententiæ intelligentiam obserua, aquas ex natura sua tellurem omnẽ esse operturas, Deũ tamen eis præcepisse, vt in vnum locum congregarentur, & sic spatium remaneret hominibus, & animantibus ad habitandum super terram. Explicat hoc miraculum egregius vates David, elegantiq; celebrat carmine, cum ait. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius (nempe terræ) super montes stabũt aquæ: ab increpatione tua fugient, à voce tonitruu tui formidabunt. Ascendunt montes, & descendũt campi in locum, quem fundasti eis, &c. Nã cum aquis obruerentur montes, & demergerentur terræ, diuino iussu vastissimo sonitu se præcipitauerũt, & reliquerunt magno fragore montiũ vertices, subitoq; à terra impulsæ defugerunt. Nec minus cetus cæteras terræ animantes magnitudine excedit, quã mare terras omnes: sicut autem cõclũsit Deus aquas in mare, ita eam bestiam marinam magno Oceano conclusit, ne si in alia maria deduceretur nauigantibus posset esse nocumento. His ergo ita explicitis, inquit sanctus Iob. Nunquid ego mare sum, aut cetus

Iob. 7.

Psal. 103.

quia

quia me carcere circumdedisti? Carcerem appellat aduersam fortunam, cum qua luctabatur. Nam solet Deus & improbos homines, & probos interdum in graues tentationes quasi in carcerem detrudere, sed longe diuersa ratione iustos homines vt tētationibus colligant robur, nec per inertiā languescāt, vt solent faginata corpora, ne cælestium donoriū amplitudo eos in superbiam erigat: tum vt si qua est in eis animi supinitas, aut socordia tentationibus excutiatur, si quod peccatum, aut scelus quasi igne absumatur, & quod magis pertinet ad rem, vt tētationibus, in cœrore, atq; cruciatu quasi carcere, & vinculis coerceatur, ne fortasse lasciuiāt, & fluant voluptatibus. Sed ea, quæ diximus de iustis ad nefarios homines trāsferamus, quos Deus frequenter calamitate aliqua, aut grauiori morbo compescere solet, ne maris instar in homines inferiores, & tenuiores impetum faciant, nec etiam instar ceti qui 29 alias solet bestias marinas deuorare, inferiores quoq; deglutiāt, & absorbeant, nam abutūtur frequēter & viribus, & diuitijs, & opulentia? Ob eamq; rem cum sanctus Iob proprios animi recessus, & conscientiam contēplaretur, nulloq; se scelere videret infectū, quo ceteri diuites, & opulēti homines implicari solēt (non enim expilabat pauperes, nec subditos sibi deglutiebat) inquit, testimonio proprię conscientię in hæc verba erumpens. Nunquid mare ego sum aut cetus, quia me circumdedisti carcere? Deinde quia potentissimi quiq; inter mortales, & qui opibus, viribusq; videntur præualere debiles profecto sunt & exiguæ sunt omniū mortaliū vires si cum diuina conferantur potentia, nam potest eos Deus leuiori quacunq; pœna ab studio nocēdi coercere vel solo motu, inquit sanctus vir. Nunquid mare ego sum aut cetus, quia me circumdedisti carcere? Nunquid tantum est meum robur, aut vires meæ adeo ingentes sunt, vt grauiori hac tentatione, indigentia videlicet, filiorum amissione graui morbo, cæterisque vrgentibus malis quasi carcere detinear? Nunquid tam late nocere potest miser, & infœlix homo, vt tanquam vastissimum mare, & ingens cetus intra hos limites sit, & carcerem concludendus?

## Labores iustorum.

Proverb. 3.

**L**abores, quibus Deus iustos affligit, ex amore procedunt, sicut aperte testatur Sapiens in Proverbijs inquit. Disciplinam Domini fili mi ne abijcias, nec despicias, cum ab eo corriperris.

31 ris. Quem enim diligit Dominus corripit: & quasi patrem in filio complacet sibi. Vbi alia translatio habet. Et quasi in filio, quem vnice diligit, delectatur. Verba melle ipso dulciora. Quis vexatus, & laboribus oppressus ea potest audire, quin magnas animi vires recipiat ad omnes huius mundi labores patienter tolerandos? Perpendite, obsecro, verbum illud, quem vnice diligit, in quo significatur, Deum diligere vnumquemque iustum tanquam vnicum filium, id est, ac si non haberet alium filium præter illum: nihilominus tamen inquit se delectari, dum eum laboribus opprimit, quoniam cognoscit ipsum iustum ex illis vtilitatem magnam esse educturum. Labores præcitorum ex ira dimanant, veluti si quis catenam ferream igne inflammatam ex fornace educeret, & cum illa feruum flagellaret, & combu-

32 reret. O stupendum, & admirandum Dei iudicium! qui ex ira sua extrahit flagella, quibus præcitos punit, quos scit non esse ex illis commodum educturos, sed potius futura esse gehennæ infernalis principium. De his flagellis loquebatur regius Propheta, cum dicebat. Effunde iram tuam super gentes, quæ te non nouerunt, & super regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Flagella, quæ ab ira exeunt, vocat sanctus Propheta iram. Et de illis flagellis ait Dominus per Hieremiam Prophetam. Plaga inimici percussit te castigatione crudeli propter multitudinem iniquitatis tuæ. Et hoc verebatur, & timebat sanctus David, cum dicebat. Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me. Deus nos eripiat à talibus flagellis, quod si ipse nos flagellare voluerit per infinitam misericordiam suam eum

33 obsecremus, vt nos flagellis, quæ ex amore oriuntur castiget, nam si ex amore procedunt, ipsemet Dominus, qui homines in labores conijcit, suis auxilijs eos licet secreto omnino defendit, ne patientiam amittant. Veluti cum videmus mare, in quod omnia flumina confluunt, atque absorbentur, videmus, inquam, quod ex vna parte per abditas & secretiores venas, & poros terræ eisdem fluminibus aquam subministrat, vt iterum fluant. Sic diuina maiestas, quæ ex vna parte absorbere, atque consumi animam in tentatione videtur, ex altera per abditas rimulas, eius interioribus illabitur, gratiam suam suggerendo, qua & per patientiam sustinens, & per perseverantiam victrix, atque triumphans euadat. Quod Beatus Paulus ad Corinthios scribens do-

simile.

Psal. 78.

Hieronym. 30.

Psal.

simile.

ad Cor. 10.

## 14 Labores iustorum.

Psal. 36.

Psalmi 2.

Hierem. 6.

Apocal. 7.

Iob. 5.

cet his verbis. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari su- 34  
praid, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouen-  
tum, ut possitis sustinere. Quare de iusto inquit regius vates.  
Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit ma-  
num suam, nimirum ne confringatur per impatientiam, vel ne  
cadat ad mortem, vel ut statim resurgat à peccato, quia Domi-  
nus supponit manum suam, vel quando iam iam ad casum pro-  
perat apprehendendo manum ne cadat, vel erigendo statim,  
ut cecidit. Vnde Ecclix sic vertit. Cum cæperit cadere, non erit  
penitus proiectus, quia Dominus supponit manum suam. In  
Hebræo vero legitur, quia Deus sustinet, vel sustentat ma-  
num eius, ne cadat. Ideo sanctus Dauid affectuose petebat. Non  
me derelinquas vsque quaque. Dicitur in Exodo apparuisse Do-  
minus Moyse in flamma ignis de medio rubi, & videbat sanctus 35  
Propheta, quod rubus arderet, & non combureretur. Ratio  
autem huius erat quia Dominus erat in medio rubi, idcirco ar-  
debat & non comburebatur. In quo significatum est, quod iu-  
stus laboribus, & afflictionibus plenus exterius non consumi-  
tur, nec virorem patientiæ, ac virtutis amittit, eo quod Deus cor  
eius intus fortificat, & corroborat. De laboribus & afflictioni-  
bus, quæ ex amore procedunt, intelliguntur illa Hieremiæ ver-  
ba. Audietur in ea coram me semper infirmitas, & plaga. Vbi  
alia translatio habet. Per omne flagellum crudieris Hierusalem.  
Quo beneficio vitur etiam Deus nunc cum sancta Ecclesia.  
Quare Beatus Ioannes in Apocalypsi vix dimidiam horam scri-  
bit factum silentium in celo isto, quod Ecclesiam militantem  
designat. 36

## Labores iustorum.

Totum prælium, quod hostes cum iustis committunt vul-  
nera, dolores, & labores, quos in eo perferunt, correctio-  
nem Dei appellat Eliphaz in libro Iob, postquam flagella co-  
rum numerauerat dicens. Beatus homo, qui corripitur à Deo.  
Sunt enim scelerati homines quasi quidam carnifices, ac Dei fla-  
gella, quibus seruos suos coercet, & in officio continet. Non  
debent igitur boni viri ea negligere, id est, pueriliter fugere, &  
à se depellere, sed potius officium, quod his flagellis Deus qua-  
rit ab

37 rit ab illis studiosius præstare, magnam ex ea re coniecturam  
 facientes, quod pro filijs habeantur à Deo. Ideo ibidem additur.  
 Increpationem ergo Domini ne reprobos. Quod argumentum  
 luculenter prosequitur Beatus Paulus ad Hebræos scribens con-  
 solans eos, qui in magnis, eo quod essent Christiani, angustijs  
 versabantur, & inquit. Obliti estis consolationis, quæ vobis tan-  
 quam filijs loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam  
 Domini, ne fatigèris dum ab eo argueris, quem enim diligit Do-  
 minus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.  
 Quis enim filius, quem non corripit pater? Vehemens quidem  
 hæc est ad afflictum consolandum sententia, ex qua inferitur, non  
 debere bonos viros existimare, cum vulnera ab hostibus acci-  
 piunt cum fortunis spoliantur, & contumelijs afficiantur hæc  
 ab hostibus, sed à Deo eorum parente esse illata: id quod Chri-  
 38 stus Iesus verus mundi Saluator Pilato dixit. Non haberes in  
 me potestatem, nisi tibi datum esset de super. Nec ipse Domi-  
 nus vehementi dolore perculsus de inimicis, sed de Deo quere-  
 batur dicens. Quare dereliquisti me? consolationem etiam  
 afflictis afferre debet, quod statim in libro Iob se-  
 quitur. Quia ipse vulnerat, & medetur  
 percutit, & manus eius sa-  
 nabunt.

Ad Hebr. 12.

Ioan. 10.

Math. 17.

LABO-

# LABORES PECCATORUM vt resipiscant à peccatis.

Ezech. 5. c.



**B**CC E ego ad te (ait Dominus domui Israel) & ipse ego faciam in medio tui iudicium in oculis gentium, & faciam in te quod non feci. Nunquid Domine flagella quibus Pharaonē, & omnes de regno eius puniisti non sunt maiora, quā illa quæ in his verbis Hebræis minitaris? Certum est flagella, quibus Deus Ægyptios puniuit, fuisse magna, sed multo maiora reputabat Deus illa hoc est, [maiores se le hazian a Dios aquellos açotes] quibus Hebræos per manum Nabuchodonosor flagellabat, nam illis percutiebat seruos, his autem filios. O benedictus sis Deus meus, [que assi os cresce el açote en las manos; quando lo tomays para dar en vuestros hijos, que parece que se os haze mayor de lo que es.] Quando mulier aliqua per fenestram videt puerum aliquem ab alijs percuti, non multum curat de eo: at si conspicit filium suum ab alijs percuti, & vexari vix illum videt sic afflictum, cum ipsa iam quiescere non potest. Non est hoc mirandum: amor enim efficit vt ictus digiti, id est [vn papiro] ictus grauiissimus, si filio suo infligatur, appareat: atque ita qui illum tangit, viscera ipsius matris, & pupillam oculorum eius tangit. Sic Deus noster, vt habet viscera erga electos suos magis tenera, quam vlla mater, quemcunq; ictum eis inflictum, magnum reputat.

simile.

Luc. 8.

Refert Sanctus Lucas Euangelista Dæmonia facultatem à Christo Redemptore nostro postulasse, vt in suos ingrederentur, ipsumque eis illam concessisse. Quibus ingressis porci ipsi in mare se proiecerunt, & ita suffocati sunt. Hanc facultatem Deus Dæmonibus dedit, vt sic Dominum illorum porcorum ea iactura flagellaret, Hebræis enim prohibitum erat per legem sues alere, vt ex Leuitico patet. Quo facto aperte significatur sæpenuitro Deum facultatē cōcedere Dæmonibus, vt homines in eo quo delinquant vexentur & in hoc eis magnū beneficium confert. Puniuit Deus sacerdotem Heli in filijs eius, quos ipse contra voluntatem diuinam maxīma indulgentia, ac libertate aluit. Puniuit regem Dauid in filio, quem per adulteriū susceperat. Sic Deus te punit

Leuit. 11. c.

2. Reg. 12. c.

4 in vxore, in filijs, in diuitijs, quibus abuteris: tu autem ploras instar pueri flentis, eo quod e manibus eius auferatur gladius, quo se vulnerabat, & forsan interficeret. Dei igitur intentio & amor, si illum intelligere cupis, est, vt animam tuam a vulnere culpæ sanet. Si chirurgus habet charissimum filium, & videt illum venenoso vulnere laborantem, pedibus, ac manibus eius ad subsellium alligatis, inflammato ferro, ei cauterium magno cum rigore infigit. Qui videt seueritatem illam exteriorem parentis erga filium, & animum non attendit, seu intentionem, qua pater id facit, proculdubio illud crudelitatem esse iudicabit, si autem interius cor eius penetrat, & amorem considerat, quo illum prosequitur, & quod filium vexat, vt ægritudinem eius sanet, sine dubio intelliget illa omnia ex amore procedere & patrem illum ingens beneficium tali filio exhibere affirmabit. Hic igitur est stylus Dei, vt vexet, & percutiat eum, quæ tanquam filium diligit, vt ipse ægritudinum spiritualium sanitatem consequatur. Atq; ita Regius Propheta omnes sanctos ad laudes Domino decantandas inuitat dicens. Psal. 119. Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius, quoniam ira in indignatione eius & vita in voluntate eius. Vos sancti, qui longam habetis experientiam styli Dei, & nobilitatis, nec non piorum viscerum eius, atq; intentionis qua filios suos affligit, eum laudate, & glorificate: nam licet quidquid in exterioribus flagellis apparet, sit ira, & indignatio, tamen vita in voluntate eius, quidquid diuina eius voluntas intendit, quidquid piissimum cor eius interius desiderat, est vt filij sui hic vitæ gratiæ, & postea gloriæ habeant.

Quam efficaces sint ad hanc spiritualem salutem consequendam, huius vitæ labores, aperte ostendit Regius Propheta dicens. Psal. 8. Contere brachium peccatoris, & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Experientia videmus id, quod prosperitas dissoluit, & relaxat ab aduersitate reparari. Quando in mari tranquillitas est, nautæ prospere ac lætabundi nautant, tempus in ludis, murmurationibus, controuersijs, atque alijs plurimis in Deum offensis insumunt, sed adueniente tempestate omnes maxima cum diligentia præparamenta nauis parant, vt sic omnia paratissima sint, cum autem se à tempestate obfessos vident, & vndas maris altissime erectas ita vt ipsos sorbe

re videantur, tunc maxime clamant in Deum & eius diuinā mi-  
 sericordiam implorantes ingentem lachrymarum copiam pro-  
 fundunt, ac de peccatis suis poenitentes vota faciunt Crucifixo  
 Burgorum, aut sanctæ Marię de Monserrate, & Diuo Iacobo, vt  
 in tam arcta necessitate remedium, & auxilium inuenire possint.  
 Ecce igitur fratres differentia, quæ versatur inter homines in pro-  
 speritate, salute, & abundantia constitutos, aut inter homines in  
 laboribus, & afflictionibus collocatos. Quo circa Deum conti-  
 nuo glorificate, & præcipue quoties vos in tanti boni occasione  
 posuerit. Habet Deus, instar lapidæ, in manu iustitiæ suæ per-  
 pendiculum seu normam, qua vniuersam Rempubicam Chri-  
 stianam metitur, & regulat, hoc est, [tiene Dios como cantero  
 vn niuel en la mano de su iusticia, con el qual regula la republica  
 Christiana, & quando vee vna piedra salida de este edificio da  
 vn golpe con que la haze recoger y la que esta dentro sacala a  
 fuera con la regla de su diuina voluntad, y justicia, da Dios vna  
 martillada de vna enfermedad a los malos y sobresalidos, con que  
 los haze retirar, y si no basta esto, quiebra la piedra por la muer-  
 te; y al otro que estaua encogido, y arrinconado, oluidado del  
 mundo, sacalo Dios a luz, para honra de su Yglesia.] Merito er-  
 go non acerbiter, & inclementer, sed mansuetudinem, atque  
 lenitatem, Dei castigationem existimauit regius Propheta qui  
 dixit. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Cum  
 enim humanæ vitæ miseriam, ac breuitatem descripsisset, eamq;  
 propter peccatum mortalium genus incurrisse passus sit, hac ipsa  
 poena homines à Deo non tam inimicè castigari, quam patriè  
 commoneri testatur. Hinc enim (inquit) tanta vitæ nobis breui-  
 tas, & afflictio: quoniam venit in nos mansueta tua castigatio,  
 qua à te pro peccatis corripimur: vt ea erudiamur, venturam tuā,  
 in nouissimo sæculo iram, & indignationem effugere. Ea quippe  
 tanta futura est, vt nemo animo complecti queat, nulla lingua va-  
 leat exprimere, quam terribilis, ac formidandus extremum exer-  
 cebis iudicium. Proinde Domine temporali punitione hac, no-  
 tam fac nobis futuræ iræ tuæ potentiam, & fac nos per ca-  
 lestem sapientiam corde erudiri, vt præsentis tua  
 ultione venturam intelligentes eam  
 effugere studeamus.

similc.

## Labores peccatorum.

19

### LABORES PECCATORVM.

**I**nter maximos peccatorum temporales labores computatur captiuitas, ita vt in captiuitatē adducti, mortui vel interfecti dicantur. Interfecti perpetuo dicuntur ij, qui re vera necantur, & intererunt. At in temporalem captiuitatem adducti, mortui quidem vel interfecti, sed tamen non perpetuo interfecti vocantur, neque interfecti vsque ad internecionem. Vt apud Isaiam: Cito veniet gradians ad aperiendum, & non interficiet vsq; ad internecionem. Et in alio loco. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Et apud Ezechielē: Hęc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel. Qui enim in captiuitate, & miseris vitam degūt, quasi mortui in sepulchris habitare perhibētur.

**V**t in Psalmo. Qui educit vincētos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Infelices ergo erunt captiui, qui tali flagello percussi non resipuerint.

Isaia. 51.

Isaia. 16:  
Ezech. 37.

Psal. 67.

## Labores peccatorum.

**R**efert Sacra scriptura, quod cum diabolus vexaret Saul, nec ipse, nec aliquis ē domo eius recordabantur Dei, vt ab eo remedium postularent, sed quærebant aliquē, qui instrumenta musica pulsaret, vt sic ipse Saul ab illo labore & diaboli vexatione eriperetur. O quam multi hodie sunt, qui in laboribus suis ad Deum non confugiunt, sed mundanis musicis & alijs huiusmodi consolationibus ab illis malis se eripere intendunt, hoc est, [ muchos dexando de acudir à Dios se valen de la harpa del mundo, y con musicas y otras mundanas consolaciones pretendē curarse de sus males. ] Hi in hoc Philistæos imitantur, qui (vt refert Sacra scriptura) singulare remedium suis ægri tudinibus adhibere putabant, cum Deum ē domibus, patria, ac regione sua expellebant existimantes false, quod, vt de illis sanitatē consequerentur, oportebat, ne apud ipsos etiam in custodiam maneret arca Domini. [ O miserables que en la misma arca de donde salian sus daños, quedaua la medicina para ellos. ] Sic plurimi sunt, qui cum ad Dominum recurrere debeant in suis laboribus ipsum magis nouis peccatis à se expellunt, & propulsant.

1. Reg. 16.

1. Reg. 5.

# LABORVM VTILITAS.

B. Greg. Ho-  
mi. super ho-  
mo quidā fe-  
cit cenā ma-  
gnam.



**B**eatus Gregorius super illa verba, compelle eos in-  
trare, ait, Plerunque postquam in hoc mundo non  
possumus obtinere, quod volumus, tunc mentē ad  
Deum reducimus. Peccatrix enim anima, quę adul-  
tera conata esse non potuit, decernit esse fideliter coniux. Qui  
ergo huius mundi aduersitatibus fracti ad Dei amorem redeūt,  
atque à præsentis vitæ desiderijs corriguntur, quid isti fratres  
charissimi, nisi vt intrent compelluntur? Ergo labores huius sæ-  
culi, beneficia Dei sunt. Tempus amplexandi & tempus lon-  
ge fieri ab amplexibus, ait sapiens. In illa æterna requie tem-  
pus erit amplexandi, hic longe fieri ab amplexibus: illic colli-  
gendi, hic spargendi, & seminandi tempus est: De quo Prophe-  
ta ait. Qui semināt in lachrymis, in exultatione metent. Quid  
ergo miraris, si laboribus vndique premeris, cum tempus hoc  
laboribus destinatum sit.

Eccle. 3.

Psalm. 125.

Psalm. 62.

Ioan. 15. c.

Aqua illa, quę per præcipitia decurrit, melior ea est, quę diu  
immota manet. Quemadmodum ouum in aqua falsa non sub-  
mergitur, in dulci vero inferiora loca petit: ita tribulationum  
falsedo pios homines eleuat ad summa, deliciarum vero dulcedo  
frequenter deicit ad ima, quod in Psalmo confirmatur. Pro eo  
enim quod nos legimus sitiuit in te anima mea, quam multi-  
pliciter tibi caro mea in terra deserta, in uia, & in aquosa B. Hie-  
ronymus vertit. Sitiuit ad te anima mea, desiderauit te caro  
mea in terra in uia sitiente sine aqua. Quibus verbis laborū fru-  
ctus eximius designatur: cum enim homines omni se humano  
præsidio, ac solatio destitutos animaduertant, nec aliud in mū-  
di vberibus, quam absinthium inueniunt, tum demum malis  
suis admoniti inanitatem, atque fallaciam mundi intelligentes,  
ita ad Deum veræ salutis, & fælicitatis fontem recurrunt, & nō  
modo spiritus, sed caro ipsa fragilis erudita ad Deum aspirare in-  
cipit, illumq; sitire. Hoc est enim, quod ait. Sitiuit in te anima  
mea, desiderauit te caro mea. Quid est quod Saluator noster  
apud Ioannem inquit: Omnem palmitem in me non ferentem  
fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum,

4 vt fructū plus afferat. His verbis quidē specialis prouidēcia Dei, & cultura significatur, cuius rei gratia agricolæ nomē obtinet, præcipua vero cultura purgatione fit, cum superflua quæq; & salutarem fructum impediētia, velut steriles palmites abscinduntur, quo totus amor noster à creaturis auulsus ad vnum Deum transferatur. Quando puerulus ab aliquo percutitur, statim ad matris suæ pectora recurrit, quod tamen non faciebat, cū vulneratus nō erat. Quapropter omnis Christianus dū laboribus opprimitur, maxime cū egrotat, vires & animū sumat, existimetq; se tanquā fortissimū militem in bellum ingredi. Nā, vt etiā Seneca ait, vir fortis fortitudinem suam in lectulo egritudine patiēns ita exercere potest, sicut in campo bellū hostibus inferens, & acriter cū ipsis dimicans. Etenim, vt ait D. Thomas, D. Tho. 2. 2. præcipua pars fortitudinis magis consistit in ferendo, quam in aggradiendo, & sic in prouerbij dicitur. Melior est patiens Prouer. 16. c. viro forti & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Seruus Dei dolores perferens magnam ex hoc emolumentum educit. Maxime etiam consolationis causa est in perferendis laboribus cōsiderare verba illa Regij Prophete. Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. O mirabile Spiritus sancti artificium! Animaduertite quo pacto Sanctus Propheta iustitiam inter duas misericordias quodammodo inclusam posuit ne videlicet exire posset & hominem dolore capitis aut aliquo alio labore percutere, quin prius per misericordiam exiret, aditus enim & ianue ei vndiq; sunt interclusæ: quod quidē maxime consolationis omnibus hominibus causa esse debet.

6 **Labores peccatorum & iustorum.**

**D**Eus dupliciter considerāndus est, aut vt iudex, aut vt monarcha, & Dñs vniuersi. Tanquā iudex peccatores purit, tanquā vero monarcha, & Dominus in iustos animaduertit, vt videlicet infinitam suā potentiam ostendat. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, inquit Sanctus Iob. Nūquid hoc potest iustitia appellari? Ita plane, nā vult Deus, vt iustus innocēs labores patiat, vt sic tu peccator, quādo illos pertuleris solatiū capias, & dicas. Nō mirū est, quod ego, qui peccator sum, labores patiar, siquidē ille, cū iustus sit, eos perfert. In libro sapientiæ sunt quædā nimis difficilia verba, scilicet. Ipsum Sapien. 12. c.

## Laborum utilitas.

22

quoq; qui non debet puniri cōdemnas, & exterum estimas à tua virtute. Quidam dicunt hoc fuisse impressorū errorem: Greci vero addunt. Alienū est à tua potentia: vt sit sensus integer, & perfectus. Sed certe verba ista receptissima sunt, & nō indigēt tali additamento: nā Deus iustos, ac probos tanquā monarcha, & vniuersalis gubernator punit. Parētes solēt flagellare canes, vt filijs suis terrorem incutiant: Deus autem filios punit, vt canibus videlicet peccatoribus timorem iniiciat, & hoc significauit Diuus Petrus, cum ait. *1. Petri. c. 4.* Tempus est, vt iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus quidem vix saluabitur impius, & peccator vbi apparebunt? Et non solum Deus iustos punit, vt remedium peccatoribus adhibeat, verumetiam vt ipsis iustis maiorem coronā, & conseruationem virtutis augeat: sicut Propheta Isaias significauit dicens. *8* Et dabit tibi Dominus panem arctū, & aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum. O admirabilē promissionem! Dabit tibi Deus (ait sanctus Propheta viro iusto) famem, & sitim: videt enim tibi ita conducere, ne videlicet abundantia dissoluaris. Hæc tamē afflictio ideo crit ne cōsolator tuus, ac doctor Iesus Christus à corde tuo vnquam discedat, quin potius tibi sit, & tibi dicat. Attende ò anima hanc paupertatem, & hunc laborē tibi magnò pere conducere, idcirco illū patienter perfer. Canis legitimus, hoc est, [de buena casta,] quāuis præda, quā insequitur, se abscondat, tamen eam per spinas & tribulos inuestigare contēdit, quod quidem nō facit illegitimus, id est, [el que no es de ley.] Sic iustus per tribulos, & spinas Deum, atque eius gloriā quærit: peccator vero, dū spinas, hoc est, labores videt, statim tergavertit, & retrocedit. Animaduerte ergo ò peccator, quid tibi, & alijs tui similibus D. Paulus dicat. Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & nō filij estis. Quidam doctor exponit illud verbum, disciplinā, id est, seuctiorem institutionem, hoc est, si vobis labores nō sunt, Christiani estis, sed adulteri: id est, ex prosperitatibus occasione adulterandi, & alia vitia carnis cōmittendi sumitis. Quando accipiter à manibus venatoris aufugit, ipse venator illum recēti carne, & alijs rebus appetitum eius incitantibus vocare solet: at postquam illum in manibus habet, capitium in capite, & pedicas in pedibus apponit. Sic Diuinus venator Iesus Christus diuinis promissionibus

Mat. 30.

simile.

simile.

10 nibus, illecebris, & spiritualibus cōsolationibus peccatores vocat: sed postquam intra domum, & intra obedientiam suam illos habet, ipsos afflictionibus, disciplinis, atque angustiis, vt sic conferuentur, ligat. Magnus ignis non extinguitur aqua, quin *simile.* potius magis incenditur, vt videre est in fornace fabri ferrarij: sic aquæ tribulationum iustis minime nocent, nec eis diuini amoris ignem extinguunt, sed ipsis magis inflammantur. Qui *Simile.* super mulis, aut equis iter faciunt, eos calcaribus percutiunt, vel quia bestia ipsa per rectam viam ire nolunt, vel quia lento gradu, & pedetentim ambulant. Sic Deus homines affligere solet, aut quia ipsi extra viam legis eius & gratia ambulant, vt sic per veram pœnitentiam ad rectum iter redeant: aut quia per viam virtutis nimis segnes, & ignaui incedunt, vt sic percussi, & laboribus vexati ad bene operandum festinent. [ El mocho *simile.* que juega a la peonça tiene vn açote en las manos, y dale con el. para que corra, no es su intencion quebrarla con los golpes que le da, sino hazerla correr: porque en no le dando, luego se cae, y no anda. ] Sic Deus homines flagellat, non vt ipsos interficiat, vel vt in infernum detrudat, sed vt ipsos per virtutem ambulare & currere faciat. Sic de peccatoribus inquit sanctus David. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, [ losquales en cessando el açote, se caen muertos como la peonça. ]

12 In tribulationibus, & aduersitatibus tanquam in claro speculo conspicitur aperte, quam admirabile sit diuinæ prouidentie consilium, dum homines in caelum per vias asperas ducit: attenditur etiam quanta sit bonitas Dei in hoc, quod materiam clemētie facit illud, quod saepe numero est materia iræ, & indignationis, & quod lachrymis, & amaritudine ab omnibus recipitur, id maiorū bonorum sit occasio. Sic certissimo intelligendum esse psalmum illum, quem sanctus David post Absalonis peregrinationem cōposuit, qui sic incipit. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi. Vbi maxime perpendendum est verbum illud, dilatasti, quod magnam emphasim habet, & facit hunc sensum. Quando in medio maiorum timorum, & periculorū, quibus me vndique obfessum vidi, ad te Domine confugi Deus meus, & in te oculos posui, subito visum est mihi in amplissimum, & nimis spatiosum atq; expeditissimum

Psalm. 15.

Psalm. 4.

campum exire, vbi nec quid timerem, nec occasionem timoris habebam: nam aperte conspexi longe maiorem esse bonitatem tuam ad me consolandum, quam malitiam Absalonis filij mei ad me persequendum atque euertendum: conspexi etiam quanto securior erat sub tutela, & protectione tua fragilitas mea, quam potentia inimicorum meorum à multis ducibus, & militibus protecta. Ex quo apparet, quantum vtilitatis, & commodi labores hominibus afferant: quod adeo verum est, vt etiam illi, quos aduersarij inferunt nobis sint fructuosi, si tamen eos Deo offerre scimus. Quando coniuges liberis carēt, solent puerum aliquem extraneū ad se adducere, & ipsum in filium adoptare ac postea omnium bonorum suorum, ac si legitimus esset, hæredem instituant. Si tu adeo sterilis, & inutilis, & absque virtute es, vt nunquā te laboribus pro Deo offerre velis, nec opus aliquod dignum gratia, & gloria facere intendas, si Deus ipse necessitates, & labores tibi mittit, eos patienter perfer, & accipe. [Y assi prohibados quedan como naturales y como si vos de vuestra voluntad los vuiessedes emprendido, y tomado, y desta manera como hijos legitimos serā herederos,] hoc est, Mercedores de la heredad de la gloria.

simile.

### Labores iustorum, & peccatorum,

Siquis autē aliquā habet, quā magnifaciat, & maxime estimet, alas eius scindit, ne ipsa volando aufugiat. Sic Deus sæpe numero alas, hoc est, diuitias, salutē, honorem ac cetera huiusmodi amicis suis solet abscindere, ne ab eius præsentia, atque amore discedant: peccatores autē, vt ad ipsum cōfugiant, vexat, & laboribus opprimit. Imple facies eorū ignominia, & quærēt nomen tuū Domine: inquit S. David. Tales cum Deo non aliter segerunt, quam cum penula, qua quando pluit operiuntur, cessante vero plauia statim eā duplicant, & in angulo reponūt, nec eius amplius recordantur. Sic peccatores, cum labores pluunt, ad Dominum confugiant, ipsi vero cessantibus ilico creatoris sui obliuiscuntur. Cum mater filium suum puerulum ad se vocat, eiq; instanter dicit: Fili accede huc, sin minus non eris filius meus, nec bonis meis frueris: puer omnia illa contemnit, nec venire curat. At si mater ad eum accedit, & pomū, quod in manibus habebat, ab eo aufert, statim puerulus matrem

simile.

Psalm. 82.  
simile.

simile.

trem sequitur, vt pomū sibi restituatur. Hoc non est mirandum quia tandem iste infans est, nec perfectum iudicij imperium habet: verum quod maxime lamentari debemus, est quod cū Deus peccatores per inspirationes sanctas, & per voces prædicatorum ad se vocet, sin minus filij sui, & æternæ gloriæ hæredes non erūt, ipsi tamen cum iudicium habeant, & discretionem voces Dei audire, & ad ipsum confugere nolunt: si vero Deus honorem, diuitias, & voluptates ab eis aufert, statim ad ipsum confugiunt dicentes. Parce Domine, Parce Domine. Itaque magis sentiunt temporalibus bonis, quam æternæ beatitudinis maioratu priuari. O pueri, pueri, quos magis mouet iactura ducrum obolorum, quam gloriæ cælestis amissio. De hoc conquerebatur Deus, & testificatus est in Israel & Iuda per manum omnium prophetarū dicens.

17 Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea, qui non audierūt sed obdurauerunt cernicē suam. Cū igitur Deus videat nos tanquā pueros esse, nobiscū sicut cū pueris agit, & vt tales nos punit mittēs quotidie labores, sterilitates, atq; alia infortunia. Per Malachiā Prophetā dixit Dñs populo Israelitico. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, & dixistis. In quo reuertemur? Si affiget homo Deū, quia vos cōfigistis me, & dixistis. In quo cōfigimus te? In decimis, & in primitijs, & in penuria vos maledicti estis, & me vos cōfigitis gēs tota. Inferte omnē decimā in horreū meū, & sit cibus in domo mea, & pbate me super hoc dicit Dñs. Si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsq; ad abundantiam, id est, tantam aquarum copiam, & tantam benedictionem effundam super terram, vt videatur vobis ianuas cæli apertas esse, per quas tanta benedictionis abundantia exit. Quoniā autē euenire solet, vt terra vberrimos fructus ex se producat, & locusta eos omnes deuoret, adiecit vltra. Et increpabo pro vobis deuorātes scilicet locustas, & cætera quę nocere possūt & nō corrūpēt fructū terre vestre. Verba horrēda, & omni pōderatione digna! [q̄ digna Dñs a los q̄ le offendē.] Quia vos cōfigistis me: & ideo eos in fame & afflictioē ponit. Diuinus eius spiritus nos illuminet, vt hoc perpēdere, & animo euoluere sciamus.

### Labores.

ES Dios zeloso del amor del hombre, y assi donde el hombre pone los ojos, alli le hiere. Sicut quādo maritus videt vxorem suam

Lucæ. 7.

suam in alio oculos figere, omni studio laborat, eum à conspectu eius auferre. De seruo Centurionis inquit B. Lucas Evangelista. Erat illi pretiosus: Deus autem ipsum magna egritudine percussit. Pretiosus etiam erat Abel coram oculis Adam, & Deus à conspectu eius illum abstulit, & tandem ipse Adam eum mortuū vidit. Oculos posuerat Abraham in filio suo Isaac, & Deus præcepit ei vt illum sacrificet. Vbi primum Iacob pulchram Rachel adamauit, permisit Deus, vt ipsum focer eius Labā deciperet, eiq; Liam, & non Rachelem in vxorem dederit. [Añi que pone Dios azibar en las criaturas, para que quitemos la afficion dellas.]

Gregor. Nazianzen. Oratio. cum reuerteretur ex agro.

Beatus Gregorius Nazianzenus in quadam oratione inquit. Cæterum postquam in hos semel incidi sermones, ad aliā quoq; deueni similitudinem admodum rebus præsentibus conuenientem, forsitan me senem, & fabulæ narratorem existimatis, licet illam iam vobis explanauerim, sed parcendum mihi puto, cum sciam scripturam sæpius ad manifestiorem demonstrationem talibus vti. Arbor quædam est fabulosa, quæ excissa magis germinat & contra ferrum decertat. Et siquid mirabilius in re mirabiliori dicere oportet, morte viuunt, & abscissa pullulat, nec non consumpta augetur. Hæc referunt fabulæ, & arbusculi illius natura illis est. Mihi autem manifeste videtur tale quid. Philosophum esse, qui per afflictiones clarescit, & ex grauib; materiâ facit virtutis, ac in aduersis gloriatur, nec dextris iustitiæ armis extollitur, nec sinistris deprimitur, sed semper ille idem, licet non eisdem permanet, tanquam aurum in fornace igne examinatum.

## Labores & infirmitates.

21

Quemadmodum si quis certo cognosceret me in quadam nauigatione deuenturū esse in potestatem Turcarū, atq; subinde miseriam feruitutē portaturum, cum omnium bonorū meorum amissione: vel sciret me quandā ingressurum viā in latronū manus debere incidere, qui homines in primis spoliatos, ac nudos, postea crudeliter interimunt, & is ista considerans, ac præcauere desiderans, coniectum in vincula me detineret, quousq; tales essent occasiones, & ansæ prorsus ablatae, discriminaq; illa præterissent, certe talem iudicare non possem iuste crudelem, sed clementem, ac misericordem, imo toto vitæ curriculo, me illi maxi-

me

22 me deuinctum esse debere constat. Quando quidem mihi tantum boni contulit, me à tanto damno, ac vitæ discrimine liberando. Sic nos considerare debemus, quod si Deus videret nos in sanitate sibi perfectius seruituros, quam morbis affectos, non est vlla ratione credendū eam nobis auferendam esse per eū. Quare cū potius ipse, cui omnia ante sæcula patent, præuiderit, nos per sanitatem se offensuros magnis, grauib; peccatis, atq; proinde venturos esse in manus piratarum tartareorum, sua benignitate, atque clementia prouidit, vt carcere infirmitatis alicuius adstricti teneremur (quemadmodum & Hugo de sancto Victore dicit,) ne in tot damna atq; scelera prolaberemur. His, & similibus considerationibus infirmorum labor aliquomodo leuari potest.

Hugo de sancto Victore lib. 2. de anima.

Cæterum illud Isaïæ, excoquam ad purum scoriā tuam, & 23 auferam omne stannum tuum, mihi videtur intelligi ita posse, quasi apertius diceret: Ego immittam tibi tam grauem morbum, tam peracutas febres vt his malis tanquam fornace quadam conclusus aut clybano, ita excoquaris, donec tandem omnis vitæ tuæ peruersæ scoria penitus consumatur, tuæ omnes cogitationes pessimæ deleantur, purusq; euadas, atq; adeo immutatus, vt iam pristinam formam, pristina scelera, & flagitia in nouam vitam, per studiosam conuersam omnes videant.

Isaï. 1.

Illud porrò eiusdē vatis scilicet, Sola vexatio intellectū dabit 24 auditui, non quidem aliud est (quantum consequor) quā asserere, quod Deus non quidem ex impotētia, sed ex nostra tantū rebellionē, & duritie fere non possit nisi morbis, & alijs huiusmodi flagellis nos ad se reducere, & reuocare, & quod plus roboris ad id habeat modica febricula, quā centū dies sanitatis: ac deniq; q̄ sit adeo utilis morbus, vt nō tantū qui eū patitur emendetur, verum etiam tota domus, atq; sæpe tota etiā vicinitas vel eo dūtaxat auditu corrigatur. Vt enim fulmen non solum quam ferit domum 24 vastat, atq; conturbat, verum etiam viciniam totam territat, impletq; tetro illo odore sulphureo, & deniq; tonitruo ipso toti orbi magnum quendam incutit terrorem: ita etiam acutus aliquis morbus & grauis, quo quis afficitur, non modō eum, cui inuritur, domat, verum etiam quam plurimis alijs terrori est, statim enim reuocant in mentem se homines esse, expositoque non minus fortunæ telis, quam eum, qui percussus est.

Isaï. 18.

simile.

Filius ille prodigus dum ad sumptus suos satis habuit, nūquam paren-

Lucæ. 15.

simile.

Isai. 26.

parentis sui domum recordatus est, at vero cum ad famem, & egestatem peruenisset humilis ad eum rediit, & deuote orauit. Non admodum dissimiles esse videmus illi fonti qui est in Cyrenaica provincia, qui nocte media aquam feruentem emittit: in meridie vero frigidissimam, & hic appellatur fons solis. Tales absque dubio sumus, ut pote qui in meridie prosperitatis, & foelicitatis, dum secundo vento nauigamus, tepescimus: in nocte vero afflictionis, igne diuini amoris inflammamur. Vnde Esaias ait. Anima mea desiderauit te in nocte. Quasi diceret. In afflictione te vehementer desidero, & in angustijs & tribulationibus, tuis amoribus captus, & irretitus, magis atque magis accendor.

## L A C H R Y M A E.

Matth. 5. c.

Hierony. 4.

Ad Colof. 2.

Daniel. 7.

Psal. 73.

Exod. 14.

Gene. 2.

Psal. 125.



**B**EATI qui lugēt, inquit summa veritas apud Matthæum. Lachrymæ à peccatis animam mūdant, quod Propheta Hieremias docuit, cum dicebat. Laua à malitia Hierusalem cor tuum, ut salua fias. Quia vero Christus Dominus deleuit proprio sanguine chirographum nobis contrarium, nos saltem lachrymarum effusione literas, quas peccando in libro conscientie scribimus delere debemus, ne coram iudice comparentes, cum libri omniū sunt aperiendi, debita aliqua scripta inueniantur, ad quæ soluenda damnemur. Quod autem lachrymis Diabolus submergatur, dubium non est, quia in Psalmo dicitur. Tu contribulasti capita draconis in aquis. Harum aquarum typus fuit mare rubrum, ubi Pharaon, atque omnis exercitus eius submersus est. Hæc est aqua illa, quæ cordis nostri terram, & irrigat & foecundat, cuius figura fuit fons ille qui ascendebat de terra irrigans vniuersam terram. Foelices qui seminant in lachrymis, nam in exultatione metent. Lachrymarum efficaciam intelligens regius vates dicebat. Auribus percipe lachrymas meas. Atque rursus exauditus dicebat. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Nos igitur, qui iuxta flumina Babylonis sedemus, in salicibus in medio eius suspendamus organa nostra, & oculos ad caelestem patriam leuemus, eamque contemplantes vim lachrymarum profundamus. Quomodo non lugemus in terra aliena exules cum simus à propria? Habet sua instrumenta musica,

musica, quibus oblectetur rex Babylonis, & quibus consonantibus vniuersarum gentium populi prosternantur, & staruant auream adorent. Habeant mundi sectatores suas voluptates, quibus idolis, hoc est, mundo, & Dæmoni, & carni seruiant & obtemperant: sit cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs suis. Nos autem exules cælesti patria lugeamus: nam Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ut enim spiritus ille diuinus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus auctore Beato Paulo, & postulat quidem in sanctis hominibus, & per illos simgemiscit, qui donum acceperunt orationis, petitque quæ maxime è re nostra esse videntur: ita per sanctos homines vehementer conqueritur de infelicitate, & miserrima mortalium fortuna, qui post peccatum tot malis spiritualibus premuntur. In Genesi dicitur. Eua adiecit & peperit fratrem eius Abel. Cur hic secundus filius dictus sit Abel quod interpretatur luctus non exprimitur in Textu sacro: forte tamè ideo sic appellatus est, quod magno dolore matris effusus sit, vel quod tã Adæ, quam Eux causa luctus fuit cum à Cain occisus esset, vel quod primus fuit vere in hoc mûdo lugentium. Imitemur igitur & nos primum iustum Abel, & ploremus coram Domino peccata nostra.

## Lachrymæ.

Beatus Ioânes Climacus ait. Sicut in ceteris omnibus ita in lachrymis quoque iudex noster optimus, atq; æquissimus naturæ vires omnino dijudicat. Vidi modicas guttas instar sanguinis cum labore effundi; vidi item fontes absque labore profluere, ego denique merentium dolorem, atque gementium pluris æstimavi, quam lachrymas, putoq; & Deus item. Et rursus inquit. Inuenimus nonnunquam, si obseruemus diligentius, ridiculum quiddam in nobis Dæmones moliri; nam cum saturitate distenti fuerimus compungunt nos: rursus cum ieiunauerimus obdurant, vt seducti lachrymis partem victorum gulæ, ac delicijs nos ipsos exponamus. Ideo ait sanctus vir. Noli antequam perfecte emunderis lachrymarum tuarum imbribus credere: nec enim habet fidem vinum statim à torcularibus expressum. Quam vero acceptabiles piæ lachrymæ Deo sint, manifeste regius vates ostendit. Nam pro eo, quod nos legimus: Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, alij verterunt. Lachrymas meas reponere in ventre tuum.

tuum vt intelligamus esse in mētē diuina receptacula sua, in quibus & vere poenitentium, & calamitosorum hominū lachrymæ conduntur, ac seruantur. Vnde est etiā illud. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

*Psal. 37.*

Quando piæ lachrymæ Deo offeruntur, & pro bonis spiritualibus, seu proiaecturis spiritualibus, & non pro rebus mundi pro-

*1. Paralip. 14.*

funduntur tunc ipsi Deo gratissimæ sunt. In libro Paralipomenon legitur, quo pacto rex David bellum quibusdam gentilibus intulit, ipsi autem fugæ se dederunt, & reliquere idola sua, quæ S.

*B. Augustin.*

*lib. quæst.*

David comburi iussit. Beatus Augustinus in lib. quæstionū inuestigat rationem, quare Rex David idola illa concremari præceperit, & respondet, ideo id fecisse, quia illis lachrymas gentiles offerebant, at iustum, & æquum est, vt idola, quibus lachrymæ offerebantur igne concrementur: nā lachrymæ soli altissimo Deo offerendæ sunt, & propter eius singularem amorem, & propter offensas contra ipsum factas profundè. O quot hodie in mundo sunt idola, quibus quam plurimæ lachrymæ offeruntur! Quot lachrymas homines hodierna die diffundunt propter nummos, propter honorem, & propter voluptates, quam paucas vero propter Deum. Non sic faciebat ille, de quo Beatus Climacus ait. Non præteribo monasterij cuiusdam admirabilem singularemq; virtutem coqui: cū enim illum animaduertērem in tam frequenti perpetuoque ministerio iugiter secum habitare, gratiamque possidere lachrymarum, orauī supplicem, vt mihi quoniam modo meruisset istius modi gratiam revelare dignaretur. Qui tandē fatigatus precibus meis ita respondit. Nunquam me hominibus seruire arbitratus sum, sed Deo, & indignum me ipsum quiete omnis iudicans ex huius ignis contemplatione sempiterni incendij memoria compungor. Fœlices, qui hunc coquum in omnibus his imitati fuerint, si quidem tales effectus ex eis producuntur.

### Lachrymæ.

*Iudic. 11. c.*

**I**N libro Iudicum legitur filia Ducis Iephte à patre suo postulasse, vt dimitteret eam duobus mensibus circuire montes, & cum sodalibus suis virginitatē suam deplorare. Et sanctus Iob dicebat. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Et Regius Propheta inquit. Quoniam aduena

*Iob. 10.*

*Psal. 38.*

ego sum, & peregrinus, remitte mihi, vt refrigerer, prius quam ab eam, & amplius non ero, hoc est, concede mihi Domine spatium vt hanc animã meam lachrymis refrigerem, siquidem mane moriar. Itaq; sanctus David, & sanctus Iob, & filia Ducis Iephte temporis spatium postulauerunt ad plorandum, eo quod sciebant, se esse morituros: at vero miserabiles, & cæci peccatores dicunt, vt ait Isaias Propheta, comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Animaduerte o miser homo, te esse arborem inuersam, qui radices habes in capite versas in cælum, ramos autem in terram, ibi cogitationes tuæ atque amor esse debet, hic vero bona opera, dũ viuus. Aqua autem, qua hæc arbor irriganda est sunt lachrymæ, quas abundantissime profundere debes, sicut B. Augustinus in suis meditationibus testatur dicens. **Quomodo plangere, &**

**10** in planctu persistere debet anima, quæ te Redemptorẽ suũ cælo præsentem, & ubiq; regnantẽ corde credit, ore cõfitemur. Quomodo ergo gemere, & flere debet talis anima, quæ te toto corde diligit, teq; toto desiderio videre concupiscit solum confugium, & vnicam spem miserorum, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur: præsta mihi hanc gratiam propter te, & propter nomen sanctum tuũ, vt quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te confero, quoties tui reminiscor, tibi assisto, laudes, preces, & sacrificium offero, toties obortis lachrymis in conspectu tuo copiose & dulciter fleam, ita vt efficiantur mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Tu quidem rex gloriæ, & omnium virtutum magister docuisti nos verbo, & exẽplo gemere, & flere dicens. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tu fleuisti defunctum amicum, & lachrymatus es valde super perituram ciuitatem. **Rogo te bone Iesu per illas benignissimas lachrymas tuas, & per omnes miserationes tuas, quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es, da mihi gratiam lachrymarum, quam multum desiderat, & appetit anima mea, quia sine dono tuo non possum habere eam, sed per s̄ iritum sanctum tuũ, qui dura corda peccatorum mollit, & ad fletum compungit, da mihi gratiam lachrymarum sicut dedisti patribus nostris, quorum vestigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, sicut ipsi se plangerunt nocte, ac die. Propter merita, & orationes eorũ, qui tibi placuerunt, & deuotissime seruiuerunt, miserere mei indigni serui tui, & da mihi gratiam lachrymarum, vt sint mihi lachrymæ**

B. Augu. lib.  
medita. c. 35.

meæ panes die, ac nocte, efficiar que in conspectu tuo Deus meus 12  
 per ignem compustionis holocaustum pingue; & medullatum:  
 macter in ara cordis mei, & tanquam pinguisimum holocaustu  
 affumar tibi in odorem suauitatis. Da mihi dulcissime fontem ir-  
 riginum, in quo lauetur assidue istud inquinatum holocaustum:  
 licet enim me totum tibi obtulerim gratia tua, in multis tamen  
 quotidie offendo propter nimiam fragilitatē meam. Da ergo mi-  
 hi gratiam lachrymarum benedicte, & admirabilis Deus, præci-  
 pue ex multa dulcedine amoris tui, & commemoratione miseri-  
 cordiarum tuarum. Prepara hanc mensam famulo tuo in conspe-  
 ctu tuo & da mihi eam in potestatem, vt, quoties volo, satier ex  
 ea, tribue pro pietate, & bonitate tua, vt iste calix tuus inebrians,  
 & præclarus satiet sitim meam, vt hinniet tibi spiritus meus, &  
 ardeat mens mea in amore tuo oblitus vanitatis, & miseriæ. Audi 13  
 Deus meus, & exaudi lumen oculorum meorum, pie, & exorabi-  
 lis Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea,  
 sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi  
 effectum petitionis meæ, & desiderij mei precibus, & meritis glo-  
 riosa virginis Mariæ Dominae meæ, & omnium sanctorum,  
 Amen. Optime hic gloriosus Doctor intelligebat, quantum sit  
 donum lachrymarū, siquidem illud toties, ac tam efficaciter a Do-  
 mino postulabat eandem sæpenumero repetens orationem?

simile.

Si magnificamus aquas florum, aut herbarum, quia abluunt  
 oculos, aut medentur nonnullis vulneribus, cur non magni-  
 facimus lachrymas, quæ abluunt animæ sordes, eiusque vl-  
 cera curant? Hic liquor est omni balsamo preciosior, & saluta-  
 rior. Id voluit significare Deus cum mare fusile, & luteris in tē-14  
 plo constituit. Per mare fusile in quo lauabantur sacerdotes signi-  
 ficabatur vera peccatorum confessio cum lachrymis coniuncta,  
 qua sacerdotes nouæ legis ad altare accedentes debent conscien-  
 tiæ maculas expiare: luteris autem, in quibus carnes in altari ho-  
 locaustorum offerendæ abluiebantur, lachrymæ sunt contritio-  
 nis, quibus debent veri Christiani labes suas delere.

simile.

Omnes fluuij non possunt prunam vnā extinguere purga-  
 torij & piæ contritionis lachrymæ ignem illum extinguunt.  
 Vt cum domus aliqua incendio flagrat, qui eam volunt a flammis  
 eripere ad aquas confugiunt: sic nos videntes animas  
 nostras flammis impiarum cupiditatum flagrantis sumus sta-  
 tim

15 timad lachrymas recurfuri, quibus incendium extinguiamus.

## Lachrymæ.

**B**Eati qui lugent, quoniam ipsi &c. Qui sua quidem peccata  
lugēt beati sunt, inquit Chryfostomus, sed mediocres beati:  
beatiore autem sunt, qui aliena lugent peccata. Nam de Ange  
lis, qui exituri sunt in fine seculi, vt signent seruos Dei, qui lu  
gent de alienis peccatis sic scriptum est per Ezechielem prophe  
tam. Ite per Hierusalem, & signate omnes, qui lugent super ini  
quitates, quæ fiunt in medio Hierusalē. Quam merito lugentes  
propria, & aliena peccata beati appellentur, declarat B. Paulus  
dicens in Epistola ad Corinthios. Sæculi tristitia mortem opera  
tur, quæ autem secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in  
16 salutem stabilem operatur. Si enim illi, qui vel filios mortuos  
lugent, vel coniuges, vel alium quempiam proximorum toto  
illo doloris sui tempore non pecuniarum tenentur amore, nō  
corporum, non gloriam concupiscunt, non consumuntur inui  
dia, non iniurijs permouentur, non alijs vitijs obsidētur, vt po  
te solis luctibus mancipati: multo magis qui propria peccata lu  
gent, sicut ea lugere dignum est, celsiorem philosophiam men  
tis ostendunt, inquit idem Beatus Chryfostomus in quadam  
homilia. B. Chrysof.  
Hom. 9. ope.  
imperf.  
  
Ezech. 9.  
  
2. Ad Cori. 7.  
  
Idem Hom.  
15. in Matth.

Beatus Chryfostomus lachrymas recte secundum baptisma  
vocat. Ezechia rege flente, Dominus suspendit sententiã quin  
decim annis. Fleuit Beatus Petrus amare, & Dominus pepercit  
ei. Illa famosa peccatrix Maria Magdalena pedes Iesu lauit non  
17 quavis aqua sed lachrymis feruētissimis & capillis terfit, quos  
tanti antea fecerat: labia pedibus Domini fixit, & tandem eos  
vnguento pretioso vnxit. O nouum & inauditum oblationis,  
& sacrificij genus, proculdubio à Spiritu sancto edocta hæc pie  
tatis ministeria exercuit. Ad lachrymas eius iam venia subsecu  
ta est. O bonæ, salubres, ac dulces lachrymæ, quam potentes  
sunt apud Deum. O vere beati, qui lugent, quoniam ipsi conso  
labuntur. Ecce mare rubrum, in quo superbus Rex Pharao, &  
cunei eius submersi pereunt, Satanas, & complices eius inter  
vndas lachrymarum profligantur. Quid multa? Lachrymis suis  
Magdalena triplex conciliauit beneficium. Primo delictorum  
suorum flendo conciliauit veniam, dicente Domino. Remittū-

tur tibi peccata tua. Secundo videns Iesus Magdalenam flentem, 18 ipse lachrymatus est, & fratrem eius quatruiduanū suscitauit. Tertio deniq; ad monumentum flens meruit Christum suscitatum inueniri, & adorare. Ecce quantum momenti habeant lachrymæ. O foelix orthodoxus, qui quotidie cum Magdalena peccatrice peculiariter errata deflet, & lachrymis stratum suum rigat. Deinde damna proximi sui dolet flens cum flentibus, vt Apostolus admonet. Tandem vestigia illius sanctissimæ foeminæ sequens, Christum videre affectans illud Psalmi dicit. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi (scilicet à desiderijs meis) vbi est Deus tuus? Ad has lachrymas feruidi prædicatores prouocare debent auditores suos, vt fecit ille angelus in corpore phantastico assumpto prædicans Hebræo populo in Galgalis. Sic enim legitur in libro Iudicum. Ascendit angelus Domini de Galgalis ad locum flētium, & ait. Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis foedus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis: Et nolulistis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? Quāobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorū sint vobis in ruinā. Cumq; loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel eleuauerunt vocem suam & fleuerunt, & immolauerunt ibi hostias Domino. O quāto affectu, quantoque ardenti desiderio loquebatur, qui sic vniuersum populum ad poenitentiam conuertit. Non, vt quidam concionatores, ad risum audientes incitauit, sed ad lamentum & fletum populum commouit. Vtinam & nos huius angeli vestigia sectantes, feruenti charitate verba Dei proferentes, tantum frugis haberemus quantum vnico sermone angelus ille habuit.

Iudic. 2.

19

20

LA VDES

# LAUDES DEI.



**N**VITANS nos regius propheta David, vt altissimum Deum continuis laudibus efferamus, inquit. Laudate Dominum secundum multitudinem magnitudinis eius. Res quidem admiratione digna est, qualiter sanctus David nobis præcipiat, vt Deum infinitæ maiestatis, & infinitæ essentiæ, & valoris iuxta magnitudinem suam, & secundum id, quod ipse est, laudemus. Si omnes arenæ maris, & fluminum, & grana pulueris totius mundi, & folia omnium arborum, & plantarum linguæ fierent, & vnaqueque lingua de perfectionibus Dei plus explicaret, quam supremus omnium seraphin cõcipit suo altissimo, & nimis inflâmato intellectu, omnes, inquam, hæ linguæ simul explicantes de Deo tot, tamque magna, remaneret profecto in infinitum modum inferiores hebetes ac breuissimi ad explicandam maiestatem, magnitudinem, bonitatem, pulchritudinem, & gloriam, qua fruitur, & quæ in se includit illa sola diuina essentia, quam Deum appellamus. Considerans hoc & animo euoluens Beatus Augustinus dicebat. Laudete opera tua secundum multitudinem magnitudinis tuæ, puluis, & cinis ego sum, canis mortuus, & foetens ego sum, vermis, & putredo ego sum: quis ego sum, vt laudem te Domine Deus fortissime, spiritus vniuersæ carnis, qui inhabitas æternitatem? Nūquid foetor laudabit odorem? Nūquid laudabit te Domine, qui in peccatis conceptus est, & natus, & nutritus? Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Laudet te Domine Deus meus: incomprehensibilis potentia tua incircumscripibilis sapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te supereminens clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoque virtus, & diuinitas tua. Laudet te omnipotentissima fortitudo tua, summa quoque benignitas tua, & charitas tua, propter quam creasti nos Domine Deus vita animæ meæ. Igitur cum hoc ita sit, quomodo ait sanctus David. Laudate Dominum secundum multitudinem magnitudinis eius? In hoc significare voluit nobis regius Propheta, vt animaduertamus & attente consideremus, Deum infinitas laudes mereri, & cum hac consideratione, licet eum nimium laudemus, semper tamen cogitabimus

Psalm. 150.

B. August. in soliloquio. c. 102

B. August. Medita. c. 34. nos parum fecisse, atq; ita eum magis, ac magis laudare curabi- 4  
 mus. Optime hoc B. Augustinus sentiebat, dum aiebat. Immen-  
 sus es Domine, & ideo sine mēsurā debet amari, & laudari ab ijs,  
 quos tu precioso sanguine redemisti. Vt hoc faciamus debemus  
 etiam nos eundem altissimum Domium deprecari, vt suū fauo-  
 rem, & auxilium nobis præstare dignetur, sicut idē gloriosus  
 B. Aug. in so- Doctor faciebat in suis soliloquijs dicens. Non valeo laudare te  
 liloquio c. 10. sine te, habeam te & laudabo te. Quid enim ego sum Domine  
 per me, vt laudem te? Nunquid tenebrę laudabunt lucem, aut  
 mors vitam? Tu lux, ego tenebrę, tu vita ego mors, nunquid va-  
 nitas veritatē laudabit? Tu es veritas, ego homo similis factus  
 vanitati. Quid ergo Domine laudabo te, nisi tu adiuues me? Im-  
 ploremus ergo continuo huius magni Dei fauorem, vt ipsum  
 dignis, ac sempiternis laudibus collaudemus. Rex Dauid cum 5  
 tot occupationibus regni sui esset intētus, de se ipso ait. Septies  
 psalm. 118. in die laudem dixi tibi. Quę verba exponēs B. Basilius inquit.  
 Septies in die laudem dicere est sæpenumero Deum laudare,  
 quoniam septenarius numerus vniuersitatem designat, hoc est,  
 semper, & omni tempore, quo congruum erat ab alijs vacare,  
 & tuas laudes decantare: sicut enim intelligitur illud, quod Re-  
 demptor noster dixit. Oportet semper orare, hoc est, congruis,  
 ac statutis horis ad id munus exequendum aptis ac institutis; nā  
 Lucę. 18. ipsemet Regius Propheta qui dixit. Septies in die laudem dixi  
 psalm. 33. tibi, dixerat alibi. Semper laus eius in ore meo, hoc est, semper  
 quod opus, & tempus fuerit. Et hic est literalis sensus, quem B.  
 Augustinus super hunc locum prosequitur dicens. Septies in  
 die, quod ait significat semper, solet esse quippe iste numerus 6  
 vniuersitatis indicium quia per septem dies currentes, & de-  
 currentes tempora vniuersa voluuntur. Nec ob aliud dictū est  
 in Prouerbij. Septies in die cadit iustus, & resurget, id est, non  
 perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non præuaricatus,  
 alioquin non erit iustus, nam pro omni genere tribulationis,  
 qua in conspectu hominum deiicitur, positum est, septies ca-  
 dit, & pro eo, quod ex ipsis omnibus tribulationibus proficit,  
 positum est, resurget, satis illustrat in eo libro consequens sentē-  
 tia præcedentem, ibi enim sequitur. Impij autem infirmabun-  
 tur in malis. Itaque iustū septies cadere & resurgere est in om-  
 nibus malis non infirmari. Merito igitur septies in die laudabit  
 iustus.

7 iustus Deum super iudicia iustitiæ ipsius: quia cū tempus esset, vt iudiciū inciperet à Domo Dei in omnibus tribulationibus suis nō infirmatus, sed magno merito glorificatus est. Hęc ille.

Laudes Dei.

**T**Am decens, tamq; equū, & necessariū est hominē laudes Do-  
 mino decantare, vt cū ipse obliuiscitur Deum laudare, eiq;  
 gratias agere totus mundus vacuus, & inanis dicatur esse, Quā Eccle. 1.  
 do Salomon dixit: Vanitas vanitatū, & omnia vanitas, non vo-  
 cavit omnia vana, eo quod arbores fructum non præberent, ter-  
 ra sterilis esset, planetæ non illuminarent, nec influerent, & flu-  
 mina non laberentur, (hęc enim omnia illas faciebant operatio-  
 nes, ad quas condita fuerunt) sed res mundi vanas appellauit,  
 8 quoniā homo dum creaturis vane vtitur ipsas vanas esse facit. Simile  
 Sicut dicitur vanū esset, & inutile artificiiū horologij, quādo ho-  
 rologiū ipsum horas sonare non facit. Omnia elementa in suis  
 operationibus, & cæli in suis motibus sunt veluti rotæ horolo-  
 gij, & omnis hęc mūdi harmonia est vt horologiū horas sonare  
 faciat id est [ Toda esta armonia del mundo es para que el relox  
 suene] hoc est, vt homo Deū laudet, & glorificet in eius diuino  
 amore inflammatus [ Y si este relox no suena] si homo Deū nō  
 laudat, omnia vana, & inutilia sunt. Quia propter filius prodi- Lucæ. 15.  
 gus patri suo dicebat. Peccaui in cælū, & corā te; quoniam pecca-  
 tor, dū peccat & à diuinis laudibus cessat, nec Deū laudare stu-  
 det, omnibus creaturis iniuriā irrogat siquidem efficit, vt vanæ  
 sint, nec ab eis commodū, & vtilitatē, quā Deus intēdit, educit.  
 9 Quo circa, fratres, Deum puris cordibus laudare studeamus, &  
 linguæ nostræ sint veluti cymbala horologij sonantia. Sic facie-  
 bat Sanctus Dawid, & cum hoc in suis afflictionibus consolaba-  
 tur, sicut ipse fatetur dicēs. Cantabiles mihi erant iustificationes Psalm. 118.  
 tuę in loco peregrinationis meę. Vbi D. Hieronymus ex He-  
 bræo vertit. Carmina mihi erant iustificationes tuę, id est, iusti-  
 tias tuas Domine canebā, veluti carmina cantari solēt. Et B. Au. B. Aug. li. 10.  
cōfessionū.  
c. 35.  
 gustinus libro confessionum sonoros cantus in Ecclesia appro-  
 bat, atq; laudat, vt per oblectamenta aurium infirmior animus  
 in affectum pietatis assurgat. Vnde capitulo sexto dixerat, Quā-  
 tum fleui in hymnis, & canticis tuis suaue sonantis Ecclesiæ vo-  
 cibus commotus: acriter voces illæ influebant auribus meis, &

eliquebatur veritas in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ & bene mihi erat cum eis. Aduertendū tamen est, quod in rebus diuinis sic cātibus attendendū est, vt ne omnino animum post sensus taliter rapiant, vt à diuinis fleatur, potiusq; cātus quā id, quod canitur, attendat, quod B. Augustinus loco citato vituperat, & veluti culpam detestādo confitetur dicens. Tamen cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quā res, quæ canitur, moueat pœnaliter me peccare confiteor, & tunc malum non audire cantantem. Audiamus ergo canentes diuinas laudes summa cum reuerentia, attentione, & deuotione, vt animus noster in affectū pietatis insurgat. Solinus enim libro de mirabilibus mundi dicit, quod in Alesia regione est fons quietus, qui semper scaturiens intra alui sui ripas continetur: at vero ad sonitum tybiæ vel Cytharæ intumescit supra alueum, ripasq; & terram omnem implet. Quid ergo mirum, si deuota anima spiritualibus canticis, hoc est Ecclesiæ Hymnis, ac carminibus, quæ canit allecta esse in cælestem angelorum melodiam rapiatur, quæ prius in se ipsa tantum contenta quiescebat. De hoc vide Beatum Thomam præclara dicentē. Quod autem his spiritualibus canticis homo gratum se ostendat, testatur Beatus Iacobus, qui ait. Tristatur aliquis inter vos? oret. Æquo animo est? Psallat, hoc est, aduersis opprimeris, ora. Tibi prospera arident, psalle: nam æquo animo in vtramque sis partem oportet, tunc enim adimplebitur in te illud Psalmi. Nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Nox illuminatur, sicut dies quando aduersa tanquam Dei beneficia recipimus, & pro eis gratias summas referimus. Est autem lumen sicut tenebræ, quando æquo animo in aduersis, & prosperis te geris.

Solinus. lib.  
de mirabili-  
bus mundi.

B. Thom. 2. 2.  
q. 91. artic. 1.  
& 2.  
B. Iacob. c. 5.

Psalm. 138.

## Laudes Dei.

Isai. 60.

Loquens Isaias Propheta cum sancta Ecclesia inquit. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. In quo significauit S. Propheta interiorē, atq; exteriorē sanctitatē, quæ in hac vniuersali Ecclesia futura erat: non solum enim fideliter credētes interius amore & charitate pleni futuri erāt, sed exterius bonis exemplis, & diuinis laudibus micaturi. Verū si verba hæc cuiuslibet credentiā volumus applicare, per muros eius intelligitur timor, & pudor, vt autē hi muri fortissimi existāt, oportet, vt super illis sit hæc

13 hæc nostra salus, qui est Deus, & oportet etiam, vt ianuæ sint ple-  
 næ laudibus. Ianuæ, per quas omne bonū in mentem ingrediur  
 sunt intellectus, voluntas, & memoria: diuina autē laus est veluti  
 fera, vel pesulū, quo hæ portæ concluduntur, ne in animam ali-  
 quid mali introeat, quod & significauit idē Prophetā dicēs. Lau-  
 de mea infrānabo te, ne intereas. Sed vā, vē, & millicies vā & quo-  
 modo hoc dicā, aut quibus verbis hoc amplificare potero, si qui-  
 dē Christiani, qui se in continuis altissimi Dei laudibus occupare  
 debebāt, in omnibus suis actibus, videlicet cū manducant, cū bi-  
 bunt, cū laborant, cum ambulat, cū quiescunt, cum somnū cape-  
 re volūt & cum à lectulo surgunt, semper Dei laudes in ore eorū  
 esse debebant, ac dicere. Glorificatus, & benedictus sit Deus pro  
 tātis in nos quotidie beneficijs collatis, Christiani inquam, quorū  
 14 munus hoc futurum erat, non nisi mēdacia, murmurationes, atq;  
 obscæna verba aērē ipsum corrupētia loquuntur, ac falsis testi-  
 monijs se periurant, & alia quam plurima scelera perpetrāt. Id-  
 circo per ianuas eorū sensuum exteriorum, & per potentias ani-  
 marū suarū peccata grauissima ingrediuntur. Per viscera ergo mi-  
 sericordiæ Dei nostri vos oro fratres, vt vos ipsos confundatis, &  
 pudorē concipiatis tam ingrati diuinæ liberalitatis beneficijs exi-  
 stere, & viribus omnibus contendatis vestra posthac corda refor-  
 mare datorem omnium beneficiorum continuo, ac maxima cum  
 reuerētia collaudantes. Quod si feceritis, Deus optimus maximus  
 vos alijs longe maioribus beneficijs exornabit. Quando Eua filiū  
 suum Cain post peccatum peperit ipsum in manibus assumpsit,  
 & in has voces prorupit. Possedi hominem per Deū, quod per-  
 15 inde est, ac si admirans diceret. Est ne possibile, me filiū hominē  
 peperisse? Quid ergo paritura eras, o Eua, cum sis mulier, nisi ho-  
 minem? Viperas profecto venenosas paritura erat mulier, quæ  
 Deum offendit, sicut ego, quæ omnē mundum veneno infeci. id-  
 circo gratias tibi ago Dne, qui me à partu in colūmē exire fecisti,  
 & non attendisti ad scelera mea, sed propter infinitam misericor-  
 diam, & pietatem tuam hunc filium mihi illo indignæ, & absque  
 meis meritis largitus es. Hoc adeo contentus fuit Deus, vt ei ma-  
 iora donauerit: quasi dicens: Expecta mulier: filius enim, quem  
 peperisti, non est bonus, idcirco ego tibi alium longe meliorem  
 dabo, quod quidem & opere compleuit, nam ei iustū Abel, qui  
 satis melior fuit, quam frater eius, concessit. Si ergo o fratres

Genes. 4.

B. Aug. li. i. de  
dita. c. 33.

ex acceptis à Deo beneficijs immēsas ei gratias agitis, ipsumq; <sup>16</sup>  
puro corde laudatis, ille vobis alia multo maiora præstabit. Vt  
autē attendatis quo spiritu, quo affectu, qua humilitate, & qua  
reuerentia, & desiderio hunc immensum Deum laudare debe-  
tis, perpendite verba illa. Beati Augustini in suis meditationi-  
bus, sic dicentis. Si Angelite adorantes, & laudantes tremunt  
mira exultatione repleti, ego peccator, dum tibi assisto, laudes  
dico, sacrificiū offero, cur non pauco, vultu palleo, labijs tremo,  
toto corpore inhorresco, sicq; obortis lachrymis coram te inde-  
finenter lugeo? Volo, sed non valeo, quia nequeo, quod deside-  
ro. Hinc enim mecum vehementer admiror, dum te nimis terri-  
bilem oculis fidei cerno: sed quis hoc sine opere gratiæ tuæ?  
Vniuersa enim salus nostra magna misericordia tua. Miserum  
me, quo modo sic insensata facta est anima mea, vt non terrea- <sup>17</sup>  
tur timore nimio, dum stat ante Deum, & suas illi laudes decā-  
tat. Miserum me quomodo sic induruit cor meū, vt oculi mei  
non indefinenter producant flumina lachrymarū, dum seruus  
sermocinatur coram Domino suo, homo cum Deo, creatura cū  
creatore, quæ facta est ex limo cū eo, qui omnia fecit ex nihilo.

## Laudes Dei.

Psalm. 148.

QVanta obligatione astringātur homines cōtinuas suo crea-  
tori laudes offerre, ex eo aperte conspicitur, quod San-  
ctus David in cātico suo omnes creaturas irracionales, & insen-  
sibiles, atq; etiā ipsos dracones, & abyssos ad Dominū laudandū  
inuitat. Quāto ergo potiori, & equiore iure has ei laudes creatu-  
ra debet rationalis? In quo obseruandū est, hominē non solum <sup>18</sup>  
propter se has laudes Deo debere, verū etiam quia ipse solet esse  
causa, quare aliæ creaturæ à Dei laudibus cessent. Vt autem hoc  
melius percipiamus, oportet nos oculos figere in omnibus, quæ  
hanc vniuersalē mundi fabricā pulchram reddunt, & cum ea in  
operibus, ad quæ Deus ipsa creauit, occupata viderimus, aperte  
intelligemus, ea esse veluti linguas, quæ laudant continuē Do-  
minū. Atq; ita quando homo creaturas irracionales in suum cō-  
modū, & seruitiū capit, videlicet aucupando aues, piscando pis-  
ces in suā sustentationem, sciendendo vel euellēdo florē, aut fier-  
bā in suā voluptatē, efficit, vt creaturæ illę cessent ab eo laudā-  
di modo, quo creatorē suum odore, pulchritudine, aut motu lau-  
dabant:

19 dabāt: ipse autem pro illis obligatus remanet ad laudes illas Dño offerēdas, quas creaturæ suo modo illi præstabāt. Huius rei appositissimū in Sacra scriptura reperitur exēplum. Volens S. Iosue Iosue. 10. solem detinere locutus est (vt ait sacer textus) Domino, dixitque corā filijs Israel. Sol cōtra Gabaon ne mouearis. Quod paraphrastes Chaldaicus exponens transtulit hoc modo. Laudabat Iosue coram Dño Iehoua, & ait. Sol contra Gabaon ne mouearis. Sol quando oritur mane vsq; ad vesperā quādo occidit, assiduo tenore Deū laudat, atq; ita S. Dauid dixit. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomē Dñi, vel vt trāsferri potest. A solis ortu vsq; Psal. 118. ad occasum laudatur nomē Dñi, id est, cōtinuus motus solis ab Oriente in Occidentē est quedā cōtinua Dñi laus. Cū igitur S. Iosue soli præcipit, vt in suū seruitiū, & vtilitatē detineatur illuminans Israelitas, qui reges quinq; è prælio fugiētes persequēbantur, perinde fuit, ac si aliquo modo silentiū vocibus, quas sol suo rapido cursu in Dei laudes proferebat, imponeret, atq; ita intelligens, & cognoscens S. Iosue sui causa solem esse taciturū, incepit eas resonare voces, quas sol in Dei Laudes prolaturus erat, & ita laudabat Iosue corā Dño Iehoua. [ Auiēdo de ocupar el sol en su seruiçio hizo lo q̄ el sol yuahaziēdo, q̄ era loar a su criador. ] Sic tu quando florē, seu rosam carpis, & ad nares admoues, quid aliud facis, nisi silentium laudibus, quas flos, seu rosa illa Dño suo odore proferebat, imponere? Tu igitur obligatus remanes ad præstandū munus, quod rosa illa suo rubicūdo colore exequēbatur, Deū pro illa assidue collaudando. Verū tanta est peccatoris iniquitas, & peruersitas, vt non solū huius obligationis non reminiscatur, 2, verum etiā creaturas ipsas in seruitiū suorū vitiorum, & vanitatū adducat. Quā ob causam D. Paulus elegātissima prosopopœia ad Romanos scribens inquit. Vanitati creatura subiecta est non volens. Et statim adiecit. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Nunquid non est vanitas peccatorem ventrem suum Deū facere? Hęc igitur vanitas efficit, vt homo faciat animantia, fructus ac cætera mundi condimenta, appetitui suo diligentissime inseruire. Nunquid non est vanitas hominē fœlicitatem suā ponere in cōponendo corpus, eiq; indulgendo? Huic igitur vanitati seruire facit aurum, argentum, lapilli preciosi, panni ferici, atque alia pretiosa indumenta. [ Finalmente del dia se sirue el hōbre para armar las redes, y de la escuridad de la noche para coger la caça.

cayda en ellas. Quapropter creaturæ omnes irracionales vidētes, se subijci vanitati hominis. inhonoratas se reputant, & sentiunt, atq; ita afflictæ voces in Deum mittunt, & hoc est, quod ait Apostolus. Vanitati creatura subiecta est nō volēs: ingemiscit, & paritur vsq; adhuc, [y cō estos gemidos dizen a Dios, Señor libranos de tan ruynes amos que no solo se olvidan de pagar las albanças, que te hauian de dar por las que dexamos de darte nosotras por seruirlos a ellos, però aun se firuen de nosotras para sus vanidades, y offensas tuyas?]

## Laudes Dei.

Psal. 150.

Psal. 7.

B. Greg. lib. 20. Moral. c. 26. Idem. lib. 9. Mora.

B. Augustin. sup. Psal. 70.

Psal. 102.

Psal. 6.

**R**Egius Propheta David homines ad laudes Dño decantādas inuitat dicens. Laudate eum secundū multitudinē magnitudinis eius, quod quidem antea se facturū dixerat his verbis. Cōfitebor Dño secundum iustitiā eius, & psallam nomini Domini altissimi. Si autē queritis, quomodo sit possibile, quod vermiculus terræ Deū laudet secundū iustitiā eius? (Nam vt ait B. Gregorius, omne quod de Deo dicitur, eo ipso insignū est, quod dici potest, eius enim laudi nō sufficit obstupescēs cōsciētia, quomodo ergo sufficiet loquēs lingua.) Quomodo igitur inquit regius vates: Cōfitebor Dño secundū iustitiā eius. Ad hoc respondet B. Gregor. dicēs. Ille hoc facit, qui se succumbere in eius laudibus cōsiderat. Quo autē tēpore laudes Dei fieri debent, docet B. Augustinus super Psalmos exponens illa verba: Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinē tuam, vbi ait. Quid est tota die? Sine intermissione. In prosperis quia consolaris, in aduersis quia corrigeris: antequam essem, quia fecisti: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignouisti: cū conuersus essem, quia adiuuisti: cū perseuerassem, quia coronasti, ita plane repleatur os meū laude, vt hymno dicam gloriam tuā tota die. Quo vero loco dicēdæ sunt Dei laudes docet sanctus David dicens. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Hæ diuinæ laudes adeō voluptati, & gaudio erāt sancto regi vt vna ex præcipuis causis, quare sanctus rex infernū timebat, ea esset, quia ibi damnati Deum non laudabant: atq; ita affectuose postulabat dicens. Conuertere Dñe, & eripe animam meā: saluū me fac propter misericordiā tuā. Vbi expositores dicunt. Reuertere Dñe, & eripe animam meam. Quod perinde est, ac fridiceret.

25 **secret.** Ego Domine te offendi, & a me expulsi: & tu me reliquisti, idcirco reuerte ad me propter misericordiam tuā: nam sine te perditus sum. Rationem autē, quare diuinam misericordiā tantopere cōcupiscit, assignat dicens. Quia non est in morte, qui memor sit tui, id est, quia in inferno non est, qui te laudet, quasi dicat, non tantum pertimesco esse in inferno propter tormēta, quantū quia cogito, quod si ibi fuero, os, quo te laudem, non sum habiturus. O admirabilem glorię Dei zelū, & feruentissimū laudum eius desiderium! Propter hoc fratres mei infernū odio habere, & pertimescere debebamus, quia scilicet in eo immensus Deus nō laudatur, quia nō est in morte (videlicet eterna) qui memor sit tui. Et se ipsum amplius exponēs S. Propheta addit. In inferno autem quis cōfitebitur tibi? Maxime etiā declarauit, quantū diuinas laudes de  
 26 gustabat, cū dixit, Exultabūt labia mea, cū cantauero tibi, & anima mea, quā redemisti. Labia exteriora, & anima interi<sup>r</sup>, & spiritus, atq; omnia, quę in sancto rege erant, gaudio & voluptate maxima implebantur, dū Dominū suū glorificabat. Sponsa, quę  
 sponsū suū ardēter diligit, tota in eius se amorē conuertit, ipsum quę magno gustu, & animi desiderio collaudat, atq; suis laudibus in eius amore magis inflāmur, & conseruatur. Referūt antiquę  
 historiae, quod cū Agamēnon in bellū Troianū se cōferret, vxori suę Clytemnestrę pulcherrimę reliquit cantorē magnū, & Poetā, qui Dorica vocabatur, ad castitatē conseruandā, & vt carmina in  
 laudē ipsius castitatis componeret, & corā illa frequentissime caneret, quo tēpore in ea vrbe erat eques nobilissimus, quē Egistū  
 27 vocabant, qui cū eius amore flagraret, vt ipsam consequi posset Doricam cantorē interfecit, & sic eā facile obtinuit. Itaq; dum misera scemina habuit cantorē, qui ei castitatis laudes caneret, ipsa in illa se cōseruauit: postquam autem mortuus est castitatis euector & laudator facile eā perdidit. Quanto igitur efficaciores sunt laudes, quę Deo offeruntur ad animant in diuino eius amore conseruandā? Qua propter anima sancta, & sponsa Dei tota in eius amorem conuersa magis quotidie his diuinis laudibus conseruatur.

Psal. 70.

Simile.

Laudes Dei.

**L**audes Dei in omnibus reddere debemus, maxime quando victoriam contra aliquod nobis contrarium consequimur, sicut Beatus Paulus faciebat, qui dicebat ad Corinthios scribens.

Deo

Iudic. 15.

Deo autem gratias, qui dedit mihi victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Sed vix nobis miseris, qui similes Sansoni sumus, cuius animus insolens secundarum rerum, qui euentum pugnae Domini debuit favori deferre, sibi arrogauit dicens. In maxilla asini percussi eos, & deleui mille viros, nec aram statuit Deo aut carmen cecinit, sed glorię assumptor, vt triumphum suū perpetuo consecraret nomine, vocauit locum maxillae: mox tamen eū sequuta est diuina ultio: siti enim periclitatus est ad mortem. Vnde coactus est dicere cum apostolo. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Nam post afflictionem illam dixit. Tu dedisti salutem hanc maximam, atque victoriam. Quandoquidem vero laudes pro omnibus Deo reddere debemus, sequitur ergo nos obligari ad eas reddendas in omni tempore (sicut faciebat regius Propheta, vt ipse proponit dicens: Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo.) Siquidē semper, & in omni tēpore ab eo innumera beneficia recipimus. Non solū autem omni tempore sed in omni loco Deo laudes exhibēda sunt, quoniam ipse omnium locorum dominus est. Ideo idem sanctus rex dicebat. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Inter varios errores, quibus delusa olim gentilitas laborabat, hic vnus erat, quod mundi regnum credebatur Deos multos inter se humano more fuisse partitos. Ioui enim cælum, Plutoni inferiora, Neptuno vero maria sorti obtigisse putabant, & sic de cæteris. Ad hanc vero cæcitatē ex humanis mentibus expellendam Saluator noster Christus Iesus vbi multa miranda prodigia edidit in terra, transijt ad mare: vbi venti, & aquae ei obedierunt, & etiā descendit ad inferos, & preciosa omnia quae in eo erant abstulit, vt sic se omnium rerum Dominum comprobaret. Benedic ergo anima mea Domino in omni loco dominationis eius, quia omnium Dominus est. In terra, in mari, in domo, in via, semper laudandus est omnium Dominus.

Psalm. 93.

Psalm. 103.

LAVS

# LAUS HUMANA.



**V**ANTVM laus humana fugienda fit, perfecte sanctus Iob docuit, qui dicebat. Si vidi solem cum fulgeret, humerus meus à iunctura sua cadat. Quid mali est ò sancte vir, vt solem fulgere videas? Respondet ad hoc Beatus Gregorius in Moralibus di-

Iob. 31.

B. Grego. li.  
22. Mora. c.  
6. & 7.

cens. Sol in fulgore est bonum opus in manifestatione, & fateatur Patriarcha sanctus talem lucem bonorum operum oculi iactantiae, aut inanis gloriae non vidisse, nec propterea hominum laudes expectasse. O nos infelices, qui cum sceleribus plena sit nostra retroacta vita cum primum bonum opus aliquod facimus, etsi imperfectum, omnium iniquitatum nostrarum protinus obliuiscimur, & propter illud paruum, & imperfectum opus laudari cupimus. Non sic fratres mei nos facere oportet, sed sicut sanctus Daniel qui dicebat. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei sicut est hodie nobis: dicam & ego tibi. Laus & honor, & mihi confusio faciei, & per viscera misericordiae tuae humiliter peto, ne his caducis laudibus soluas mihi parua, & tepida obsequia, quae ego vermis, & non homo in tui amorem huc vsque feci, sed tua beatifica visione. Cauete fratres ab hac peste: nam Beatus Chrysostomus in quadam homilia inquit. Omnia pene mala vexant Diaboli, & peccati seruos: concupiscentia autem vanae gloriae etiam seruos Dei, & fideles viros impugnat, imo magis seruos Dei quam Diaboli, ideo regium vatem sequamur, qui ait. In die tribulationis meae Deum exquisiui, tamen manibus meis, & operibus bonis, nocte etiam scilicet huius vitae sum operatus. Hic autem, vbi nos legimus, contra eum, legit B. Augustinus, coram eo, non coram hominibus, & sic non sum deceptus, quia inueni, quod querebam, nempe veniam peccatorum, & praemium à Deo: quia coram illo, & illius amore solius bona opera operatus sum.

Daniel. 9.

B. Chrysoft.  
hom. 13. ope.  
imperfect.

Psal. 36.

## Laus humana.

**B**Eatus Gregorius de hac materia agens in Moralibus inquit. Iniustus audita laude sua polluitur, iustus purgatur, pauet enim, si talis Deo non ostenditur, qualis ab hominibus putatur. Caeterum quamuis hoc ita sit, non ideo tamen cura boni nominis quoad

B. Grego. li.  
22. Mora. c. 9.  
Eccles. 41.

Eccles. 41

quoad fieri potest, negligenda est: sic enim in Ecclesiast. legimus. 4  
 Curam habe de bono nomine, hoc namque magis proderit tibi,  
 quam mille thesauri pretiosi, & magni. Hinc sponsa in Canticis li-  
 lium appellatur, quod candore puritatis nitens odoris vero suavi-  
 tate longius positos lætificat, vtrumq; autē Dominus cōmendat  
 eum ait. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera  
 vestra bona, & glorificent patrem vestrū, qui in cælis est. Candor  
 tamen lilij cum virtutum omnium puritatem, tum maxime casti-  
 tatem significat, quæ vel maxime candoris sui puritate mentes  
 hominū afficit. Non dubiū est quin iusti digni sint laudibus, nā  
 in Prouerbijis de illa sancta anima dicitur. Date ei de fructu ma-  
 nuum suarum & laudent eam in portis opera eius, hoc est, date ei  
 fructum elemosynarum eius, & honestatis, atque bonorum ope-  
 rum ipsius. Sed quomodo hic fructus ei reddendus est? Eo mo- 5  
 do quo artificio alicui redditur fructus laboris sui, dum alicuius do-  
 mū fabricat: non enim in eadem specie ei fructus redditur, sed in  
 alia, hoc est, si domum fabricat, nō ei alia domus pro mercede, &  
 stipendio fabricatur, sed merces illa laboris eius, auro vel argento  
 commutatur. Sic iusto non sunt reddēda sua bona opera in eadē  
 specie, sed in auro, & argento, hoc est, [en alabança, y loor cō que  
 loamos al iusto de sus buenas obras, ] ei namq; iniustitiā facimus,  
 si huiusmodi laudes non reddimus. Quoniā autē homines mutef-  
 cere solēt ad has laudes iusto reddēdas, idcirco spiritus sanctus ait.  
 Laudent eam in portis opera eius, hoc est, eadē bona opera anime  
 sanctæ videlicet pietas eius, misericordia, honestas, &c. Ostendūt  
 & aperte manifestant ipsius laudes eamq; publice laudāt. Opor- 6  
 tet autem, vt ipsa anima iusta nihil harum laudum intendat, nam  
 (vt ait B. Hieronymus) si vere laudabilis esse cupis, laudes homi-  
 nū non requiras: falsa gloria est verę pænę procreatrix: & quam-  
 uis te dilatet, & magnū oculis populi efficiat, in summo te tamen  
 periculo constituit. Quemadmodum sagittarius scopum magnū  
 facile attingit à paruo autem aberrat: sic Diabolus eū qui se inani  
 mundi gloria amplificat, ictu sagittarum suarum facile percutit,  
 submissum autem, & abiectum non item. Omnis inanis gloriæ  
 cupidus insipiens est, quoniā apud Dæmonem inflatur, vt faci-  
 lius eius transfigatur telo, & sagitta. Ideo in Prouerbijis dicitur.  
 Nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec  
 transfigat sagitta iecur eius.

Prouerb. vi-  
tim.

Simile.

Prouer. 7.c.

## LECTI O N I S

## Sacrae scripturae utilitas.



**Q**VAECUNQUE scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam scripturarum spiritum habeamus, inquit B. Paulus ad Roman. scribens. Merito hoc sanctus Apostolus testatur, si quidem in Sacra scriptura Deus nobis traditur cognoscendus, & ipse suum divinum bene placitum, ac voluntatem ibi manifestat. Et ob hanc causam divina scriptura vocatur lex: nam lex duo praestat officia, eademque maximi ponderis, & momenti: alterum est ducere, & illuminare intellectum ei certam divinam voluntatis notitiam praebendo, alterum vero est effrenare, & mortificare inordinatam hominis voluntatem timore poenarum aeternarum, quae in ipsa transgressoribus proponuntur. Atque ita in quodam Psalmo dicitur. Lex Domini immaculata convertens animas. Et iterum. Intellectum dat parvulis. Vnde apparet Hebraeos propter hoc munus eam vocare Torath a quodam verbo significante docere, & dirigere, ac si Sacram scripturam appellarent sanctam directionem, aut rectitudinem. Vocatur etiam testamentum, & venit ab hoc verbo Berith, id est, testamentum, ubi Deus suam ultimam exponit voluntatem. B. Hieronymus inquit, illam significare etiam confederationem, seu pactum, quoniam Deus in ea cum hominibus confederatur, & paciscit. Quae igitur maior demonstratio humanitatis, & amoris Dei erga hominem, & quae maior confusio homini esse potest, quam videre, qualiter infinita illa maiestas ab altissimis seraphinis adorata se humiliat, id est, [como aquella infinita magestad adorada de los Seraphines se allana, e yguala con los hombres?] Nam si nos ei obligamus, & ipse se nobis obligat: si eum volumus, & ipse nos vult: si eum diligimus, & ipse nos diligit. Sed quid dicam, si quidem in eius nomine regius Propheta testatur, ipsum nobis obedire, si nos ei obtemperamus? Voluntatem timentium se facit. O ineffabilem illius immensi Domini misericordiam, qui sic vilibus terrae vermiculis se inclinat! Est autem maxime observandum, legem scriptam, quamvis vocetur testamentum, quod est ultima voluntas, ita tamen fuisse appellatam quoniam fuit umbra & figura veri testamenti videlicet sacrosancti Evangelij in quo

Ad Rom. 15

Psal. 118

Psal. 144

quo

## 48 Lektionis Sacrae scripturae utilitas.

quo altissimus Deus suam nobis vltimam declarauit volūtatē: etenim post istam legem nulla alia amplius vnquam erit? 4

Maximæ etiam consolationis, & vtilitatis est Sacrae scripturae lectio, vt enim ait Beatus Augustinus non solum verba, verum etiam res, quæ per verba significantur maxima mysteria insinuant. Huius admirabilis fertilitatis, quam Sacra scriptura in se continet vnum duntaxat adducam exemplum, [ y esse delos mas esteriles, y fecos, que en ella se hallan, ] quale est illud historiae Thobiae, qui cum iussu patris in Rages ciuitatem Medorum ad certam quandam pecuniæ summam, quæ patri suo debebatur recuperandam se conferret, tulit secum quendam canem. Quid, obsecro, magis sterile, aut magis aridum esse potest. [ Qué se puede sacar de que Thobias lleuasse perro, o le dexasse de lleuar? ] sed talis tamque prægnans est Sacra scriptura, vt omnia, quæ in ea scripta sunt ad nostram doctrinam scripta esse, non sit dubitandum. Hic pia consideratio eius, qui die ac nocte meditatur in lege Domini plurimas spirituales diuitias inueniet. In primis enim hæc sacra historia ostendit iustum in sua peregrinatione, & itinere, quod aggreditur (vt profectionem suam securam reddat) efficere, & secum portare id, quod potest, & saltim secum fert canem, qui latret, vigilet, ipsumque suscitet, & sequatur. Quæ fuit etiam adulescens Thobias hominem, qui viam sciret, eumque duceret. Non erat superbus, elatus aut de se confidens nimium, quin potius magna humilitate fragilitatem suam cognoscens fecit, quod potuit. Secundo ostendit curam, quam Deus habet de illo, qui hac humilitate, & diligentia iter facit: nam si iustus hominem quærit, qui ipsum ducat, & canem adhibet in societatem suam, Deus pro illa humilitate ei angelum mittit, qui illum obseruet, sicut misit angelum Raphaelē sancto Thobiae: iuxta id, quod ait sanctus David cum viro iusto loquens. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Tertio ostenditur, quanto amplius sit, quod Deus ex parte sua ponit in huius vitæ peregrinatione ad saluandos homines, quam ipsi homines ex parte sua ponunt: Deus enim ponit angelum, lucem suam, gratiam suam, sua dona, ac sua diuina Sacramenta: homines autem ad plurimum ponunt quoddam parum diligentia, & bonū vsum liberi arbitrij. [ Al fin ponen vn perro, y todo lo que ponē es poco, respecto de los bienes sobrenaturales de la gracia y gloria. ] Huius diuini, & incom-

3. Augustin.  
Epist. 3.

Thobiae. c. 6.

Psal. 90.

## 7 Lectionis Sacrae scripturae utilitas. 49

incomparabilis thesauri fuerunt thesaurarij, & depositarij. Hebraei singulari quadam providentia diuinæ sapientiæ, sicut B. Paulus ad Romanos scribens testatur recitās plurima beneficia, quæ ipsi à liberali manu Dei acceperunt: inter quæ vnum hoc enumeratur, scilicet quia credita sunt illis eloquia Dei, & illi hunc thesaurum tanta diligentia seruauerunt, vt non solum librorum, verum etiam linearum, & clausularum Sacrae scripturae, & etiam numeri literarum exactissimam rationem habuerint. Singulari igitur consilio, & providentia voluit Spiritus sanctus, vt sub potestate inimicorum nostrorum hæc diuina scriptura existeret, quæ ipse reuelauerat, & cuius autoritate, ac testimonijs veritas nostræ sanctissimæ fidei cōprobatur: quod quidem testimoniū irrefragabile est, & adeo antiquum, vt à temporibus sancti Moyfi inceperit, vt sic mundus intelligeret nos res fictas, vel mutuatas ab amicis nostris in sacrosancti Euangelij confirmationem non sequi, sed diuinas, sanctas, & tantæ antiquitatis, & excellentiæ, vt Doctissimus Eusebius Cæsariensis subducta bona temporum ratione colligit, sanctum Moysem præcessisse, & fuisse prius quam bellum Troianum quadringentis annis.

Quanta autem sit utilitas lectionis Sacrae scripturae, verba Beati Pauli manifeste declarant, qui ad Timotheum scribens inquit. Tu vero permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutē per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Quibus verbis poterat amplius perpendi, & explicari Sacrae scripturae utilitas, quam his sancti apostoli? Hæc, si recte considerentur, sufficiunt ad inclinandos animos nostros continuæ sacrorum librorum lectioni: quorum etiam iota ipsæ, & apices mysteria redolent. Sicut enim in auri vena etiam ipsæ glebæ quæ terra videntur esse, aurum in se continent: sic Sacra scriptura, quæ vena aurea est, etiā ipsæ minutæ literæ diuina in se mysteria occludere creduntur: ideo de illa possunt illa sancti Iob verba prædicari. Glebæ illius aurum. Quamuis autem aliqua diuinæ scripturae loca sicca, & sterilia videantur, omnia tamē altissimis, ac maximis mysterijs plena sunt. Quod & erudite docuit Philon Iudæus dicens. Vultis

Ad Rom. 3.  
& 2.

1. ad Timor.  
c. 3.

simile.

Iob. 17.

## 51 Lektionis Sacrae scripturae utilitas.

videre, quam profundus sit Sacrae scripturae sensus, animadvertite priora quinque verba quibus ipsa Sacra scriptura incipit, videlicet. *In principio creavit Deus caelum, & terram.* Perpendite, quae sunt, quam brevia, quamque arida, & sterilia, si humano iudicio considerentur, sunt haec verba, sed in illis maxima mysteria includuntur: in primis enim in eis confunduntur quinque pergrandes errores, & in ipsis continentur quinque valde utiles, ac mysteriosae veritates. Quo ad primum, dum dicitur, *in principio creavit Deus*, his verbis docemur, Deum esse quod est aduersus execrandum illum errorem: *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Secundo dicitur, quod hic Deus est vnus: & hoc etiam est contra omnem machinam Gentilium, qui plures Deos adorabant. Tertio dicitur, *creavit*, aduersus Aristotelem, qui asseruit mundum fuisse ab aeterno, & impossibile esse, quod ex nihilo aliquid fieret, sicut & alij Philosophi gentiles affirmabant: atque ita dicebant. *Si mundus factus fuit, de aliquo factus est, illud vero aliquod aeternum futurum erat, hoc est, [si el mundo fue hecho, aua de ser de algo, y a quel algo hauia de ser aeterno.]* Quarto dicitur, *caelum & terram*, aduersus Eraclytum dicentem plures esse mundos, quod quidem haec verba confundunt, siquidem in eis dicitur vnum duntaxat esse mundum. Quinto denique manifestatur hic prouidentia Dei, qui illum creavit, & gubernat, & conseruat, quod etiam dictum est contra negantes ipsius altissimi Dei prouidentiam.

## Lektionis Sacrae scripturae utilitas.

B. August. II.  
1. confess.

Utilitas lectionis sacrorum librorum clarissime apparet ex eo, quod Beatus Augustinus in libro confessionum fatetur de se dicens. *Liber quidam Ciceronis exhortationem continet ad philosophiam, qui vocatur Hortensius: ille vero liber mutauit affectum meum, & ad te ipsum Domine preces meas, & vota, ac desideria fecit alia, viluit mihi repente omnis vana spes, & immortalitate sapientiae concupiscebam aestu cordis incredibili, & surgere iam ceperam, vt ad te redire. Non enim ad acuendam linguam referebam illum librum, nec mihi loquutionem, sed quod loquebatur persuaserat. Quomodo ardebam Deus meus, quomodo ardebam euolare a terrenis ad te, & nesciebam, quid ageres mecum, apud te enim est sapientia, & hoc tamen solum me in tanta flagrantia refringebat, quod nomen Christi non erat ibi, quonia hoc nomen secundum misericordiam*

## Lectionis Sacrae scripturae utilitas. 512

13 diam tuam Dñe, hoc nomen salutatis me: filij tui in ipso adhuc lacte matris præbiberam, & aliter retinebam, & quid sine hoc nomine fuisset, quamuis literatum, & expolitum, & veridicum non me totum rapiebat? Ex his omnibus, quæ hic loquitur hic S. Doctor inferitur, quis fructus ex lectione sacrarum librorum comparabitur, siquidem lectio libri Ciceronis talia operatus est in corde ipsius sancti viri. Quod autem lectioni Sacrae scripturae iungenda sit operatio, docet idem B. Augustin. sup. Psalmos his verbis. Fratres charissimi non poteritis probare, quam vera cantetis, nisi ceperitis facere, quod cantatis, quantumlibet illud dicam quomodolibet exponam, qui buscumque verbis versem: non intrat in cor eius, in quo non est opus eius. Incipite agere, & videte, quid loquamur. Tunc ad singula verba lachrymae profluunt, tunc Psalmus cantatur, & facit cor, quod in Psalmo cantatur. Hæc autem omnia, quæ de cætatione dicuntur, de lectione dicenda etiam sunt, cui non solum operatio, sed etiam meditatio iungenda est ut mens consoletur, & succedat, [y por esto dizẽ que la fructuosa lecion ha de ser como el beuer de la gallina, que a cada soruillo de agua leuanta los ojos arriba hazia al cielo.]

Vnde pro eo quod nos legimus, nisi quod lex tua meditatio mea est tunc forte periissem in humilitate mea, in Hebræo legitur. Nisi quia doctrina tua fuerunt delectationes meæ, periissem in humilitate mea. Humilitas autem hoc in loco pro afflictione sumitur. Quare Beatus Hieronymus vertit. Forte periissem in pressura mea. Et Fœlix transtulit. In afflictione mea. Et quidem diuinæ scripturae lectio meditatione sociata animum in aduersis roborat, in pressuris consolationem præbet, ideo ut quis Deo seruire digne valeat hoc debet habere, ut sit frequens in sacri eloquij studio, & meditatione. Quod singulari sententia B. Hieronymus confirmat, qui ad Rusticum Monachum ait. Ama sacrarum scripturarum studium, & carnis vitia non amabis.

## Lectionis sanctæ utilitas.

PRO eo, quod nos legimus: declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis B. Hieronymus sic vertit. Ostium sermonum tuorum illuminat. Fœlix vero vertit. Principium verborum tuorum, aut ostium vel initium illuminat, & intellectum dat paruulis. Quod perinde est, ac si sanctus Propheta diceret, quod sola initia verborum Dei illuminat paruulos nam mox ut

B. Aug. sup.  
Psalm. 119.

Psalm. 118.

B. Hierony.  
ad Rusticū.

Psalm. 118.

## 52 Lektionis sanctæ utilitas

ingressus fueris sermones Dei, eosque vel à limine (vt aiunt) salu- 16  
taueris, senties te illuminatum, si tamen in humilitate accesseris.

simile.

Ecclesiast. 14

Nam sicut sol, cum nostrum attigerit hemispherium, & cum ad-  
huc nec radij eius apparent, illustratur terra, luceque perfusa res-  
pirat: sic qui vel ad ostium accesserit sacrarum scripturarum, mox  
splendoribus illius ferietur cor eius. Quod clare Ecclesiasticus his  
verbis explicat dicens. Beatus vir, qui in sapientia morabitur, &  
qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens, qui re-  
quiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figit palū. Su-  
mit hic metaphoram à viatoribus, qui cum alicubi requiescere vo-  
lunt, palum ibi figunt, atque sedent. Sic vel in ianuis sapientiæ de-  
bet mens requiescere tua, ibique iugiter assidere, imo & figere pa-  
lum, hoc est, vmbraculum erigere, vt ibi maneat, quoniam vel si  
ad ostium sapientiæ accesseris, protinus eius perfunderis splen- 17  
dore. Vnde in Psalmo dicitur. Accedite ad eum, & illuminami-

Psal. 33.

ni, hoc est, statim in ipso accessu illustrabimini, protinus vt ape-  
rueris oculos ad lucem solis, luce perfunderis ipse, & ibi  
gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Cur non dix-  
it. Saturamini, & inebriamini, sed duntaxat ait, gustate? Quoniã  
tanta abundat dulcedine, vt mox cum ad ipsum accesseris, & vel  
summis labijs (vt aiunt) attigeris, tãta suauitate repleberis, vt iam  
ab illo diuelli nullatenus velis. Sed eam illectus plus esurias, ac con-  
cupiscas, eo modo loquendi, quo fastidiosum ad escas infirmum  
allicis suauitate edulij, quod illi affers. Nolo (dicit ei) nisi vt tantil-  
lum gustes: scis enim edulium adeò suaue, & appetibile esse, vt si  
vel ad os applicuerit eius suauitate appetitus allectus ad reliquũ  
sumendum aperietur. Sic nimirum anima, quæ vel ostia sapien- 18  
tiæ diuinæ attigerit dulcedinemque Dei prægustare cæperit tan-  
to desiderio flagrabit, vt ad totum iam exhauriendum rapiatur.  
Vt Isaac mox vt fragrantiam vestimentorum Iacob percepit, in-  
oscula, & benedictiones prorupit?

Genes. 37.

P. Greg. li. 2.  
Moral. c. 3.

## Lektionis sanctæ utilitas.

Beatus Gregorius in moralibus inquit. Scriptura nostrum est  
speculũ, & dum aliorũ viticia commemorat, nostra debi-  
lia confirmat: quia eo minus mens trepidat, quo antea actos trium-  
phos videt: sicut & lapsus eorũ scribit, vt nouerimus, quid timere  
debeamus. Ita fit, vt anima hinc fiducia, hinc humilitate erudia-  
tur,

19 tur, & ita nec superbiat, nec desperet. Quod perspicue B. Hieronymus perpendens ad Demetrium inquit. Vtrum illud tibi repetam, & prædicans iterum, iterumq; monebo, vt animum tuum Sacræ lectio[n]is amore occupes, ne in bona terra pectoris tui semen lolij, auenarumq; suscipias, &c. Deinde epistolâ ultimo mandato concludit hoc modo. Finē iungo principio, ne semel admonuisse contētus. *Amā scripturas sanctas, & amabit te sapiētia: dilige eā, & seruabit te: honora illam, & amplexabitur te.* O fœlices, & nimium fœlices, hoc consiliū amplectuntur, quia in libro sapientie dicitur. *Vani sunt omnes, quibus non subest scientia Dei, & vacua spes illorū.* Ideo regius vates inquit, *statue seruo tuo eloquiū tuū, in timore tuo. Vbi alij verterunt. Confirma seruo tuo eloquiū tuū, quod incitat ad timorem tuū: hoc enim vere præstat pura sanctarum scripturarū lectio supra omnia alia: Philosophorum etiam grauissimorū scripta conducūt vt late probat.* B. Augustinus in libro confessionum: oportet tamē, vt hæc lectio cum sancta intentione fiat, quia, vt B. Gregorius in Moralibus inquit, quidam non querunt in lectio[n]e ea, vnde ad virtutem erudiantur sed ea vnde singulariter eruditi videantur, atque immoderatis ausibus scientiam quo plus appetunt, plus amittunt.

Sapient. 18.

Psalm. 118.

B. August. li. 7. confess.

B. Grego. li. 2. moral. c. 8.

Super illa verba Regij Prophetæ. *Lætabor ego super eloquia tua*, sicut qui inuenit spolia multa, ait B. Ambrosius. *Dñs Iesus abstulit spolia, hoc est, regnum cælorum a Iudæis, & dedit genti faciēti fractus eius, quod ab illis abstulit nobis dedit: merito ergo exulto sicut qui inuenit spolia multa.* Sine labore nemo inuenit spolia, quæ non habebat, inueni penthateucum, inueni libros Regum, inueni Prophetarum scripta, Psalmos, prouerbia, inueni Euangelium, à Iudæis hæc spolia detracta sunt, & mihi data: lex quidem spiritualis est, illā habet, qui illā intelligit: illā non habet Iudæus, qui illā in spiritu nō intelligit. *Habēt Iudæi libros, sed sensum librorum non habent, habent Prophetas, sed non habent, quod illi prophetarum: quomodo enim habent, quæ non receperunt? Multa habet spolia, qui habet Dei verbum, habet resurrectionem, habet iustitiā, habet sapiētiam, habet virtutem, habet omnia quoniam omnia, in ipso constant.* Hebræi spoliauerūt Egyptios, & vasa ipsorum abstulerunt: nos aurum mentis accepimus, nos adquisiui[m]us cælestis sermonis argentum. *Dicat ergo populus Christianus cum ipso capite, lætetur, & dicat:*

Psalm. 118.

Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. 22  
Hæc ille, & quidem eleganter.

### Lectio sacræ scripturæ.

**S**ublinitas diuini consilij, & altissimæ prouidentia in exci-  
tando sacros scriptores ad conscribendam sanctam scriptu-  
ram statim in exordio mundi & quidem in fœmina, quæ ad-  
huc iustitia originali ornata erat, demonstratur. Nam cum Do-  
minus dixisset: De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas, in-  
terrogata fœmina à serpente quare præcepisset illis Deus, ne co-  
mederent de fructu illius arboris, respondit. Præcepit nobis  
Deus, ne comedaremus, & ne tangeremus illud. Dic mihi, obse-  
cro, ò mulier, ubi præcepit Dominus verbum istud? Et ne tan-  
geremus illud? Nunquid tactus arboris, & pomorum illius trās-  
gressio esset? Nunquid in barathrum primi illi parentes cum 23  
vniuersa posteritate ex solo tactu illius præcipitarentur? Vbi  
non est lex, nec præuaricatio: certè nullibi interdixit Domi-  
nus Deus tactum arboris, aut fructus illius. Vides quomodo  
doctrina, quæ verbo tenus traditur, nec demandatur scriptu-  
ræ fidelissimi scribæ, aliquando aliter intelligitur, quam à ma-  
gistro fuit demonstrata? Ideoque lectio præcipue sacræ scriptu-  
ræ perquam utilis, & necessaria est. Nec mihi obijcias locum  
Hierem. 31 Hierem. Et non docebit vir proximum suum dicens. Cog-  
nosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo usq;  
ad maximum. Ergo nec lectio, nec auditus verbi necessaria  
sunt? Ad quod B. Augustinus, B. Theodoretus, & B. Thomas  
Nicolausq; Liranus respondent, hoc non de prædicatione, nec  
de lectione noui testamēti, sed de æterna eius mercede intelligi,  
in illa enim æterna beatitudine non docebitur frater suum. 24

### Lectio.

**S**eneca in quadam epistola inquit. Vide, ne ista lectio mul-  
torum autorum, & omnis generis voluminis habeat ali-  
quid vagum, & instabile. Nusquam est qui vbiq; est, in peregrina-  
tione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant  
nullas amicitias: idem accidat necesse est eis, qui nullius se inge-  
nio familiariter applicant, sed omnia cursim, & properatè trās-  
mittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit, qui statim sum-

ptus

Genes. 2.

Hierem. 31

B. Aug. lib.  
de spiritu &  
litera. c. 24  
B. Theodo-  
ret. Dialogo  
cum.

Et B. Thom.  
1. p. q. 106. ar.  
1. ad 1. arg.  
Nico. de Ly.

Seneca epist.

2.  
Similia:

25 ptus emittitur. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorũ crebra mutatio; non venit vulnus ad cicatricẽ, in qua crebra medicamenta tentantur: nõ conualefcit planta, quæ sæpe trãffertur: nihil tam utile est, quod in trãfitu proficit. Distrahit librorũ multitudo.

B. Basilius de legendis gentiliũ libris ait. Veluti apes non omnibus floribus infidunt, nec ex eis, ad quos accedũt, omnia auferre conantur, sed quantũ ipsis ad opus necessariũ fuerit cõprehendẽtes, reliquũ dimittũt. Nos etiam vt sobrij, sapientesq; , quantũ congruum nobis propinquũq; veritati, reliquum prætermittamus: & sicut in legendis rosas sentes vitamus, sic in talibus sermonibus, quidquid est utile carpentes noxium vitemus.

B. Basi. de legendis  
Gentilium li-  
bris.  
simile.

Plinius inquit. Ager nimiũ stercoratus aduritur, non stercoratus alget: ita moderata lectione vegetandũ erit ingeniũ nam le-  
26 ctione saginatur animus non aliter, quam ager stercore.

Plini. lib. 18.  
c. 23.  
Simile.

## LAETITIA IVS- TORVM.



**B**EATVS Thomas lætitiã spiritualem definiens inquit. Lætitiã est effectus deuotionis per se, eo quod oritur ex termino, ad quem, hoc est, ex Dei consideratione, qui est terminus, ad quẽ tendit animus deuotione promptus, & alacer: Dei autem consideratio delectationẽ parit, secundum illud Psalmi. Memor fui Dei, & delectatus sum. Quare ex tot rationibus diligens mandatorum Dei observatio delectationem, & iocunditatem gignit. Idcirco merito regius Propheta inquit. In via mandatorum tuorum delectatus sum. Quod etiam sic probatur. Amor diuinus, qui charitas dicitur delectabiles facit operationes, ea enim, quæ magis voluntariẽ operamur, iocundius, & delectabilius operamur. Quid autẽ magis voluntariũ, quam amor, qui est propensio voluntatis in rem amatam? Quia ergo iustus ex charitate operatur, hinc est quod delectabiliter, & iocundissime operatur. Vnde in Canticis Salomonis vbi isti diuini amores describuntur, omnia, quæ ibi narrantur, ad iocunditatem, & delectationem pertinent, scilicet vnguenta, flores, horti, vineæ florentes, ligna pomifera, flagrantes rosæ, vinum conditum, fauus mellis, lac, pulchritudo, & cætera omnia, quæ ad delectationem, & iocunditatem pertinent,

B. Tho. 2. 2.  
q. 87. art. vii.

Psalm: 76

Psalm. 118

ad insinuandam, quod amor est parens omnium rerum delectabilium, & iucunditatem afferetium. Vnde amor adeò secum affert lætitiã vt ipsa mors amanti sit delectabilis, vt in martyribus videre est perspicuum, qui inter ipsa dira tormenta iubila, & mirabiles consolationes experiebantur. Merito ergo sanctus rex ait. <sup>4</sup>  
 In via mandatorum tuorum delectatus sum. Sed qualis, & quanta est iocunditas tua ò rex sancte indica nobis, si potes. Sicut in omnibus diuitijs, inquit. Similitudo hæc non adæquat rem comparatam, maiores quippe sunt delectationes spirituales, quam corporales, sed quoniam nos res sensibiles transcendimus, ex eis veniamur has similitudines: & certe inter omnia concupiscibilia sensus pecunia magis rapit affectum, vnde eam facit Beatus Paulus ad Timotheum scribens radicem omnium malorum, & ratio huius est, quoniam appetitus beatitudinis, supremum locum occupat inter omnia appetibilia, pecunia autem maximam similitudinem habet cum beatitudine: beatitudo enim est status omnium bonorum in quo nihil, quod concupiscitur deest beato, inter omnia vero sensibilia pecunia est, quæ omnia desiderabilia aucupat: est enim pretium omnium rerum, & sic intelligitur ad litteram illud Ecclesiastici, Pecuniæ obediunt omnia, quia omnia concupita sensibilia per pecuniam habentur. Quare cum hanc similitudinem habeat cum beatitudine, mutuatur etiam ab illa aliã proprietatem beatitudinis, quæ est rapere maxime, & trahere ad se affectum. Altissima ergo est similitudo, quomodo inter sensibilia qui possidet diuitias, omnia possidet, cum omnia obediunt pecuniæ multo magis inter spirituales delectationes qui Deum possidet, omnia possidet, & vere beatus est, hic in spe, & in futuro erit in re, quidquid enim desiderari potest in Deo inuenies. Ideo  
 B. Paulus ad Corinthios scribens inquit. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei nostri, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia, ita vt nihil vobis desit.

1. ad Timot.  
6. c.

Eccles. 10. c.

2. ad Cor. 1. c.

(.?.)

LIBE-

# LIBERALITAS.

57



**I**SIDORVS Clarius in quadam oratione inquit. Beata planeres liberalitas, quæ cum auaritiæ contraria sit, quam Apostolus omnium malorum radicem recte appellat, iure omnium bonorum radix, & fons appellari potest. Quid enim non secum affert boni? Quem non illius vultus exhilarat? Est profecto veluti sol, qui cum orbi apparet, mortales omnes implet iocunditate: sic liberalis, dum benigne omnibus facere studet, vbicunq; conspicitur, quibuscunq; se obuiam præbet, lucē quandā secum affert, quæ lætitiā omnibus parit. Vter fœlix dici debeat diues, auarus, an liberalis? Auarus noctes, & dies excruciat, vt opes opibus addat, & pro his quidem quas non dum habet, sollicitus est, quo pacto eas assequatur: pro his vero, quas habet non minori vexatur solitudine ne rem chara forte priuetur, quod si accidat, dolores inferni (vt Prophetæ verbis vtar) circūdant illū, & hoc in fœlicius morte arbitrat, pecunias sæpe male tutas in arca putat, quare in secretiori terre parte eas infodit, sed nec tunc quidem molestia caret: metuit enim ne si repentino aliquo casu moriatur, res sibi omnium charissima in perpetuum pereat, ac propterea etiam cum sanus est, hoc metu premitur, multo vero magis si ægrotat, tunc enim & fateri cuiquam timet, vbi thesaurum reposuerit, metuens etiā filiorū infidelitatem, & non fateri dolor est ob impendentis mortis metū. Reliquis opibus ita vtitur, vt illorum se manifeste seruum demonstrat: Omnes auersatur quos opinatur petere à se quidpiam velle præsertim pauperes, quo fit, vt vicissim etiam alij illū auersentur, & oderint. In tali homine, quod fœlicitatis vestigium inuenitur? Nunc refer animum ad liberalem, nunquā tristitia eum inuadere potest, nisi cum benigne faciendi facultas deest, somnos dicit iocundissimos, vigilias iocundiores, omnium congressus gratos habet præsertim egenorū. Huic vero nō facile inuenias, qui infidias struat, ac nocere cogitet, quin potius optant omnes, vt seruetur diutius in vita: cū verò tēpus aduenit, quo vitæ cedat, primū illius omnes mortem desent, deinde eius recordatio beneficentiæ perpetua in hominum mentibus perseuerat. Cernis quana dispar sit auari, ac liberalis ratio, & ille quidem nec hic, nec in futura vita

Isidorus Clarius oratio. Si. tom. I.

simile.

foelicitatis partem attigerit: hic vero contra semper foelix fuisse 4  
deprehendatur? De Alexandro Magno historijs proditum legi-  
mus, quod liberalitate, & clemētia adeo polleret, vt videretur nō  
tam trophæis potiri propter hostium suorum ruinam, quam vt  
eosdem hostes nobilitaret, & proprijs eorum spolijs locupletaret.  
Cumq; rogaretur ab amico, quid nam sibi commodi, & vtilita-  
tis referret ex tam multis spolijs, & victorijs, respondebat: Id qui-  
dem refero, atq; reporto, vt lætitia animum expleam, quod ea li-  
beraliter largitus fuerim, ac distribuerim.

## LIBERVM ARBI- TRIVM.

**R**O certo habent omnes Philosophi hæc inferiora  
superioribus cæli constellationibus gubernari: & ad  
hoc pertinet illud, quod scribitur in Genesi. Fecit  
Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præ-  
esset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: &  
stellas, & posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram,  
& præessent diei, ac nocti. Itaque Dei summa potentia atque sa-  
pientia declaratur non solum in eo, quod cælos, & terram fe-  
cit, sed etiam in eo, quod sapientissime ea inter se aptauit, atque  
coniunxit: quamuis autem astra magnam impressionem faciant  
etiam in hominum corporibus, tamen (vt dicitur) sapiens domi-  
nabitur astris, & libertate liberi arbitrij potest omnes inclinatio-  
nes corporis superare, maxime adiutus ratione, & diuina gratia, 2  
quæ nunquam deest facientibus, quod in se est.

B. Ambros. su-  
per illud. 3  
Proverb. 21.

simile.

B. Ambrosius de hac materia agēs, inquit, super illa verba Pro-  
verbiorum: Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutē  
tribuit. Dum tamen curris, dicito. Deus virtutē tribuit equo meo,  
vt currat: Deus dedit tibijs meis perseuerantiam, vt stare. Nō ergo  
putes, quod te libertas arbitrij ita habeat, quasi navis, per quam vis  
euadere Barbaros de littore, per quā vis euadere à fluctibus pelagi,  
per quam vis ad patriā quam desideras peruenire, sed si Dominus  
imperauerit ventis prosperis, & aduersis flatibus silentiū dederit  
si latentia vada demonstrauerit, & somnū tulerit gubernantibus  
nautis, & absq; læsione portum ingredi fecerit, ages posthæc gra-  
tias

3 tias Deo, non nauis: Deo, non nautis. Nec ista dicētes excludimus nauem, & nautas, sed magis & nauem ornamus & nautas, quibus Deum præfulem confitemur: si enim Nauis non fuisset, vtique quod dominus gubernaret, non esset: si nautæ non essent, quos Dominus excitaret, non essent. Ita ergo dicamus si arbitrium in te non fuerit bonæ voluntatis, non erit tecum pax Dei.

B. Chrysostronus in quadā homilia ait. Sicut nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat: sic nec homo sine Deo, nec Deus sine homine iustitiā operatur in homine. Idem etiā inquit. Deus seruorum neminem vult inuitum, aut coactum, sed eos dūtaxat, qui sua eum sponte amplectuntur, vt seruitutis se gratia habere intelligant. Homines quibus necessaria seruorum operā est & seruitio opus, improbos, & dicto non audientes seruos possessionis iure coercent: at Deus cum sibi ipsi sufficiat, & nullius indigeat, nostræ tantū salutis gratia cuncta operatur, nosq; ipsos nostri esse iuris, & arbitrij permittit, ideo cogit neminem, ad nostrā tantum spectat vtilitatē. Quod si nolentes ad seruitutem traheret, non secus eis cōtingeret ac si nullū præstitissent seruitium.

Idem quoq; inquit. Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei, ait. B. Paulus ad Romanos scribens. Quia illius est, qui amplius est? Eius dixit esse vniuersum secundum consuetudinem hominum, sic quippe etiam nos facimus. Verbi gratia videmus domum bene ædificatam, & dicimus, quia totum artificis est, & tamen non omne opus eius est, sed etiam operatorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum: verumtamē quoniam ille efficacius concurrat illius vniuersum opus, esse dicimus. Sic etiam hic quia Deus omnia attingit suo efficaci concursu, dicitur totum facere. Quemadmodum Deus, qui per se seruare potuit in diluuiō vniuersali Noe cum suis, ne submergerentur, sed tamen voluit vt ipse fabricaret arcam, & ingrederetur eam, vt esset suæ saluationis cooperatus: ita vult vt omnes qui spiritualiter saluantur suæ saluti cooperentur per liberi arbitrij motum credentes in eum, qui iustificat impium inquit Driedo de captiuitate & redemptione hominis. Verum est tamen quod vt etiam homines suæ saluti cooperentur, donum Dei est, qui operatur omnia in omnibus secundum consilium voluntatis suæ.

B. Chrysostr. hom. 14. op. impe. Idem homi. 9. in leu.

Idem homi. 12. ad Hebr. Ad Roma. 9. simile.

simile.

Driedo de captiuitate & redemptione hominis.

## L I N G V A.



**L**INGVA instrumentum est, quo Dæmones multos homines capiunt, iam homo impius blasphematur, iam periurium committit, iam falsum testimonium dicit, iam detrahit, iam turpia profert, iam scurrilia, iam multa loquitur, iam denique otiosa innumera: maximus denique laqueus est lingua, quo homines ligantur, & destruuntur. Vnde Beatus Iacobus inter alia, quæ de lingua affirmat, ut vno verbo multa comprehendat, ait. Lingua nostra ignis est, vniuersitas iniquitatis. Quo in loco glossa inquit. Vniuersitas iniquitatis lingua vocatur, quia per eam cuncta facinora, aut conantur, (ut larrocinia & stupra) aut patrantur (ut periuria, falsa testimonia) aut defenduntur (ut cum quilibet scelus suum excusat, quod commisit.) Ideo in Ecclesiastico dicitur. Beatus vir, qui non est lapsus verbo in ore suo. Igni etiam Beatus Iacobus linguam comparant: ignis enim inter omnia elementa potentissimus est ad omnia destruendum. Comparantur quoque homines linguam non custodientes equis absque freno, & nauibus sine gubernaculo eodem Apostolo ibidem. Vnde non sine causa spiritus sanctus in linguis apparuit potius, quam in manibus, aut in alijs corporis membris, ut insinuaret membrum hoc maxime inflammatum esse infernali igne, quare necesse erat, ut igne caelesti inflammaretur.

Iacob. 3.

Ecclesiast. 14

B. Hilarius.  
in Psal. 51.  
simile.

Beatus Hilarius ait super illa verba: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula ad nitorem vultus acuitur, ut abradens hirsutam atque horrentem faciem leuiget. Hæc si potius vulneret, dolum fecit, quippe cum præparata ad ornatum fuerit, ministerium suum præbuit ad vulnus, non ad ornatum. Ita lingua impij in malitia potentis, quum natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis præparauit, ipsa potius irrationabiles operatur iniquitates.

Idem in Psal.  
44.  
simile.

Idem etiam super illa verba: Lingua mea calamus scribæ, ait. Sicut calamus instrumentum est delineandæ scripturæ accommodum, ipsum manu viri periti promouente ad eorum, quæ scribenda sunt, characteres exprimendos: Sic lingua iusti, Spiritu sancto eam mouente, cordibus credentium verbo scribit vitæ

4 vitæ æternæ tincta quidem non atramento, sed spiritu Dei uiuentis.

Beatus Chrysoſtomus in quadam homilia ſuper illa verba. In manu linguæ vita, & mors, inquit. Media namq; vtriuſque partis lingua eſt, & ſi vtriuſque eſt tu Dominus es. Nam & gladius in medio poſitus, ſi quidem fuerit aduerſus hoſtes arreptus ſalutaris accipienti reperitur: ſi vero tenentis viſceribus inferatur, mortem præparat inferenti: non quia talis ferri natura, ſed quia vten-  
tis tale conſilium eſt: ita & lingua eſt metur gladius in medio poſitus. Armetur aduerſus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur: & ideo Deus eam velut muro duplici voluit circundari. Nã dentium tegmine, & labiorum cuſtodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Idem inquit. Magis vertice ipſo capitis linguam tuam cuſtodias. Regius quidam equus eſt lingua noſtra, ſi ei frænum immiſeris doctrina tua gradarium feceris, aſcendet in eum rex & quieſcet in eo: Si autem nullo fræno domaueris, ſed huc atque illuc infrænem iactari permiferis, diaboli eam vehiculũ feciſti. Idem in Pſalmum quintum etiam ait. Non dixit Dauid ſimpliciter, aut absolute. Sepulchrum eſt guttur eorum: ſed, patens, ita ſignificans maiorem factorem: & nos in mortuis quidem corporibus contrarium facientes terræ illa tradimus: hi cõtra verbis obſcænis, & male ſanis dogmatibus facientes, cũ ea in imo locare oporteret, proferunt, & omnibus videnda proponunt, & multos offendunt. Mortua autem verba multo magis tegenda quam cadauera ſepelienda ſunt.

6 Sicut ianua balnei ſi crebro aperiatur, cito calorem eius extrudit: ſic anima cum multa loqui vult, quamuis valde pulchra ſint omnia, memoriam ſui per vocale oſtium diſtrahit, ac diſturbat.

Si dolij oſ apertum manet, culices ingrediuntur, & vinum corrumpunt. Idem accidit in multiloquio, facietis, & vanis ſermonibus.

Plutarchus inquit. Vaſcula inania maxime tinniunt, ita quibus minimum in eſt mentis, hi ſunt loquaciſſimi,

## Lingua.

QVam peſſima autem lingua malignantium ſit, verba illa libri Iob manifeſte inſinuant, quæ ſic habent. Porrò ſaluum faciet Deus egenum à gladio oris eorum. Magnum miraculum

B. Chryſoſt.  
hom. 4. ad ba-  
ptizandos.  
ſimile.

Idem homi.  
ſ. 2. in Matth.  
ſimile.

Idem in Pſal.  
quintum.

ſimile.

ſimile.

Plutarch. in  
Moralib.  
ſimile.

Iob. ſ.

lum declaratur in his verbis, vt homines tenues, & orbatos patrocinio, virtute tamen præditos (hos enim pauperes sacra frequenter scriptura intelligit) liberet. Deus è telis, & vi impiorum. Est autem animaduertendum, quod cum multa ab impijs in pios viros tela intenta sint, non vincula, non carceres, non ergastula, non gladios, non virgas, non cruces, & alia exquisita tormentorum genera commemorat, sed linguam tantum, id quod etiam vsu venit in alijs sacrosanctæ scripturæ oraculis. Ex quo intelligi licet à nulla fere re magis sanctos viros, quam à petulanti, & dolosa lingua vexari. Cuius rei esse causam existimo quod cū ipsi nihil magis, quam scelera, & flagitia detestentur & exhorrescant, nihil eos magis angit, quam quod scelerati, & flagitiosi nominentur, & hoc nomine condemnentur poenis atque supplicijs afficiantur. Magna ergo Dei benignitas, & potētia est, quod hominem inopem ab inimicis, & ab immani hostium vi liberet, & eorum linguæ venenata tela retundat. Qua de causa regius vates eisdem verborum figuris vtens, & quanta linguæ acerbitas sit exponens, maximas ei gratias agit dicens. Misit de cælo, & liberavit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Filij hominum dentes eorum, arma, & sagittæ & lingua eorum gladius acutus. Ecclesiasticus etiam magnam Deo gratiam habet pro tanto eius erga eum beneficio quod eum liberauerit à laqueo (ait) linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium. Quod beneficium quia trabali (vt dicunt) clauo in eius memoria fixum erat post pauca repetit dicens: à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta.

Psal. 56.

Ecclesiast. 25

LOCA

# LOCA SACRA VENERANDA.



**I**OSEPHVS de bello Iudaico inquit montem Sinai esse fertilissimum, & habere optima Pascua: pastores tamen ( quoniam Dominus in illo Moyli aparuit ) pecora sua in eo non pangebant, imo propter maximam reuerentiam nec super ipsum ambulare audebant. Ecclesiae autem, ac templa, in quibus Deus nunc peculiari modo existendi est, si quidem in eis est sacrosanctum & ineffabile sacramentum altaris magna confusio est, ac maxime dolendum videre quam pauca reuerentia à fidelibus habeantur: in eis etenim Christiani ipsi non solum cogitare, & loqui, verum etiam ( quod grauius est ) magnas audent committere abominations. Hugo de sancto Victore inquit priscos illos & antiquos Romanos postquam ad uxores suas accesserant, omni studio curasse se ipsos purificare, & etiam abstinere ab ingressu templi saltem per aliquod dierum spatium.

Hugo. tract. 7. sententiar.

## LVDVS.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



**V**AMVIS teste Aristotele in Ethicis, ludus moderatus propter recreationem duntaxat virtus fit & non vitium, tamen cum multi illo abutantur & se se in eo propter lucrum ingurgitent, peccato non carere credendum est. Quod vt melius intelligatur, obseruare oportet cupiditatē ludentis non esse ex se peccatum mortale si ipse tamen ludens cum personis, quæ legitime ludere possunt, & fraus, aut dolus non interueniat, ludum exerceat. Nam auaritia hæc non est contra iustitiam, sed contra liberalitatem, vt Beatus Thomas, & Caietanus testantur: erit autē mortale propter alias circumstantias. Ecclesiasticus vero qui propter cupiditatem luserit, lethalem culpam committit: facit enim contra antiquam legem Ecclesiasticam: in quam etiam poenam incidunt hi, qui illos ad ludendum incitat, sunt enim cooperatores. Sæcularibus vero prohibitus est ludus alearum, & tesserarum, & tabularum ludus, & hoc per legem regni, contra quam faciens probabilius est, quod mortaliter non peccat, quamuis ludus ipse reprehensibilis sit, & odiosus esse debet propter illa, quæ cõmuniter in eo euenire solent: est enim veluti quoddam rete quo animæ capiuntur, in ipso namque omnia Dei præcepta plerunque franguntur, quod patet, in primis de primo præcepto honorandi Deum: in ludo enim contra Deum, & sanctos eius, verba execranda proferuntur, & ibi etiam Diabolus idololatriam sustentat, dum efficit, vt lusores ipsi figuras illas alearum ad lucrandum quodammodo adorent. Secundum etiam præceptum de non iurando per Deum in vanum ibi frangitur: etenim quid aliud secum trahit ludus, nisi blasphemias, & iuramenta? In eo videbitis alium iurantem, se lucratum fuisse, alium vero eodem iuramento ei contradicentem: alium se peierantem, alium vero causam illius periurij pertinaciter dantem. Quid de tertio præcepto videlicet de sanctificatione festorum dicam? Qualiter festum sanctificat, qui missam, & concionem non audit, vt ludo vacet? Quartum etiam præceptum frangitur, quoniam ludēs solet, cum perdit, maledicere eum, qui illum genuit, & matrē quæ ipsum peperit. De quinto etiam præcepto constat, quoniam ex ludo mors, inimicitia, odia, & similitates

Ethic. 4.

B. Tom. 2. 2.  
q. 118. artic.  
2. & 3. & ibi  
Caieta. & in  
summa.

c. Episcopus  
g. 9. & c. cle  
ric. de vita &  
hon. clerico.

4 tates oriuntur. Sextum præceptum etiam frangitur, quoniã carnalis amicitiam inicit cum vxore, aut cum filijs eius, quem in ludo socium habet, vel in cuius domo ludit, & sic carnis peccatum committitur. Septimum etiam frangitur, nam filius vt habeat quid ludat, à patre nummos furatur, similiter seruos à domino suo ac denique ipsi ludentes ad inuicem se decipiunt, & fraudibus nummos subripiunt. Octauum etiam præceptum frangitur, [porque de que se ceua el juego, sino de hablar de vidas ajenas vnas vezes con verdad, y muchas con mentira?] De nono præcepto dictum est in sexto. Denique decimum præceptum ibi frangitur, quid enim in ludo agitur, nisi de lucrandis nummis aduersarij per fas, perque nefas, siue iuste, siue iniuste? Qua propter confessores, & prædicatores maxime commẽdare debent Christianis, vt se à tantorum malorum abyssu auertant.

## Lusores.

6 **A** Vdite ò lusores regium Prophetam vobis minantem illis Psal. 68  
 stupendis verbis, scilicet. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, in retributionem, & in scandalum. Talis lusorum mensa fiat, imotalis est: est enim laqueus, quo Dæmon tã lusores, quã recipientes eos in domibus suis capit, & destruit. Fiat, & in retributionem, ita quod præmium vobis debitum in cælis ob opera bona, quæ feceratis in hanc lusus voluptatem commutetur, & nihil aliud recipiatis. Fiat & in scandalum, & in ruinam tam aspicientium illos, quam recipientium, & nummos mutuantium, & chartas, præbentium, aut taxillos, aut auxilium quomodolibet dantium. Igitur fratres caute à ludis, & à domo ludentium, quia ibi est sedes Satanæ, ibi enim iuramenta multa, & falsa proferuntur contra Dei honorem, ibi facultas, & diuitiæ, quibus pauperes filij alendi erant, amittuntur ab insanis parentibus, & multoties à filijs non valentibus res paternas alienare, dilapidantur in damnationem lucrantium. Quorum malorum ipse infernalis receptor domus dominus causa præcipua est, & per consequens omnium poenarum & satisfactionum reus. Vnde non plus illi absolutionem concederem, quam Iudæ, quousque domum lusoribus clauderet, & poenitentiam veram ageret de tot in Deum sua causa peccatis commissis, cum Beatus Paulus ad Romanos scribens dicat, non solum esse dignos morte æterna, qui

mala faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, & auxilium, & occasionem præbent.

Multi sunt, quorum Deus ludus est, ludum Deo proponunt, ludo, & non Deo offerunt bona sua omnia, atq; taxillorum iurisdictioni, & potestati se ipsos subiiciunt, & fere totum tempus vitæ in illo consumunt. Et quemadmodum Deus cultoribus suis viginti vnam literas contulit, quibus tota scriptura Sacra contineretur, & scriberetur, & per illam diuina voluntas comperta esset: sic taxillus habet puncta viginti vnum, quibus lusor Dei sui cognitionem assequitur, vt eum sequatur, illique obediat. Magna profecto stultitia lusoris est taxillum Dominum Deum suum constituere, & ei seruire die, ac nocte. Si videas (ait Seneca) murem velle dominari alij muri, nunquid risum teneas. Quanto magis ridiculum est, quando os canis, quod minoris laboris est, homini dominetur.

S. Seneca?

## L V X V R I A.

D. August. li.  
de honestat.  
mulier. c. 30.



**BEATVS** Augustinus libro de honestate mulierum ait. Quanta iniquitas, quanta peruersitas est vt animam, quam Christus suo sacro sanguine redemit, luxuriosus quisque propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo pessimo inimico suo vendat, ac tradat, vere nimirum miseranda, & plangenda conditio est, vbi cito præterit quod delectat, & permanet sine fine quod cruciat, sub momento enim impetus libidinis transit, & permanet sine fine in fœlicis animæ opprobrium. Antiqui hunc turpem amorem pingebant sicut monstrum illud, quod à Poetis chimæra dicitur, cuius caput erat leonis, corpus vero erat capræ, sed cauda erat draconis. Caput erat leonis, quia talis amor à principio feraliter inuadit, & amor brutorum adoritur hominem: corpus autem erat capræ, quæ luxuriosissimum animal est, quia inuasus tali amore in luxuriæ pruritus dilabitur, inflammatur & incenditur: cauda vero draconis, quia in fine mordet, vel per poenitentiam, vel per egestatem, vel per infirmitates, ad quas deduxit. Ideo de hoc vitio dicitur in Prouerbijs. Pretium scorti

Prouerb. 6.

2. vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit, hoc est, delectatio, propterquam appetitur mulier, vix est vnius panis, id est, breuis est nimis, & nullius valoris. Nonnulli vero ex Hebræo sic legunt, quia propter mulierem fornicariam vsque ad frustum panis, id est, vsque ad mendicitatem peruenit homo: solent enim mendici frustum panis postulare. Fugite ergo (vt Beatus Paulus docet) fornicationem, & occasionem eius, sicut Beatus Cyprianus admonet in quadam Epistola dicens. Liberanda est vigilanter de periculosis locis navis, ne inter scopulos & saxa frangatur: eruenda est velociter de incendio sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo tutus est periculo proximus, nec euadere Diabolum Dei seruus poterit, qui se Diaboli laqueis implicauit. Apud Diuum Marcum dixit Dominus Iesus Diabolo. Exi spiritus immunde ab homine isto. Ab effectu talis dictus est immundus scilicet, mundus enim creatus est, & in gratia, immundus tamen dicitur, quia ad immunditias vocat & excitat hominum mentes, & corpora, in quibus mirum in modum sibi cōplacet, potest enim mouere voluntatem persuadendo, vel proponendo obiectum, & potest operari ad hoc, quod aliquæ formæ imaginationi præsententur, & facere, quod appetitus sensitius incitetur ad aliquam passionem. In peccato ergo luxuriæ valde complacet, quia totus homo in illo polluitur, anima scilicet, & corpus, & quia luxuria est maximæ adhærentiæ, & difficile ab ea potest homo eripi, insatiabiliter enim est delectabilis appetitus, sicut docet Aristoteles in Ethicis. Propter quod inquit Ecclesiasticus. Post cōcupiscentias tuas non eas: si præstes animæ tuæ concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis. Quia vero luxuria totum corpus inquinat, quædam poena specialis ad luxuriosos destinata est in inferno scilicet, scætor horribilis pro eorum libidine, inquit Ricardus de sancto Victore.
- 4.

Obserua, obsecro, diligenter, quod in laudibus sapientiæ eterne inter alia multa, quæ Sapiens decantat, inquit. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, mundus: spiritus mundus est in sapientia, & propter hanc munditiam dicit statim. Attinget vbiq; propter suam munditiam. E contra Dominus Iesus Diabolum compellat spiritum immundum. Videas ergo cui spiritui adhærendum sit, immundo, id est, Diabolo, qui ad luxuriam vocat mētes,

B. Cyprian.  
Epist. 11.

Marci. 5.

Scot. li. 2. di-  
stin. 5. 1.  
Et B. Tho. 1.  
2. q. 75. artic.  
3. & q. 8. ar. 2

3. Ethicor.  
Ecclesiast. 18

Sapient. 7.

& corpora hominum, vel mundo spiritui, qui est Dei sapientia, quæ animas mundas facit, & in se transfert.

Ad Rom. 1. Cum Beatus Paulus ageret de sceleribus illorum hominum, qui non probauerunt Deum habere in notitia, sed negantes diuinam providentiam, aut non actu contemplantes illam, inquit. Tradidit illos in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, &c. Vide qualis sit fornicationis progenitor. Ad similitudinem illius non probat fornicarius Deum habere in notitia scelus suum, id est, non actu considerat, per quod fugiet diuinam iniuriam, sicut docuit illa sacra Susana, quæ dicebat. Angustie sunt mihi vndique, si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini. Ad eò studebat sanctus Apostolus segregare Christianos omnes à fornicatione, quod vel nomen eius auditu indignum iudicabat, Ad Ephes. 5. ideoque aiebat. Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: Primogenita enim appellatur ab eodem Apostolo inter peccata carnis. Manifesta sunt inquit, opera carnis, quæ sunt fornicatio, inuidia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, &c. Cum mulier vna fragmine molæ confringeret cerebrum Ducis Abimelech, vocauit ipse cito armigerum suum, & ait ad illum. Euagina gladium tuum, & interfice me, ne forte dicatur, quod à fœmina interfectus sim. Potiori equidem titulo indecorum, atque indecens sibi vir Christianus existimare deberet (cuius est strenue agere, ac fortiter se gerere in militia spirituali) à fœmina hoc est à vanæ carnis delectatione superari.

## Luxuria.

Eccl. 4. QVam tenax luxuria sit, verba illa Ecclesiastici declarant, ait enim. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Apta similitudo certe: nam licet tangens picem semel, septies se lauabit, & penitus mundus non manet: ita luxuriæ deditus multoties peccata confitens procliuis adhuc ad inhonestatem manet. Fornicati sunt (inquit Propheta Oseas) & non cessauerunt. Hoc deterius est, & quod deducit homines ad perditionem. Maxima est absq; dubio luxuriæ potentia, & amoris concupiscentiæ vis, vt est videre.

Oseas. 4.

8. dere in Sichē filio Emor, qui amore Dinæ incensus circumcisionis cauterium & grauiſſimum huius vulneris dolorem non recuſauit: nec hoc contentus parentem quoq; ſenē, & vniuerſum populum ad hoc magnis precibus impulit, vt eundem ſubirent cruciatum: nec verò hanc adeò iniquam conditionem grauiter, & moleſtè iuuenis tulit: ait enim Scriptura ſacra: Nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim quod petebatur, expleret, amabat enim puellam valde, &c. *Gene. 34.* O ſi charitas Dei in pectore noſtro ita flagraret, quam leuè, ac ſuaue nobis mandatorum ipſius iugum efficeretur. Hoc argumento credibilia ſiunt, quæ de ſanctorum martyrum mirabili conſtantia, deq; ſanctorum confeſſorum vigilijs, ieiunijs, & continuis laboribus, deque eorundem mentis exceſſu, & alienatione prædicantur. Si enim tantum potuit vnius puellæ pulchritudo, quæ vel morbo vel ætate marceſcit, quid immenſa illa & infinita pulchritudo efficiet, quando illam Dominus (quãuis in ſpeculo, & enigmatè) fidelibus amicis ſuis velut ſpectanda proponitur, quando demũ ſaluator implet illud, quod promiſit? Qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum? Hanc vim & luxuriæ efficaciã oſtendit etiam ſanctus Hieremias dicens. Onager aſſuetus in ſolitudine in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui. Onager, hoc eſt, aſinus ſylueſter abſque iugo libidinoſiſſimum animal eſt atque olfaciens ſœmellas, ad eas toto impetu currit. Sic peccatores filij Belial, id eſt, abſque iugo carnalibus acti deſiderijs præcipites ad ea currunt à longe ventum ad ſe trahentes, offendiculaque, ac occaſiones quærentes. Et alibi inquit ſanctus Propheta. Onagri *Hierem. 2.* ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi dracones. Hi præ nimio calore, quem intus gerunt, os aperiunt, & attrahunt ventum, quo grandis temperetur calor. Carnales homines concupiſcentiæ calorem, quem intus gerunt, refrigerare volunt his caducis rebus, quæ veluti ventus fugiunt, & ſtatim non comparent, eaſque quærentes ad ſe quaſi vi quadam trahunt. De hac maledicta peſte dicitur apud Iob. Ignis uſque ad conſummationem deuorans. *Iob. 31.*

9. Quamuis de cunctis peccatoribus dici poteſt illud Prophete: *Pſalm. 38.* In imagine pertranſit homo, quoniam peccator vix habet aliquid hominis præterquam imaginem illam, & apparentiam, ceterum non niſi per paſſiones ſuas viuunt. *re. d. h. e. i. t.*

Gene. 49.

men peculiariter hoc de homine carnali, & luxuria contaminato dicitur. Itaque luxuria non solum est ignis diuitias consumens. (Et sic Patriarcha Iacob filio suo Ruben dixit: Effusus es sicut aqua ne crescas, quia ascendisti cubile patris tui: Vbi alia litera habet. Ne ascendas. Quod & explicat Chaldaicus interpres dicens, quod huic filio Ruben, quia maior natus erat summum sacerdotium, regnum, ac maioratus debebatur, sed propter illam sensuale turpitudinem ea omnia amisit, & castus Ioseph maioratum accepit: sacerdotium vero tribus Leui, regnum autem tribus Iuda consecutæ fuerunt) non solum, inquam, hoc vitio nefario maioratus, salus, atque honor amittitur, verum etiam properatio, & iudicium deperditur, ac miser homo tanquam imago, & insensibilis statua remanet. Et ita ubi nos legimus: Coagulatum est sicut lac cor eorum scilicet hominum carnalium, alij vertunt. Incrassatum est velut adeps cor eorum: sensus ergo est: habent isti mentem hebetem, & crassam quippe quam corporis voluptatibus, & rerum terrenarum cogitationibus alunt, propterea nec scientiam rerum diuinarum tenent, ne eam habere volunt. Vnde B. Thomas inquit, filias luxurie esse cæcitatem, inconsiderationem, odium Dei, præcipitationem, incostantiam, amorem proprium, rerum temporalium affectionem, & æternarum desperationem. Ideo in Psal. dicitur. Supercecidit ignis, & non viderunt solem, hoc est, supercecidit ignis luxurie, & hi, super quos cecidit, ita cæci remanserunt, ut nec clarissima viderent.

Psal. 118.

B. Thom. 2.  
2. q. 13. ar. 6.

## Luxuria.

Proverb. 2.

TAM magnam miseriam est libidinis cæno inquinari, eiusque tyrannide, ac vinculis constringi, ut pro maximo virtutis premio in Proverbijs designetur ab hac peste liberari. Postquam enim diuina legis studium vehementer Salomon commendauit, huius studij fructum subiicit protinus. Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea, que molli sermone suos, inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitam ipsius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. Quam autem vere miseranda sit illorum conditio, qui impudico amore flagrant, & quomodo sub diaboli potestate capti teneantur (à qua sine caelesti ope emergere non possint) quamuis præterita verba manifeste declarant, idem Sapienter clarius inferius indicat, ubi ait. Fovea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus incidet in eam.

Proverb. 22.

Et

14 Et vigesimotertio sap. inquit. Felixa profunda meretrix, & puteus angustus aliena. O stupenda verba! quis tam marmorcus est, qui illa audiens non toto corde cōturbet? Fugite o fratres mei, fugite has profundas foueas, ne profunde incidatis in eas.

Beatus Ioannes Clymacus inquit. Qui sudoribus suis, atq; laboribus aduersus huiusmodi aduersarium pugnat, is ei similis est, qui inimicū suum papyro ligauit: qui vero cōtinentia, atq; vigilijs pugnat ei similis est, qui catenis hūc deuinxit: porro is, qui altissima humilitate depugnat, ei comparatur, qui occidit inimicū, atq; in arena occubuit, arenam vero intellige humilitatem. Nisi enim Dominus domum carnis deleuerit, domumq; animæ ædificauerit, frustra quispiam hanc ieiunando solum, ac vigilādo destruere nititur. Ideo offer ante oculos Dñi carnis naturalem infirmitatē

15 tuam humiliter imbecillitatem agnoscens. Huic sententiæ fatiet illa B. Augustini in lib. confessionum, vbi ait. Amās beatam vitā timebam illam in fide sua, & ab ea fugiens quærebam eam, putabam enim me miserum fore nimis, si femine priuaret amplexibus, & medicinam misericordie diuinæ ad infirmitatem meam sanandam non cogitabam, quia expertus non eram, & propriarum viriū credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius, cum tam stultus essem, & nescirem sicut scriptum est, neminem esse continentem, nisi tu dederis.

B. Clymacus  
grad. 15.

B. August. li.  
6, confessio:

## Luxuria.

16 **L**oquēs in Proverbijis diuina Sapiētia de femina improba inquit. Inclinata est ad mortē domus eius, & ad inferos semitæ ipsius: omnes qui ingrediuntur ad eā, non tenentur, nec apprehendent semitas vitæ. O terribilia & stupenda verba! Primū dicit quod domus meretricis simul cū his rebus que in ea sunt; inclinata est ad mortē, id est, ad peccatū, & oēs ingressus, & regressus eius à fenestra in ianuā, & à ianuā vsq; ad fores, oēs, in quā, isti ingressus, & regressus sunt viæ inferni. Taurē notandū Hebrēū verbum, q̄ hoc loco ponitur, significare etiā peccatores. In quo insinuat infirmitatē, & peccatores idē fecisse. [no ay mas de los peccadores al infierno q̄ de la vida a la muerte, q̄ es vn soplo.] In peccatoribus qui apud inferos sunt sentētia iā lata est, & executioni mādata: in his vero qui in mūdo viuūt sentētia prolata est, & nō executioni mādata, sed nescitis o impij peccatores, utrū hodie, an cras execu-

Proverb. 2.

innotat &  
xiiii. iij. q̄  
1. 1. 1. iij.

tioni inā dabitur. Omnes, qui ingrediūtur ad eā non reuertētur, nec apprehendēt semitas vitæ. In hoc significatur, quod quāuis in omnibus peccatis mortalibus remaneat homo impotēs, vt ex ipsis exire possit, si Deus per suā infinitam misericordiā ipsum non præueniat, & adiuuet, tamen peccata luxuriæ inter omnia scelera sunt magis, vt ita dicā, viscosa, hoc est, [son mas pegajofos y prenden mas entre todos los peccados.] Quam obrem homo turpis, & carnalis difficile conuertitur, & ideo dicit sacer textus. Nec apprehendent semitas vitæ. Non solum autē hoc vitium est magis viscosum, & attractibile, quam alia vitia, verum etiam est magis vniuersale. Poetæ in suis fabulis dixerunt Herculem in nulla corporis sui parte posse feriri, nisi in plāta pedis; atque ita ibi percussum fuisse, ex quo vulnere vita priuatus est. Quid, obsecro, antiqui illi Philosophi hac fabula, & fictione significare voluerūt? Non equidem aliud, nisi quod sæpenuerō euenire solet, vt homo aliquis sit fortis, prudēs, sapiēs, diuitiarū, & honoris contēptor, ac denique in fortitudine alter Hercules, sed tamē iste à voluptate carnali occiditur, dū ei miserrimē succūbit. Per pedē affectionis percussus fuit, & sic spiritualiter mortuus est. Cū igitur hoc vitium tā vniuersale sit tāq; periculosum, merito, & iure optimo illud perimēscere debemus, tū vel etiam quia vitā abbreviat, & mortē corporalē citius affert. Atque ita licet de omnibus peccatoribus possunt verificari verba illa Sapientis; Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorū, sed homines impij manibus, ac verbis accerferūt illā (in quibus Salomon eleganti vtitur metaphora illius, qui aliquē lōgnis distantem vocat, & prius vocibus, deinde vero si tā longe abest, vt vocem audire nō possit, manibus euenatis, & nutibus eum accersit: sub qua metaphora quam longe à nobis Deus mortem fecit, Spiritus factus nobis innuit, cū nobis sit adeo cōnaturalis, & cōiuncta: corpus enim hominis physicc cōpactum est ex contrariis, & ideo necessario passibile, & mortale, & corruptibile, vt mors ipsa vocibus, ac manū signis accersenda esset, hoc est, verbo, & opere peccado) quamuis, in quā, de omnibus peccatoribus dici possit, quod peccatis suis mortē accersunt, & propriā vitā abbreviāt, peculiariustamē hoc carnales, & effeminati homines faciūt. Atq; ita inquit. B. Antonius, rationē, quare homines tam breuī vita nūc viuunt, esse propter luxuriā: nā hoc vitiū efficit,

H. B. G. A. 2.  
 17. 1. 1. 1.

Sap. 1.

B. Antonii. 2.  
 part. Sum. 2.  
 titul. 1. c. 1.

vt vita

20 vt vita breuior sit & hæc fuit causa, quare Romani ad ianuas templi Veneris funera (hoc est mortaja) vëdebāt, quod quidē Plutarchus inquit, eos fecisse ad significandū, quod illa, quæ voluptatis erat aduocata, ipsamet erat causa mortis, & sepulchri. Non solū vero hæc omnia mala secum affert luxuria, verum etiā plurimam infamiam adducit. Olim in fronte meretricis proprium eius nomen scribi solebat, & forsan in lamina auri ea, vel argentea scribebatur, atque ita Seneca dixit. Nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti, & de meretrice illa, quā B. Iohannes in Apocalypsi vidit circumdatam purpura, & coccino, & in auratam auro, & lapide pretioso, & margaritis, inquit sanctus Apostolus. Habebat poculum aureū in manu sua plenum abomina-  
 21 tione, & immunditie fornicationis eius: & in fronte eius nomen scriptum Babylon magna mater fornicationū, Has autem superscriptiones appellat doctissimus Tertullianus titulos voluptatum; & hinc ortum habuit proverbium Hispanicū, quādo volumus significare impudicitiam alicuius fæminæ dicimus [En la frente lo trae escrito.] Si igitur nomē meretricis in fronte eius scribebant antiqui ad ostēdendā illius ignominia, & ad significandum, & admonendum omnes, vt a meretrice fugerēt, quoniam eius turpis voluptas est velut ignis vrens, & famam atque honorē sequentis eam denigrescere facit: quare omnes a re tam turpi, & nociua non fugiamus, & castitatem, quæ res suauissima, & honorifica est, quæque floribus, acrosis propter nimiam pulchritudinem eius in diuinis literis comparatur, omni animi contentione amplectamur?

Apoc. 17.

Tertulia. lib. de pudicitia.

22

## Luxuriosus.

Lewis est super faciē aquæ, dicitur in libro Job de viro impio. Quæ dicendi ratio difficilis est ad explicandū, quia eius omnino similis nulla in sacra scriptura reperitur. Hebræi, quos quidam Latini docti viri sequuntur ut ita explicant, Lewis est ad surgendum magis quam superficies vel extremitas aquæ, aut magis quam res, quæ natant in aquis. Sed ita possumus exponere. Lewis est ad peccandum magis, quam extremitas aquæ presertim humiditas, quarum princeps aqua est, distinguunt Philosophi, quæ difficile se suis terminis, alienis vero facile cōtinentur. Ita ergo perorationem faciens sanctus Job multorum faciem, s

Job. 24.

Job. 24. 2  
 Job. 24. 3  
 Job. 24. 4  
 Job. 24. 5

quæ iniqui hominis commemoravit dicit. Nihil se deniq; reprimi-<sup>21</sup>  
 mit, sed præceps libidine fertur: nullum flagitium facere præter-  
 mittit, cuius sibi oblata fuerit occasio. Cuius dicendi rationis haud  
 est multū dissimilis ea, qua Iacob usus est cū Ruben loquēs. Ef-  
 fusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, &  
 maculasti stratū eius, id est, non te magis quam aqua, continuisti,  
 sic vt non veritus esses contaminare cubile patris tui. Potest etiā  
 locus hic de poena iniqui hominis, de qua statim eodē versu lo-  
 quitur, explanari in hanc sententiā: Citius tamen peribit, vitamq;  
 deferēs sceleratus esse desinet, quā aquæ extremitas defluit. Cuius  
 non nihil similis est ille dicendi modus, quem usurpauit Prophe-  
 ta Oseas dicens. Transire fecit Samaria regem suū, quasi spuma su-  
 per faciem aquæ, id est multis peccatis suis fecit Samaria, vt citius  
 rege suo orbaretur, quā aquæ spuma transit. Et in hanc rationem  
 hoc eodem capite dicit sanctus Iob. Eleuati sunt ad modicum, &  
 non subsistent. Postquam vero tantū hominis profligati crimen  
 persecutus est, & postquā cito ipsum moriturum prædixit, ei di-  
 ra, imprecans dicit. Maledicta sit pars eius in terra, hoc est, cas-  
 quas iniquis modis acquirit, diuitias, & ea, que tractat negotia in-  
 foeliciter ei successura sunt: id enim maledictū significare solet, vt  
 ait sanctus Moyses. Maledict⁹ eris in ciuitate: maledictus in agro,  
 maledictum horreum tuū, & maledictæ reliquæ tuæ: maledictus  
 fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, &c. hoc est omnia in-  
 foeliciter tibi succedant. In hanc etiam rationem dixit Eliphaz de  
 homine impio. Non dabitur, nec perseverabit substantia eius,  
 nec mittet in terra radicem suam. Ad hoc etiam spectat, quod se-  
 quitur: Ne ambulet per viam vinearum. Species pro genere po-<sup>25</sup>  
 nitur, hoc est, diuitijs non fruatur. Ita etiam dicebat S. Moyses.  
 Viarum plantabis, & fodies, & non bibes.

### Luxuriosus.

Ignis solet aliam ignem extinguere. Si digitus tibi concrema-  
 tur, vt ignis ille exeat à digito, ipsum ad ignem applicas, ne ma-  
 gis doleat. Sic ad extinguendum ignem luxuriæ, magnum reme-  
 dium est cogitare in igne inferni, & in eius æternitate.

Beatus Chrysostomus in quadam oratione ait. Etenim qui mu-  
 licis alienæ tenetur amore, qui scortis vacat, ebrius est, & quæ-  
 admodum is, qui multum bibit merum, se sequens ingurgitavit

B. Chrysost.  
 erat. s. aduer-  
 sus Iudæos.  
 simile.

libe-

26 illiberales voces effundit, aliudque pro alio videt: Sic & hinc veluti mero quopiam sua cupiditate repletus nec sana profert verba, sed obscœna omnia, pernicioſa, illiberalia, riſuſque plena: aliaque pro alijs videt cœcutiens ad ea, quæ cernuntur.

Isidorus Clarius in quadam homilia inquit: Nihil ita obruit animum, vt laſciuiæ carnis, nam avaritia tantum abeſt, vt obruat animum, quatenus pertinet ad ſolertiam, & malitiam, & prudentiam huius ſæculi, vt etiam faciat aſtutiſſimos. In eundem modum ambitio quid non circumſpicit? Quam lynceos habet oculos? Quid non cauet: at quiſquis laſciuiæ ſe, & vitijs carnis dedit etiam illud nature acumen, quo ſceleſti etiam homines vti conſueverunt, amittit.

Isidor. Clar.  
homil. 105.  
tom. 2.

## Luxuria.

27

27 IN libro Numerorum legitur, in conſistorio Principum filiorum Israel decretum fuiſſe, vt duodecim millibus militum qui expugnaverant & destruxerant Madianitas non daretur triumphus, nec pro victoria eis reciperetur interfeciſſe homines donec mulieres omnes & pueros exceptis virginibus interficerent. Atque ita inquit ſacer textus: Iratus Moyſes principibus exercitus, tribunis & centurionibus, qui venerant de bello ait. Cur ſœminas reſeruatiſtis, nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Israel ad ſuggeſtionem Balaam & præuaricari vos fecerunt in Domino? Ergo cunctos interficite, &c. Peccata in duplici ſunt differentia, quædam enim ſunt grauiora, vt peccata iniuſtitie, homicidij, adulterij, fuſti, &c. alia ſunt peccata infirmitatis, vt delectationes ſenſuales, ambitio, paſſio interior contra proximum, &c. Plurimi ſunt, qui apparentiam virtutis habent, quia viros hoc eſt peccata iniuſtitie, ſed non mulieres, videlicet peccata infirmitatis interficiunt, ſe ipſos enim ſunt à ſuis paſſionibus ſuperari: & quod peius eſt, exiſtimant ſibi ipſiſtanquam victoribus præmium debere, eo quod peccata iniuſtitie vicerunt: atque ita dicunt. Benedictus Deus, quia ſaltem de me non dicetur, quod homicida ſum, aut latro. Hi ſimiles ſunt Phariſæo dicenti. Non ſum ſicut cæteri: qui tandem non propter ſcelera iniuſtitie (illa enim non habebat) ſed propter alia videlicet propter arrogantiam, & contemptum proxi-

Nume. 31.

Luc. 18.

morum

morum damnatus est. Itaque illis, qui viros Madianitas interfecerunt, præmium non est datum, quousque mulieres, ac pueros necauere. Sic Deus præmium æternū non tribuet ijs, qui dumtaxat peccata malitiæ, hoc est grauius scelera superarunt, si simul etiam peccata infirmitatis, quæ per mulieres significantur, & peccata ignorantia, quæ per paruulos Madianitas designantur, non vicerint.

## Luxuria.

Psalms. 112.

**Q**uoniam hoc peccatum luxuriæ fons est & origo aliorum peccatorum, ideo à regio Propheta vocatur omnis iniustitia, dum ait. Et non dominetur mei omnis iniustitia. Hoc sanctus Rex dicebat recognoscens præteritam suæ antiquæ conscientia corruptionem, & strages illas, quas sensuale peccatum commissum cum Betsabe in anima sua effecit, & operatum est. 30

Psalms. 85.

Hinc effluerunt immensa illæ gratiæ, quas ipse sanctus Propheta Deo agebat, eo quod ipsum ab illo peccato eripuerat, & ita ait. Cōfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Quodlibet peccatum mortale appellatur infernus: sicut enim infernus nullam habet redemptionem, neque egressum ita peccatum mortale est veluti profundissimus puteus, in quo nullum potest inueniri vadum, [ donde el peccador caydo vna vez se quedaria sumido, y eternizado, si Dios despues no le diese la mano por su misericordia, y le sacasse del. ] Ex his ergo infernis magis profundus, & inferior, & ille, vnde minus exiri potest, est adulter amor, [ porque este no solo tiene la salida de suyo impossibilitada por la razon general de ser peccado mortal, como los otros, pero tambien la tiene difficultissima por otra particular, que es por ser este peccado tan pegajoso de suyo. ] Deus nos per suam infinitam misericordiam ab illo eripiat. Idcirco idem Regius Propheta cum Deo loquens (secundum aliam translationem) dicebat. Vide si via idoli in me est, & deduc me in via æterna. Quasi diceret: Si ð Domine in tam periculosa via sum, obsecro, vt ab illa me extrahas, & eripias. In quo significauit, quanta vis, & quantus fauor Dei sit necessarius ad extrahendam animam ex ado-

Psalms. 138.

32 ex adoratione idoli sui, hoc est, amoris carnalis, quo aliam creaturam prosequitur: hic enim amor est similis ei, quem erga idola sua habent idololatæ, qui nec dū videntes altissimi Dei miracula, à se idola sua expellunt, vt aperte apparuit, quando arca Domini idolum Dagon deiecit, & deturbauit ac truncum reddidit (sicut ibi refert sacra scriptura,) & vcl etiam eo modo truncum sine pedibus manibus, & capite ipsum pro Deo Philistæi habuerunt maximè colentes & respectantes loca illa, vbi pedes, ac manus idoli ceciderant. Non minor profecto est carnalis amor. [ O quantas vezes auemos visto de dos pessoas afficionadas, y caydas en esta miseria de cepear Dios la vna y dexarla tollida de pies, y manos con grandes enfermedades, o por algun caso raro y milagroso, y tiniendole la potencia de Dios ya

33 hecho vn cepo, y vn tronco echado en vna cama, aun perseuera el sensual amor de los dos, y el idolo puede tanto, que aun assi hecho tronco vence al milagro, y nunca se acaba su adoracion, hasta que el desdichado hombre viene a morir en los brazos de la manceba, o estando ella a su cabecera teniendole la candela en la mano. O perseuerancia infernal quien no te teme? ]

1. Reg. 5.

Loquens sacra scriptura de principe illo Sichen qui Dinam filiam Iacob ardenter adamauit, inquit. Simeon, & Leui necauerunt Sichen. vbi Beatus Chrysostronus legit. Fratres Dinæ necauerunt taurum. Vtitur autem spiritus sanctus hac si-

Gene. 34.

militudine ad significandum vim illam terribilem,

& impetum illum, atque vehementiam, qua


34 adolescens ille velut ferocissimus taurus

crimen illud commisit.

MAG-

# MAGNANIMITAS.

B. Tho. 2. 2.  
q. 129. per totum.



1. ad Cor. 6.

Aristotel. 4.  
Ethicor,  
B. Tho. 2. 2.  
q. 129. arti. 3.

Luce. 10

Ad Philip 3.

**M**AGNANIMITAS est effectus, quos in Christo Iesu pijs cultoribus generat charitas, vnus est, quod eos magnanimos facit, extensosque animo reddit ad magna capienda, paruaque paruifacienda. Quare, vt docet Beatus Thomas, iustus ex eo, quod magnanimus est, omnia hæc huius mundi bona tanquam stercorea calcat extendens se ipsum semper ad maiora, indignum quippe est magnanimo viro quidquid minus est illo, quod intendit, & cum intentio Christi cultoris ad summum bonum tendat, cætera omnia tanquã indigna sibi contemnit, vnde B. Paulus ad Corinthios scribens inquit. An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicandus est mundus indigni estis, qui de minimis iudicetis. Quod perinde est, ac si diceret. Qui tam magna sperare potest, cur his minimis coarctabitur? Ideo hic Beatus Paulus vt apprehenderet bonum illud summum ad quod suus dilatabatur animus, quem carnis pressura impediabat, dirumpere eam gestiebat nimis: hinc vox illa digna Paulo. Cupio dissolui, & esse cum Christo, quia me carnis angustia à tanto bono præpediunt. Vbi aduertendum est inter cætera magnanimi signa, quæ Aristoteles in Ethicis docet, & Beatus Thomas etiam affirmat, vnum esse, quod non velox, sed tardus est, cuius elegãs ratio est, quia velocitas motus prouenit ex eo, quod homo ad multa intendit, quæ explere festinat, sed magnanimus ad magna solum respicit, quæ pauca sunt, & vir euangelicus in vnum summum bonum duntaxat aciem intendit, figitq; quare tardus est, & grauis: est enim res quam quærit magna, multamque poscit animi attentionem. Quare Beatæ Marthæ Dominus apud Lucam dixit. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, hoc est, quia vnum tantum bonum, & id maximũ quærit, ideo tarda, grauisque videtur: tu autem multos habens motus, quia erga plurima turbaris, & ideo Beatus Paulus ad Philippenses scribens ait. Ego autem, quæ retro sunt, obliuiscens ad ea,

4 ad ea, quæ priora sunt extendens in se ipsum ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Deum in Christo Iesu. Hoc est, multiplices curas huius sæculi reijciens ad vnum tantum tendo bonum, & hoc quia maximum est, alia oblivioni tradens, in hac sola cura distendor. Inter fructus etiã Spiritus sancti, quos numerat Beatus Paulus in epistola ad Galatas vnus est longanimitas, qua animus ad æternitatem protenditur expectando. Et ad Colossenses dicitur. In omni virtute confortati secundum potentiam charitatis eius in omni patientia, & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo, &c. Ex qua longanimitate oritur quædam securitas, quam etiam magnanimus habet: nam cum hæc virtutes viri Christiani de supernis sint, non nihil horum, quæ ibi habentur secum adducunt, & quia in illa summa foelicitate summa etiam securitas est, hinc est, quod virtutes illæ, quæ illic ortum habent, aliquid etiam illius securitatis secum ad nos afferant: & Beatus Thomas quæstione proxime citata dicit. Quia in virtutibus est quædam similitudo futuræ beatitudinis, nihil mirum si securitatem aliquam in animis eas habentium generent, quamuis perfecta securitas ad præmium virtutis pertineat, est enim hæc parua securitas veluti initium quoddam solutionis futuræ, aut arrabo alterius supræmæ securitatis, quæ in præsentia haberi potest à iustis. Ideo regius Propheta dicebat. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi, hoc est. Securus incedebam sicut ille, qui per viam latam planam, & spaciosam ambulat nihil periculi videtur timere. Vnde in Prover-

Ad Galat. 5.

Ad Col. 1.

Psal. 113.

Proverb. 28.

bijs dicitur. Fugit impius nemine persequente:

iustus autem sicut leo confidens abs-

que errore erit.

(.2.)

MALE

6

# MALEDICI.

100.3.



Maledicens sanctus Iob mysteriose diem nati-  
uitatis suæ ad exaggerandam maledictionem  
dixit. Maledicant ei, qui maledicunt dici, qui  
parati sunt suscitare Leuiathan. Sunt qui dicunt  
Leuiathan piscem esse, quem latine Balenam ap-  
pellamus. Est autem genus quoddam hominum cui semper cu-  
ræ est maledicta congerere, & aliquid etiam execrarit, vt sunt  
piscatores, & vectores, & nautæ, genus hominum impatiens,  
atque execrationibus semper studens, maxime cum anxij sunt,  
ac timentes, ne à cete vel tēpestate deuorentur: tunc enim solent  
maledicere dici suo, quo nauē ingressi sunt. Fortasse ergo, & per-  
periphrasim excitatores cete, siue Leuiathan nautas appellauit,  
siue piscatores, quibus tam pessima est consuetudo. Videant  
ergo piscatores qualiter in sacra scriptura eorum corruptissimæ  
consuetudinis specialis mentio fiat, vt ab illa toto cordis affectu  
maxime se abstineant.

# MALITIA.

Psal. 36.

Apoca. 11.



Vi malignantur exterminabuntur: mansueti au-  
tem hæreditabunt terram, inquit regius vates. Et  
in Apocalypsi inter visiones, quas B. Ioannes  
vidit, vna fuit, quod beati gratias Deo agebant,  
eo quod appropinquabat tempus exterminan-  
di eos, qui corruerunt terram. Exterminare est, ponere extra  
terminos. Termini Dei sunt pietas eius, ac misericordia, dulcedo,  
& beneficentia ipsius. Atque extra hos terminos detrudendi  
sunt in die iudicij omnes, qui corruerunt terram, quando cæle-  
stis iudex dicet. Ite maledicti in ignem æternum. Igitur extra  
hos terminos ait. S. David expellendos esse eos, qui malignan-  
tur. O infælices maligni, qui propter vestram malitiam à tam  
excellētibus terminis detrudendi estis, vt in illa atrocissima, &  
æterna tormēta incidatis. Contendite ergo, si quidem nunc per  
tēpus licet, tanto malo remedium adhibere, veram poenitentiam  
agentes, & à cordibus vestris omnem malitiam auellentes.

Mansue-

# 1 MANSVETUDO.



**BEATI** mites, quoniam ipsi possidebunt terram: inquit mansuetissimus agnus Christus Redemptor noster apud Matthæū. Hanc mansuetudinem desiderabat regius Propheta. Nam ubi nos legimus: suscipe seruum tuum in bonum, Felix, & alij ex Hebræo verterūt.

Matth. 5.  
P. 43. m. 18.

Fac suauem, & dulcem seruum tuum in bono; siue dulcescat seruustius in bono, hoc est, prompte & delectabiliter operetur bonum: vel ex deuotione seruienti, & suauis gustu in tuo se semper cultu oblectet. Petit manna illud, quod nemo nouit, nisi qui accipit, nimirum dulcedinem illam, & saporem, quem iusti

Apoca. 2. c.

2 Dei conuictu, ac familiaritate suggunt, quibus Deus intrinsecus plusquam omnia suauia, ac dulcia sapit: vel intelligi potest sanctum virum poscere, vt omnibus dulcis, & suauis appareat, & sit, cum bona illis tribuerit: hoc est, quod non solum omnibus tam amicis, quam inimicis benefaciat, sed tam dulci affectu, atq; appetitu, vt omnibus placeat ad illū libentissimè accedere: hoc enim ex Dei conuictu sancti addiscunt, vt omnibus se amabiles exhibeant. Si enim ex hoc, quod sapienti viro familiaris es, nescio quid prudentiæ (ait. B. Chrysostomus) ex tali familiaritate lucraris, cur non potius iusti, qui cum Deo conuersantur (qui omnibus creaturis gratissimus est) non sibi etiam hanc gratiam ex illius colloquio adquirent? Mansuescunt etiā feræ hominum

3 familiari conuictu: videmus namque leones omni ferocitate deposita domesticos, & mites ad pedes nostros iacere, vt Rex quidam Castellæ Ioannes secundus pedes super leonem in folio suo habere consueuerat. Iustus autem qui ad pedes Dei prouolutus assidue iacet, cur non ex illa mansuetudinis schola hanc sibi, & alijs addiscet? Moyse postquam cum Deo colloquia miscuit in monte, dicit de eo scriptura sacra, quod erat mansuetissimus super omnes homines, qui erant in terra, cum tamen antea homicida fuisset. Vnde de eo dicitur in Ecclesiastico. Dilectus Deo, & hominibus Moyse cuius memoria in benedictione est: non solum Deo gratus, sed & hominibus gratiosus, atque amabilis: & ideo eius memoria in benedictione est. Aliquos reperies, qui se discipulos mansuetissimi Iesu iactant, & tamen duriores

Num. 12.

c. Eccl. 47.

Isai. 34.

Simile.

ad fratres sunt, quam tanti magistri auditores deceat, qui & in bonis elargiendis ita asperos, ac truculentos se exhibent, ut potius iniuriam, quam beneficium recepisse ab eis ille, qui accipit existimet, & ita ipsi infesti dando, atque negando apparent. Cum Prophetam Isaias peccata, quæ in Ecclesia Dei futura erant inter Christianos sub nomine immundorum animalium enarrasset, etiam heritium ibi moraturum dixit. Vbi Beatus Gregorius ait, per hoc animal homines alijs truculentos, cum sibi omnia suauia velint, significari, heritius quippe, cum ad ipsum accesseris carnem, quæ mollis est, in se ipso recondit, aculeos tamen, ac spinas, quibus à natura indutus est, eas duntaxat tibi ostendit. Sic homines intratabiles, seuerioresque inuenies, qui cum sibi bladi ac delitiosi sint, alijs asperrimos se exhibent, cumque ad illos accesseris vultum tibi toruum reddunt, faciemque hominis sibi velant, leoninam tamen tibi semper ostendunt.

1. Petri. 2.

Nimis certe hoc indecens est Christianis hominibus: sicut enim Dominus Iesus dictus est agnus, sic & appellandus est populus eius precioso sanguine suo acquisitus dicente ipso ad Petrum. Si diligis me, pasce agnos meos. Esto ergo tu o Christiane agnus mansuetus in iniurijs, sicut agnus Dei Christus Iesus, qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Esto tu agnus innocentiae sicut & agnus Dei Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

## Manfuetudo.

B. Chrysofost.  
hom. 4. oper.  
imper.

Beatus Chrysofostomus super Matthæum ait. Quemadmodum feras ipsas arte, atque industria mitigamus, & mansuetas reddimus: ita etiam passiones nostras, quæ sunt feris omnibus truculentiores mitigemus: si enim leonem arte reddimus mansuetum, atque tractabilem, cur, quæso, iram, & furorem quouis etiam leone fauorem sopire negligimus? Quam enim reperies excusationem, quem honestum colorem, cum hominem quodammodo facias de leone: tu autem negligens leo efficiaris ex homine? Nam illi quidem donas aliquid habere supra naturam, tu vero nec naturales tibi affectus conseruas. Quæ uerè cordia est, cum naturalem ferarum crudelitatem in præternaturalem mansuetudinem conuertas? Tuam uero mansuetudinem in contrarium naturæ furorem, atque crudelitatem deducas? Extinguamus

## Manfuetudo.

83

7 guamus igitur hæc vitia, nec enim possibile est, nos vere viuere, nisi hæc prius in nobis vitia moriantur, hæc nos necessario perire faciunt in futuro, si nos hîc illa viuere patiamur: quinimo & ante illam mortem hic à nobis exigunt horrenda supplicia suis nos crudelitatibus exagitantia. Itaque & dentes leonum dentes eorum, imo etiam sequiores, nam leo quidem simul ac fuerit saturatus semesum cadauer continuo reliquit, hæc autem vitia nunquã fatiantur, nec ab anima nostra vnquam discedunt, captumq; hominem diabolo continuo tradunt.

## Manfuetudo.

8 **M**anfuetudo est modesti animi trãquillitas, quæ nulla incurrentium rerum tribulatione agitur. Hanc virtutem nobis *Ad Ephc 4.c.* commendat B. Paulus in ea, quæ est ad Ephes. Epist. vbi ait. Obsecro vos fratres, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate, & mãsuetudine, idest, perfecta humilitate, & mãsuetudine. Et merito quidem profecto virtutem hanc habendam esse admonet diuinus apostolus tam efficacibus verbis, siquidẽ ea virtute anima seruatur. In Ecclesiastico namq; dicitur. *Eccles 10. Similia.* Fili in mansuetudine serua animã tuam. Est enim mansuetudo in anima, quẽadmodum antemurale in castro, lapides iracundiæ leniter excipiens, atq; proinde ictus frustrans, & hominem à nocuimento custodiens. Quemadmodũ etiã vasa vitrea foeno, aut lana *Simile:* aut paleis inuoluta à confractiõne & læsione seruantur: sic mansuetudo animã cõseruat, ne ab ira, aut indignatione aut conuitijs aliorum frangatur. Hæc etiam virtus tanta est, vt animos suorum delectet. *Psal. 36.* Quod regius vates affirmat dicens. Mansueti autem hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis. Est enim *Ezech. 3.* mansuetudo veluti mollissima culcitra, in qua vt in lectulo, animus omnino requiescit. Vt adamantem dedi faciem tuam: dixit Dominus Prophetæ Ezechieli. Hanc faciem dedit etiã Deus mansuetudini, sicut enim adamas ferrum attrahit: sic mansuetudo corda hominum. Vnde merito Beatus Chrysostomus in quadam homilia inquit. Nihil mansuetudine violentius: nam sicut *B. Chrysost. homil. 38. in Genesim. simile.* rogum, cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit ita & animam, camino magis exardescentem, verbum cum mansuetudine prolatum extinguit.

Beatus Chrysostomus in quadam homilia ait. Neq; febricitã-

B. Christi.  
hon. 29. ad  
popu. Antio.

simile.

tem medicus hominem tam cito liberauerit à febre per qualem<sup>10</sup>  
cumque sedulitatem, quam homo longanimis hominē iratum  
& ira ardentem propriorum spiratione sermonum refrigerabit.  
Et quid dico medicum? Nec ferrum ignitū, & aquæ immerfum  
tam cito calorem amittet, quam in longanimum mentem inci-  
dens iracundus?

Ibidem quoque ait de hac virtute agens. Anima mitis homi-  
nis solitudini cuidam est similis multam habenti quietem: irati  
hominis mens cuidam foro, & tumultui, medijsque ciuitatibus  
vbi multus euntiū, & redeuntium strepitus clamor animalium  
accedentium, & similis factus sonus ab argentarijs, ærarijsque  
vtrimque eudentibus: at mitis mens cuidam montis vertici simi-  
lis est auram quidem habenti tenuem, purum vero radium, pu-  
ra fontium fluentia, multasque florum amœnitates, vernatium-  
que pratorum, & hortorum plantis, & floribus frondentium, &  
aquis viridantiū irriguis. Si quis autē sonus immurmuret dulcē,  
& multā insperget audientibus voluptatē, aues enim ibi canore  
summis arborū insidēt frōdibus; & Cicadæ, & Philomenæ, & hy-  
rūdines concentū quendā efficiūt musicū. Ibi etiā Zephyrus ar-  
borū folijs sensim spirās pinos, & piceas susurrātes, & cygnos  
frequēter imitās, & rosæ ac violæ, & flores se leuiter inclinātes, &  
viridātes quasi mare ceruleū blāde fluctuās exhibent, quinimo  
multas aliquis inuenire potest imagines, nā cū in rosas inspe-  
rit viride se videre putabit, cū violas pontū fluctuantē, ac cū lilia  
cælum. Est alia quædam vox cū à vertice montis aqua per riuos  
sponte defluēs, & subiectis lapillis quieto somno sensim immur-  
murat, & ita mēbra resoluit per voluptates, vt statim laxatiū  
oculis somnum ingerat: multo iocundior est mitis anima?<sup>12</sup>

Matth. 7.

Postquā summa veritas dixit: Beati pauperes spiritu, statim  
addidit, Beati mites: Vbi docuit, quod sicut impossibile est se-  
cundo sistere gradu, nisi ascenderit primū, sic homo mitis esse nō  
potest, nisi prius pauper spiritu fuerit factus. Quomodo ergo in-  
ter diuitias positus animus inter curas, & sollicitudines sæcula-  
res ex quibus negotia, lites, prouocationes, iræ exacerbationes fi-  
ne intermissione nascuntur: quomodo, inquam: inter hæc ani-  
mus poterit esse mitis, nisi prius à se omnes causas iracundiæ oc-  
casionisque rixarum abrenuntiando præciderit? Non fit mare  
tranquillū, nisi cessauerint vēti: non extinguitur ignis, nisi ma-  
teriam.

teriam incendiū, spinarumq; farmenta detraxeris. Sic nec animus erit mitis, & quietus, nisi ea, quæ ex fuscitant, & inflammant, fuerint abdicata.

Hoc naturæ conditor in operibus suis prouidit, vt quæ essent in humano corpore præcipua, & propter teneritudinem suâ iniuriæ magis obnoxia, pluribus integumentis vallauerit, quibus extrinsecus illatas iniurias propulsare facile possēt. Quibus enim vt ita dicam, vallis teneram cerebri massam muniunt. Primum eâ tegit carnosâ cutis capitis cæsariæ vestita. Deinde craneus ex ossa, eademq; durissima materia constans, tum deinde tunicæ duæ consequuntur, quarum altera paulo rigidior, quæ craneo hæret, altera mollior, quæ ipsam cerebri massam mollissimo complexu ambit, & fouet: cuius rei gratia cōgruis nominibus altera dura mater: altera pia mater appellatur. Iam vero de oculorum septis quid dicam? sunt enim primum palpebræ, quæ pro voto nostro & aperiri, & claudi ad nutum possunt: sunt item cilia, atque super cilia, quæ suo quæq; modo ad oculorum custodiam deferuiunt. Ipsi vero oculi velut in specubus inclusi, fornicibus supernè impendentibus muniuntur. Quam ergo rerum prouidētiam in operibus naturæ gerit dominus eandem in gratiæ operibus conseruat, vt videlicet quæ præstantissima ad spiritualem vitam sunt, ea munimentis firmioribus tueatur. Charitati ergo, quæ inter virtutes omnes principem obtinet locum, præter aliarum virtutum mōnimenta, quæ vt ab illa profluunt, ita illi famulantur, duas potissimum virtutes gratiæ autor ad eius custodiam destinauit, videlicet mansuetudinem, & pacem. Quæ efficiunt vt electi improborum iniurias, & contumelias facile ferant, neque vquam à charitate ipsa diuellantur. Sicut enim in expugnatione urbium solent qui obsidentur saccis molli lana oppletis muros tegere, quibus multo melius, quam duris lapidibus iaculorum ictus celando sustinent: ita plane mansueti homines, turbulentos improborum impetus lenitate sua facillimè perferunt. Quare non mirum est, si quod tōtopere ad charitatem, & innocentiam tuendam iuuat, inter electionis diuinæ signa computetur, cum innocentia, & charitas sit, cui æterna salus, & vita tribuitur.

Simile.

Simile.

## M A R I A E S A-

cratissimæ laudes.



**S**ICUT qui excelsam turrim erigere parant altissima eius fundamenta iaciunt, ne magnitudine superstructæ mollis ædificium corruat, ita cum Dominus hanc sanctissimam virginem omnium gratiarum muneribus supra creaturas omnes ornare decreuisset, altissima in ea humilitatis fundamenta iecit, ne tatarum virtutum, atque donorum cælestium occasione vlla ei elationis vel exigua labes obreperet villo modo.

*ff. de offi. pro  
con. l. ne qui-  
quam*

Quemadmodum leges civiles mandant, vt in ipsa republica sint aliqui aduocati, qui pauperibus patrocinentur & eorum causas agant: sic plane in sua republica videlicet Ecclesia præclarissime disposita, & ordinata habet Deus pauperum peccatorum aduocatam, videlicet sanctissimam virginem matrem suam, cui propterea tam pingue salarium datum est, videlicet tanta meritorum, & gratiæ plenitudo, vt scilicet peccatorum causas agat, & tractet apud filium suum: idcirco ad eam in omnibus necessitatibus nostris, fratres dilectissimi confugiamus: hac enim de causa forte glorificat eam sancta Ecclesia decantans in nomine eius verba illa Ecclesiastici. Quasi platani exaltata sum iuxta aquas. Folia platani, vt experientia docet, ad modum sunt cuiusdam generis scuti, qui vulgariter ad arga nūcupatur: Est ergo beatissima virgo quasi scutum populi Christiani, qui per aquas intelligitur: nā in Apocalypsi dicitur. Aquæ multæ populi multi.

*Ecclesiast. 24*

Quemadmodum qui æstate ipsa vrente iter conficiunt, cum vmbra aliquam per amœnam viderint, ad eandem statim appropierant, vt à vehementi æstu, quo exæstuant, recreentur, & vegetiores reddantur ad reliquum conficiendum iter: ita profecto quicumque variarum calamitatum, tentationum, seu afflictionum æstu hic discruciantur, accedant necesse est ad salutarem virginis huius vmbra, nomine enim eius etiam canit sancta Ecclesia: Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion: quasi oliua speciosa in campis, vt vmbra

bra

4 bra sua nos protegat. Meditemur ergo ad eam per considerationem accedentes quantis afflictionibus eam clementissimus Deus in hoc mundo percussit, atque ita alacriorem quendam spiritum assumentes infraetos nos præbebimus, & robustos ad mala omnia sustinenda.

[Comun manera es de dezir que la muger del pastor a la noche se compone, porque como el pastor de dia anda por los campos con su ganado, y no viene a casa sino a la noche, y la muger si es virtuosa, no tiene a quien agradar sino a su marido, no cura de componerse sino a la noche para dar contento y plazer a su marido. Noche fue la ley de escriptura. Y assi dize el Apostol san Pablo escriuiendo a los Romanos.]

Ad Rom. iij

5 Nox præcessit dies autem appropinquauit. Y el pastor es Iesu Christo Saluador del mundo que dixo de si mismo: ] Ego sum pastor bonus, [ y este celestial pastor vino en la noche: ] dum medium silentium tenebant omnia. [ Y esto es lo que el Sabio dize: ] his verbis: Cum enim quietam silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus in terram profiliuit. [ Pues en esta noche no hallateys otra compuesta, sino la muger del pastor, que es la sacratissima virgen Maria su madre. Assi la hallo el Angel quando le dixo: ] Ave gratia plena. [ Que es como si le diera. Dios te salue virgen bien compuesta, y ataviada con la diuina gracia, y dones del Espiritu sancto. Y assi compuesta y adornada agrado sumamente al diuino pastor. De donde se infiere, que con mucha confianza pueden acudir a ella los peccadores en sus necesidades pues es tan agradable a la diuina Magestad.]

Ioan. 10.

Mariæ sacratissimæ laudes.

6 **L**audans hanc caelestem sponfam diuinus sponsus in Cantibus inquit. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus lateret. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonfarum, quæ ascenderunt de luacro omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce: sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus lateret.

Cant. 4.

# 88 Mariæ Sacratissimæ laudes.

Ruper. super.  
Cant.

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille elypei pendentes ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tuâ sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs. O pulchritudo admirabilis (ait Rupertus) quam sic admiratur, & collaudat pulcherrimus autor ipse pulchritudinis septem præconijs. Consideravit oculos, capillos, dentes labia, genas, collum, & vbera, & pro singulis dilectissimus sponsus singula decantavit dignæ collaudationis capitula. Quid autem septem istis modulis decantatur? Quid in te ò Virgo clarissima à dilecto laudatur? Laudatur simplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis & carnis integritas, siue incorrupta virginitas. In oculis simplicitas: in capillis cogitationum tuarum munditia: in dentibus innocentia: in labijs doctrina: in genis verecundia: in collo humilitas: in vberibus tuis admiranda, & spectabilis est cum fecunditate virginitas. Oculi tui, inquit, columbarum. Colūba primum sine felle est, deinde nihil viuū comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cātu habet, libenter iuxta fluēta residet, vt venientem accipitrē, ex umbra præcognitum effugiat diligenter. Tu ò maxime misericordie mater sine felle es: nihil enim vnquam habuisti inuidie, nihil odij. Nihil viuū colūba comedit: & tu longe ab illis es, de quibus scriptum est. Qui deuorant plebē meam, sicut escam panis. Pullos alienos colūba nutrit: & nos, qui eramus alieni, ecce viuimus tuis meritis & intercessione. Grana candidiora colūba colligit? Et tu cōferēs in corde tuo testimonia de scripturis sanctis creditū tibi cōseruabas secretū Dei. Colūba in petris nidificat & tu in soliditate fidei permanens euasisti serpentis antiquæ venena, & in vulneribus dulcissimi filij tui, & in passione eius præuisa præseruata fuisti. Colūba gemitū pro cātu habet: & tibi gemitē dulce fuit, eo quod præcūctis mortalibus mēte vulnerata esses. Colūba iuxta fluēta residet, tibi autē omne fluentium scripturarum continuū fuit, nunquam aduentus spiritualis accipitris tibi esse improuisus, aut te consequi, imo nec tibi appropinquare potuit. Capillitium sicut greges caprarum, qui ascenderunt de monte Galaad: id est Capilli te ornant, vt grex caprarum adornat montem Galaad. Cogitatus tui ò virgo sanctissima (quos capillos voco) annuntiuū maxime adornant, maxime

Psam. 13.

8

io maxime cor tuum decorant cogitationes illæ tuæ subtilissimæ de cælestibus mysterijs. Dentes tui sicut greges tonsarum, qui ascenderunt de lauacro omnes gemellis fætibus & sterilis non est in eis. Innocentia tua ò virgo parens maxima est, quæ nunquam abhorret, sed semper bona facit opera. Cum enim postero lauacrum regenerationis ò sponsa mea, tunc lauabuntur oues & mundabuntur, nec emundatione simplici contentæ vellera sua deponent, vellera rerum, vellera facultatum suarum, vt nihil habeant proprium, sed sint illis omnia communia: huiusmodi tonsæ omnes sunt gemellis fætibus, & sterilis non est inter eas. Non enim contentæ erunt præcepta seruare, sed & præcepta, & consilia. Non solum non rapiunt aliena, sed libenter relinquunt etiam sua. Hæ sunt fideles leges gratiæ. Sic sunt ò amica mea dentes tui, id est, talem innocentiam tibi proponis cum eisdem magistra innocentia sis multo excellentior quamlibet ouium talium, quarum vtique non est dentibus male vti, scilicet inuicem mordere, vel detrahere, & ad inuicem consumi: & quidem grex ille, quicumque talis est, sibi te magistram scit: tu autem cunctis humilior, de omnibus pene altiora sentis, & videris tibi capras, & oues meas imitari, quas longe præcedis. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. In quosunt vitta coccinea labia tua? Nimirum in eo, quod sermo tuus à veritate non discordat, & plenus est charitate. Labia ergo tua rubra, id est, eloquium tuum plenum est charitate. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo, quod intrinsecus latet. Fragmen mali punici, siue mali granati & rubet, & amplius quam integrum malum redolet: sic & tu singulariter verecunda es, & multis per bonam opinionem in bono exemplo proficis. Quid est dicere absque eo quod intrinsecus latet nisi ac si diceret: Et illud quod intus in conscientia latet, amplius laudabile est? O vere laudabilis verecundia, vbi & intus conscientia munda, & foris facies verecunda est! Nam vbi est aliquid, quod mens erubescat, non adeo laudabile est, si conspectū rubor perfundat: igitur tua verecundia quid est nisi religiositas summa? Et hæc virtus sine dubio malo puniceo debuit assimilari, quia gratiosa est intuentium oculis, & interdum suo silentio nō minus ædificat, quam sermo prædicationis. Sicut turris David collū tuum quæ ædificata est cum

Ad Gal. 5.

propugnaculis. Hæc turris David est humilitas David, per quam ille coram Deo fortis, & contra homines stetit inexpugnabilis, ipse enim quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui & cum esset rex vnctus dixit ad Saul illum persequentem: Quem persequeris rex Israel, quem persequeris. Canem mortuū aut pulicem vnū? Turris ista ædificata est cum propugnaculis, & mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium, id est, hanc eius tantam humilitatem ceteræ virtutes consecutæ sunt, maximeq; fortitudo, & sapientia, sicut scriptum est, David sedens in cathedra sapientissimus ipse est, quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Ita collum tuum, imo & vltra quam turris illa collum tuum, id est, humilitas tua, quæ patet in collo tuo nõ extento ædificata est cū propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Nihil enim deest illi omnium, quæ continentur in scripturis veritatum. Duo vbera tua sicut duo hinculi capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs. O vbera vere gratissima, atq; pulcherrima, duo vbera manu altissimi formata. Hæc sunt virginitas, & foecunditas. En vides quanta fuerit gratia, quanta pulchritudo huius purissimæ virginis, quæ fuit mater filij Dei. Quando Deus ad munus aliquod præclarū aliquē eligit, eum idoneum ac tali munere dignum facit, vt docet B. Thom. dicente. B. Paulo Apostolo. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

### Mariæ sacratissimæ laudes.

Ad Roma. 1. **L**oquens Diuus Paulus de Christo reparatore nostro inquit. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Satis erat nobis, vt filius Dei fieret homo, quamuis esset ex quacunq; terræ stirpe seu generatione, [pero para el eterno padre, y para el contento y regalo suyo, quiso q̄ fuesse del linage de David,] ideo inquit B. apostolus factus est ei. Vbi nos legimus factus est ex semine David, in Græco, & in Hebræo habetur. Generatus ex semine, id est, ex posteritate David. Sed quare voluit, vt generatus esset ei ex semine David? Quoniam (vt ait D. Paulus) de rege Davide, & non de alio dixit Deus. Inueni virum secundum cor meum. Sed quale est cor Dei? Tu Domine suavis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Quoniam autem cor regis David erat secundum mensuram, (id est, al tallē) cordis Dei, quod misericors, & suaue est, ideo voluit Deus, vt ex hac genera-

## Mariæ sacratissimæ laudes. 91

16 generatione sacratissima virgo Maria oriretur, vt etiam filio eius in quantum homini per generationem temporalem conueniret esse misericordē. Quam ob causam sacrosancta Ecclesia hanc pretiosissimam virginem illis celebrat verbis. Quasi oliua speciosa in campis, quibus eam vt misericordem collaudat, [y que no es oliua de huerto cerrado sino de campo:] ad quam omnes absq; aliquo impedimento accedere, & ex suauissimo fructu vmbrae eius vtilitatē carpere possunt. Sic & pijsima domina omnes recipit, omnes protegit sui fauoris vmbra, & omnibus fructum suū communicat, pro omnibus intercedendo si ad eam, sicut debent, accedant. Quam autem sint gratæ Deo supplicationes, & intercessionēs huius diuinæ aduocatæ, ostendit sponsus in Canticis, dum ait. Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui, id est, [qual

17 quiera cosa, que veo en ti, me enamora y haze fuente en mi coraçon, con el menor suspiro, con la menor oracion me hieres el coraçon.] Vbi alia litera habet. Vendicasti tibi cor meum, id est, [appropriastelo a ti, hezistelo tuyo.] O admirabilem huius excellentissimæ virginis prærogatiuam, siquidem dicitur domina cordis Dei. Magna ergo fiducia ad eam in nostris necessitatibus accedere possumus.

Ecclesiast. 17

Cant. 4.

## Mariæ sacratissimæ laudes

*& ad Nines.*

18 **N**ARRAT Propheta Ezechiel admirabilem quandam visionem & reuelationem, quæ sibi facta fuit, dicens. Et conuertit me (scilicet Dominus) ad viam portæ sanctuarij, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa, & dixit Dominus ad me. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi: Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Beatus Ambrosius, libro de instituendis virginibus ait, hanc portam esse beatissimam virginem, quæ ianua conclusa dicitur propter sacratissimam eius virginitatem. Vocatur etiam porta sanctuarij: quoniam hæc sacratissima Regina est ianua, per quam in cœleste sanctuarium ingredimur: atque ita sancta Ecclesia eam celebrat dicens. Tu porta lucisfulgida, & iterum. Intrent vt astra flebiles cœli fenestra facta es. Vbi nos legimus; Portæ sanctuarij, septuaginta interpretes transfe-

Ezech. 44.

B. Ambrosii.  
lib. de instituendis virginibus.  
c. 7.

## 92 Mariæ sacratissimæ laudes.

B: Ambros.  
li. 10. epist.  
la. epist. 31:

transferunt. Portæ sanctorum. Quod nomen est hoc? Si porta <sup>19</sup>  
conclusa dicitur, quomodo eam septuaginta interpretes portam  
sanctorum appellant? Quoniam (vt Beatus Ambrosius explicat)  
per hanc sacratissimam virginem, tanquã per portam exiit san-  
ctitas in mundum, exiit sanctus sanctorum, & ille, qui omnes  
sanctos sanctificat. Et de hac porta dicitur, quod respiciebat ad  
Orientem. Nam hæc cælestis Regina semper oculos suos in diu-  
no oriente Iesu Christo fixos habuit, magnitudinem eius admi-  
rans, & ingentes virtutes ipsius contemplans. Legitur de quadam  
christianissima, & nimis venerabili regina Nauarræ, pro armis &  
stemmate habuisse quãdam herbam, quæ soli simillima est, & ad  
motum eius ipsa se vertit, atq; solem ipsum cõtinuo respicit. Ha-  
bebat etiam simul cum hac herba quãdam literam seu eloquium  
quod sic dicebat. Non inferiora sequor. In quo hæc prudentissi-<sup>20</sup>  
ma, ac Christianissima regina significauit, curas, & cogitationes  
suas non in rebus caducis, & terrestribus, sed in clarissimo iustitiæ  
sole per continuam cõtemplationem fixas, atq; collocatas habe-  
re cum Beato Paulo apostolo dicendo. Cõuersatio nostra in cæ-  
lis est. Si igitur hæc regina hoc sacrum stemma habuit, quid de  
sacratissima regina cæli dicemus, nisi quod semper respiciebat  
ad Orientem comedens, & bibens, operans, seu in aliquo opere se  
exercens, continuo in hoc diuino oriente cogitationes suas fi-  
xas habebat. Addit præterea sanctus Propheta. Et dixit Domi-  
nus ad me. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non  
transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est  
per eam, eritque clausa principi. Quibus verbis (ait Beatus Cy-  
prianus, disputans contra Iudæos) apertius significari poterat <sup>21</sup>  
sacratissimam virginem ita fuisse matrem, vt virum nullo mo-  
do cognouerit. Sed quid verba sequentia designant scilicet,  
princeps ipse fedebit in ea, vt comedat panem coram Domi-  
no? Ipsamet verba hoc nos docent & declarant. Tama magnum  
erat desiderium, quod antiqui patres aduentus filij Dei in mun-  
dum, habebant, vt cum audiebant hoc pronomen, ipse, statim in-  
telligerent illum cunctis gentibus desideratum, expectatum, &  
promissum, illum, inquam, qui eos redempturus erat videlicet  
vniigenitus æterni patris filius. Vnde Philosophi Pythagorici, qui  
principiam trahunt ab Hebræis, tanto opere magistrum suum Py-  
thagoram diligebant, quod vt ei velut Deo honorẽ exhiberent,  
ab ipsis

Ad Philipp.  
3.6.

B. Cyprian.  
cont. Iudæos

## Mariæ sacratissimæ laudes. 93

22 ab ipsis Hebræis nomen illius desiderati videlicet, ipse, furati sunt & illud Pythagoræ dederunt dicentes. Ipse dixit: vbi per pronomen, ipse, magistrum suum Pythagoram intelligebant, quæ tantquam Deum colebant, atque amore prosequiebantur. Ait igitur S. Propheta. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem. Quid hoc significat? Intelligetur ex his, quæ sanctus Isaias inquit de eodem Domino loquens. Butyrum, & mel comedet. Erit, ait sanctus Propheta, verus homo qui in infantia sua comedet cibum quæ alij infantes edere solent melle, & butyro conditum. Sic cum hic Dominus ait, principem illum, qui est vnigenitus filius eius illum ingressurum esse ad manducandum panem, perinde est, ac si diceret quod verbum diuinum in sacratissima, ac purissima viscera Mariæ virginis ingredietur, vt verus homo fiat & comedet, & bibet, sicut alij homines. Quod autem ait: Per viam portæ vestibuli egredietur, septuaginta interpretes verterunt. Per viam, elem, quod quidem verbum significat rem occultam, quasi dicat sanctus Propheta. Orietur Christus Dominus in mundo quodam admirabili ac secreto modo, exiet enim clausis ianuis, & absque aliquo documento virginalis claustrum sacratissimæ virginis Mariæ matris suæ.

Dignitas ergo, & gratia istius cælestis Reginae ex materna dignitate & propinquitate ad filium Dei, qui fons gratiæ est, colligitur, vt Beatus Thomas philosophatur. Sicut igitur humanitati Christi, quia verbo Dei coniunctissima fuit summam, & sine ulla mensura gratiam, ac sapientiam tribuimus (hoc enim ad gloriam incarnati verbi, & assumptæ ab eo humanitatis pertinebat) ita 24 quia post hanc sacram humanitatem nihil verbo Dei coniunctius, quam mater fuit, maximam illi gratiam, & sanctitatem merito tribuimus. Vnde quod eam Angelus plenam gratiæ describit, plenitudo hæc in ordine ad hanc dignitatem accipienda est, sicut cum dicitur Beatus Stephanus gratia plenus fuisse, nimirum ad diaconatus officium: Apostoli etiam pleni fuerunt gratia, videlicet ad munus Apostolatus: Christus Dominus vt esset caput omnium, & mundi Saluator: & Beata Virgo Maria vt digna esset filij Dei mater. Qua admirabili gratia nimis se in omni virtutum operatione exercuit. Vnde Beatus Ambrosius libro de virginibus inquit. Si nobis tanquam in imagine descripta Mariæ vita, in qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis.

B. Ambrosi.  
li. 1. de virgi.

## 94 Mariæ sacratissimæ laudes.

tis. Hinc sumatis exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari ma-  
gisteria expressa sunt probitatis, quid corrigere, quid fugere, quid  
tenere debeamus ostendunt. Talis fuit Maria, vt eius vnus vita  
omnium disciplina fit. Licet autem hæc singularissima virgo in  
anima & corpore purissima, & sanctissima fuerit, mulier tamen  
illa, quæ vocem de turba leuauit, ventrem tantum eius laudauit, &  
vbera dicens. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.  
Laudat id, quod minus est, vt laudet id, quod maius est: dū enim  
id, quod minus est, plurimum laudatur, id quod maius est, magis  
laudatum remanet. Hoc loquendi modo, & hac rhetoricæ figura  
vtitur sanctus David, cum ait Adorate scabelū pedum eius, quo-  
niam sanctum est. Et regina Sabba, cum venit Hierusalem ad Sa-  
pientissimum Salomonem videndum, non ipsum, sed seruos eius  
laudauit dicens. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te  
semper, & audiunt sapientiam tuam. Quasi diceret. Si illi quia te  
audiunt, beati sunt, quanto beator tu eris.

Psalms: 96.

## Mariæ sacratissimæ laudes

*sive conceptio.*

**I**Nter nomina quæ Sacra scriptura sacratissimæ virgini Ma-  
riæ imponit, vnum est ciuitas, & non solum appellatur ciui-  
tas quæcunque, sed ciuitas Dei. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas  
Dei. Tribus de causis dicitur aliqua vrbs esse alicuius personæ:  
vel quia illam fundauit ( & sic Roma dicitur ciuitas Romuli, &  
Vlyssippo ciuitas Vlyssis, & Hispalis ciuitas Herculis, atq; Ale-  
xandria ciuitas Alexandri quoniam eas ij viri fundarunt, & ere-  
xerunt) vel quia eam dominatur, & hoc modo dicitur Salmanti-  
ca, & Toletum vrbs regis: vel quia in ea viuit, & habitat, & ita  
Salmantini appellant Salmanticam suam urbem, quia in ea de-  
gunt. His ergo tribus de causis vocatur sacratissima virgo Ma-  
ria ciuitas Dei. In primis quia Deuseam ædificauit, & sic dicitur,  
fundauit eam Altissimus: & quamuis Deus omnia fundauit, pe-  
culiariter tamen dicitur fundator virginis, quoniam ipsam magis  
præcipuis fundamentis fundauit, eam diuinis gratijs statim in  
sua purissima conceptione adornans. Deinde dicitur vrbs Dei  
propter Dominium, quod in ea habet: nunquam enim ab alio  
possessa fuit, & ita eam glorificabat sacrosancta Ecclesia illis di-  
uinæ sapientiæ verbis. Dominus possedit me in initio viarum  
suarum.

Psalms: 86.

## Mariæ sacratissimæ laudes.

95

28 suarum. Omnes sancti priusquam Deus eos possideret, à Diabolo possessi sunt, siquidem omnes in peccato originali concepti fuerunt: at vero sacratissima virgo à nullo alio, quam à Deo vnquam possessa fuit. Denique ciuitas Dei dicitur sacra virgo Maria, quoniam ipsa est locus, vbi Deus habitauit, & habitat: in hac Regia vrbe natus est factus homo, in ea creatus, & ab ea singularissima accepit seruitia.

## Mariæ sacratissimæ laudes.

29 **B**Eatus Cyprianus in Symbolum apostolorum ait. Quid mirum videtur, si virgo conceperit, cum Orientis auem, quam Phœnicem vocant, in tantum sine coniuge nasci, vel renasci constet, vt semper & vna sit, & semper sibi ipsi nascendo vel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia, nec fœtus sexibus edere palam est, sed & alia nōnulla deprehenduntur in huiusmodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videtur diuina virtute ad totius mundi redintegrationē factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur.

30 **O**rigenes in quadam homilia inquit. Sicut fuit Danieli intra lacum leonum incluso claustris non apertis allatum prandium ab Abacuc: ita hæc virgo genuit Dominum, sed intacta permansit: mater effecta est, sed virginitatem non amisit. Cyrilus Hierosolymitanus ait. Despiciamus eos, qui ex viro, & muliere generationem Christi asserunt, audentq; dicere, ex Ioseph, & Maria Christum esse, eo quod scriptum est. Et accipe mulierem tuam, meminimus enim & Iacob qui priusquam Rachel acceperat, dicebat ad Laban. Da mihi vxorem meam. Sicut enim illic ante nuptiarum constitutionem, cum tantum promissio intercessisset, vxor Iacob nominabatur: sic & Maria propter solam desponsationem vxor Ioseph vocabatur.

**B**eatus Bernardus de hac cœlesti Regina inquit. Beata Maria non fortuito, aut solum placit (vt quidam putant) sed diuina dispensatione nomen accepit, ita vt ipsa quoq; vocabuli sui figura magnum quiddam innueret: interpretatur enim stella maris. Nautis namque mare transeuntibus vocare est opus stellam maris longe à supremo cœli cardine coruscantem & ex aspectu illius dirigere cursum vt possint cursum destinatum apprehendere. Similimodo fratres oportet vniuersos Chrificolas inter fluctus

B. Cyprian.  
in Symbolo.  
Apostol.

Orige: hom.  
1. in diuersos

Ciril. cate-  
chesi. 12:

Matth. 1.

Genes. 29.

B. Bernard.  
de Aduentu  
Christi.

Simile.

fluctus huius sæculi ad Mariam confugere, quæ supremo rerum<sup>31</sup>  
cardine Deo proxima est, & respectu exempli eius cursum vitæ  
dirigere. Quod qui fecerit non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec  
frāgetur scopulis aduersorum, nec absorbebitur voragine volupta-  
tatum, sed prospere veniet ad quietis æternæ portum.

simile.

Idem ibidem ait. Christus flos campi, & non horti, campus  
enim sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab ali-  
quo, non defossus sarculo, non impinguatus firmo. Sic omnino  
virginis aluus floruit: sic inuiolata, integra & casta Mariæ visce-  
ra tanquam pascua æterni nitoris floruerunt, cuius pulchritudo  
non vidit corruptionem.

Ruper. lib. 6.  
com. ven. in  
Cant.  
Cant. 6.  
simile.

Rupertus super illa verba: Quæ est ista, quæ progreditur quasi  
aurora confurgens, ait. Quando nata es ô virgo beata, tunc vera  
nobis aurora surrexit, aurora prænuntia Dei sempiterni, quia si-<sup>32</sup>  
cut aurora quotidiana finis præteritæ noctis est, & initium diei  
sequentis: Sic natiuitas tua ex femine Abrahamæ clara stirpe Da-  
uid (ad quos facta es repromissio benedictionis) finis dolorum, &  
consolationis fuit initium: finis tristitiæ, & lætitiæ extitit nobis  
principium. Quemadmodum fuerunt duo Adam omnino dissi-  
miles, quia primus Adam de terra terrenus: secundus Adam de cæ-  
lo cælestis, primus Adam factus fuit in animam viuentem: secun-  
dus Adam in spiritum viuificantem: sed qualis terrenus, tales &  
terreni & qualis cælestis, tales & cælestes. Ita fuerunt duæ Eux: pri-  
ma incredula verborum Dei, quibus mortē fuerat comminatus  
fructum vetitum manducantibus: at in secunda Eua, quæ Maria  
est, fuit firma fides ad Angelum. In prima Eua fuit superbia: in  
secunda summa humilitas, qua se non Reginam, non sponsam, aut  
filiam Dei nominat, sed ancillam. Tertio in prima muliere fuit<sup>33</sup>  
inobedientia, in secunda obedientia ad Dei legationem,

Fuit hæc cælestis regina tam efficax in suis sanctissimis desi-  
derijs, & illa tam diligenter opere exercuit, vt ad hoc signifi-  
candum sacrosancta Ecclesia ipsam verbis illis, quæ in eius no-  
mine canit, glorificet, dum ait. Flores mei fructus honoris, & ho-  
nestatis. Per flores intelliguntur desideria, per fructum vero ope-  
ra. Et cum dicitur desideria eius fuisse fructus, significatur, quod  
sancta eius desideria tam efficacia fuerunt, vt merito vocari po-  
tuerint opera. Huc etiam spectat eiusdem Spiritus sancti in eodē  
capitulo comparatio, dum hanc sacrosanctam virginem quatuor  
arbo-

Eccles. 24.

34 arborum generibus, quæ habent florem pro fructu, & fructus pro flore, elegantissime comparat inquit. Quasi cedrus exalta sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hierico. Pli-  
 nius in libro naturalis historiæ testatur, esse duo cedrorum genera, alterum, quod floret quidem, sed fructus non præbet, alterum vero quod fructificat, sed non florescit. Itaque cedrus, absolute loquendo, florem habet pro fructu, aut fructum pro flore. Cypressus etiam fructum pro flore fert, atque ita in ea fructus, & flos idem est: quod etiam facit palma arbor altissima. His ergo tribus arboribus sanctissima virgo comparatur, sicut etiam comparatur rosario, quod pulcherrimam illam rosam, videlicet Iesum Christum rosam candidissimam in diuinitate, & rubicundam in humanitate protulit. Merito ergo hæc sacratissima Domina propter animi candorem, ac singulares virtutes his arboribus comparatur?

Pli. lib. 13. natura. histor. c. 5.

35 Aristoteles in primo, & secundo libro de celo testatur causam, ob quam luna habet maculas illas, eam esse, quia nimis terrestris est, atque ita solis claritatem bene recipere non potest, & in ea maculæ illæ efficiuntur. Stellæ autem, cum sint magis cælestes, nec participationem habeant cum terra, melius solis lucem percipiunt, & sic (quamuis propter nimiam distantiam hoc non percipiamus) pulchriores, & splendidiores, quam luna sunt. In hunc modum filij Adæ, quia terrestres sunt, lucem diuinæ gratiæ, quæ procedit à vero sole iustitiæ, qui est Deus difficile recipiunt, & ideo plurimas maculas, atque imperfectiones habent. At vero sacratissima virgo Maria, quamuis fuit vera filia Adæ, quippe quæ ossa & carnem, sicut & cæteri homines habuit, tamen pura, tam cælestis, & tam aliena ab omni terrena affectione extitit, ut propter hanc admirabilem dispositionem, & lucis splendores diuinorum donorum, atque gratiarum abundantius acceperit. Itaque in ea nullo unquam tempore alicuius peccati macula inuenta fuit. Qua propter merito sancta Ecclesia eam glorificat dicens: Ave maris stella.

Arist. 1. & 2. de celo.

36 Beatus Hieronymus inquit, Cæteris virginibus præstatur gratia per partes: Mariæ vero tota se effudit plenitudo gratiæ. In ea omnes virtutes sanctorum recopilatæ sunt, ut B. Bernardus ait explicans illud Ecclesiastici: In plenitudine sanctorum

B. Hierony: in Epist. ad Eustochium. Eccl. 24.

# 98 Mariae sacratissimæ conceptio.

detentio mea, hoc est, (in las perfecciones de los sanctos alli puso 17  
 Dios mi assiento.) In hac sacratissima virgine inuenietis fidem  
 Patriarchæ Abrahamæ, obediētiam Isaac, perseverantiam Iacob, iu-  
 stitiam Thobix, sanctitatem David, sapientiam Salomonis, pru-  
 dentiam Iudith, pietatem Hester, patientiam Job, charitatem  
 Apostolorum, fortitudinem martyrum, perseverantiam con-  
 fessorum, puritatem virginum, & impeccabilitatem Ange-  
 lorum.

## M A R I A E S A- cratissimæ conceptio.

B. August. in  
 ferm.

B. Thom: 3.  
 p. q. 17. art. 4.

B. August. li.  
 de natura &  
 gra.



**B**EATVS Augustinus in quodam sermone inquit.  
 Si Christus peccatum habuisset originale, non car-  
 nuisset actuali, sed peccatū actuale in purissima virgine  
 impijssimum est ponere, quoniam (vt doctor an-  
 gelicus docet) non esset idonea in matrem Dei si aliquando pec-  
 casset: sed originalis culpa longe maior est quouis veniali pecca-  
 to, quod nullatenus gratiam tollit: ergo, alma virgo immunis  
 fuit ab originali noxia. Hinc D. Augustinus libro de natura &  
 gratia ait: De beata virgine propter honorem Christi nullam  
 prorsus cum de peccatis agitur, habere volo questionem.

Quis, obsecro, negare potest, Deum potuisse dare sanctissi-  
 mæ Mariæ gratiam æquivalentem iustitiæ originali, & sic eam  
 præseruare ab omni macula? si ita res habet quod potuit, quor-  
 sum quod excellentius est, non tribuemus matri Domini? sed  
 iam Beatum Anselmum egregie loquentem attentius audiamus.  
 Nonne castaneæ molli Deus confert, vt inter spinas, & à spi-  
 nis alatur, & formetur? Nonne hoc potuit facere matri suæ? Pla-  
 ne potuit. Quod si potuit & voluit: si voluit, & fecit. Ideo in Can-  
 ticus sponsus laudat sponsam suam, & matrem dicens: Sicut li-  
 lium inter spinas, sic amica mea inter filias.

Scot. lib. 3. di-  
 stin. 3. q. vni-  
 ca.

Canticis

B. Ambros.

Observatione etiam dignum est, quam nostræ assertioni fa-  
 ueant doctorum sanctorum oracula. Diuus Ambrosius expo-  
 nens illud Esaie: Egredietur virga de radice Iesse, sic ait, Virga  
 illa

## Mariæ sacratissimæ conceptio. 99

3 illa Maria ipsa est, in qua nec nodus originalis peccati, nec cortex  
venialis culpæ fuit. Quin & ipsa de se ait. Quasi palma exaltata  
sum in Cades. Palma vtiq; victoriæ insigne est, vti Beatus Io-  
annes in Apocalipsi sua testatur. Nam martyres vidit in quorum **Apocal. 7**  
manibus palmæ erant. Sanè virgo sanctissima instar palmæ viro-  
rem gratiæ semper habuit, ex quo sacratissima eius anima creata  
est & corpori illius infusa. Hinc Beatus Augustinus incunctan- **B. Augustin.**  
ter clamat. Charitas fecisti, vt Maria non solum non peccaret,  
sed nec peccatum cogitare posset. Et super cunctos reservasti ab  
omni labe peccati. Quid, obsecro, præcellentius, aut quid luci-  
dus dici de immunitate præclarissimæ virginis vnquam potuit?  
Ad stipulatur huic sententiæ sanctus Ildelfonsus Toletanus Ar- **B. Ildefon.**  
chiepiscopus dicens. Maria virgo in vtero sanctificata originale  
4 peccatum non contraxit.

Approbat hanc doctrinam sancta Ecclesia Romana, nam in  
Concilio Basiliensi determinatum est per publicum decretum **Concil. Bas.**  
quod doctrina asserens, virginem Mariam nunquam subiacuisse **scisio. 39**  
peccato originali, tanquam pia, & consona cultui Ecclesiastico,  
fidei Catholicæ, recte rationi, & Sacræ scripturæ ab omnibus Ca-  
tholicis est approbanda, tenenda & amplexanda. Nullique lici-  
tum esse, diffinit ibidem sancta synodus, in contrarium prædicare,  
seu docere. O bone Deus. Vnam, in qua locandum erat manna  
cælicum ex auro purissimo Moyses ex præcepto Dei fabrefecit, **Exod. 16**  
& virgo præclara, in qua collocandus erat panis viuus, qui de cæ-  
lo descendit, non sine immunditia originalis culpæ fuit conce-  
pta? Nullus post hac fratres charissimi dubitet de puritate con-  
5 ceptionis sacratissimæ virginis, & Dei matris: sed vt honor ma-  
tris redundet in filium, omnes eam puram, ac sanctam, exper-  
temq; à labe originali prædicent, filij eius sumus omnes fideles, **Eccl. 14**  
eam ob rem feruenti zelo eius honore & tutemur, & conserue-  
mus pro nostra virili oportet, ipsa acclamante, & dicente. Qui  
me elucidant vitam æternam habebunt, qua cum ipsa in cælo po-  
tiri nobis contingat, Amen.

## Mariæ sacratissimæ conceptio.

**R**es quidē admiratione, & annotatione dignissima est, q̄ nec per  
fidus, atq; impurissimus Mahoma purissimæ virgini Mariæ ne-  
gavit hoc privilegiū, quod videlicet, absq; originali peccato fuerit

# 100 Mariæ Sacratissimæ Conceptio

concepta: vt videre est in Mezzin, & Albacori Alcorani eius: cū plurimi Christiani id ei negent. Quos obsecro, vt rem confiderent notatu dignissimam, quæ in libro Chronicorum fratrum minorum contigisse refertur anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, plus minus: videlicet quod cum doctor quidam in sacra Thologia rector vniuersitatis Tholosæ publice populo persuadere vellet, gloriosissimam virginem Mariam Dei matrē in originali peccato fuisse conceptā, maxima furia, & concursu totius populi ab ipsa vrbe expulsus fuit: qui Romam petens apud summum Pontificem Martinum quintum de iniuria sibi illata conquestus est. At cum summus Pontifex audita causa, disputationis diem signaret, & plurimi ijque grauissimi magistri ad hoc negotium disputandum conuenirent, tandē cum doctor ille non accederet ad disputationem, nec in loco destinato appareret, eum vocari iusserunt, & quæsitum in celula eius mortuum inuenerunt, quod maximam admirationem, magnumque terrorem inculsit omnibus, qui ipsius partes agebant, illiusque opinionem defensabant.

Chronicæ  
fratrum mi-  
norum:  
3. parte. lib.  
1. c. 47.

## Mariæ Sacratissimæ laudes, & pro

*Sancto Iosepho,*

**C**ertissimum est ex omnibus mundi creaturis nullam esse, aut fuisse, erga quam Deus tam liberalis extiterit, sicut erga sacratissimam virginem Mariam: illa enim in omnibus, quæ a Domino accepit, rara, & singularis fuit, atque omnes creaturas longè antecelluit. Ipsam enim Deus mulierē fecit, & meliorem mulierem ex omnibus mundi: illam fecit matrem, & meliorem matrem ex omnibus matribus: dedit ei filium, & dedit illi meliorem filium ex omnibus: Dedit namque ei suum propriū filium, [queriendo que su natural hijo tambien fuesse hijo della natural nacido de sus entrañas.] Certissima ergo res etiā est, quod cum ei Deus sponsum dederit eademmet liberalitate vsurus erat, [y que tambien le auia de dar el mejor esposito del mundo. Itaque assi como ninguna muger la igualo a ella en ser muger, ni en ser madre como ella, ni en tener hijo qual ella tuuo; assi se deue creer que tampoco ninguna la igualo a ella en tener tal esposito qual ella tuuo.]

vide B. Tho.  
1. p. q. 25. ar.  
6. ad 4.

## Mariæ sacratissimæ conceptio.

**S**I quæstio, & altercatio de immaculata sanctissimæ virginis Mariæ conceptione fuisset, vtrum aliquo tēpore essent aliqui homines, qui hāc cœlestē dominā odio haberēt, id est, [si fue abor recida o no de los hombres, no auia para que hazer tanto alboroto, ni para que leuantar tan gran poluoreda, porque no era de importancia.] Sed quod nunc in quæstionē vertitur, est, vtrum aliquo tēpore fuerit sacratissima virgo Maria Deo inimica, & Dæmonis serua. Et quia res hæc maximi ponderis, & momenti est, oportet, vt maxima cū efficacia tractetur. Et quod fuerit ab omni culpa præseruata & nunquam Deo inimica sic argumētor. Deus voluit eripere sacratissimā matrem suam ab opprobrio, & infamia illa scilicet quod non haberetur adultera (id est, quiso lalibrar de la infamia, de q̄ no fueſſe tenuta por adultera) & propter hoc cōstituit, vt antequam conciperet ex Spiritu sancto despōſata eſſet, ne malitiosi Hebræi dicerent, eā ex adulterio concepisse: Maluit enim Dñs (inquit B. Ambrosi.) de suo ortu, quā de virginis pudore dubitari: & potius voluit, vt Hebræi cogitarent, ipsum esse filiū Ioseph fabri lignari, vt de facto cogitauerūt, quā vt existimarent, & crederent purissimā matrem suam fuisse adulteram: Nec putauit (inquit idem S. Doctor) ortus sui fidem matris iniurijs astruendam. Sed maius opprobriū, & magis contra honorem sanctissimæ virginis Mariæ fuisset, si ipsam aliquo tēpore originale peccatū prædominaretur, & Diabolus in eā aliquā potestatem habuisset, fuissetq; filia iræ, ac cōdemnationis æternæ: quæ omnia plus erant, quam falsis testimonijs Iudzorum falso infamari: [porque mayor opprobrio es aquel, que Dios estima por opprobrio que lo que el mūdo falsamente tiene por opprobrio.] Ergo si Deus, [tan a costa suya,] propter honorem maternitatis eam præseruauit ab opprobrio, & falsa calumnia adulterij, [que aunque fuera afrenta delante del mundo no lo fuera delante de Dios, parece al parecer humano, que con mas iusto titulo la auia de preferuar del opprobrio de la verdadera afrenta de la culpa, que es gran afrenta, y opprobrio delante de Dios.]

Item si sancta Ecclesia confitetur, Deum propter honorem maternitatis præseruasse sanctissimū eius corpus à corruptione vermium, maius proſectio opprobrium est animam originali culpa

B. Ambrosius  
homil. super  
Matth.

## 102 Mariæ sacratissimæ conceptio.

in fieri, quam corpus cineris corruptione inuoluit. [Pues si por ser madre la libro de aq̄llo, que era menos afrenta, iustamente podemos cōfessar, q̄ la libro desto, que es más.] Deus in medio eius nō commouebitur: adiuuabit eā Deus mane diluculo, inquit regius uerbes. Quibus uerbis sancta Ecclesia reginam angelorum, & sacratissimam Dei matrem glorificat. Sæpenuero Deus ab anima, in qua habitat, discedit, [ otras vezes se mueue en ella, otras ni se aparta ni se mueue. Tunc Deus ab anima fecernitur, quando per peccatū mortale ab ipsa anima expellitur, de quo maxime cōque- ritur Deus per Oseā Prophetam his uerbis. Væ eis, quoniã recesserunt à me, vastabūtur, quia præuaricati sunt in me. Tunc uero Deus in anima mouetur, quādo anima ipsa Deū uenialiter offendit: quoniã cum uenialis culpa sit dispositio ad mortalē, [ ya que con ella Dios no salga de vn alma, al menos mueue se en ella, como significando, que con la culpa uenial se resfria la charidad ya q̄ no se apague, ) & refrigerate charitate debilitatur cor, & disponitur ad peccatum mortale: ac de hoc loquitur sanctus David cōfitemens se huius rei experientiam habere, cum ait. Impulsus euerfus sum, ut caderem, hoc est, [ Dieron me vn empellon, para que cayesse. ] Et Chaldaus Paraphrastes inquit impulsus sum à peccato, ut caderem, sed uerbum Dei adiuuit me. Peccatū ueniale est uelut impulsus, quo anima in mortalem culpā incidit. Ideo dicimus, quod tunc Deus in anima mouetur cū uenialiter peccat homo. Tunc autem Deus nec discedit ab anima nec in ea mouetur quādo anima ipsum nec mortaliter, nec uenialiter offendit. Cum igitur S. David ait, quod Deus in medio eius non commouebitur aperte significauit sacratissimam uirginem mortaliter, aut uenialiter non esse peccaturam: in uerbis autem, quæ adiecit dicēs. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, magis eius puritatem, atq; sacratissimam munditiam declarat. Vbi alia translatio habet. Adiuuabit eam Deus in ortu auroræ. In quo significatur, quod nec mortaliter, nec uenialiter, nec etiam originaliter peccauit. Nam si attente inspiciamus momentum illud, & pūctum, in quo anima creatur, & in corpus infunditur, (entonces comiēça la mañana del ser despues de la noche obscura, & tenebrosa del no ser, y en aquel punto, que es el principio de la mañana del ser, es quando podemos dezir, q̄ esta vna persona enemiga de Dios, condenada al infierno para siempre, porque en aq̄l punto cae en la culpa original.

Tunc

Psalm. 45

Osee. 7

Psalm. 122. 7  
vng. l. 106  
d. 106

14

## Mariæ sacratissimæ conceptio. 103

15 Tunc ergo fatetur S. David, Deum hæc sacratissimam dominam adiurasse. Misericordia Dei est medicina, quæ diuersis modis sanat: quosdam enim curat, antequam in ægritudinem incidat, alios vero postquã in ipsam ceciderunt. Medici vno modo regem curare solent, alio vero communem populum: nam regi, antequam in ægritudinem incidat, medicamina præseruat iua adhibere solet; ne videlicet ægrotet, at communem populum nunquam curant, quousque ægri sunt, & grauius ægrotat. Omnes filios Adæ (como a gente comun y baxa) Deus curauit, postquã in peccati ægri tudinem ceciderunt: at sacratissimam virginem, quippe cum eam creauerit, vt Imperatrix cæli, & mater sua esset, ipsam curauit, antequam caderet, eam suis diuinis gratijs, ac donis præseruans. Atq; ita loquens Spiritus sanctus cum Ecclesia inquit. Sicut turris Dauid collum tuum quæ ædificata est cum propugnaculis. Collum Ecclesiæ est purissima virgo Maria, quoniam sicut in corpore humano post caput, quod altius existit, est collum. Sic in sancta Ecclesia, post caput, qui est Christus Redemptor noster, sacratissima virgo altius præ omnibus creaturis eminet: & sicut collum est veluti via, per quam influentia capitis in corpus fluunt & humores corporis in caput ascendunt: sic pijsissima hæc regina, & mater misericordiæ est mediatrix, & aduocata, per quam orationes Ecclesiæ accedunt ad cæleste caput, qui est Christus, & per eam eius diuini fauores in terram descendunt, & sparguntur. Hoc autem collum est sicut turris illa David quæ ædificata est cum propugnaculis quoniam sacratissima virgo in sua sanctissima conceptione ædificata fuit cum gratijs, & diuinis atque altissimis donis.

17 & ita præseruata fuit ab originali culpa. In Genesi sic legitur Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataraeta cæli aperta sunt, & facta est pluuia super terram. In illo vniuersali dilu uio quando Deus vniuersam terram aquis obruit duo tantum remanserunt, quæ ipsa aquarum multitudine non fuerunt submersa: alterum horum illuuiæ aquarum naturaliter non operuit nec potuit operire, alterum vero per priuilegium particulare non obtinuit, illud fuit paradysus terrestris, quam (vt ait venerabilis Beda, & Estrabo) non potuit diluuium naturaliter operire, hoc vero fuit arca Noe, quæ particulati Dei priuilegio non fuit in illo diluuiio submersa. Quando primus parens Adam peccauit, rupti sunt fontes abyssi indignationis Dei, (y salio el agua)

Simile:

Cant. 4

Genes 7

# 104. Mariæ Sacratissimæ conceptio.

del castigo deste abismo y cubrio los mas altos montes de la tierra,] si quidem omnes à paruula vsque ad maximum in culpa originali submersi fuerunt: duo tamen ab hac vniuersali lue exempti permanserunt, videlicet Iesus Christus verus paradisus, & sacratissima virgo mater eius sanctissima arca totius nostri remedij. [Este paray so fue libre por naturaleza de toda culpa.] quia conceptus est de spiritu sancto, [y no por la via comun, que son los otros hombres.] Arca autem videlicet sanctissima virgo libera, & exempta fuit à diluuiò culpæ per diuinam gratiam, quia ædificata est cum propugnaculis? Beatus Gregorius hunc casum humani generis in primo parente nostro Adamo cõparat mortifiliorũ Patriarche Iob. Quẽadmodũ enim cũ omnes filij Iob in domo primogeniti inuitati essent, vêtus ingens à parte deserti irruit, & cũ percussisset angulos domus, ruit ipsa domus, & omnes interierunt: Sic cum omnes homines essent in Adamo qui primogenitus erat, & in quo omnes tanquã in nostro principio originali eramus inuitati ad cõuiuũ iustitię originalis, qua omnes satisfacti remaneremus, in potentijs inferioribus, [por estar subiectas a la razon y la razon a Dios, vino por la parte del desierto de todo biẽ, q̃ es la desobediencia, vn viento de soberuiade. querer saber tãto como Dios, y batio en las esquinas de la casa del primogenito Adã y derribo todo el ædificio,] & cum omnes originaliter, & seminarie in eo fuisset, cecidit super omnes peccati mors, & omnes priuati fuimus vita, qui est Deus: At sicut ait sacer textus, quendam nuntium sancto Iob sic dixisse: Ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt, & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi: Sic cũ caderet culpa super omnem posteritatem Adæ, Spiritus sanctissimæ Virginis Mariæ dicere potuit: Effugi ego solus, ipse enim solus ab vniuersali morte liber extitit.

D. Greg:

Iob. i.

Isai. ii.

Hæc est singularis illa virgo, de qua sanctus Isaias vaticinatus est dicẽs. Egredietur virga de radice Iesse. Super que verba Ricardus de sancto Victore inquit. Recte dicitur virga beata virgo Maria, virga recta, virga flexibilis. Nos omnes per peccatũ obliquinati sumus, sed hæc sanctissima virgo virga est rectissima: & rectum est quius medium non distat ab extremis, vñ extremum huius sacre virgæ fuit eius finis, & hic fuit in gratia: mediũ verò fuit.

## Mariæ Sacratissimæ conceptio 105

21 fuit eius sacra vita, quæ tota cõsumpta fuit in puritate, sancti-  
tate, & gratia. Vt ergo virgo sacra esset virga rectissima oportebat  
vt alterũ extremũ, quod fuit eius sacra conceptio, etiã in  
gratia esset: aliter enim nõ esset virga rectissima, sed tortuosa, si  
eius principium cũ fine, & medio non conformaret. Est etiam  
virga flexibilis ad omnẽ partẽ. In quo notatur pietas eius & cõ-  
passio, de qua B. Bernardus ait, omnia omnibus facta est. Nã vel  
minimo quodã suspirio omnes afflicti, & necessitate oppressi  
eã in fauorẽ suũ inclinare faciunt, sicut virga minimo tactu flecti-  
tur. A uiculæ naturæ instinctu edoctræ nidos suos in arborũ vir-  
gis, quæ magis frondibus ac viriditate opertæ, sunt, & ab homi-  
nũ conuersatione magis remotæ conltruunt. Sic fecit cælestis  
ille passer Iesus Christus volens nidificare in virga radicis Iesse,  
22 ipse enim tanquã verus Deus eã operuit viridibus folijs excellẽ-  
tissimarũ virtutũ, & gratiarum, [y puso en sus entrañas a todos  
nosotros sus pollos, dando nos la por madre y así mas entraña-  
blemente nos ama, que si a todos nos engendrará. Y como los pa-  
xaritos acostados de los gauilanes se acogen a sus nidos: así nos  
otros en nuestras tentaciones nos hemos de acoger a las entrañas  
de esta piadosísima virgen. Afferunt Philosophi, qui de natura  
rerum scripserũt, laurũ, & aquilã nunquã ictu fulminis fuisse ta-  
ctas. Hoc certe adimpletũ est in hac viridi, & speciosa lauro, &  
in hac regia aquila, quam nunquam fulmen peccati tetigit.

## Mariæ Sacratissimæ conceptio.

23 SACRO sancta Ecclesia purissimã virginẽ Mariã verbis illis diui-  
næ Sapietiẽ glorificat: Speculũ sine macula, imago bonitatis  
illius, scilicet Dei. [Vnas imagines ay de vulto, y otras de pincel. Sapien. 7. ca.  
Quiere vn artifice hazer vna imagẽ de vulto, y echa mano a vn  
trõco d vn arbol y comiẽça a acepillar, y a desbastar, y así acepi-  
llãdo y desbastãdo va haziẽdo ya los ojos, ya la boca, ya las nari-  
zes ya los pechos &c. Finalmẽte tato acepilla, y desbasta, q viene  
a hazer vna imagen de vult perfecta: però para hazer vna  
imagen de pincel no se guarda este estilo y modo: sino echa ma-  
no el pintor de vn tabla lisa, y rasa y comiẽça a debuxar en ella  
con vn matiz, y con otro matiz, con vn color y cõ otro color,  
y tantos colores, y matizes pone, q viene a hazer vna image per-  
fecta de pincel. Todos los sanctos sũn imagines de vulto, porq

# 106. Mariæ sacratissimæ conceptio.

para venir a alcãzar la perfeccion, que tienẽ desbastro Dios dellos, <sup>24</sup> quito y accepillo muchas imperfecciones, que tenian, y assi los dispuso para sus dones, y gracias: pero entre todos los sanctos sola la purissima virgẽ Maria nuestra Señora fue imagen de pincel, porque luego en el instante, que fu su alma criada, començo Dios a debuxarla cõ su diuina gracia, y assi no cayõ en la culpa original, por lo qual no tuuo el diuino artifice que quitar, ni que desbastar imperfeccion alguna, pues ninguna tuuo: mas tantos colores y matices debuxo, y puso en ella, que la hizo imagen perfectissima desu diuina bondad.

Simile.

Quando encomendays vna obra prima a vn artifice, antes que ponga las manos en ella le pagays la mitad del precio, y lo demas se lo vays dãdo por sus tercios del qual estilo parece que en alguna manera vfo Dios con la sacratissima virgen Maria, porque como auia de concurrir con la virtud del Espiritu sancto a la generacion tẽporal de Iesu Christo nuestro reparador, y auia de ser artifice de tan alta obra, començo Dios a darle adelantado luego en su concepcion vna singular gracia, con la qual fuesse preservada de la culpa, y despues siẽpre le fue dando por sus tercios mas gracia, y para concebir al Verbo diuino, y ser su madre le dixo el angel:) Spiritus sanctus superueniet in te. (Dõde le comunico gracia para aqlla maravillosa maternidad, y despues le dio gracia para ser maestra, y lumbrẽ de la yglesia,) in aduentu spiritus sancti. (Y despues se le dio gracia) in mortis articulo (para ser bienauenturada, y reyna de los angeles.) Vnde infertur, quanta fiducia possumus eius fauori, & intercessioni nos committere, siquidem tantã gratiam coram diuino conspectu intuenit. Quidam doctissimus diuini verbi concionator super illa verba quæ angelus sanctissimæ virgini dixit: Inuenisti gratiam apud Deum elegantissimã quãdam metaphoram in laudem huius cælestis reginæ composuit dicens. (Tres diferencias ay entre las cosas, que se hallan: vnas cosas se hallan, que nadie las perdio, y estas no ay obligacion a restituirlas. Va vno a pescar a vn rio, que no esta vedado, ò a caçar a vn monte q̃ no esta prohibido, lo que alli halla, por q̃ nadie lo perdio no esta obligado a restituyrlo. Otras cosas se hallan, q̃ las perdio alguno, pero esta muy lexos, y no se le pueden boluer a el, entõces, han se de dar a los pobres. Otras cosas se hallã q̃ se sabe quiẽ las perdio, y que esta en lugar, que se puedẽ boluer: entõces esta obliga-

Luc. 11.

Simile.

obliga-

27 obligado el que las hallo a boluerlas a la mesma persona, q̄ las perdio en tanto que dize Sant Augustin. (Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Veys aqui tres diferencias de cosas, que se hallã, y todas tres maneras de gracia se puede dezir en alguna manera, q̄ hallo la sanctissima virgen Maria delãte de Dios. Hallo lo primero vna gracia, q̄ nadie la perdio, y esta fue la gracia de ser madre de Dios, la qual es tan grande gracia, q̄ se espãtan los angeles y tiemblan los Demonios de ver, que vna pura muger pueda dezir cõ verdad: yo soy madre d̄ Dios. Esta gracia ni nadie la perdio ni nadie la hallo, ni nadie la merecio hallar fino ella, y pues ella la hallo, y nadie la perdio, no esta obligada a restituirla, guardesela para si, buen prouecho le haga con ella. La segunda gracia q̄ hallo fue en alguna manera la gracia que perdieron los angeles, porque 28 aquella diuina acceptacion, y humildad, de q̄ ellos cayeron, y mucho mayor hallo esta celestial Emperatriz en el diuino acatamiento, porque nunca Cayo de la gracia, en que Dios la crio a ella, pero aq̄lla gracia que perdieron los Angeles ya no se les puede boluer a ellos, porque estan muy lexos. Porque como dixo Abraham al rico auarieto:) Magnũ est chaos inter nos, & vos, (ay vn embaraço, e impedimieto entre los condenados, y bienaueturados, que ni los males y tristezas de los dañados puedẽ llegar a los bienaueturados, ni los gozos y gracia de los bienaueturados pueden llegar a los dañados, y pues no se puede boluer a los q̄ la perdieron, razon fera, que se de a los pobres, y los pobres somos nosotros, y asy en alguna manera podemos dezir que la celestial virgen esta obligada a restituynos la gracia que hallo de los angeles. Lo qual es 29 tãto como si dixessemos, que por auerle Dios hecho a ella mayores beneficios, que a los angeles, y por auer hallado lo que los malos angeles perdieron en el sentido ya dicho, nos deue mayor fauor, y amparo, porque por esso hizo Dios grandes, y pequeños para que los pequeños siruan con obediencia a los grandes, y los grãdes con magnificencias fauorezcan a los pequeños. La tercera gracia fue la q̄ perdio Adam, y perdiẽdola el la perdimos nosotros todos, y esta gracia y acceptacion, hallo tãbien la reyna de los cielos, pues nunca Cayo de la gracia y acceptacion en que Dios la crio. Y pues ella la hallo, y sabe quien la perdio que somos nosotros, que estamos en lugar q̄ nõs la puede restituyr obligada esta a restituynos la. En todo esto queremos significar, que por auer Dios

## 108 Mariæ sacratissimæ conceptio.

Dios hecho tan singulares beneficios, y aver comunicado tanta gracia a la sanctissima virgen Maria nuestra Señora, esta ella mas obligada a fauorecernos, y a interceder continuamente por nosotros.

### Mariæ sacratissimæ conceptio.

Cant. 6.

simile.

**L**audans sponsus in Canticis sponsam inquit. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Solent famuli, & serui alicuius nobilis, & delicatæ personæ maximam curam, & vigilatiam habere, ne ipse dominus nudos pedes sine calciamentis in solo vel in frigida humo ponat, ne videlicet humor aliquis qui aegritudinis sit causa in eum ingrediatur. Sic diuina providentia factum est, vt hæc delicatissima virgo vbi primū è lecto omnipotentiae Dei per creationem exiuit, statim pedes eius, hoc est, su<sup>31</sup> principio, q̄ fue su concepcion fueffen calçados cō las seruillas de la gracia, ] ne aliquis humor peccati in eā ingrederetur, & ipsa interficeret, [ y este calçado lo ato cō la fuerte correa de la confirmacion, para q̄ nūca se cayesse de sus pies. ] Qua propter omnes gressus huius sacratissimæ virginis per totū vitæ suæ tēpus pulcherrimi fuerunt, hoc est, omnia opera, in quibus se exercuit, plena perfectionis extiterunt, & de hoc eā laudat sponsus dicens. Quā pulchri sūt gressus tui in calciamentis filia principis. [ Quādo vnas seruillas vienē muy iustas a los pies soley s dezir, vienē ay nacidas, parece que nacieron ay. Assentole tan bien la gracia y quadrole tanto a esta hija del Principe, que se podia dezir en alguna manera, q̄ parecia no ser alli infundida, sino que ella se nacio alli. ] In Exodo legitur, quod locutus est Dominus ad Moysen dicens. Loquere<sup>32</sup> filiis Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltro neus accipietis eas: hæc autē, quæ accipere debetis aurū argē- tum, &c. & capillos caprarum. Mirabile dictu. Vult Deus, vt ei offerantur res magni, & parui pretij, aurum & argentū atq; lana caprarū. Si rex aut princeps aliquis a procuratoribus curiarū peteret, vt sibi pro munere daretur magna auri, & argenti summa, hoc est, [ pidieffe q̄ le firuieffen cō vna gran summa de oro y plata ] & postea diceret, se etiam velle aliqua pondera lanae caprarū, profecto occasionē præberet omnibus ridēdi, eo quod rē illā postularēt. Profūda sunt Dei secreta, & altissimæ eius cōsiderationes. Nō ordiatur reicafu, sicut homines imprudētes sed cōtinuo in fine tendit

simile.

Exod. 25,

simile.

## Mariæ sacratissimæ conceptio. 109

33 tendit altiore, quam res exterior representat. Ad hoc dicendum nobis D. Paulus facultatem præbet, qui explicās præceptum illud iudiciale. Non alligabis os boui trituranti afferensq; illud in sensum allegoricum ad probandum, quod sacerdoti diuina sacramenta administranti debetur sustentatio, (hæc vna salua, & inquit. Nunquid de bobus cura est Deo? Vt significaret S. Apostolus, Deum in plurimis legibus tam ceremonialibus, quàm iudicialibus magis intendere significationem facti, quam simplicem litteram, vt ex illa de boue trituranti, quasi diceret, putatis ne præcipuâ Dei intentionē fuisse boues cōmendare? Minime profecto: nam præcipua eius intentio fuit, vt spirituales ministri sustentarentur. Idem & modo dicere possumus. Nunquid de pilis caprarum cura est Deo? Quæ igitur fuit præcipua eius intentio? Dicam

34 certe. Vult Deus vt vnusquisq; ei seruiat pro viribus, & possibilitate sua, siue cum auro, siue cum argento, siue cū ære: quod si nullum ex his metallis habueris, ei saltem ex lana caprarū quæ res vilissima est seruitium offer. (Tiene Dios puesto el reyno de los cie los en almoneda,) & à nemine postulat plusquam pro eo dare potest. Vnde B. Augustin. ait. Quid turbaris de pretio? Tantum valet, quantum tu es, hoc est, quantū habes. Sed obseruandum est in supradicta autoritate, Spiritum sanctum dicere, vt is, qui aliquid obtulerit vltro, & volūtariè non autē violenter offerat, hoc enim significat. Ab omni homine, qui offert vltro, hoc est, [ q̄ sea mouido de su propria volūta, y no por humanos respectos.) Sūt enim aliqui qui missas, & conciones audiūt, atq; elemosynas erogant, ne indeuoti, & mali Christiani à populo habeantur. Idcirco D. Paul. ad Corinth. scribens ait. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarē enim datorē diligit Deus. Ex his omnibus infertur, (como Dios es bueno de contentar,) siquidem contentus est pilis caprarū, hoc est, vno suspirio, & vna lachryma, & vno cypho aquæ frigidæ, & si adhuc non habes aquam, vt potum præbeas propter eius amorem, vno bono desiderio satisfacit, (y con todo esso en buscar esposa fue muy descontentadizo,) non enim ei placuit Eua, quia gulosa fuit, non Sara, quia mendax: non Rebeca, quia etiam finxit, se non esse nuptā: non deniq; ei placuit aliqua ex omnibus totius orbis mulieribus ad hoc, vt illam in sponsam acciperet, & in ea sacrosanctum incarnationis verbi diuini operaretur mysterium, donec ad illam, de qua loquimur, virginem (vt ait Beatus

1. Corin. 9:

B. Augu sermon. omniū sanct.


2. ad Cor. 9.

Augu-

# 110 Mariæ sacratissimæ Natiuitas.

Augustinus) ventum est. Decuit igitur, vt hæc sacratissima vir-  
go, vt pote sponsa tam magni Dei, & Domini pedes nudos in ter-  
ra minime poneret, ne in eam pessimus humor peccati originalis  
ingrederetur, ipsamque inficeret.

## M A R I A E S A- cratissimæ Natiuitas.



E qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Admirationem nobis affert cōsiderare, quam breues fuerint sacrosancti Euangelistæ in referendis huius sacratissimæ virginis Reginæ Angelorum, & matris misericordiæ laudibus. Cumq; verissimū sit in sacrosanctis Euangelijs nihil esse superfluum aut diminutum, ratio, quare ipsi in hoc negotio adeo breues extiterunt est quia in his verbis, de qua natus est Iesus, omnes excellentiæ, quæ lingua humana vel etiam angelica referri possunt, aptissime includuntur. Visum est enim glorioso Matthæo, quod cum hanc cœlestē dominam appellauit, matrem verbi incarnati, sub hoc nomine omnes eius singularissimæ laudes cōprehendebantur, idcirco vnquamq; earū peculiariter referre non curauit. Vt autē hoc melius intelligatur, duo præcipue sunt obseruanda, alterum est quædam Sancti Thomæ doctrina ab omnibus communiter recepta: cum enim hic angelicus Doctor disputaret: An Deus posset meliora facere, quæ fecit, hoc est an posset hominem meliorem facere, quam ipse in se est, & idem de alijs animantibus, plantis, elementis, car-  
lis, ac planetis, &c. Et respondet non esse dubitandū, quod Deus posset essentias omniū creaturarū meliores facere, exceptis tamē tribus rebus, videlicet gratijs, & dotibus, quas Christo in quātum homini donauit: in quo, vt ait D. Paulus, sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Alterum quod melius facere non potest est præmiū electis suis præparatum, videlicet obiectū beatificū, quod est diuina eius essentia: nō enim potest Deus maius præmiū suis tribuere, quam suā infinitam essentiam. Nā licet aliqui beati illum clarius, quam alij videāt, & maiorem gloriā habeant, tamē gloria omniū ex parte obiecti beatifici est vnamet, quā meliorari impossibile est, non quidē in gradibus claræ visio-  
nis

ad Colof. 2.  
m. sol. vltim.

D. Tho. 1. p.  
q. 25. art. vlt.  
m. sol. vltim.

Ad Colof. 2.

## Mariæ sacratissimæ Natiuitas. III

39 nis Dei, sed in eodē obiecto beatifico. Tertiū, quod Deus melius efficere non potest, est dignitas suæ sanctissimæ matris: tam magnum enim, ac tā excellens est officiū & ministeriū gignēdi, & pariendi filium Dei, in quantum hominē, vt nec Deus habeat maiorem dignitatē, quam illi dare possit, nec illa maiorem dignitatem habeat, aut ministeriū, quod accipiat, quā illam sanctissimam maternitatem: atq; ita eā vocat ibi D. Thomas dignitatem infinitā. Secundo præsupponendā est iuxta doctrinam D. Pauli ( qui de se loquens ac de alijs ministris euangelicis inquit: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti ) quod Deus secundū officiū illud, ad quod aliquē eligit, sic ei gratiā confert, & personā eius dignam facit, hoc est, (a cada vno q̄ elige para algun officio, le da suficiencia, y todas las gracias y dones, que se requieren para la administracion de aquel officio. ] His præhabitis sic nostra probatur intētio.

40 Officiū maternitatis Regine cęlorū est maioris dignitatis, & excellentiæ, quā vllum aliud in domo Dei, ergo sequitur, q̄ Deus illi soli cōmunicauit plura spiritualia dona, quam alicui aliorum ministrorum Dei, & quod sicut dignitas virginis Marię omnium maxima fuit, etiā dona, & gratię ei communicatæ maxima fuerunt.

## Mariæ sacratissimæ Natiuitas.

41 Sol ille, quem in cœlo contemplamur, eo mense quo sacratissima virgo nata est, oritur in quodam signo, quod virgo dicitur, & pituitā, seu choleram mitigate solet: si autem nasceretur in mēse præterito, nascebatur in signo, quod leo appellatur, & est terribile. Sic sol iustitię Deus noster qui eousq; quo natus est terribilis, & rigidus erat, nūc mitis, & mansuetus sicut sol, quādo exit in signo quod dicitur virgo. (Quādo dos caualleros se desafian, y sale auer vn padrino, o mas, para q̄ quādo vieren q̄ el vno dellos va de vencida y se viene a rendir, echen el baston en medio en señal de amistad, y paz; y que no aya mas, sino que dexadas las armas de ambas partes se abracen, y sean amigos verdaderos. Huuò antiguamente grande enemistad, y desafío entre Dios y el linage humano, el linage humano echaua mano a sus armas contra Dios, que eran vicios, y peccados, e idolatrias, y Dios echaua mano a sus armas, que eran castigos como largamēte lo trata Dauid) in quodam Psalmo, (donde en conclusion dize:) Et irritauerunt eum in adinventionibus suis & multiplicata est in eis ruina, (pero yendo ya

simile.

Psalm: 105.

ya.

## 112 Mariæ sacratissimæ Natiuitatis

Isaia. 7.

ya el linage humano de vécida y queriendo reconciliarse cō Dios<sup>42</sup> los padrinos, q̄ fueron los Patriarcas, specialmente S. Joachim, y S. Anna echaron en medio vn baston de paz, que fue la sacratissima virgē Mariæ nuestra Señora. (Egredietur virga de radice Iesse, ait Propheta Isaias. Quibus verbis sanctissimam virginem appellat virgam, (y baston, el qual echaron los padrinos en medio de Dios y del linage humano, para que no huuiesse mas,) & ipsum genus humanum relictis sceleribus, & culpis obtemperaret Deo: & Deus dissimulans peccata propter poenitentiam in amore hominis inflammaretur, & cum ipso foedus iniret. Et re veraita fuit, nam posita hac sacra virgine inter Deum, & homines & dicente: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum diuinitas humanitatē in vnione hypostatica, & personali amplexa est nunquam amplius ab ea discessura. Atq; hoc ineffabile beneficium nobis sancta Ecclesia representat hodierna die dum sa-<sup>43</sup> crum Euangelium decantatur, in quo ex vna parte fit mētio horum Regum, & Patriarcharum progenitorū huius pretiosissimæ virginis, qui velut patrimi fuerunt, (que nos echaron esta vara, y baston:) ex alia vero parte fit mentio admirabilis effectus, qui secutus est ex eo, quod hæc sanctissima virgo in mandato nata est, & hæc fuit admirabilis verbi diuini incarnatio. Atq; ita sacrum Euangelium concludit dicens. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Vnde manifeste infertur quod peccata, quæ nunc committimus (son se bre pazes hechas,) & obid grauiora sunt, & maiori supplicio digna. Quo circa oportet nos valde ab eis abstinere, siquidem maiori nunc quam olim antiqui obligatione ad bene operandum astringimur.

Ea, quæ supra dicta sunt possunt in principio sermonis adaptari, & postea sanctum Euangeliū explicabitur. De quodam deuoto iuvene mercatore legitur quotidie duodecies orationē angelicā recitare in honorē, & reuerentiā sacratissimæ virginis Mariæ: qui in hoc contēplabatur duodecim gratias, & prerogatiuas, quæ in duodecim partibus sanctissimæ virginis resplenduerunt. In primis contēplabatur eius sacratissimum caput plenum sapientia magis, quam capita Patriarcharum & Prophetarum, atque ita in huius rei honorem dicebat. Ave Maria. Secundo contēplabatur oculos eius benedictos singularissima honestate plenos, & dicebat: Ave Maria. Tertio contēplabatur sanctissi-

# Mariæ sanctissimæ Natiuitas. 113

45 sanctissimas eius aures, quibus salutationem angelicam, ac dulcissima cælestis filij sui verba audiuit, in cuius reuerentiam tertio recitabat, Ave Maria. Quarto contemplabatur eius nares, quibus sensit odorem suauissimum sanctissimi filij sui recenter nati ex purissimis suis visceribus exeuntis, & sic dicebat quartam, Ave Maria. Quinto contemplabatur sanctissimum eius os, quo singularia illa protulit verba. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: quo etiam ore dulcissima oscula in facie sanctissimi pueri Iesu teneri infigebat: & sic dicebat quintam Ave Maria. Sexto contemplabatur virginalia eius vbera quæ maxima cum pietate illum, per quem nec ales esurit dulcissime lactauerunt, & sic sextam Ave Maria recitabat. Septimo contemplatur eius sanctissimas manus; & brachia, quibus sacratissimum filium suum amplexus est, & in infantia ipsius portauit, atq; admirabili reuerentia pannis enoluit, & sic septimam dicebat Ave Maria. Octauo contemplabatur eius purissimum ventrem tanquam cameram Dei vbi diuinum verbū incarnatum est, & vbi tam admirabili modo nouem menses fuit, & dicebat octauam Ave Maria. Nono contēplabatur eius sanctissima genua quibus sacratissimum filium suum quoties eialiquod seruitium exhibebat, humiliter adorabat & simul dicebat nonam Ave Maria. Decimo contēplabatur sanctissimos eius pedes, quibus singulari deuotione in Bethleē, & in Aegypto iuit, ipsumque tribus diebus, quando in Ierusalem remansit, maxima cum spiritus afflictione diligentissime quæsiuit, in cuius honorem pronūtiabat decimam Ave Maria. Vndecimo

47 contemplabatur sacratissimum eius corpus in flammatisimo amore, & gladio doloris transfixum, & sic dicebat vndecimam Ave Maria. Duodecimo contemplabatur sacratissimam eius animam omnibus gratijs, & perfectionibus plenā, in cuius etiam honorem dicebat duodecimā Ave Maria. Hic autē deuotus adolescens in summa pace, & tranquillitate vitam finauit. Felices illi, qui magna cordis, animi puritate atque profunda consideratione se in tam sancto exercitio exercuerit.

De qua natus est Iesus &c. Ad te o virgo sanctissima nostra se conuertat oratio, cuius summa dignitas hæc est, quod de te natus est Iesus, qui vocatur Christus; Filij imitatur parentes, vt in plurimum, & parentes transfundunt in filios non solum pro-

## 114 Maria sanctissimæ Natiuitas.

prietates, & passiones, & agnitioes corporales, figurã, formã, 48  
motus, habitus, sed & passiones animorum, mores, ingenia, vi-  
tias, & virtutes. Nam ex iracundis parentibus iracundos filios: ex  
mansuetis mansuetos: ex ingeniosis ingeniosos, ex rusticis rusti-  
cos, ex eloquentibus eloquentes, ex mutis mutos: vsq; adeo, vt in-  
genium, & virtus, & eloquẽtia hereditaria quodammodo videã-  
tur. Et si hoc in alijs multo amplius in Christo Iesu Domino  
nostro. Nam cū in alijs patris & matris communes sint filij, ali-  
quid accipiunt à patre, & aliqua à matre; & fit ex duobus tertia  
quẽdam in filio mixtura, & similitudo: Christus verò Iesus, qui  
natus erat ex matre, non habens patrem in terris, totus fuit ma-  
tri simillimus, non solum forma & vultu, sed etiam moribus &  
verbis. Hoc enim qui viderunt vtriusque imagines ad viuum,  
asserunt nunquam fuisse sic filium matris simillimum vultu 49  
& moribus, verbis & habitu. Illa humilis, ille humilis; illa man-  
suetas, ille mansuetus; illa benigna, ille benignus itidem fuit. Illa  
pauper, ille pauperrimus; illa purissima, ille purissimus: illa pru-  
dentissima, ille prudentissimus; illa modesta & sobria, ille mode-  
stus & sobrius. Denique in omnibus mater nihil fuit, nisi filij  
adumbrata imago, & filius fuit matris expressa figura. Nã etsi  
omnes sancti, pro vt potuerunt, conati sunt assimilari Christo  
Domino, & eum referre, & imitari (quia in hoc nostra perfectio  
consistit) nullus tamen potuit ex integro, sed ex parte vnus in  
humilitate, alius in mansuetudine, sola mater eū ex omni parte  
imitata est, eum reddens, siue quodammodo referens suis gratijs,  
& virtutibus, licet in filio longe perfectiores colores essent. Vn-  
de B. Hieronymus ait. Omnis plenitudo gratiarum, que fuit in 50  
Christo, fuit etiam in virgine, quamuis aliter: fuit itaq; Christus  
matris sue simillimus super omnes filios, vt sicut in celo qualis  
pater talis filius: ita in terra qualis mater talis filius. Cū itaq; mo-  
res, & proprietates matris in filiū transfundantur, qualis que so-  
debit esse mater illa, de qua forma illa cælestis, & idæa mundi,  
speculū illud lucidissimum, in quod omnes aspicerent: pulchri-  
tudo illa quam omnes amarent, & quã omnes colerent, & quã  
omnes imitari deberent, oriri, & procedere debuit? Si Ioannes  
Baptista propter solum testimonium, quod de ipso diuino Re-  
deptore redditurus erat, ita perfectus fuit: virgo mater, que eū si-  
bi simile, genitura erat, & mares, & vitam suam in eum debebat  
trans-

# Mariæ sanctissimæ Visitatio. 115

si transfundere, qualis esse debuit? Non quero ergo vt de cætero labores ò homo, vt mihi virginem hanc per singulas eius virtutes describas, & virtutes eius, gratias, & excellentias figillatim exaggeres, & magnifices, ad omnē eius excellentiã & magnitudinē hoc sufficiat, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

## M A R I A E S A N - C T I S S I M A E V I S I T A T I O .



Visitatio sanctissima Virgine Maria cognatam suam Sanctā Elisabeth, eamq; salutante, ipsa spiritu sancto plena exclamauit, & inter alia dixit. Benedic-  
tatu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Multis retro temporibus Isaias Propheta de

Luc. 11

Isai. 4.

Christo Redemptore nostro vaticinans, eū fructum appellauit dicens. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria fructus terræ sublimis. Et textus Chaldaicus, qui antiquissimus est, & magnæ autoritatis, vbi nos legimus, Erit germē Domini, inquit. Erit Messias Domini. Vbi aperte conspicitur, Prophetā Isaiam de Christo reparatore nostro loqui. Cū autē sancta scriptura hoc nomen, fructus, huic cælesti Domino imponit insinuat, eum esse omnium rerū finem, & ad eius felicē Natiuitatem omnia fuisse creata, & directa sicut fructus est finis, ad cuius ortu arbor plantatur, & rami eius crescūt, & folia virescunt. Certissima res est, finē, ob quem Deus omnia creauit, fuisse solū modo, vt se illis communicaret: hæc autē cōmunicatio diuersis modis fit, qui ad tres tantū reducūtur, videlicet ad bona nature, quæ creaturis cōmunicat, & ad bona gratiæ, & ad vnionē personālē. In bonis nature assimilantur creaturæ aliquo modo esse Dei, id est, *asemejã se las criaturas al ser de Dios en alguna manera.* In bonis gratiæ assimilātur homines esse, & conditioni Dei, at vero in vnione personali non solū assimilantur creaturæ Deo, sed etiā vienen a ser el mesmo Dios, porque se juntan cō el en vna mesma persona. Quamuis autē in sola humanitate Christi Redemptoris nostri hæc personalis vnio proprie facta est, tamē certo quodā modo, dum Deus cū illa se voluit coniūgere, videtur cū omnibus creaturis se coniungere. Hoc est, (auq en sola la

## 116 *Mariae sanctissimæ Visitatio.*

humanidad de Christo nuestro Redemptor se hizo esta vnion  
 personal propriamente, en cierta manera tambien en juntarse  
 Dios con ella es visto juntarse con todas las criaturas por causa  
 de ser el hombre como vn medio entre lo spiritual, y lo corpo-  
 ral, que contiene, y abraça en si lo vno, y lo otro. Y pues vnias de-  
 stas maneras de comunicarse Dios son mas perfectas, que otras,  
 la mesma razon pide que vn tan grande artifice, y en vna obra  
 tan grande tuuiesse por fin de toda ella hazer en ella la mayor,  
 y mas perfecta comunicacion de si, que pudiesse y la mayor  
 ansi de las hechas como de las que se pueden hazer es la vnion  
 personal que hizo entre el verbo diuino y la naturaleza huma-  
 na de Iesu Christo Salvador del mundo, que fue hazerse con el  
 hombre vna mesma persona, y ansi necessariamente se sigue,  
 que Dios à fin de hazer esta maruillosa vnion crió todo quan-  
 to crió, que es dezir, que el fin, para que fue criada toda la varie-  
 dad, y belleza del mundo fue por sacar a luz, este que juntamē-  
 te es Dios, y hombre que es Iesu Christo. Y esto es ser Christo  
 fructo. Itaque quemadmodum fructus in cuius gratiam, & ad  
 cuius ortum arbor plantata est, continet in se, & in virtute om-  
 ne illud, quod ad eum in arbore ordinatum est, sicut sunt radi-  
 ces, truncus, rami, folia, & flores: sic in Iesu Christo summo bo-  
 no recopilatum, & resumptum est omne creatum, atque etiam  
 increatum, diuinum, & humanum, naturale, & gratuitum sicut  
 ad Colos. 1. Beatus Paulus ad Colossenses scribens testatur dicens. Qui est  
 imago Dei invisibilis primogenitus omnis creaturæ, quoniam  
 in ipso cõdita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inui-  
 sibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus, siue po-  
 testates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante  
 omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis  
 Ecclesiæ qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in  
 omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit om-  
 nem plenitudinem inhabitare & per eum reconciliari omnia,  
 in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in ter-  
 ris, siue quæ in cælis sunt. Itaque Christus Redemptor noster  
 vocatur fructus, quia ipse est fructus mundi, & si terra, cælum,  
 atque vniuersi orbis machina pulchra sunt, multo profecto pul-  
 chrior est ille, ob cuius finem omnia creata sunt. Atq; ita sciens  
 Propheta Isaias cælos, ac terram, & omnia, quæ vitam habent,

6 habere esse præcipue, vt hic sacratissimus fructus nasceretur, cupiens, & optans eius sanctissimam Natiuitatem, eam ab vniuersali mundi machina postulabat dicens. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Est autem obseruandum, quod vbi nos legimus apud eundem Prophetam, Fructus terræ sublimis, in originali significat non quemcunq̃ fructum, sed fructum, qui de se sine aliqua cultura, aut industria alicuius nascitur. In quo duo nos Spiritus sanctus docet: alterum est, quod non fuerunt in mundo merita aliqua, quæ mereri possent Deum hominem fieri: alterum vero est, quod in vëtre purissimo, vbi sacratissimus hic fructus natus est sola Dei virtus, & non opus viri operata est. Verum admirationem facit, quod idem Propheta, qui mundi Saluatorem appellat fructum, ipse eum vocat florem dicens. Egredietur virga de radice Iese, & flos de radice eius ascendet. Si flos est, quomodo fructus? Et si fructus, quomodo flos? Vocatur fructus propter rationem, quam supra diximus: appellatur autem flos, quoniam sua pulchritudine, & venustate mundum reddidit pulchrum, & suo odore reparauit corruptionem ipsius, vt bene oleret, suauissimumq̃ue odorem emitteret coram diuino conspectu (y porque del como de flor majada en el almirez de la cruz se hizo della la medicina de nuestros peccados.

Isai. 11.

Postquam cælestis angelorum Regina ascendit in montana cum festinatione, & salutauit Elisabet, audiuitq̃ue ab ore eius illa egregia encomia, prorupit humilissima, & gratissima virgo in laudes Dei dicens. Magnificat anima mea Dominum. Plures olim matronas, vt alias omittamus cãtica edidisse scriptura sacra commemorat, sed omnia tamen cantica superat hoc sanctissimæ Mariæ canticum. Cecinit Delbora victoriam à Sisara Iudith Olophernem extinctum: Moyse soror Pharaonem summersum: Anna quoque pro filio Samuele longiores Deo gratias edidit, sed non sic Hebræas illas audire canentes vt Prophetissam nostram delectat: Magnum illum citharadum agnosco sua cithara personantem, & virtute harmonica Dæmones expellētem: notam quidem omnibus figuram edissero, dauide in cithara personante, Saulis obsessum animum Diabolus deferebat. Mira res: musica fugatur Zabulus, & qui iuxta sententiam Iob sagittas reputat quasi paleas, & lapides fundę velut stipulas

Iudicum. 5.

Iud. 3.

Exod. 15.

1. Reg. 2.

1. Reg. 16:

Iob. 14

## 118 Mariæ sanctissimæ Visitatio.

las spernit. Ad citharæ sonitum tremefactus recedit, & quæ nulla vis superat, vincit armonia. Latet pro certo in cithara illa mysterium. Figura illa erat, hæc veritas hic impletur, quod ibi figuratur. Hoc cantico dæmon expellitur: præcursor sanctificatur, puer exultat, mater prophetat. Hoc etiam cātico nunc cū deo tē concinitur Dæmones pessimos effugari merito crediderim. Vnde non ab re à cunctis fidelibus hoc canticum maxime celebratur & summa deuotione recolitur. Quam obrem fratres exurgamus, & nos cum Maria sacratissima, & ascendamus in montana cum festinatione, vt mereamur cantare in laudem sicut illa cantauit. Quæ enim in peccatis iacet anima, quomodo festinabit? Quæ præ tædio non festinat quando in montana perueniet? sed dixeris forsitan. Quomodo tu nos in montana festinare compellis, cum id aperte Dauid interdicit? exprobrat **10** enim quibusdam id suadentibus dicens. In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montē sicut passer? & Esaias clarius. Qui crediderit non festinet. Ecce festinationem, & cursum, quē tu indicis veritas interdicit. Sed verò non obuiat dictis elogium sacrum. Hæc enim verba scripturæ sanctæ propter quosdam imbecilles, & inconstantes introducta sunt, qui præ nimia imbecillitate pusillanimitate, & impatientia, si eodem mense, vel anno quo viam religionis arripiūt, quo volunt perfectionis, aut deuotionis non attingūt labascunt illico, & deficiunt, diffidentesque omnino à sancto vitæ proposito pueriliter desistunt impossibilem sibi esse existimantes positam perfectionem, quibus Diabolus sæpius suggerit illud: vt quid vexaris? vt quid frustra contendis? vt quid inani labore **11** consumeris? Ecce tandiu conatus nihil profuisti: quid adhuc perstas? Ardua est perfectionis via, & non poteris ad eam peruenire: Lætare & quiesce: melius est tibi videre, quod cupias, quā desiderare, quod nescias. Huic ergo tam perniciosæ suggestioni feruidus religiosus, & constans ingenue respondens ait. In domino confido. O perfidi, o mendaces, quomodo dicitis animæ meæ, Trāsmigra in montē sicut passer? Trāsmigrare non possum: iusticie ire. Passer ille solitarius, quem dicitis, quia pondus non habuit peccatorū celeriter potuit transmigrare, & virtutū culmina transilire: mihi peccatori sat erit eum pedestrem sequi: quis enim in filijs Dei similis Deo erit? & si ergo remoror et si

Psalm. 10.

Esai. 28.

- 12 detineor, in proposito tamen persistam, & non meis viribus, sed de illius virtute, & gratia fidam. Nam perfectionis gradus non facile liceat transilire. Quoniam semen in satis primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica fructificat vltro. Et teste Euangelio tale est regnum Dei. Quid accelleras? Quid festinas? Quid anxiaris, quia non peruenisti, quia non comprehendisti? Paulus post penetratos cælos & lustratam Dei paradysum, non putat comprehendisse, & tu hesternus frater vel monialis, iam obtinuisse gliscis? Expecta dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum. Perfectionis via non peruolanda, sed perambulanda est. Multa patientia & longanimitate opus est vt peruenias: diutino labore perueniendum est quo festinas. Quamuis si bene aduertas,
- 13 Psalmographus non festinationem, sed transmigrationem reprehendit: non enim ait, Quare dicitis animæ meæ festina, sed transmigra: transilire, non festinare refugit.

Matth. 11.

Ad Philip 3:  
Psalm. 116.

- Quæritur verò, quomodo magnificet hæc cælestis virgo Dominum siquidem ait: Magnificat anima mea Dominum, cum Dominus nec augmentum, nec decrementum recipere possit? verum si considerem, inquit Origenes, Dominum Salvatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & videam animam meam factâ ad imaginem Salvatoris, imaginem esse imaginis: neque anima mea specialiter imago est Dei, sed ad similitudinem imaginis prioris effecta est: ad exemplum eorum, qui solent imagines pingere, & vno (verbi causa) vultu Regis accepto, ad principalem similitudinem exprimendam artis industriam commutare.
- 14 Vnusquisque nostrum ad imaginem Christi formans animam suam, vt maiorem ei aut minorem ponit imaginem, aut selectâ vel sordidam, vel claram atque lucentem, & splendentem, ad effigiem imaginis principalis. Quomodo igitur fecero grandem imaginem imaginis, id est animam meam, & magnificauero eam opere, cogitatione sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipse Dominus, cuius imago in nostra anima magnificatur: & quomodo crescit Dominus in nostra imagine, sic si peccatores fuerimus, minuitur, atq; decrefcit, sed nos pro imagine Salvatoris alias nobis imagines induimus. Pro imagine verbi sapientiz, cæterarumque virtutum, Diaboli formam assumimus, vt dicatur de nobis quod sumus serpentes, & generatio viperarum:

Orige. in Lucam. Hom. 8

## 120 Mariæ sanctissimæ Visitatio.

sed & leonis personam induimus, & draconis, & vulpium, quando venenosi crudeles, rabidi sumus: nec non & hirci, vel porci, quando ad libidinem, quando ad voluptates promouemur.

Laurentius  
Iusti.

Laurentius verò Iustinianus super hæc verba. Magnificat anima mea Dominum; sermone de Natiuitate virginis ait: singula eorum, quæ facta sunt, omni potenti Deo naturaliter laudis præconia exhibent. Eoque perfectius, ac per amplius, quod præstantiora, atque cumulatio gratiarum munera perciperunt. Hinc beatæ virginis excellentia fulget, hinc laudis holocaustum commendatur, virtutum meritis, virginitatis honore, prolis sæcunditate, humilitatis decore, atque donorum plenitudine mortales supereminet vniuersos. Omnium quippe referta cumulo gratiarum, cunctis in se Deum fecit esse laudabilem. Quis Deum non honoret in virgine? Qui virginem Dei voluit fieri genitricem, reparatricem sæculi, lucem mundi, speculum sanctitatis, fidei magisterium, peregrinationis solatium, immaculatum templum, & fæderis arcam diuinis manibus fabricatam? An non Maria testamenti arca verissima, quæ auro vestita mundissimo, virtutumque gemmis ornata est, propterea merito ait. Magnificat anima mea Dominum: liquidem tam preciosissimis ornamentis decorata est, vt quamcumque puram creaturam superauerit.

Matth. 1.  
B. Chryf.  
Hom. 1. ope.  
ampers&

Vnde etiam in laudem tantæ virginis explicans Beatus Chrysostomus verba illa Beati Matthæi, Et non cognouit eam Ioseph, donec peperit, inquit. Verè enim non cognouit eam ante cuius fuerat dignitatis, quæ vnigeniti Dei facta fuerat mater, sed postquam peperit, tunc cognouit eam, hoc est, pretiosiorum & digniorum factam fuisse nouit, quam esset totus mundus. Nam quod totus mundus capere non poterat, nec merebatur accipere quasi in angustum cubiculum vteri sui sola suscepit. Vidit enim Ioseph virginem permanere post partum, vidit mysterium stellæ, quomodo stans super caput pueri venientibus Magis puerum demonstrabat: stans testimonium dabat, quia loqui non poterat. Ipsos denique Magos vidit adorantes, & diuina dona eorū præsentantes, audiuit sermones ipsorū quomodo ab oriëte Hierosolymā vsq; stella præcedente venerāt, quæ nō dedignata est hominibus ministrare, vt Dei gloriā reuelaret.

Lau

## Mariæ sanctissimæ Visitatio. 121

18 Laurentius quoque Iustinianus in lib. de Casto connubio  
verbi & animæ ait: Hæc est virgo pudicissima, quæ Chirogra-  
phum aboleuit decreti, & protoparentum abstulit opprobriū,  
quæ toti sæculo stillicidia gratiæ irrorauit, & id ipsum fecun-  
da ditauit fruge, quæ pereunti mūdo, & aquarum diluio inun-  
danti portum salutis aperuit. Hæc nempe est virgo sanctif-  
sima, quæ virtutum omnium ornata decore & gratiarum ple-  
nitudine atque donorum cælestium irradiata fulgore cælorum  
Regem suo ad se traxit odore. Nimio namque innocentia ac  
virginitatis resperfa candore, tanquam præceteris sanctior Dei  
mater efficitur. Hæc quidem propter humilitatis meritum, &  
feruentissimum charitatis effectum ab altissimo adamatur, eli-  
gitur à verbo, fecundatur à spiritu, diuina prole ditatur, in scri-  
pturis præfiguratur, à prophetis prænuntiatur, præponitur  
19 archangelis, cælesti omni que præfertur militiæ. Quem enim  
cæli capere nequeunt, & omnis natura miratur, Maria mentē  
concepit, concepit in ventre, gestauit in vtero, nutriuit lacte,  
fouit gremio, brachijs amplexata est. Dignum quippe fuit,  
vt talis esset mater vnigeniti Dei, conditoris sæculorum.  
Quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid meriti, quid  
quid gratiæ, quidquid est gloriæ, totum fuit in Maria. Magna  
cum nascitur, maior, cum concepit, vbique sancta, vbi-  
que plena, vbique immaculata: merito ergo  
dixit: Magnificat anima mea  
Dominum.

Laurca. lib.  
de cast. con.  
c. 9.

h 5      MARIAE

# MARIAE SACRA- TISSIMÆ EXPECTATIO.

Genesi. 31.



E sancta illa matrona Sara narrat scriptura sacra,  
 quod post promissionē illā sibi factā de prole sus-  
 cipiēda, cū videret se gravidā partuiq; proximā,  
 partim in angustia quodammodo versabatur, pro-  
 pterea quod cum tam prouectæ ætatis esset ipsa,  
 & coniux eius Abraham, tamen in tanta senectute prolē conce-  
 pisset præter omniū expectationem: dicebat enim, risum fecit  
 mihi Dominus, quis credet me in tāta senectute cōcepisse? Par-  
 tim vero gaudebat vehementer venerabilis Sara expectās filiū<sup>2</sup>  
 sibi à Domino promissum: confidebat enim procul dubio cum  
 talē esse futurū, qualem Dominus dare consuevit. Hæc omnia,  
 quę huic beatę mulieri acciderūt, videntur aliquo modo beatif-  
 simæ virginis quadrare: nā cū dominus in ea compleuisset, quod  
 promissum fuerat sanctis Patriarchis, & Prophetis, videlicet vt  
 de ea Christus Iesus nasceretur, videns se gravidā non ex virili  
 tactu, sed ex diuini spiritus operatione, poterat quidem apud se  
 tacita dicere. Quis vnquam putasset Virginē esse concepturā, &  
 parituram salua semper eius virginitate? An non partus meus  
 multos perplexos, & suspensos tenebit? Partim verò multo  
 quidem magis quam Sara desiderabat partum suum videre, & fi-  
 lium illum æterni patris, ac suum, quē desiderāt Angeli pros-  
 pice. Huiusmodi ergo desiderium, & expectationem maxi-<sup>3</sup>  
 mam, quā beatissima virgo partus sui habebat, celebrat hodie  
 na die vniuersa Hispania, appellatque huiusmodi festum, ex-  
 pectationem beatissimæ virginis. His enim diebus plena san-  
 ctis desiderijs sacratissima puerpera secū sic loqui credi potest:  
 Quando adueniet fælicissima illa partus mei hora vt videre  
 possim suauissimum filium meum, qui est candor lucis æternę,  
 & speculum sine macula: Quando licitum erit mihi coniūgere  
 os meum cum eius ore suauissimo, atque dulcissima ei defige-  
 re oscula? O quantopere lætabor ego audiens filij mei voces vi-  
 tæ æternæ, & videns opera eius, ac miracula perillustria? O uti-  
 nam iam adesset ille dies! O vtinam aduenisset hora illa benedi-  
 cta! His ergo, & similibus verbis declarabat beatissima virgo

## Mariæ sanctissimæ Expectatio. 123

4 vehementissimum illud desiderium, quo tenebatur videndi sacrosanctum partum suum. O prudentissima virgo, ut quid desideras exitum dulcissimi filij tui à purissimo utero tuo: siquidem satius esse videtur, quod ibi maneat ubi sunt omnes deliciae, quam quod inde exeat in hunc lachrymarum vallem? sicut enim primus Adam in paradiso positus versabatur in maximis delicijs, & delectationibus; at vero postquam ex paradiso exiit multos labores, & dolores, atque sudores pertulit: ita profectò dilectissimo filio tuo contingere debet; nam cum in utero tuo virgineo in summis versetur delicijs, attamen si inde exierit statim labores, & miseriæ, quibus filij Adam affici solent, cum etiã inuadēt, & grauissima experietur tormēta. Nam post dies octo Natiuitatis eius circuncidi debet, & sanguinem effundere incipiet ex delicatissimo corpusculo, insuper etiam ipse vna tecum fugere debet in Aegyptum propter furorem & sauitiam Herodis, qui eum persequetur. Accedit huc, quod hunc charissimum filium annos natum duodecim perdere debeas in Hierosolyma ciuitate, vnde grauissimo quodam afficeris dolore. Præterea hunc filium suauissimum, postquam videris eius clarissima miracula, & sanctissimam prædicationem, vitamque integerrimã, nihilominus tamen inuidi Iudæi eum comprehenderit tanquam facinorosum aliquem, & criminosum hominem, innumerisque iniurijs, & contumelijs eundem afficient, ex quo quidem accepto nuntio, videlicet de eius etiã duntaxat comprehensione à nefarijs Iudæis maximo quodam afficeris dolore. Addetur insuper his omnibus doloribus tuis

6 ingentissimus ille dolor, quem sustinebis, cum non solum videbis filium tuum vnigenitum crudelissime flagellatum, & corona spinea coronatum, verum etiam in cruce ignominiosissima positum ibidemque ad patrem clamantem: Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Tandem quoque videbis eum in eadem cruce maxima cum ignominia positum patri suo red dentem spiritum. Vide ergo ex his omnibus beatissima, & clementissima mater, an desideria tua accommodata sint, quibus tantopere desideras partum filij tui, an vero satius sit, quod maneat in virginali utero tuo omnibus delicijs, omni que suauitate confertissimo. Verum tamen his omnibus objectionibus facile respondebit beatissima, & sapientissima cælorum Regina,

Gene. 2.

## 124 Mariæ sacratissimæ Expectatio.

simile.

na, sibi quidem iam ista omnia nota esse, & quamuis ingentis-  
7  
simus futurus sit dolor, quem ipsa sustinebit ex dulcissimi fi-  
lij sui passione, adeo vt quidam affirmet, quod quemadmodū  
Beatus Paulus gladio quodam depingitur, & exornatur, prop-  
terea quod gladio iugulatus fuerit, & Beatus Andreas cum cru-  
ce depingitur, & Beata Catherina cum rotis, quibusdam, pro-  
pterea quod huiusmodi martyria subierint; ita etiam cum sacra-  
tissima virgo depingitur filium suum manibus gestans, ibi ex-  
primi videtur, & declarari dolor, quem ex eius morte passa  
fuit. Itaque sicut gladius instrumentum mortis fuit Beato Pau-  
lo: ita Christus Iesus gladius doloris fuit pijsimæ matris eius.  
Nihilominus tamen desiderabat huiusmodi partum, & hæc om-  
nia euenire, vt conformaret se voluntati filij sui, quamuis ipsa  
sentire deberet in filij passione maiore poenam quam sense- 8  
rint sancti ipsi in suis martyrijs. Vnde Beatus Anselmus in-  
quit, quod tantopere diuinæ voluntati se conformabat beatissi-  
ma virgo, vt cum nouisset hanc esse voluntatem æterni pa-  
tris, vt filius eius pateretur pro redemptione humani generis, si  
nullus alius adfuisset, qui eum sacrificasset, & immolasset in  
cruce, hoc est exequeretur diuinam sententiam ipsa quidem si  
tale à Deo mandatū accepisset, id incunctanter fecisset, quam-  
uis non sine summo doloris sensu. Nam ( vt inquit idem san-  
ctus doctor ) hæc beatissima cælorum Regina longe obedi-  
tior fuit Deo, quam Abraham: vnde si Abraham Dei manda-  
to filium sacrificabat, multo profecto obediētius paruisset  
hæc pijsima mater Dei mandato. Dicamus ergo quod merito  
quidem, atque optimo iure desiderabat sanctissima virgo par- 9  
tum filij sui, & ipsum in brachijs iam gestare, vt conformaret se  
Dei voluntati, quæ est, vt filius eius inciperet iam pati pro  
humani generis redemptione. Nos ergo cum hac an-  
gelorum domina desideremus, vt nascatur  
ipse Christus Iesus in anima-  
bus nostris.

M A.

# M A R I A E S A N- CTISSIMÆ ASSVMPTIO.



Nelytus ille pictor Timantes (vt refert Plinius) quando voluit depingere luctum, & mærorem, qui propter virginis Iphigeniæ mortem factus est, depinxit lachrymas omnium consanguineorum eius vultibus tristissimis: at vero vultum, &

Plin. libr. 35.  
natura. hist.  
10. c.

faciem parentis eius, qui erat Agamēnon velo quodam cooperuit, vt significaret, nulla pictura lachrymas, aut tristitiam parentis posse aliquo modo declarari. Sic credere possumus quod propter magnitudinem, & excellētiam admirabilis triumphi, quo sacratissima virgo Maria Regina mundi, & Dei mater in celos ascendit non inuenerunt Sancti Euangelistæ verba, quibus ascensum illum, & triūphum sacratissimum explicare possēt, idcirco illum velo silentij contexerūt. Idem & nos facere possumus in excellentibus operibus, ac singularissimis virtutibus huius gloriosissimæ virginis. Porque aunque podemos dezir, que ella fue figurada por la luz que Dios primero crió; y por el parayso terrenal que Dios planto por su mano; y por el arbol de la vida, que estaua en el medio del parayso; y por la fuente, que nace en medio y riega toda la tierra; y por el arca de Noe; por la qual se saluo el linaje humano; y por la ventana cristallina, por donde entraua la luz; y por la paloma, que traxo en el pico el ramo de oliua; y por la venerable Sara, que puso en saluo a Abraham; y por la diligente, y piadosa Rebeca, que fue escogida por Isaac; y por la hermosa Rachel, por quien Iacob tanto peño; y por la escalera en que Dios se recosto; y por los Angeles, que subian y descendian por ella; y por la mañana, que nacio, quando el Angel se dio por vencido del hombre auiendo luchado con Iacob; y por la çatça que sin consumirse, ni ser offendida del fuego ardia en viuas llamas porque hazia Dios en esta çatça assiento; y por la vara de Moysen, y instrumento de sus marauillas; y por Maria hermana de Moysen y Aaron, que guiaua la dança, y la alabança que dauan a Dios las mugeres Israeliticas, y fue figurada por la vara de Aaron, que marauillosamente florecio sobre todo curso natural, y es la estrella de Iacob,

que

## 126 Mariæ sanctissimæ Assumptio.

que fue tan deseada en el mundo, y fue figurada por el altar del sacrificio donde jamas faltó fuego; y por el sancta sanctorum, a donde entraua el summo sacerdote a ofrecer incienso, por q̄ en ella estuuo el summo sacerdote Iesu Christo, y hizo oracion al padre, y ofrecio el incienso de infinito merecimiento: y fue figurada por el arca fæderis de dentro, y de fuera dorada: y por el vaso de Mana, que nunca recibio corrupcion; y por el propiciatorio donde todos alcançauan perdon; y por la flor de la harina, que el sacerdote ofrecia; y por la vadera del tribu de Iuda, que yua delante de todos los reales; y por la nube, y pauellon, que amparaua a los Hebreos de dia; y por la columna de fuego que los guiava de noche, y por el môte Sinay dōde Dios dio la ley; y por aquel grã templo, que edifico Salomon; y por aquella nuezita, q̄ dio esperança a Helias de la gran lluvia, que auia de venir, quando la vio subir hazia el cielo: y es la tierra bēdita, q̄ vio David llevar excellēte fructo; y fue figurada por la fuerte matrona, q̄ nos debuxo Salomō en los Prouerbios; y es la dama pintada en los cātares; y es la ciudad y el vergel, y el pozo; y es la fuerte, la puerta, y la torre; y es el muro y la barba caña, y es la esposa, y es la hermana; y es finalmēte quanto el amor mystico supo exprimir. Es hija del padre, y madre del hijo: y esposa del Spiritu sancto. Es la muger que S. Ioan vio en el cielo, q̄ tenia el Sol por mato, y la Luna por estrado, y la corona de estrellas sobre su cabeça. Que dire? Es esta purissima virgē redoma dōde estuuo encerrado el diuino balsamo: es escalera por dōde las oraciones de los necessitados suben a Dios; es dechado dōde se labro el labor de nuestra redēpcion; es anzuelo dōde Dios se prēdio, es gauias de dōde se descubrio el cielo; es jardin florido, dōde las diuinas personas y los choros angelicos se regozijã, litera, en q̄ Dios anduuo por este mundo; Mar profundo dōde los rios de las gracias se engolfaron; Nao caudalosa, a donde el rico mercader se embareo; sagrario donde se guardaron las reliquias soberanas; puerto donde los necessitados se acogen para descansar de sus trabajos; Rayz de donde salio la vara que rige, y gouierna el cielo, y la tierra; tapiz donde asento Dios sus pies; vellocino, q̄ todo el rocio de la virtud embeuio en si; flecha, q̄ traspasso el coraçon de Dios; joya en q̄ Dios engasto la perla de su verbo precioso; arco de donde salen las fuertes, faetas cōtra los Demonios, Aguila cau-

7. caudal que leuantada sobre las perfecciones de los sanctos cõ las garras de sus merecimientos asio de la diuinidad; aguja de marear, que guiã a puerto de saluacion los mareantes; banco donde se hizo el sacro cambio de la naturaleza diuina y humana. Pues aunque todo esto, y mucho mas se puede dezir desta singularissima, y celestial Reyna, absq; eo, quod intrinsecus later, con todo esto por no auer lègua de hombres, ni de angeles, que pueda explicar todo lo q̄ ay en ella lo cubrimos con el velo de silencio remitiendonos a los coraçones deuotos, que lo quierã cõtemplar, para que contèplándolo se enciendan mas en su deuocion, y en desseo de ser perfectos imitadores suyos. De dõde se infiere, que assi como son indezibles las gracias y excellencias desta purissima virgen, assi son indezibles los grados de gloria, con que oy fue glorificada en alma, y cuerpo en el cielo.

8. En el juego del axedrez quãdo vno ha perdido la dama por no perder el juego procura de hazer de vna pieça baxa, como es vn peõ otra dama, y para esto va lleuãdo aq̄lla pieça de casa en casa hasta ponerla en la vltima casa, y entonces dize, dama, porq̄ en llegãdo el peõ a aquella vltima casa queda hecho dama. Pero es de notar, que aquella dama no exercita su officio hasta q̄ muda lugar. Assi podemos en alguna manera dezir q̄ nũestro altissimo Dios comẽço a jugar en el axedrez deste mũdo con las pieças q̄ son las criaturas luego en su creacion. Y tenia Dios vna dama, q̄ era Eua mediãte la qual auia de ganar el juego en este sentido: Que si ella no peccara, tã poco peccara Adã, y assi ninguno se cõdenara. Pero el Demonio cõ sus astucias gano a Dios esta dama, y porq̄ el juego deste mũdo se restaurasse y no se perdiesse, procurò el clementissimo señor de hazer de vna pieça baxa, q̄ es dela baxeza dela naturaleza humana otra dama, y esta fue la sacratissima virgẽ Maria nũestra señora, y para hazer la dama, fue la subiẽdo de gracia en gracia y de perfectio en perfectio hasta poner en la vltima casa, q̄ es la vltima y la mas alta dignidad, q̄ a vna pura criatura se podia dar, q̄ es hazerla su madre. La qual es tã grã dignidad q̄ se espanta los Angeles, y se asombra a los Demonios de cõsiderar, q̄ vna muger pueda dezir cõ verdad, yo soy madre de Dios; y q̄ assi como el padre eterno dize a Christo Iesu verdadero Salvador del mũdo: filius meus est, ego hodie genuite. Assi esta purissima dõzella pueda dezir al mismo Redemptor y

Al Redemptor y  
Simile.

Al Redemptor y

ptor y

## 128 Mariæ sacratissimæ assumptio.

ptor y reparador de la vida. Tu eres mi hijo yo te engēdre yo te <sup>10</sup>  
 pari. Pero esta sacratissima Dama de Dios no aguardo a mudar  
 lugar para exercitar su officio, antes q̄ saliesse deste mundo está  
 do aun en el, mortal y passible lo exercito marauillofamēte. El  
 officio de la sanctissima madre de Dios es ser abogada de los pec-  
 cadores en el diuino acatamiento, y este officio exercito en este  
 mundo, pero mas continuamente y con mayor eficacia lo exer-  
 cita despues que mudo lugar, saliendo deste mundo por la muer-  
 te, y siendo colocada en cuerpo y en alma en la gloria: porque  
 es sentencia de los Theologos que los bienauenturados nos  
 aman con amor auentajado al deste mundo, porque de la vista  
 de Dios se cāusa mas perfecto amor, que de la fe. Por lo qual po-  
 demos dezir con S. Pablo. Nunc autē propior est nostra salus,  
 quam cū credidimus. Agora tenemos mas cercano el remedio <sup>11</sup>  
 porque tenemos la madre jūto al juez para lo aplacar y para lo  
 inclinar a que nos haga grandes mercedes.)

## MARIAE SACRA- TISSIMÆ INTERCESSIO.

Simile. :



Contece estar vn hombre con su espada arrancada  
 acuchillando, y hiriendo a sus enemigos a diestro,  
 y a siniestro, viene vna persona de autoridad, y a  
 quien aquel indignado y vengatiuo tiene amor, y  
 respecto y dize. Paz, paz, no aya mas: y luego se aplaca, y enuay-  
 na su espada en señal de paz. Estaua Dios con la espada desen-  
 uaynada haziendo grandes castigos en los hombres por sus cul-  
 pas. Al verbo diuino llamo la sanctissima virgen Maria braço  
 de eterno padre con el qual destruyo los soberuios diziendo.  
 Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cor-  
 dis sui. Pues así como el verbo diuino es braço así tamb̄ es  
 espada: y con esta espada heria Dios y castigaua los peccadores.  
 Pero vino la sanctissima virgen Maria madre de gracia, y madre  
 de misericordia, y estando Dios con esta espada desen-  
 uaynada haziendo castigo en los peccadores, puso se ella de por medio  
 diziendo. Paz paz: no aya mas: Ecce ancilla Domini fiat mihi  
 secundum verbum tuum. Y luego enuayno Dios su espada,  
 luego

## Mariæ sacratissimæ intercessio. 129

2 luego enuayno el verbo diuino en la vayna de nuestra humanidad por la marauillosa encarnacion. Quando pues imaginaremos que tenemos a Dios ayrado por nuestros peccados, a esta celestial Reyna hemos de acudir, a quiẽ Dios tiene tanto respeto, y tanto amor: para que ella lo aplaque, y no solo no nos castigue, mas nos perdone, y nos haga mercedes.

### Mariæ sacratissimæ intercessio.

**E**fficacissima, ac magni valoris est cælestis, & purissimæ virginis Mariæ ad miseros peccatores coram diuino conspectu intercessio. Hoc facile intelligetur per exemplum, quod nobis Romanorum historiæ administrant. Cû enim Romulus Romanæ ciuitatis fundator urbem illâ inclytam, & opulentissimam absq; societate mulierum edificare inciperet; decreuerunt 3 fundatores illi populis finitimis, videlicet Sabinis, conuiuium fraudulentum celebrando preparare. Cumq; in medio conuiuij essent omnes, ecce Romani per vim & violentiam virgines Sabinorum aggressi fuerunt & Romam introeuntes cum 4 ipsis matrimonium contraxere, atq; ex illis filios susceperunt. Sabini autem hac iniuria perculsi, & lacesiti post paucos dies manu armata aduersus Romanos deueniunt. Qui omnes inter se crudelissimum, & sanguinolentum prælium iniierunt. At cum mulieres Sabinæ ex muris ipsius urbis rem conspicerent, accipientes in vlnis paruulos suos ab ipsa ciuitate exierunt, & in medio vtriusque exercitus collocatæ facies ad Sabinos vertentes eis dicebant. O Sabini cesset, obsecro, prælium hoc cruentum; nam si Romanos interficitis, perfecto generos vestros, & viros filiarum vestrarum, & parentes nepotum vestrorum interficitis. Rursus ad Romanos orationem suam conuertentes ipsos in hunc modum alloquebantur. Extinguatur, obsecro, ò Romani incendium irę vestrę; si enim Sabinos interimitis, auos filiorum vestrorum, & patres vestrarum vxorum interficitis. Fuerunt hæ rationes tantę efficacię, vt proiectis armis ab vtraque parte se se ad inuicem amplexati fuerint in signum pacis, & amicitię: Hoc itaq; inuito foedere & pacto, ex populis Sabinorum, & Romanorum factus est vnus populus, hoc duntaxat discrimine intercedente, quod vterque eorum signa, & stemmata sua ob-

170 **Mariz sacratissimæ intercessio.**

seruare volebat. Stemmata Romanorum erant quædam aquilæ  
 in campo cæruleo: hoc est Las armas de los Romanos eran vnas  
 Aguilas en campo azul: stemmata vero Sabinorum erant quatuor  
 illæ literæ S. P. Q. R. Quidam autem ex Romanis perprudēs,  
 ac disertissimus vir de hac re in Senatu verba faciens dixit. Ne  
 propter hoc vlla habeatur dissensio, aut differentia: nam si Sabi  
 ni per illas quatuor literas rem vnã significare volunt, Roma  
 ni aliam per easdem quatuor literas longe diuersam significa  
 bant: Sabiniper illas quatuor literas stemma quoddã magnũ,  
 ac superbum significat: videlicet, Sabinis populis quis resistet  
 Romani vero per easdemmet literas respõdebunt: Senatus, po  
 pulusque Romanus. Hæc omnia diuino successui inter Deum,  
 & homines possumus applicare. Bella perpetua erant inter crea  
 torem, & creaturas: homines enim aduersus Deum suum vitijs,  
 ac sceleribus preliabantur; at Deus ipse de hominibus vindi  
 ctam sumebat, illos seuerè, ac maximo cum rigore puniens. Vi  
 dens autem hoc sacratissima virgo Maria sese inter patrẽ eter  
 num, & homines cũ puero Iesu in vlnis suis posuit dicens. Pla  
 cetur, obsecro, & mitigetur eterne Deus ira tua: nam si homines  
 interficis, parentes quidem meos, & temporales patres vnigeni  
 ti filij tui interficis. Et vos o peccatores ne vltra cum superbia,  
 vestra progrediamini, arma culparum vestrarũ proijcite, nec an  
 plius bellum Deo vestro, & sponso, ac Domino inferatis. Hæ  
 rationes huius cælestis Reginæ tã efficaces sunt, vt omnia pla  
 cent, & ad pacem atque concordiam redigant. Quod si Deus  
 per illas quatuor literas rem vnã vult significare, nos, per eas  
 dem, res alias significabimus. Si Deus per illas significare vult  
 Sanctus, potens, qui regnat: nos per easdem literas dicemus (si  
 quidem tu o Domine habes officium Saluatoris) Salua popu  
 lum: quem redemisti. Itaque id, quod Deus per illas literas signi  
 ficat, nos inuitat ad hoc, vt ipsum diligamus, & reuerentiali ti  
 more vereamur, atque ei maxima promptitudine obediamus:  
 Quod autem nos per illas significamus, Deum (si ita dici  
 potest) obligat, vt nobis remedium adhibeat, fauor  
 præstet, atque in omnibus ne  
 cessitatibus auxi  
 lietur.

**M. A.**

# M A R I A E S A C R A - T I S S I M A E V I R G I N I T A S .



**V**bi nos legimus apud Sanctum Isaiam; Ecce virgo Isai. 7.  
 concipiet; in Hebræo habetur; Alma: quam vocæ  
 septuaginta interpretes, virginem verterunt; om-  
 nes vero alij, adolescentulam transfulerunt. Sed  
 re vera, alma, non absolute adolescentulam signifi-  
 cat: immo cum epitali adolescentulam absconditã, que nõquam  
 patuit virorum aspectibus, sed magna parentũ diligentia cu-  
 stoditur. Dicitur enim, alma, ab abalam, quod est abscondere:  
 & in tota sacra scriptura, vt ait B. Hieronymus, nõ nisi de inte-  
 gra, & incorrupta dicitur. Discant ergo virgines abscondite esse,  
 & à virorũ cõspectu secluse: nã hæc sacratissima virgo abscondita  
 hominibus, & cognita Deo concepit, & peperit filiũ, & vocatũ  
 fuit nomẽ eius Emmanuel, quod interpretatur, nobiscũ Deus.  
 Venit Deus vt esset nobiscum, ergo sine illo eramus: modo au-  
 tẽcum Christus Dominus sit Emmanuel, & nobiscũ sit Deus,  
 quid timemus? Quid amplius cõcupiscimus? Cur mundi opes,  
 & voluptates querimus? At quamuis ipse venerit, & sit nobis-  
 cum, nos tamen sine eo esse volumus; ipse nos querit, & nos eũ  
 fugimus. Ideo enim dicitur, Nobiscum Deus, vt aduertamus  
 non dici: Vocabitur nomen eius, Nos cum eo: sed. Ipse nobis-  
 cum, vt intelligamus immensam Dei erga nos pietatem, & in-  
 credibilem nostram erga Deum ingratitude.

Hanc autem virginis puritatem, & integritatẽ sacer Euange Lucæ. 2.  
 lista Lucas ostendit, cum describens partum fœminę, que virũ  
 habebat, inquit. Peperit filium suũ. Otiosum verbum videtur,  
 quod filius dicatur natus illius, que ipsum peperit, seu sũq; des-  
 cribatur. Fidẽ faceret, si describens filij Natiuitatem à patre suo  
 generatum disceret historia diuina. Puta si describẽs Natiuitatẽ  
 Isaac filij Abrahã diceret. Et peperit Sara Abrahę filium Isaac:  
 in hoc verbo intelligeres Isaac generatum esse ab Abraham,  
 quod superfluũ esse videretur, & si describens eundẽ Isaac, &  
 illam, que ipsum concepit & peperit, diceret. Sara peperit fi-  
 lium suum Isaac, filium quippe alienum parere non poterat.

Bene potest femina nupta filium alieni viri parere, non tamen filium non suum. Quare ergo Sanctus Euangelista dicit: Peperit filium suum? Certe Sacratissima virgo domina nostra est, que inter omnes puerperas filium parturiuit, non filium Ioseph sponsi, sed suum, quem Spiritus sancto superueniente virgo concepit, & virgo peperit: suus igitur est, & non Ioseph: sicut ceteri filij sunt filij patrum suorum, & matrum.

## MARTYRIUM.

Iob: 26:



Vius adiutor es? Nunquid imbecillis? inquit Sanctus Iob. Dum Baldath multis verbis Dei potestatem, & terrorem commemorauit, videbatur sane Dei partes non veritate, & equitate commotus, sed potentia, & terrore eius compulsus suscepisse. Quod est assentatoris potius, quam veritatis, & virtutis amatoris: quare in hoc ridiculus erat, nec Deo gratus, vult enim ipse, vt eum pro virili parte nostra defendamus: quia veritas, & equitas eius ira postulat; non vt eius blandiamur potentie, ne nobis ipse contrarius sit, & formidines opponat. Quare Iob oratione eius merito irridet, sicut alio loco omnes amicos suos eadem de causa irriserat dicens. Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro eo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini, aut placebit ei, quem celare nihil potest, aut decipietur vt homo vestris fraudulentijs? Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Accipere faciem vel personam in iudicio Hebraismus est. Significat autem non ex veritate, & ex equitate ferre sententiam, sed ex qualitate persone, cum reuerentia erga potentem, vel ex misericordia erga pauperem commoti non equum iudicium reddimus. Ita & modo ait, Cuius adiutor es? Non enim veritatis defensorem sed potentioris adiutorem agere videris, cum tantum aduersarij, quem putas, mei potestatem amplificas. Quod si adiutorem agis, cuius adiutor es? Nunquid imbecillis, & sustentas brachium eius, qui non est fortis, vt sic hoc tuo auxilio non nihil ei commodi afferre videaris? Minime quidem. Deus enim cum potentissimus (vt tu predicas) sit, nullius eget

Iob: 13:

- 3 eget patrocinio. Quare frustra hanc tuam orationem habuisti. Ex qua doctrina colligitur cognitione dignissima, cur Deo gratissimi sint ij, qui in terris toto pectore Dei partes tuentur, acerrimeq; pro eo cum quibuscunq; hostibus pugnant? Quia hoc officio suo præferunt, ac profitentur veritatis, & æquitatis se esse amatores: non quod ipsi Deo vllis auxilijs opus sit, aut quod aliquam ei vtilitatem vlli adiutores afferre possint. Quocirca qui alia de causa hoc pro Deo certamen suscipiunt, velut fines propagent imperij sui, velut suam sententiam contumaciter defendant, atque adeo quod eis Deus propter suam infinitam potentiam terrori sit, nihil certe de Deo potentissimo merentur. Nō enim honesto, sed vtili potius ad agendum ducuntur. Metus autem potentix Dei, vt honestus sit, non debet ita totus in vtilitate versari, vt honestis causam quominus adiungi possit, prorsus impediatur, sicut Theologi docent.

## Martyrium.

- B**eatus Apostolus Paulus fideles ad martyrium incitans, & inducens in epistola quā ad Hebræos scribit inquit. Deponentes omne pondus, & circumstant nos peccatū per patientiā curramus ad propositum nobis certamē. Ad Hebr. 12  
 Primum quod nos admonet Sanctus Apostolus est, vt per virtutē poenitentix pondus peccatorū deponamus, omnesq; peccandi occasiones, quæ nos vndiq; circumstant, & expugnāt, diligentissime auferamus, atque hoc modo dispositi, & præuēti in fide, patientia, & bonis operibus perseverantes (hoc enim significat verbū illud, per patientiā,) animose curramus ad propositum nobis certamen, hoc est, ad martyriū, quod ex parte, persecutorū sanctę Ecclesię nobis imminet. Vel, secundum aliam translationem, per patientiā curramus propositum nobis certamen, absq; illa propositione, ad: ita vt faciat hunc sensum. Nos, purificati ab omni peccato, absque eo quod terga vertamus magnanimiter agonem martyrij aggrediamur, hoc est, sin vluer atras passemos corriendo el trago del martyrio, quod quidem vocatur certamen propter magnam resistantiam, quā sanctis martyribus & proprius appetitus sensitius morti cōtrarius, & maxima tyrannorū violentia efficit. Vt autem maiorem animum ad hoc aggrediendum habeamus, Sanctus Apostolus nobis proponit tormentum,

Ioan. i.

Mar. vii.

quod Christus Redemptor noster in sua sacratissima passione 6  
passus est, dum ait. Aspicientes in autorem fidei, & consummato-  
rem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confu-  
sione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Vocat hic  
Sanctus Apostolus Iesum Christum Salvatorem nostrum, au-  
torem & consummatorem fidei: quia ipse non solum est princi-  
pium, fundamentum, & causa nostre fidei, sed etiam est ille qui,  
postquam fides in nobis genita est, ei perfectum, & consumma-  
tum esse præbet. Ille enim primus fuit, qui fidem prædicavit, si-  
cut B. Ioannes docet inquitens, Deum nemo vidit unquam, un-  
genitus Dei filius, qui est in sinu patris ipse narrauit nobis, qua-  
si dicat. Nullus, dum hac mortali carne indutus est, Deum vi-  
dit, nec attributa eius, aut diuinas personas: sed unigenitus fi-  
lius Dei consubstantialis æterno patri, postquam humanam 7  
assumpsit carnem hæc tam alta & inaccessibilia mysteria nos  
docuit, & ea in cordibus hominum impressit. Hic autem voca-  
tur fidei consummator: quia non solum eam nobis prædicauit,  
verum etiam suis confirmauit miraculis, quæ etiam Sancti Apo-  
stoli per virtutem eius faciebant, & operabantur. Atque ita  
apud Diuum Marcum dicitur. Illi autem perfecti prædicau-  
runt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante se-  
quentibus signis. Possumus etiam dicere Christum Redemp-  
torem nostrum esse consummatorem, & perfectionatorem fidei:  
quoniam cum fides sit cognitio imperfecta, perficitur hæc ob-  
scura cognitio clara Dei visione, quæ quidem nobis per merita Ie-  
su Christi Redemptoris nostri communicanda est. Ait igitur  
Sanctus Apostolus. O vos, qui martyrium expectatis, ne ignaui 8  
& timidi efficiamini: quod si forsan timor mortis vobis terro-  
rem aliquem incusserit, oculos figite in fundatore, & confirma-  
tore religionis Christianæ, qui proposito sibi gaudio sustinuit  
crucem confusione contempta, hoc est, Qui recordans, & in-  
memoriam adducens fructum suæ sanctissimæ passionis, sum-  
mum opprobrium, quod in morte crucis patiebatur, pro nihilo  
habuit. Sic vobis animum præbere debet non solum vestricæ-  
lestis Ducis exemplum, verum etiam ipsius præmij magnitu-  
do, & quod ipse supernus Dominus Iesus Christus in dextera  
sedis Dei sedet. Quamuis Christus filius Dei ab instanti suæ  
sanctissimæ cõceptionis fuit in anima beatus (quæ beatitudo ei  
propter

9 propter unionem hypostaticam debebatur, propter quod esse  
 tialis gloria ipsi non data fuit virtute operum suorum) verum ta-  
 men quod accidentale est, videlicet glorificatio sui corporis, &  
 præ eminentia super omnes sanctos dum caput eorum est, &  
 dum potestatem habet iudicandi rationales creaturas in quantū  
 homo (quod significat verba illa sedet ad dexteram patris) hæc,  
 inquam, omnia, vt eleganter docet Diuus Thomas, meruit pro-  
 pter insignia, & heroica opera, quæ toto vitæ suæ tempore ope-  
 ratus est & propter ea quæ passus est. Vt autem hæc considera-  
 tio (qua oculis animæ Iesum Christum crucifixum contempla-  
 mur, & quomodo nunc sedet à dextris æterni patris vbi fide-  
 lissime pro nobis intercedit) maximam in mentibus nostris fa-  
 10 ciat operationem, non sufficit eam semel in die, sed continuo &  
 multoties habere: idcirco addit Sanctus Apostolus. Recogitate  
 eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum  
 contradictionem. Recogitate eum, id est, iterum atque iterum  
 & millies cogitate eum. Sic etiam D. Bernardus hortatur dicēs.  
 Nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat: hic tibi sit ci-  
 bus, & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum, & desiderium  
 tuum, lectio tua & meditatio, ac contemplatio tua, vita, mors,  
 & resurrectio tua. El mejor libro en que puedes leer, y despues  
 de leydo rumiar, es la imagen de Christo crucificado: vis discere  
 obedientiam? Hunc librum legito, & reperies quod obediens  
 fuit vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vis addiscere con-  
 12 te aptum honorum? Ecce filius Dei el mas abatido de los hom-  
 bres, qui de se ait. Opprobrium hominum & abiectio plebis  
 ego sum. Vis videre summam patientiam? vide nunc opera Dei, quæ  
 posuit prodigia super terram. Et quæ prodigia sunt hæc? Flagellis  
 cæsus, spinis coronatus, clavis cõfossus, patibulo affixus, oppro-  
 brijs saturatus, omniū suorum dolorum immemor ait. Ignosce il-  
 lis, quia nesciunt quid faciunt. O summum patientiæ exemplū  
 in iniurijs condonandis! O magnum charitatis erga proximos  
 exemplū! O inauditam clementiam erga inimicos. Reco-  
 gitate eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradi-  
 ctionem. Non solum autem labores mortis eius, verum etiam  
 labores vitæ suæ in memoriam reuocare debetis. Nam ibi-  
 dem ait Sanctus Doctor. Semper cogita illum, nunc positum  
 in præsepio, & pannis inuolutum; modo in templo à patribus

D. Tho. 3. p.  
 q. 34. art. vii.  
 & q. 58. pcc  
 totam.

B. Bern. de  
 forma hone-  
 stæ vitæ.

presentatum: nunc fugientem in Aegyptum, ibi diu in extre-  
 ma paupertate & indigentia commorantem: modo audientem  
 in templo Doctores, & interrogantem, qui docet hominem sciē-  
 tiam, & postea parentibus subditū, cui iure omnis creatura sub-  
 dicitur: deinde esurientē in deserto & sitientem, qui panis est vi-  
 te, & fons aque viue: modo fatigatum ex itinere sedētem sic su-  
 pra fontē, & cū muliercula sola solū loquentem, totius mundi  
 statum regentem: postea positum in agonia prolixius orantē,  
 & omnia omnibus sufficienter administrātem, ab angelo etiā  
 qui est dulcedo, & consolatio angelorum, & hominum consola-  
 tionem nihilominus recipientem: nunc ad columnam ligatū,  
 & flagellatum ipsum, qui totius orbis est sustentamentum,  
 nunc illum, qui angelorum splendor est sputis illitum, pal-  
 mis in facie percussum, spinea corona coronatum, opprobrijs  
 saturatum, & cum iniquis deputatum: & pro te in cruce pen-  
 dentem, & morientem, atque spiritum suum in manus patris  
 commendantem. O fratres mei vos obsecro, vt in medio vestro-  
 rum laborum oculos ponatis in eo, qui tot labores in omni  
 vita sua passus est, ac tam crudeles persecutiones suorum pertu-  
 lit inimicorum, vt non fatigemini, sed exemplo eius inflam-  
 mati ipsis temporalibus calamitatibus non succumbatis, nec  
 huius vitæ labores tantam in vobis faciant impressionem, vt  
 propter illos decidatis à proposito sacrosanctū recipiendi mar-  
 tyrium. Et hoc significat illud, vt nō fatigemini animis vestris  
 deficientes. Quasi dicat. Quamuis ex parte infidelium super-  
 vos labores ac persecutiones pluant, ne quæso intra corda ve-  
 stra animo cadatis: non enim hæcenus vsq; ad sanguinem restit-  
 istis, hoc est, tametsi pro defensione fidei tēporalia vestra bona  
 amisistis, non dum vita priuati estis nec sanguinem profudistis  
 aduersus peccatum repugnantes, & contra infidelitatem di-  
 micantes, sicut plurimi martyres fecerūt. Quasi dicat. Ante ocu-  
 los o fratres ponite illos, qui sanguinem suum pro fidei defen-  
 sione fuderunt, & aperte reperietis parum esse id, quod vos huc  
 vsq; passi estis, si cum illis cōferamini. Ex hoc Sancti Apostoli  
 consilio plurimi viri perfecti utilitatem, & cōmodū plerunq;  
 educunt ad sanctam humilitatem conseruandā, non enim recor-  
 dantur bonorum, quæ fecerunt, sed in memoriā adducunt id,  
 quod eis ad faciendū deest, & sic comparantes se cum perfectis

# Martyrium.

15 ribus parvi faciunt opera sua. E contra vero faciunt filij huius seculi, qui, ut scelera sua excusent se ipsos cum alijs longe maioribus peccatoribus conferunt. Exempli causa. Siquis eorum homicida est, vel adulter, aut Simoniacus, qui dignitates, & beneficia Ecclesiastica pretio emit, hæc scelera sua excusat dicens, Saltim non dicetur de me quod sum hæreticus, vel quod nefanda crimina commisi. Y desta maniera se lisonjean a si mismos sibi ipsis blandiuntur, & contenti vivunt putantes scelera sua, eo quod alia maiora in mundo sint, excusationem habere.

# Martyrium.

Matth. 10.

**C**Hristus Iesus verus Deus, & verus homo fideles suos ad martyrrium invitans inquit: Nolite timere eos, qui occi-  
16 dunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed dolendum est, quispiam dicet, quoniam corpus post mortem omnino corrumpitur, quanto magis ergo dolendum erit & timendum quod in morte crucietur? Intelligite fratres quando æs funditur vt inde statua conflatur nullam æris perditionem tunc esse dicimus, nec propter hoc contristamur, cum ad meliorem usum traducatur. Similiter de corpore quoque vestro iudicandum est. Nullis ergo lachrymis, & nullo marore, quoniam morituri estis vos lacerare debetis; sed tunc flendum esset, quando in huiusmodi conditione, & poena, perpetuo corpora vestra permanfura esse sciretis. Quousque igitur hæc facti da corpora diligetis? Quousque terræ affixam mentem habe-

simile.

17 bitis? Nolite ergo timere eos, qui occidunt corpus, quoniam tunc æs corporis funditur, vt inde statua pulcherrima conflatur, quale resurget corpus in nouissimo die.

# MAR

18

# MARTYRES DO- MINI.

Hier. 17



Loquens Propheta Hieremias de iusto inquit. Benedictus vir, qui confidit in Domino: erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas. Non vocat Sanctus Propheta iustum arborem plantatam, sed transplantatam: licet enim corpus in terra habeat, proculdubio animam in celo transpositam retinet, unde ei humor, ac virtus, qua sustentatur & conseruatur, dimanat. Bien pensauan aquellos alguaziles del Rey Saul, que prendian y echauan sus prisiones, y cadenas sobre el buen David, sed quando hæc cogitabant putantes illum esse in lecto non iniecerunt manus in eum, sed in statuam, quam ibi Michol vxor eius collocauerat, & in pelles, quibus statua ipsa induta erat, nam verus David iam transpositus erat. Assi pues has de entender que no es el justo el tocado, y afflicto de los malos, sino la estatua del justo, hoc est, exterior pars hominis iusti est illa, quæ patitur; spiritus enim, qui est homo interior, y que es el hombre mas de veras iam non est ibi, que ya se traspuso en Dios, dexando burlados a sus perseguidores. Quemadmodum passerulus, qui à laqueo venatoris sese eripuit, venatorem ipsum deceptum relinquit con sola ia pluma en el lazo, y el se queda gorgeando en lo alto del arbol. Assi el justo quando parece, que el lazo de la tribulacion cae sobre el y letiene mas preso no prende del sino de sola la pluma del cuerpo que el alma en seguro esta en su nido, que es Dios. Sic ipsi iusti fatentur dicentes. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Prestat, & plus est, patienter ferre propter Deum ictus, quam inimicos aggredi. Idcirco in turre Davidis, quæ Ecclesiam figurabat mille clypei pendebant, & non lanceæ: & hæc dicitur esse armatura fortium. Y assi qualquiera que entra en la Yglesia, por el mismo caso queda obligado a mudar la lança en escudo, y trocar los fueros de su mundana fortaleza en los de la paciencia Christiana: ideo de Beato Paulo dixit Dominus. Ego

osten-

1. Reg. 19

Simile.

Psalm. 123

Cant. 4

Act. 9.

4 ostendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

## Martyres Domini.

5 **V**Niuerſæ tribulationes omnium martyrum fraude, ac verſutia nequiſſimi Diaboli accendebantur ad deterrendum hominum genus debile à ſuſcipienda fide: idem tamen quotidi magis, ac magis confirmabatur & cæleſte incrementum aſſumebat: ſicut & vitis in ore gladij percuffa ampliori pulchritudine, & vberiori fructu decoratur, vt in Eſaia prædictum erat his verbis. Ecce ego creauī fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum ad diſpergendū. Nonne ſufflauit faber Diabolus in igne prunas in corde concilij Hieruſalem cum cędebant Apoſtolos, & in corde Herodis? Nonne ſub Nerone, cæteriſque tyrannis ſufflauit in igne prunas Satanas, vt proferret vas in opus ſuum ad diſpergendum Euangelium, & nomen Chriſti Ieſu? Sed quid dicit ſcriptura? Aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non cludentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur. Gentes enim & Regnum, quod non ſeruiert tibi, peribit. Aduerſus ergo fabrum creauit Deus interfectorem: ſed nec ipſa quæ fabricauit directæ fuerunt, imo perierunt, perſecutores enim Eccleſiæ omnes miſere perierunt, vt videre eſt in Chronicis Imperatorum, præclare quidem antiquus martyr, illuminatiſſimusque Philoſophus Iuſtinus cum Tryphone Iudæo decertans pro fide catholica de eius dignitate dixiſſe videtur: quod autē nos in Ieſum credentes nemo terrere aut dominari valeat, apparet quotidie, cum enim obruncemur, crucifigamur, obijciamur beſtijs, & alijs tormentis tradamur, tamen à confeſſione nõ diſcedimus, ſed quanto magis in nos ſænitur, tanto plures pietatem, fidemque per nomen Ieſu profitentur, hæud ſecus quam ſi quis vitem putatione prouocet ad vbertatem: nam vitis à Deo & Chriſto plantata, eſt eius populus.

## Martyres Domini.

6 **D**Eiuſto dicitur in ſacro eloquio quod permanet ſicut ſol. Nõnunquã in media regione aeris nubes obſcuriſſimas cõgregari videmus quę ſolis proſpectũ impedire vidẽtur, fulgura, tonitrua ſonare igne ac fulmina nõ ſine magno mortaliũ pauore

re descendere: tamē omnes hi terribiles sonitus, formidolosaq; fulmina in ipsa aeris regione dumtaxat contingunt, sol quippe ipse non has in se patitur perturbationes, sed in sua sphaera liber illuminat, consuetisque splendoribus micat, imo & suis ardentissimis radijs hæc omnia subuertit. Sic certe animus, corque iustorum se habet cum corpus affligitur dilaniatur, percutitur, esuritur, constringitur, membratimque dilaceratur, fluit cor, sonat vngula, emittunt comminuta ossa stridorem, commiserantium gemitus aerem quatiunt: animus tamen liber solitis virtutis splendoribus emicat, caro sola perturbatur, cor immune à pauore constans tot mala libentissime suffert, imo amoris igne ac virtutum viribus munitum hæc omnia subuertit, atque cum palma triumphans euadit.

B. Chrys. in quodam sermone.

B. Hieron. in vita. Sanctæ Paulæ.

B. Bern. in quodā sermone.

Beatus Chrysostomus ait. Habet paupertas martyrium suū, & egestas bene tolerata facit martyrium, sed egestas propter Christū non propter necessitatem. Et B. Hieronymus in vita Sanctæ Paulæ ait. Non solum effusio sanguinis in confessione martyrium reputatur, sed deuotæ quoque mentis seruitus quotidianum martyrium est. Et Beatus Bernardus in quodam sermone etiam inquit. Est martyrij genus, & fusio quædā sanguinis in quotidiana corporis afflictione, sic quippe infirmis, & pusillis corde necesse est, vt sanguinem quem semel ponere pro Christo non sufficiunt, saltem maiore quodam, sed diuturniori martyrio sanguinem fundant.

B. Bas. Ho. 40. militum marty.

Beatus Basilius in quadam homilia inquit. Martyres in medium procedentes sese Christianos esse confessi sunt. O beatas linguas, quæ sacram illam vocem emiserunt; quam aer quidem excipiens sacer est factus. Angeli audientes plauserunt, Diabolus vero cum Dæmonibus magnam accepit plagam, Dominus postremo in cælo descripsit. Beatus Theodoretus in sermone ait. Martyrum interfectores similes sunt his, qui flammam quidem volentes extinguere, oleum pro aqua instillantes, ardentiorē illam efficiunt, & sicut ignis rubum ardebat & non consumebat: quin potius sicut lignatoribus filuam cædentibus, multo plures pullulant propagines à radicibus quā sint rami, qui excidūtur: ita tunc quoq; pijs compluribus interfectis, multo plures quotidie ad doctrinam Euangelicam accedebant.

B. Theodo. sermone. 9. de Græcarū affectionum curatione. simile.

10

**I**N Exodo legitur Regem Pharaonē dixisse seruis suis. Veni- Exodi. 1. c.  
te sapienter opprimamus filios Israel, ne forte multiplicētur.  
Et paulo inferius dicitur. Quantoque opprimebantur tanto ma-  
gis multiplicabantur, & crescebant. Hoc idem in primitiua Ec-  
clesia contigit: nā cum impij tyranni conarentur euertere Chri-  
stianum populum existimantes ipsam sanctam Ecclesiam mar-  
tyrio fidelium ac credentium esse omnino perituram, per illud  
medium in dies magis fides credentium augebatur, vt videre est  
intempore Maximiani, & Diocletiani: quando cū duo fratres  
videlicet Primus, & Felicianus quod Christiani esse accusaren-  
tur, tandem iussi sunt leonibus ad dilacerandum obijci, ipsos  
autē crucis signū facientes non ausi sunt attingere ferocissimi  
II leones, quod videntes tyrāni eos capite puniri iusserunt. Cōspi-  
cientes vero, qui aderant tantum miraculum, & sanctorū iuue-  
nū constantiā se se quingenti ex eis ad fidem Iesu Christi Re-  
demptoris nostri conuerterunt. Si Deus pro nobis, quis contra  
nos? ait D. Paulus ad Romanos scribens. Et S. David, Dominus Ad Rom. 8.  
illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Dominus protector Psal. 26  
vitę meę: à quo trepidabo? Si cōsistāt aduersum me castra nō ti-  
mebit cor meū. Si exurgat aduersum me preliū, in hoc ego spera-  
bo. Nunquid Rex sancte in hostibus tuis spem tui remedij col-  
locas? Minime profecto, sed dicere volo quod si homines, ad-  
uersum me insurgant, Deus causam meam pro sua accipiet.

## Martyres.

12 **I**N libro Iudicum legitur, quod quando Gedeon, & milites Iudicum. 7.  
Ieius ad castra hydrias portarūt, postquā ipse fractę sunt, lux,  
quę intus erat apparuit, idest, Al quebrar de los cataros, se pare-  
cio la luz, que estaua dentro escōdida. Hoc B. Gregorius sanctis  
martyribus applicat, qui quāto magis afflicti, percussi, vexati, ac  
dilacerati fuerunt, tanto magis lucem, & gratiam ostendebant,  
quam in animis suis habebant. Contemplamini lucem, quā B.  
Stephanus ex se emisit, quando illum lapidibus obruebant ini-  
mici, idest, quando le quebran, y hazē pedaços a pedradas. Ait  
enim sacer textus. Positis autem genibus clamauit voce magna  
dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. O admirabilem Act. 7.  
lucem, O patientiam maximam. O inauditum erga inimi-

cos amore. Pro se stans orat, pro suis autē persecutoribus genibus flexis deprecatur. En quanto el cantaro estaua entero, no se parecia a si la luz, no se echava tanto de ver el valor, que dentro estaua. Toco se el cantaro, dieron golpes en el, y mostro se aquella gran luz. Quis vnquā diceret, quando hic sanctus vir dicebat; Dura cervice & incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos: Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nūc proditores, & homicidæ fuistis? Quis, inquā, non diceret B. Stephanum esse virū asperum, & durum? Pero quebrado el cantaro desfebrío aquella singularissima mansedumbre, y paciencia. Si el Demonio quebrara el cantaro al Sancto Iob, no nos fuera <sup>14</sup> manifesta su paciencia, & sic de alijs. Idcirco quando te aliquis tangit, & impatientiam ostendis, signum est manifestum, in te non esse lucem, sed tenebras & miseriam. Dicite, quæso, mihi quare fides Sanctorum martyrum de tormentis, de igne, de aqua, de leonibus, & alijs feris triumphans, nunquam de gladio triumphauit ipsum vincens? O rem admirabilem Tyranni sacros martyres in fornaces igne incensas includebant, & ipsi ab igne nō cōburebantur: eos in profundissima flumina coniciebant, sed tamen ab aquis non suffocabantur: eos leonibus ac feris obijciebant, quæ tamen velut agni mansueti reddebantur, & ad pedes sanctorum martyrum se proijciebant, cum autem gladijs, aut ense hi sancti feriebantur, statim eos tyranni vita priuabant. Quare hoc? Quia diuina prouidentia ita ordinauit ad <sup>15</sup> manifestandam malitiam hominis, quæ omnē furiam creaturarum corporaliū excellit, & superat. At quoniam in gladio duntaxat est hominum industria, qua illud instrumentum efficitur, voluit Deus, vt, quando hoc ferreum instrumentum industria humana factum accederet, tunc interficeret eum, quem nec ignis, nec aqua, nec feræ ipsæ interfecerunt.

## Martyres sunt coadiutores Domini

nostri Iesu Christi.

Ad Hebr. 10.

**L**oquens D. Paulus de Iesu Christo Reparatore nostro, ac de sacratissima eius morte, & passione ad Hebræos scribens inquit,

16 quit. Vna enim oblatione cōsummauit in eternū sanctificatos.

Quæro cum verū sit, quod offerentē se semel diuino reparato-  
re in cruce omnes fideles remanūmus redēpti, quare idem San-  
ctus Apostolus loquēs de suis laboribus in epistola ad Colof-  
senses inquit: Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adim-  
pleo ea, quæ desunt passionū Christi in carne mea, pro corpore  
eius, quod est Ecclesia? Vbi videtur S. Apostolus significare,  
passiones Iesu Christi filij Dei nō fuisse sufficiētes ad redimēdū  
sacro sanctam Ecclesiam, nisi eis martyrum passiones succede-  
rēt. Pro huius difficultatis explicatione supponendū est, quod  
per passiones, & persecutiones Iesu Christi summi boni nō so-  
lū intelligimus eas, quæ ipse in suo corpore passus est, sed eas,  
quas eius fideles pro nomine eius passi sunt, & patiuntur, iuxta

Ad Col. 1. c.

17 id, quod idem Dominus Diuo Paulo dixit in Apostolorū aeti-  
bus. Saule, Saule cur me persequeris? Sibi reputabat caelestis  
Dominus persecutionem illā illatam esse, quæ Ecclesiae suæ fie-  
bat. Et apud Diuū Matthæum inquit, Quidquid vni ex mini-  
mis istis fecistis, mihi fecistis tam de bono, quam de malo. Hoc  
etiam nos docet communis loquendi modus, & naturalis  
ratio: nam persecutiones, & opprobria, quæ famulis fiunt, vt  
iniuria Dominis irrogetur, solent ipsi Domini ea pro se sentire,  
sibi que facta esse reputant, y dicē, Fulano me ha affrontado: no  
auiendo tocado en ellos, sino en sus criados. In hūc modū sacra  
scriptura persecutiones sanctis factas in odium Iesu Christi  
Saluatoris nostri, eas vocat persecutiones eiusdē Domini. Secū-  
do supponendū est passiones martyrum diuerso modo, quā pas-  
siones Iesu Christi sacrosanctæ Ecclesiae profuisse. Etenim per-  
secutiones huius sanctissimi Redemptoris fuerunt satisfacto-  
riæ pro alienis peccatis, & fuerunt meritoria gratiæ, & gloriæ  
ad prædestinatos: quoniam ipsi data fuit gratia capitis, san-  
ctis vero gratia personalis: & idcirco nō nisi sibi ipsis mereri po-  
tuerunt. Vnde B. Paulus inquit, Nunquid Paulus pro vobis

Actuum. 9.

Matth. 23:

18 crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Passiones ve-  
ro sanctorū, vltra passiones Iesu Christi Redemptoris nostri, ad fi-  
dei euangelicæ confirmationē profuerunt: morientes enim pro  
defensione eius alios nō solū ad credendū in Dñm Iesum Chri-  
stū, sed etiā ad mortē pro ipso subeundam prouocabant, vt ex  
Ecclesiasticis historijs constat, vbi sepius refertur quod patiente

1. Ad Col. 1:

aliquo martyre plurimi infideles constantiam eius, ac fortitudinem aspicientes ad fidem Domini nostri Iesu Christi conuertebantur. Atque ita ea parte, qua tyranni sanctam Ecclesiam euertere putabant, videlicet Sanctos martyres laboribus opprimendo, & crudeli martyrio necando, per eam in dies magis ipsa Ecclesia augebatur. Aliud discrimen est inter passiones, quas Dominus Iesus Christus in suo corpore passus est, & inter eas, quæ in suis membris videlicet in sanctis patitur: nam illæ morte eius finitæ fuerunt, hæ vero non, vsque ad finem sæculi, finiuntur, semper enim infideles, & hæretici erunt, quibus sacrosanctum Iesu Christi nomen erit infestissimum, & propter illam Ecclesiam eius persequentur. Ac de his persecutionibus, quæ inter sanctos partitæ, & diuisæ sunt, loquitur hic Sanctus Apostolus cum ait. Ea, quæ de sunt passionum Christi. Ex quibus omnibus verus horum verborum sensus colligitur: qui talis est. Loquitur Sanctus Apostolus de laboribus, quos ipse propter sancti Euangelij prædicationem patiebatur, & inquit. Gaudeo in passionibus meis pro vobis hoc est, propter conseruationem, & augmentum fidei vestræ & adimpleo ea, quæ de sunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quasi dicat. Scitote fratres mei passiones Iesu Christi Redemptoris nostri, non eas, quas in suo corpore suscepit, sed illas quas propter illum, & propter amorum eius sancti patiuntur nondum finitas esse, nec vsque ad finem sæculi, terminum esse habituras: porro se van repartiendo per todos los martyres, y los otros creyentes. Ex quibus B. Stephanus lapidatus fuit, alij crucifixi, alij combusti, alij alia tormentorum genera passi. Y la parte que del repartimiento de estas passiones a mi me cabe, yo la padefco en mi persona. Fructus vero harum passionum non est redemptio humani generis (hæc enim Iesu Christo vero Saluatori mundi solummodo tribuitur) sed est confirmatio sacrosancti euangelij: & ob hanc causam ait S. Apostolus, Gaudeo in passionibus meis, id est, per esta causa recibo gozo de padecer lo que padefco. Quare sic ordinanda est litera, Adimpleo in carne mea, hoc est, voy padefciendo poco a poco, y cūpliendo en mi carne, ea quæ de sunt passionum Christi, lo que falta para el cūplimiento de las persecuciones, y passiones, que cada dia recibe Iesu Christo non in suo corpore, por que estas con su muerte se acabarõ, sino las que el recibe en sus amigos: quarum fructus est pro corpore eius quod

- 22 quod est ecclesia, id est, non ad redemptionem, & satisfactionem prædestinatorum, sed ad confirmationem sacrosancti euāgelij, & ad fidei sanctissimæ augmētum. Vel breuius sic. De las persecuciones, que Iesu Christo padece no en su cuerpo, sino en sus escogidos, que son sus miembros, muchas faltan por cumplir, y las que a mi me caben yo las voy cumpliendo y padeciendo en mi persona con mucho contento : fructus autem earum est ad confirmationem fidei, & Sanctæ Ecclesiæ augmētum. Ex quo colligitur, hæc duo loca, Diui Pauli non esse sibi contraria: infertur etiam, omnes, qui pro augmēto sacrosanctæ fidei patiuntur, & præcipue sacros martyres esse coadiutores cęlestis Reparatoris nostri Iesu Christi. Quo circa fratres mei maxime gloriificare debemus diuinam maiestatem, & magnum ac spirituale
- 23 gaudium accipere, quando nos cōspexerimus multis tribulationibus, & calamitatibus pro sanctissimo eius nomine vexatos.

## Martyres domini.

**O**lim sanctorum mors celebrabatur lachrymis: sic Ioseph mortem Iacob patris sui lachrymis celebravit; Iudæi Moyse obitum, Hebræi etiam Samuelis exitum celebrarunt: modo autem in gaudio, & lætia aguntur exitus ab hac misera vita sanctorum: non enim nunc est tempus flendi, neque tristani in talibus festis: sed vt incredibili quodam gaudio, atque lætitia à nobis celebrentur, maxime cum ipsi non ponerent oculos suos in tormentis, sed in paratas sibi coronas eos omnino defigerent.

Simul atque tuba tyranni insonuit (vt inquit beatus Basilius,) sanctus martyr ad prælium, agonemque se quam ocysimè præparauit, & animā, & corpus obiecit sine mora, ac dilatione, tormentis. Tyrannus rapuit quidem veluti facilem prædam, postea vero insuperabilem militem sensit. Prius illius verba subsannabat ridēs, sed modo iam tremit auditis eius sententijs: torpebāt iam flagellando lictores, martyr vero robustior inueniebatur: iā sanè cuncta eius membra laxata ac fere contrita manebant, & è toto corpore sanguis exhibat adeò, vt exanguis existeret: verum animus firmus, stabilis, & omnino robustus, ac integer perseuerabat inuictus. Verbera quidem illi amœnissime rosæ erāt, tormenta coronæ, iterata tormenta etiam noui, recentisque flores sibi esse videbantur carnificum manus molliores, quam cera lique-

Gene. 30.  
1. Reg. 18.

B. Bas. in tra.  
de Baylaam  
martyre.

scens inueniebantur; carcer obscurus, atque teterrimus illi erat  
 amarus, floribus pulcherrimis, atque ridentibus plenus: ager: ignis etiam, qui durissimos quosq; lapides mollefacit, & mira qua-  
 dam facilitate comminuit, hunc sanctum beatissimū nunquam  
 vel momento potuit superare. Quo te nomine miles illustris ap-  
 pellem? Appellabo te, ferrum, calybem, æs, atque metallum  
 aliud durius? Hæc omnia igne liquefcunt, sed animus tuus non  
 potuit per ignem vlla ratione liquefcere siue deuinci. Quid de  
 huiusmodi sancto dicemus? Sonantiores doctorum tubas ad il-  
 lius præconia aduocemus. Exurgite nunc ò præclari athleticoꝝ  
 pictores gestorum, & obscuris à me pictum, coronatum athle-  
 tam vestræ industriæ coloribus conspicuum reddite. Hæc Bea-  
 tus Basilius, quæ facile poterunt accommodari Beato Vincen-  
 tio, vel alij martyri.

## Martyres Domini.

Ioan. 13.

**N**isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ip-  
 sum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fru-  
 ctum affert, inquit summa veritas. Sicut enim frumenti grana in  
 terram iacta, si integra mancant, nullum adferunt fructum: ita  
 si vix in torculari integræ, & intactæ fuerint, vinum ex se præ-  
 bere nequaquam poterunt. Terendæ ergo, & proculcandæ  
 sunt, vt ex eis vinum effluat. Quomodo ergo terendæ, atque  
 proculcandæ? Interroga beatos martyres, ipsi te exemplo suo  
 docebunt: quoniam modo vix in torculari, & frumentum sub  
 molarilapide teratur. Interroga beatum martyrem Ignatium,  
 qui cum bestiarum dentibus comminueretur, ardore martyrij  
 moriens ait. Frumentum Christi sum: bestiarum dentibus mo-  
 lar, vt panis mundus efficiar. Et quid, quæso, patientia nisi men-  
 tis martyrium est? Sic enim Beatus Gregorius ait: sine ferro, &  
 flammis, martyres esse possumus, si patientiam in animo ve-  
 raciter conseruamus. Idemque rursus veram poenitentiam ge-  
 nus quoddam martyrij esse docet his verbis. Quamuis occasio  
 persecutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum,  
 quia & si carnis nostræ colla martyrio non subijcimus, spiri-  
 tuali tamen gladio carnalia desideria trucidamus. Itaque fra-  
 tres si frumentum electum, si preciosum vinum esse concupis-  
 citis, quod in caelesti cellario condatur, vt frumentum terendi,

B. Gregor. in  
Dialogo.

# Martyres Domini.

28 vt vix calcandi estis, hoc est, caro cum vitijs, & concupiscentijs subigenda, & comprimenda est.

# Martyres Domini.

SI scitemus, quanta sit excellentia patientia, & quomodo cum laboribus exercetur (sicut Diuus Paulus testatur dicens: Tribulatio patientiam operatur) eos maxima affectione, & amore amplecteremur. Hoc recte sanctus Dauid intelligebat cum dicebat: Tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocabo. Obseruate, obsecro, rigorem horum verborum. Quis ignorat differentiam, quae versatur inter haec duo, videlicet, offendere aliquam rem, & inuenire aliquam rem, hoc est, encon-  
 29 trar o ballar alguna cosa. Inuenitur id, quod cura, & diligentia quaeritur, offenditur autem quod casu, & forte fortuna nobis offertur. Ego (inquit Dauid) inueni, quod magna affectione, & desiderio quarebam, videlicet tribulationem & dolorem: ingentes gratias Deo ago quoniam illud inueni. Alij diuitias magna cura, & diligentia honoresque ac voluptates quaerant, ego enim non nisi labores quaerere volo: quod si illos inuenio, statim Deo sacrificium laudum pro tanto beneficio offero: nam cum illis in virtute patientia me exercebo. In alio vero Psalmo inquit: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, vbi ex Hebraeo potest etiam verti. Mihi autem valde preciose sunt afflictiones tuae Deus. Haec namque efficiunt vt ego fragilitatem meam cognoscam, & me suscitant, vt etiam potestatem tuam cog-  
 30 noscam: ipsae denique me a rebus mundi separare faciunt, & tibi per amorem arden-  
 ter inhaerere.

Psal. 114.

Psalms 38.

(2.)

MAT

# MATTHAEI LAVDES.



V M transiret Iesus, vidit hominem sedentem  
 in teloneo Matthæum nomine. Hunc peccatorem  
 supernus Saluator dignatus est intueri, quia hæc  
 functio eius erat, hoc peculiare munus sibi as-  
 sumpserat, peccatores ad se trahere, ac vocare.  
 Non venit filius Dei in mundum, vt iudicet mūdum, sed vt sal-  
 uetur mundus per ipsum. Etenim suo pijssimo aduentu opus  
 nō habebamus, ad piacula nostra plectenda, sed vt ea deleret sa-  
 cro sanguine suo. Ecce Ioseph cælestis, quem pater misit inuise-  
 re fratres suos, cuius vox ea est. Fratres meos quæro; quos sane  
 sic diligo spontaneè, vt quærere non desinam, inter vincula, fla-  
 gella, inter ferreos clauos, quibus confixus in cruce pendens mo-  
 riar. Nec non post atrocē mortem tertia die resurgens illos quæ-  
 ram apparens eis læpe numero, quo me suscitatum, & gloriose  
 triumphantem, de eo, qui mortis habebat imperiū incunctan-  
 ter credant. Cæteri euangelistæ ( vt notat beatus Hieronymus )  
 ob verecundiam Matthæi noluerunt eū nomine appellare vul-  
 gario quia sedebat in teloneo, sed dixerunt Leui, fuit enim bino-  
 mius. Itaque Marcus & Lucas nomen minus notum subscripse-  
 runt. At contra Matthæus se se publicanū vocauit, iuxta illud :  
 iustus in principio sermonis accusator est sui. Non quod ex illis  
 sit, qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessi-  
 mis. Sed vt insignem Saluatoris erga se manifestaret clemen-  
 tiam. Nam cum sapientis medici artem, & industriam, vehemen-  
 ter commendare alijs volumus, morbi nostri acerbiter, at-  
 que fæditatem enarramus. Quanto enim morbus maior, at-  
 que desperatior, tanto excellentior laus, & gloria accedit medi-  
 co : sic Matthæus Christi Iesu bonitatem, & pietatem magno-  
 pere nobis commendare cupiens, suum morbum lethalem na-  
 tuius coloribus depinxit, ac si sapienter dicat. Publicanus eram,  
 & in scelere meo permansissem, nisi gratia saluatoris me ab ore  
 leonis eriperet. Quibus verbis spem nobis affert magnam,  
 ac peccatis omnimodis oppressi despondeamus animum.

Etenim

Ioan. 3.

Gen. 37.

Matth. 23.  
Luc. 5.  
Prover. 118.

simile.

4 Etenim Saluator peccatores amat, vocat, & allicit, quamlibet facinorosos. Tantum abest, vt nos etiam delictis oppletos horreat. Verè gloriam Deo tribuimus cum tatum peccata nobis ipsis damus. Dicamus ergo charissimi, & toto pectore cum **Daniele** semper clamemus. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ. Huc pertinet quicquid Apostolus in suis epistolis scribit probans, nos omnes in Adam peccasse, & iræ filios nostræ nature fuisse. En ob gloriam Dei palam sancti flagitia sua depromunt, Esaiæ dogma sectantes, narra siquid habes vt iustificeris. Orthodoxi autem quidam præpostere se habentes, nec clam sacerdoti patefacere volunt peccata sua, rubore iniquo perfusi. Quid quod Beatus Augustinus, vt Deo optimo **B. Augustinus** gratias ageret, nobisque humilitatis exemplum impenderet, **lib. confes.**

5 quindecim libros edidit peccata sua in eis affatim narrans etiam minima. Quos quidem omnes quotquot voluerint, ea legere possunt. O magna & vehementer laudanda humilitas, & à nobis per omnia imitanda! quandoquidem, dum nos ipsos accusamus mirum in modum Dei nostri munificentiam, & clemētiam exaltamus, maioraque charismatum dona tunc promeremur. Dicente Beato Iacobo, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ecce vnde hæreticorum incommoda orta sunt, nempe superbia eorum decepit illos, ne suorum peccatorum ex omolegesim faciant. Christus Iesus lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illos illuminare dignetur, ne pereant.

6 Obseruatione dignum est, euangelistam non dixisse, vidit Iesus publicanum, aut peccatorem, sed vidit hominem: naturam quam ille creauit inspexit, & si delictis varijs foedatam non autem opera, quæ homo ille temere patrauit, vidit, alioquin eum puniret, vt ius erat. Orandum ergo nobis est fratres charissimi & obnixè cum propheta precandum. Respice in me & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. In me respice Domine, quæ manus tuæ fecerunt, & plasmauerunt: opus tuum obsecro, ne despicias, quod si libenter respexeris, misericordia motus gratiam tuam imperties. Veruntamen auerte faciem tuam à peccatis meis, quæ profecto magna atq; innumera sunt, sic Dñs respexit Petrum, & respiciendo ad lachrymas, & veram pœnitentiam illum traxit. Sic Paulum minarum spirantem intuitus est Dominus, & eius mi-

fertus de labyrintho peccatorum illis magnifice liberavit, Mira  
 res, in telonio sedebat. O infelicem hominem, qui in peccatis pa-  
 tradis sedem suam collocat. Sed quid magister optimus, ubi vi-  
 dit Matthæum tot flagitijs plenū, dixerit, auscultemus oportet.  
 Sequere me, inquit: & surgens secutus est eum. O magnū & stu-  
 pēdum Saluatoris verbū, quod tam est efficax, & virtute plenū.  
 Enimvero si in ore sanctorum sermo Dei viuus est, & efficax, &  
 penetrabilior omni gladio ancipiti, vt Beatus Paulus docet, quā-  
 to magis in lingua saluatoris internam virtutem haberet? Equi-  
 dem de Helia legimus, quod verba eius sicut facula ardebant. Ille  
 typum habebat Christi Iesu, qui cum esset Deus, & ignis consu-  
 mens peccatorum nostrorum rubiginem, flammantia verba de-  
 promebat, audientium corda qualibet gelida, & faxea in sui amo-  
 ris calorem excitabat, & incendebat. Argumento rei huius nobis  
 sit, quod milites volentes eum tenere, cum audirent dulcissima  
 eius eloquia, stupore magno tacti, reuersi sunt dicētes. Nunquā  
 sic locutus est homo. Mira res, volentes eum apprehendere mira-  
 bili dulcedine verbi sui ipse eos comprehendit & concionatores  
 suos effecit. Vocauit igitur eum, vt sequeretur se, nam, vt Bea-  
 tus Paulus ait, quos præsciuit, hos & prædestinauit, quos præ-  
 destinauit, hos & vocauit. En effectus prædestinationis est ip-  
 sa vocatio, postquam sequitur iustificatio. O nos beatos fratres  
 si bonis operibus, vt optime admonet Diuus Petrus, certam fa-  
 ciamus nostram vocationem. Vocati sumus, & iustificati in sa-  
 cro baptismo, imo ibi Christum induimus, teste Paulo, dupli-  
 cem prædestinationis effectum iam accepimus, desperationi ne-  
 mo det operam, quoniam qui vocauit nos Christus Iesus, & san-  
 ctificauit, ille sua gratuita dignatione magnificabit nos in cælo,  
 vt ipse pollicitus est. Quis non admiraretur audiens eum, qui ure-  
 titus erat tot laqueis auaritię, qui nihil excogitabat, nisi iniquum  
 quæstum, subito telonium relinquere, & saluatorem sequutum  
 esse? sane inuenta vna preciosa margarita vendidit omnia quę  
 habebat, & eam emit: nec non inuento thesauro abscondito in  
 agro, id est, Deum omnipotentem sub velamine carnis, gau-  
 dens omnia posthabuit emēs agrum frugiferum eum quo simul  
 thesaurum angelorum possidere valeat: iamq; cum apostolo di-  
 cens, Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam.  
 Vos ergo charissimi huius peccatoris exemplum sectamini, &  
 hodie

10 hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: statim surgite, & ducti, ac principem vestrum sequimini. O foelix, qui cum Davide ait: Exurrexi, & Dominus suscepit me. Mirabile dictu, impius homo dormit, & si tactus divina inspiratione exurrexerit faciens quod in se est, Dominus suscipiet eum, iustificans illius animam.

Psal. 94.

Psal. 3

Nec silentio præterire oportet, quod Matthæus inter miracula à Christo Iesu facta conversionem suam enumerat. Enimvero statim ut de sanitate paralitici historiam scripsit, de vocatione sua fusius loqui cœpit. Ratio quia maximū opus Dei iustificatio impij est. Quod agnoscens regalis propheta dixit. Miserationes eius super omnia opera eius. Equidem nisi hoc opus præcellētius esset alijs, vates sacerrimus non hanc sententiam protulisset. Huic sen-

11 tentiæ ad stipulatur B. Augustinus in Ioannem explicans illud.

B, August. in

Ioan. c. 14.

B: Thom. 1.

2. q. 113. art. 9

Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Beatus vero Thomas probat maius opus hoc esse, quam creationem mundi hac ratione. Nam ut Deus optimus mundum crearet nihil obfistebat. At ne ipse largiatur suam gratiam impio, reluctatur peccatum, & impietas peccatoris. Vnde liquet maximū opus Dei hoc esse. O mutatio dextere excelsi, ex superbo Saulo, facere humilem Paulum, & Matthæum lueris inhiantem verbo vno, in diuersum mutari. Imo plura miracula in conversione Matthæi contigerunt, quam in sanitate quam clementissimus Iesus contulit paralitico in lecto iacenti. Nonne ex auaro factus est pauper spiritu, postquam securus est saluatorem? Profecto ex superbo humilis, & ex-

12 crudeli pius gratia Domini aduentante Matthæus efficitur.

Nonne benemerito hæc omnia miracula appellantur? Audite quam sit maximum miraculum peccatoris conversio, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Verum nisi Deus cor mundum creet, & spiritum sanctum infundat peccatori hominis scelerati, à peccato surgere nequit. Sed iam textum euangelij sequamur, & pietatem Matthæi attentius auscultemus. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Mirabile dictu, non tinnit Matthæus et si publicanus conuiuium parare Domino, & qui angelos in celo visione suæ gloria fatiat, & homines, & omnia aperiente

Psal. 50.

Psalms. 144.

Ezech. 18.

Apo. 3.

Psalms. 50.

Psalms. 69.

eo manum suam benedictione sua implet, vt Psalmographus inquit. Equidem non temeritatis arguendus est Matthæus parans magnum conuiuium in domo sua Christo Iesu, nam eo inspirante id fecit. Plane quod voce sonora Zachæo publicano clementissimus saluator dixit: Vade: quia hodiè in domo tua oportet me manere: hoc proculdubio internè loquutus est etiã Matthæo. Volebat Dominus indicare, quam sit verum quod Ezechiel scripserat. Si impius auerterit se ab iniquitate sua, & pœnitentiam egerit, omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor amplius. O verba aurea aureis literis scribenda, in cordibusque nostris diu noctuque versanda. Non ita homines fragiles inimicis suis parcere consueuerunt, quoniam infirmi sunt, ideò si infestatoribus parcant, saltim iniuriæ memores nec eos videre volunt. At pater beneficentissimus 13  
Christus Iesus sic radicitus cuncta delicta vere pœnitentis delet, vt nec memor sit iniquitatum pristinarum. Ad hæc confundere voluit Dominus in hoc conuiuio publicanorum petulantiam Pharisæorum, & scribarum, qui à peccatis suis resipiscere volebant: imo sanctimoniam inigne præferentes, nihil minus, quam virtuti, & sanctitati operam dabant. O clementiam summi numinis! ò inauditam munificentiam saluatoris, non dedignatur peccatorum mensuræ adesse, qui sedet super Cherubim. Quin & quotidie ad nos peccatores clamat. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad eum, cænabo cum illo, & ipse mecum. Quod proculdubio in domo Matthæi impletum legimus. Cæterum, videre est, quanta solitudine, & cura 14  
solerti Matthæus lucrari animas Christo domino nitebatur. Non enim solus in conuiuio fuit, sed multi publicani, & peccatores per ipsum conuersi conuiuio aderant, iuxta illud Dauidicum: si peperceris mihi Domine docebo iniquos vias tuas, id est, misericordiæ tuæ, & clementiæ itinera, & impij ad te conuertentur. O zelum mirabilem, quo sancti exardescunt, dum animas peccati repletas cernunt, ita vt cum Dauid Dicant: zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Perpendite, obsecro, qualiter iustus offensiones Dei super se cadere dicat. Heu quam longe sumus ab hac perfectione, quam nihil dolemus super tot delicta, hæreses, & mala, quæ quotidie nostris oculis conspiciamus. Equidem ratio est, & potissi-

16 & potissima causa, quia parū numen diuinū, & gloriam eius diligimus. Nonne si fama nostra vel leui iactura fuerit læsa, ingemiscimus, tristamur valde, & lachrymis habenas dantes fufius deflemus? Cur ita plane, quia maxime omnium honorē peculiare amamus. Vocauit Leui alios peccatores, & adduxit eos ad Iesum, eo quod amore Dei accensus zelo magno zelatus est pro gloria eius. Agite fratres attendite, quia unicuique mandauit Deus de proximo suo. Date omnibus salutaria monita, ut ad Christū Iesum veniant, eū toto corde diligant, mundo & carni, nec non diabolo penitus renuncient. Qui nō colligit mecum dispergit, ait Dñs apud Lucā. Luc. 11. Habet Satanas complices, qui clamēt, & dicāt. Venite coronemus nos rosis, antequam marcescant. Nō sit prætū, quod non pertrāseat luxuria nostra. Ergo iure optimo Rex Sapient. 2. noster Christus Iesus habere debet operarios, qui cū Dauide clament. Psal. 65. Venite, & narrabo vobis quāta fecit Dñs animæ meæ. Et rursus. Venite exultemus Dño, iubilemus Deo salutari nostro. Venite adoremus, & procidamus ante Deū. Ploremus coram Dño, qui fecit nos, quia ipse est Dñs Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Sed quia voces nostræ parum efficaces sunt, quibus corda peccatorum moueantur humiliter ipsum Dñm deprecemur, ut sua potentissima voce eos alliciat. Psal. 76. Vox enim eius nō tonās, sed penetrās, nō auribus obstrepēs, sed affectibus blādiēs in cordibus operatur. Nōne, ut inquit Dauid, vox tonitruui tui Dñe in rota? Hoc est, in peccatore, qui ut rota voluitur, de peccato in peccatū gradiens. Sic Dauid cecidit ex adulterio in homicidiū. Ne ergo amplius peccator rotari velit Matt. 3. in peccatis tonitruum intus insonat, & vox tonat: nisi pænitentia egeritis omnes simul peribitis. Et iterū. Horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Hæc vox potissime conuertit Paulū, Magdalenam, & Matthæum. Nam externa vox parui refert nisi interna insonuerit. Præterea altius expendite mecum fratres, quomodo gratia Dei mutauit Matthæum in virum alterum. Qui ante hac aliena rapiebat iam abunde propria largitur, cibum præbet pauperibus Apostolis, qui Dominum comitabantur. Sanè hæc mutatio dexteræ excelsi facta fuit in Matthæo, sicuti in Zachæo, qui etiam conuersus dixit, Luc. 19. Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Incumbamus, obsecro, his pietatis operibus, nam qui parce-

feminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus dei, benedictionibus & metet. En qualiter ferendum est, vt in morte frugē copiosam colligamus. Quid pluribus immoror clarissimi? Eleemosyna à morte liberat, ipsa est, quæ delet peccata, & facit inuenire vitam æternam. O thesaurum preciosum, in quo tot dinitiæ continentur. Fœlices qui hoc precioso thesauro locupletes sunt. Quid autem Pharisei, & Saluatoris infestatores de hoc conuiuio tam celebri fenserint, nunc historia euangelica palam facit. Et videntes Pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Ecce qualiter crudeles, & diri Pharisei ineffabilem pietatem superni Saluatoris, quam in peccatores exercebat, sustinere non poterant, quominus murmura iactarent. O inscrutabilia iudicia Dei, peccatores, & publicani cum Domino ad mensam sedent, edunt, gaudent, & satiantur. Pharisei vero opinione sanctitatis pollentes foris stant ieiuni, & dissecabantur cordibus suis. Extat verissima Dei paræ virginis sententia. Esuriētes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. At Iesus audiens ait. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Ecce medici munus se exercere Dominus asserit, qui miro medicandi genere vsus est, propter iniquitates nostras vulneratus, & eius liuore sanati sumus, teste Esaia. His verbis, veros poenitentes esse summa veritas indicat eos, qui cum Matthæo ad ipsum venerūt. Quibus beneficus & sapiens medicus (vt notat Beatus Hieronymus) medicamen suæ gratiæ largitus est.

Tobia. 4.

Esaia. 53

## Matthæi laudes.

121

Matth. 9

**C**um transiret Iesus, vidit hominem sedentē in telonio Matthæum nomine, & ait illi: sequere me, & surgens secutus est eum. Super hæc verba inquit B. Chrysostomus. Diuites quidem mali sedent in telonio, hoc est in auaritia sua, obliui mortis, obliui iudicij, ac deniq; prorsus nullam salutis suæ curam habentes. Sed pecuniæ intendentes, neq; vt obligati sunt, pauperibus eam impartientes. De Alexandro illo Magno, quamuis ethnicus esset, memoriæ pròditum est, quod liberaliter quidem soleret non solum opes suas, & pecunias, verum etiam multa alia communia facere suis militibus, adeo vt cum aliquando in summo quodā astu, & siti vas quoddam aquæ sibi allatum fuisset, noluerit ipse solus

cam

22 eam aquam bibere, sed potius statim aquam profuderit dicens eam non sufficere pro omnibus etiam militibus suis. Et certe auari ipsi quanto in errore versentur perspicuum est quia arbitantes pecunias quas possident suas esse, tandem in ipsa morte se nudos inveniunt: atque sine pecunijs sepulturæ statim esse tradendos ante oculos conspiciunt.

Hoc quod Matthæus exercebat, videlicet, vsuras ipsas repro- Ezech. 18  
bauerat iam olim Deus per Prophetam Ezechielem, cum dixit: Ad vsuram ne comodaueris, Vides ergo vsuram à Domino prohiberi in lege antiqua. Neq; obstat concessisse Moysem Hebræis comodare extraneis ad vsuram, nam illud fuit permissiue ob eorum imperfectionem, quæadmodum & vxores repudiare: quærentibus enim illis à Christo Iesu, cur Moyse mandauerit dari illi Deuter. 23  
23 bellum repudij, & vxores dimittere? Respondit Dominus. Moyse ad duritiam cordis vestri permittit vobis dimittere vxores vestras. Idem etiam existimo de ipsa vsura dicendum. Matth. 19  
Deuter. 24

Quemadmodum autem manus formatæ sunt, vt se mutuo iuuant, item & pedes, quoniam membra sunt vnius corporis: sic nobis inuicem subuenire debemus: cum ecclesia sit corpus quoddam, cuius nos membra sumus, vt ait Apostolus. Imo non solum Ad Cor. 11  
Christiani, sed omnes homines proximi sunt, & huius vniuersitatis membra. Et quemadmodum naturæ repugnaret, pedes se mutuo impedire: ita rationi aduersatur, homines se ipsos inuicem lædere, & alterum alterum necessitate non opitulari. Alter alterius onera portare, inquit Apostolus. Nec vero longe aberrat ab huius exhortationis intelligentiâ Chrysippus insignis philo- simile.  
24 sophus, cum dicat, homines ad homines iuandos fuisse editos in lucem. Ideo Dominus ait. Mutuum date nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi. Sedentem in telonio. Sedebat vtique, inquit Chryfogonus, quia stare non poterat pondere cupiditatis oppressus. Aurum natura graue, grauius fit auaritia nimis. Hinc est, quod plus habentem deprimit, quam ferentem: & vehementius aggrauat corda, quam corpora. Et quemadmodum aurum generatur in obscuro, reddit etiam corda ipsa obscura. Auri furor ardentius humano feruet in pectore, quam caminus totus ignescit incendijs, & acrius homines dissoluit in terra, quam soluitur in calore flammæ.

Luc. 6

Chryfog. sermo. 29.

Et ait illi, sequere me: & surgens sequutus est eum. Ad huius viri<sup>25</sup> exemplum admonere vos volo fratres, vt relinquatis omnia, sed persuadere ex me non præsumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete quæ mundi sunt, vt tamẽ per ea nõ teneamini in mundo: vt terrena res possideatur, non possideat, vt sub mētis vestræ sit dominio, quod habetis, ne mens vestra, dum terrenarum rerum amore vincitur, à rebus suis ipsa magis possideatur. Hinc etenim B. Paulus ait. Tempus breue est, reliquũ est, vt qui habent vxores, tanquam non habẽtes sint, & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudẽtes, & qui emũt, tanquã non possidentes: & qui vtuntur hoc mũdo, tanquã non vtantur. Ille autem vxorem habet, quasi non habens, qui sic studet placere coniugi, vt tamẽ non displiceat conditori. Flet quoque, sed tanquam non fleat, qui sic temporalibus dānis affligitur,<sup>26</sup> vt tamen de æternis lucris semper animũ consoletur. Gaudet vero, sed tanquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, vt tamen semper tormenta perpetua consideret: & in hoc quod mentem gaudio subleuat, hanc continuo pondere prouidi timoris premat. Emit autẽ, sed quasi non possidẽs, qui & ad vsum terrena præparat, & tamen cauta cogitatione prouidet, quod hæc citius relinquet. Mũdo quoq; vtitur, sed quasi nõ vtatur, qui & necessaria cuncta exterius ad vitæ suæ ministeriũ redigit, & tamen hæc eadem non finit menti suæ dominari, vt subiecta foris sequantur, & nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Hæc expositio est Beati Gregorij in quadam homilia,

B. Greg. homilia. 36. in Euangel.

## Matthæi laudes.

27

Similia.

**ET** surgens secutus est eum. Vt enim non satis est, vigentes, & sanos habere oculos quo aliquid videamus, nisi aliunde adsit lux, quæ oculis obiecta illuminet: ita non satis est, vt pie aliquid faciamus, mentem sanatam esse per gratiam, nisi adsit etiam interna vis spiritus sancti: quæ nos ad operandum excitet, & nobiscum etiam cooperetur. Quemadmodum enim rerum naturalium formæ, quamuis aliquæ in suo genere perfectæ sint efficere tamen per se nihil possunt, nisi adsit illis generalis primæ causæ omnia mouentis virtus: ita quamuis gratia in suo genere perfecta forma sit: nihil tamen homo æterna vita dignum efficere poterit, nisi cum illa autor ipse gratiæ singulari

28 singulari virtute quadam, atq; ratione cooperetur. Duo enim auxiliorum genera Theologi statuunt, quibus Deus homines ad se vocare solet, quorum alterum sufficiens appellant, alterum superabundans, quodq; omnem superat duritiam: quo priori auxilio excitati homines aliquando conuertuntur, aliquando vero non. Hoc autem posteriori, quoniã maioris gratiæ, & virtutis est nemo non conuertitur. Vtriusq; vero auxiliij vim, atq; naturam vobis apertissimo exemplo comonstrabo. Monet angelus Domini iustum Loth, vt è Sodomis egrediatur, secumq; suos educat: Dominus enim ciuitatē illam demoliri statuerat. Ille hoc nūcium generis suis detulit, qui tamen visus est eis, quasi ludens loqui, & ideo ab eis contemptus atq; neglectus fuit. Cum autem angeli instarent, atq; vrgerent, isq;, vt generos seruaret, moram faceret apprehensum angeli foras duxerunt, &, vt se ipsum in mōte saluum faceret, monuerunt. Hoc igitur exemplo cernitis fratres sanctum Loth, & generos eius fuisse imminentis periculi admonitos: sed aliter isti, aliter ille. Isti namq;, si opportune monēti obtemperare humiliter voluissent, à periculo quidem, liberarentur: Ille vero, cum exire dissimularet, ab angelis apprehensus, extra periculum positus est. Ad hunc ergo modum Dominus homines omnes à gehennæ incendijs, & peccati morte liberare volens, quosdam quidem sufficienti auxilio vocat quo possint à peccato surgere, si vellent, quorū tamē multi, vt isti generi Loth, surgere nolunt: alios tamen, secundum voluntatis suæ beneplacitum, maioribus auxilijs vehementiorique impulsu vocat, qui sic à diuina gratia præuenti, & potenter excitati, vocanti Domino semper parent. Vnde Beatus Augustinus de eiusmodi auxilijs loquens ait: hæc gratia à nullo duro corde respuitur, quia ideo datur, vt duritia cordis penitus auferatur. Cæterum hoc auxilium ad potiores spectat, ad illos videlicet quos diuinæ gratiæ liberalitas hoc tanto munere donare dignatur, quæ cum nemini ad salutem desit, nullique iniuriam faciat, qui nihil cuiquam debet, salua integritate iustitiæ, quosdam tamen ad se auxilio vocat, nec illis accusandæ ipsius iustitiæ ansam præbet, & istis amplissimæ prædicandæ eius misericordiæ materiam tribuit. Hoc igitur superabundanti auxilio & Matthæus Euāgelista, & cæteri apostoli à Domino vocati sunt. Ex his autem, quæ diximus aperte liquet cuius periculi sit à gratia excidere, & in lethale peccatum labi, præfertim,

Genes. 19

30

sertim, si quis in eo diutius persistat. Quisquis enim hoc facit, in manifestum discrimen salutis sue causam adducit, incertum enim est, an Deus illum superabundanti auxilio ad poenitentiam vocet, & incertum est etiam an is sufficienti auxilio, quod nemini deest, uti recte velit: cum plurimos atque adeo innumerabiles pene videamus, qui hoc auxilio ad meliorem mentem non redeunt. Vtrinque ergo huius hominis conuersio incerta est. Quod igitur maius periculum esse potest, quam hoc tantum salutis æternæ negotium in tam apertum discrimen conijcere? Quod quidem periculum tanto maius est, quanto diutius lapsus homo in peccato iacet. Graui namque consuetudinis pondere pressus, tanto difficilius à peccato surget: quantum plura peccauit. Vnūquodque enim peccatum velut pondus quoddam est, quod oneri præiacenti adiungitur, vnde iniquitas velut talentum plumbi 32 esse dicitur apud Zachariam prophetam. Quæmadmodum ergo qui vires habet quinquaginta librarum pondus portare facile possit, si huic ponderi noua pondera adijcias, difficilius illud portare poterit: ita qui à recenti peccato, quod esset facilius, non surgit, quin potius noua peccatorum pondera veteribus adiungit, multo difficilius surget. Quid igitur hic dicent, qui multos iam annos in peccati cœno voluntantur? Si enim, ut sanctus Propheta Zacharias dicit iniquitas est quasi talentum plumbi, quo labore qui sub tam multorum pondere pressus iacet à peccato surget? Ut enim recte Adrianus pontifex ait, raro homines secundum vltimum potentia operantur, quod hac in re opus est, cum peccatorum onus tot scelerum accessio nibus fuerit auctum.

## Matthæi laudes.

Zacharia: 1.

Sequere me, & surgens secutus est eum. Propheta Zacharias Hebræis dixit: hæc dicit Dominus exercituum: conuertimini ad me, ait Dominus exercituum & ego conuertar ad vos dicit Dominus exercituum. Hæc sententia difficillima est tum Theologis, tum etiam improbis hominibus. Theologis magnū eius speculatio facessit negotiū: improbis autē eius vsus: & hac de causa toties repetit propheta Dei oraculo esse edictam, ut nullis relinquatur excusatio eam non amplectendi, quamuis minime intelligatur. Docte vero atque copiose persequitur eam Beatus Augustinus lib. de gratia & libero arbitrio. Difficultas in eo posita est, quod

B. August, li.  
de gratia ad  
Valentinum  
monachum.

conuer-

34 conuersio hominis iniqui ad Deum, res est maior, quam veni-  
 ræ viribus geri possit. Quid igitur Deus postulat, quod præstare  
 nemo potest: Deus ipse omnipotens hoc munus exequi debet,  
 vt oves errantes in viam tanquã pastor reducat, vt extrema ægri-  
 tudine laborantes tanquam medicus curet, vt sceleribus astrictos  
 vt Redein pro liberet: id nobis ab eo etiam atq; etiã precibus om-  
 nibus petendum, & obsecrandũ est. Ita regius propheta in Psal-  
 mis orat: Deus virtutum cõuerte nos, & Deus tu cõuersus viuifi-  
 cabis nos. Quo loco conuertens, legit Beatus Augustinus, & in  
 Hebræa editione, & septuaginta interpretum est actiua voce. Et  
 in eodem Psalmo: Conuerte nos Deus salutaris noster. Denique  
 Saluator ipse ait, nemo potest venire ad me nisi pater meus traxe-  
 rit eum. Nobis igitur opus est ope sua immensa, vt ad se nos non  
 35 solum alliciat, sed etiam trahat. Flagitia enim ipsa libidine nostra  
 nixa, valde renitentur. Quo pacto ergo hoc prophetæ Zacharię,  
 imo Dei nostri pronuntiatum declarabimus? Conuertimini ad  
 me, & ego conuertar ad vos. Tu Deus optime vires nostras, vel  
 potius imbecillitatem nostram requiris? At ex immensa tua vi,  
 & potestate pendemus, nisi tu nos excitaueris, in tenebris perpe-  
 tuis temporibus iacebimus. Tanta huius loci difficultas est, vt Pe-  
 lagium, & alios eius factionis in turpissimum & perniciosissimũ  
 errorem impulerit, scilicet, gratiam Dei pro meritis nostris dari,  
 hoc est, nos cõuersione nostra mereri, vt nos Deus in gratiã suam  
 recipiat. Atque ex hoc loco Zacharię suam hæresim defende-  
 re nitebantur. Nam si Deus ad nos conuertitur non vult nisi nos  
 vicissim ad ipsum conuertamur, propter conuersionem no-  
 36 stram ipse conuertitur. Meretur ergo de illo conuersio nostra  
 conuersionem suam in nos. Quæ iniqua expositio est nimis eo  
 quod vniuersam gratiæ naturam tollat, teste Beato Paulo in  
 Epistola ad Romanos, vbi ait. Si autem gratia, iam non ex ope-  
 ribus, alioquin gratia, iam non est gratia. Hanc hæresim disertis-  
 sime confutat Beatus Augustinus hoc argumento. Apponitur  
 nonnunquam multum gratiæ non bene de Deo, sed pessime me-  
 ritis: quibus si pro meritis gratia referenda esset, æternas pœnas à  
 Deo perpetuo alienati persoluerent: quod Beatus Paulus testa-  
 tur. Non sum dignus (inquit) vocari Apostolus: quia persecutus  
 sum Ecclesiam Dei: sed gratia Dei sum id, quod sum. Et in epi-  
 stola ad Titum. Eramus nos aliquando insipientes increduli,  
 erran-

Psal. 79.  
Psal. 84

Ioan. 6

Ad Rom. 11

1. ad Cori. 15  
Ad Titum. 3

errantes, feruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia, 17  
 & in inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem: cum autem be-  
 nignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, nõ ex ope-  
 ribus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericor-  
 diam saluos nos fecit. Tantum ergo errorem nos semper dete-  
 stemur. Hæc vero prophetæ sententia ita intelligenda est, vt Deo  
 nos à vitæ prauitate auertete, ad seque trahete non modo non re-  
 cusemus, sed etiã pro parte nostra virili accurramus: quod ita ne-  
 cessarium est, siquidem inuitos nunquam nos ad se alliciet. Nam  
 hoc totum positum est in amicitia violata reconcilianda, quod  
 nunquam nisi vtroque amico volente fit. Ita igitur Deus opti-  
 mus ex nostra voluntate pendet, sicut medicus ex voluntate in-  
 firmi. Nam medicus ægroto medicinam non faciet nisi ab eo ip-  
 se curari velit: salute vero, opera, & diligentia medici recupera- 38  
 ta nullus sanus homo eam voluntati suæ, sed medici peritiæ  
 ascribet. Quoniam vero Deus vehementer nobis mederi, & in  
 suam gratiam ponere cupit: ideo ipse postulat, vt faciles nos in  
 hac re præbeamus, dicens: conuertimini ad me, & ego conuer-  
 tar ad vos. Ita explicandum est illud Paralipomenon, quo nos  
 etiam aduersarii oppugnari arbitrantur. Tu Salomon fili mi cog-  
 nosce, & serui ei in corde perfecto, & anima volente: quia omnia  
 corda scrutatur Dominus, & omnes cogitationes mentium no-  
 uit. Si quæseris eum, inuenietur tibi, & si dimiseris eum, repellet  
 te in perpetuum. Et illud secundi Paralipomenon: Dominus  
 vobiscum, cum vos estis cum eo, & si quæseritis eum, inuenie-  
 tis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Optime Mat-  
 thæus voluntati Dei acquieuit, siquidem cum eum vocauit, sta- 39  
 tim surgens totum se eius diuinæ obedientiæ tradidit. Et in signũ  
 lætitiæ cordis sui conuiuium parauit ipsi Domino, & discipulis  
 eius, multisque alijs publicanis, vt hac occasione etiam à pecca-  
 tis suis conuerterentur. Legimus Herodem, qui infortunatissime  
 natus est, natalis diem conuiuium magnifico celebrasse. At quan-  
 to iustius Matthæus Euangelista hunc vocationis suæ diem cele-  
 brauit, quo in nouam vitam non corporis, sed animæ, nec tempo-  
 rariam, sed æternam diuina vocatione animatus est, vel certè à  
 morte ad vitam excitatus? Quemadmodum de luxurioso filio  
 ad pœnitentiam conuerso pius pater ait: mortuus erat & reuixit,  
 perierat, & inuentus est. Legimus item Abraham Patriarcham  
 mag-

1. Paralip. 28

Lucæ. 15.

Genes. 22.

40 magnam conuuiuium fecisse, quo die Isaac dilectissimum filium  
 ab lactauit, quod iam puer à lacte depulsus adoleuisset, soli-  
 diorique deinde cibo nutriendus esset. At Matthæus noster  
 animaduertens se à falsis, & venenatis mundi delicijs, atque  
 opibus ablectatum, & ad cœlestis gratiæ epulas inuitatum, vel  
 vt apertius loquar, à diaboli seruitute manu emissum, & ad fi-  
 liorum Dei libertatem translatum, conuiuuium multo splendi-  
 dius apparauit, quo animi sui lætitiā, & pium affectum te-  
 staretur. Quid ni hoc faceret tanto munere donatus? Qua,  
 quæso, lætitiā exultaret homo ab aliquo tyranno captiuus, &  
 ferreis catenis alligatus, & in carcere obscurissimo positus, si  
 ab aliquo principe solueretur, & in libertate collocatus, mag-  
 nis opibus ab eo ditaretur? Quam quidem lætitiā Beatus  
 41 Augustinus in libris confessionum ostendit se percepisse, cum  
 hac diuina luce illuminatus & à peccati seruitute liberatus  
 ad Dominum clamare cœpit. O Domine quia ego  
 seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ  
 tuæ, dirupisti vincula mea, tibi sa-  
 crificabo hostiam  
 laudis.



# MATRIMONIO. NIVM.

Eccles. 25.



**N** Ecclesiastico dicitur. In tribus beneplacitum fuit spiritui meo, quæ sunt probata apud Deum, & homines, concordia fratrum: amor proximorum, & vir, & vxor sibi bene conuenientes. Grande procul dubio scelus est matrimonij fidem violari: habes apud Plutarchum hominis Ethnici præclarum testimonium pro hac re. Quondam Alexander, cum spectaret cuiusdam mulieris concubitum, ipsaque moram traxisset, rogataque ab eo, quid causæ accidisset in re hac? Respondit. Vt securè viri proprii fugerem oculos. Quo audito Alexander, Virum, inquit, habes? Fuge à me, & à lecto hoc. Quid vobis Christiani videtur hoc audientes? Non inuenirentur modo multi inter Christianos (qui beatitudinem æternam, aut tormentum æternum credunt) qui hoc facerent.

Beatus Augustinus de hac materia agens inquit. Intemperans in coniugio quid aliud, nisi quidam adulter vxoris est? Omnis vehemens amator propriæ vxoris adulter est. Hæc sancti Doctoris Augustini sententia per hyperbolen accipienda est: tamen ex ea infertur, quid diceret sanctus vir de eo, qui eum non sua effrenis est. Videant ergo coniuges quo temperamento, ac sobrietate concessio matrimonio vtantur, magna enim in hoc difficultas, & magna item virtus posita est. Id quod idem Beatus Augustinus de bono coniugio indicat his verbis. Multi quidem facilius se abstinere, vt non vtantur nuptijs, quam temperanter, & bene vtantur: ego vero facilius non vtor nuptijs, quibus vsus est Abraham, quam sic vtar nuptijs, quemadmodum vsus est Abraham.

B. August. de bono coniugio.

Vnam rem non possum non admirari quod cum in vnaquaq; Republica sint examinatores ad omnia officia, videlicet ad examinandum sarcinatores, sutores, & barbi tonsores, &c. ita vt nullus officinam absque præuio examine aperire possit, quare non sunt etiam examinatores & inquisitores ad eorum vitam & mores inquirendos, qui vxorem ducere volunt! Putatis non esse officium idemque magnum vxorem ducere? Quare ergo non exami-

4 examinatur adolescens utrum sciat ea, quæ necessaria sunt ad matrimonium? Vtrum sciat leges matrimonij? Vtrum sciat domum regere, & qualiter sit tractanda vxor, &c. Cum ergo in Republica hæc in curia sit, & negligentia quare vnusquisque, qui vxorem ducere vult, virum sanctum non consulit, y se examina conel, eique dicit. Pater ego volo vxorem ducere me obsecro doce qua id sum intentione facturus, & quomodo cum vxore & familia me gerere debeo? O quam ytile, & fructuosum esset hoc facere! Facite itaque fratres hoc modo, qui alium statum sumere vultis.

5 Beatus Chrysostronus in quadam oratione inquit. Omnia fac, & satage, vt commodam, modestam, & obsequentem vxorẽ ducas: nam si domos, atque seruos empturi curiose sciscitamus, & perscrutamur vendentes pariter, atq; priores possessores de illarũ quidem fabrica, de horum autem corporis habitudine & animi studio inquirẽtes, multo magis vxores ducturos tantam ac longe maiorem etiam prouidentiam gerere oportet, domum enim vitiosam, & seruum, si emptus videatur, reddere venditori licet: vxorem vero ductam reddere his, qui dederunt, non licet.

B. Chrysostr. orat. de pulchritudine & vxore tomo. 5

Bernardus Scardeonius inquit. Sicut illi qui non ferunt seruos palam comedere, & bibere, faciunt eos ingurgitare clanculum: ita qui non cõmunicant iocos, & lusum cum vxoribus, faciunt vt hæ quoque vicarios accersant maritis, & aliunde quærant ab alienis, quæ sibi debebantur à proprijs viris, solatia.

Bernard. Scardeo. li. de pudicitiamatrimonij. c. 18. simile.

5 Rhodiginus ait. Quemadmodũ ignis palca, vel stupa facile succenditur, atq; ocysus item restringitur, contabescitq; nisi robustior, firmiorq; materia fuerit admota, qua cõfoueri possit: ita memento euanescere, vanorumque coniugum amorem forma solũ corporis conciliatum, nisi bonis præfultus moribus, ac prudentia coalitus radices miserit altius.

Rhodigi. li. 28. c. 21.

Beatus Chrysostronus in quadam homilia ait. Mẽsura semper desiderabilis, modicæ scintillæ multam lignorum pyram superpone, & iam non ardentem videbis ignem, sed multum insuauẽ fumum. Viro valde forti, & magno onus impone vires excedens & cum onere videbis humi iacentem, & proiectum. Multũ onus ingere nauigio, & graue facies nauigium. Ergo qui vxorem accepisti mediocritatem in familia tua dilige, vt quiete, & in pace possis viuere.

B. Chrysostr. homil. 54. ad popul. Antioche. Similia.

simile.

Valer. Maxi.  
in epistol. ad  
RufinumGenes. 26.  
& 30.

**S**Ocrates se consulentibus de ratione matrimonij contrahendi dixit. Quemadmodum pisces, ò adolescentuli, qui nondum intranassas sunt, volunt intrare, qui autem iam intus sunt volunt exire: sic & vos, ne idem vobis accidat, videte quid facitis, hoc enim hominibus euenire solet multoties propter imperfectionem mulierum. Ideo Valerius in epistola ait. Amice det tibi Deus omnipotens omnipotentis foemine fallacia non falli. Hinc Lia vxor Iacob nascentibus filiis gratias Domino agebat, & nomina illis hanc animi sui gratitudinem testantia imponebta quando autem ei nata est filia nil de illa locuta est, vt patet in Genesi vigesimo nono & trigesimo capite. Quod præfagium forte fuit malorum, quorum illa causa fuit.

8

1. Ad Cor. 7

Vt autem mulier non sit marito suo alicuius mali occasio, curare debet omnibus viribus perfectionem, quam matrimonialis status postulat, obtinere. D. Paulus ad Corinth. scribens ponit differentiam, quæ inter mulierem nuptam, & inter virginem versetur, his verbis. Mulier innupta & virgo cogitat, quæ Dñi sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat, quæ sunt mundi quomodo placeat viro. Et quidem mulier nupta, quæ viuere vellet vt religiosa erraret profecto, & in eo, quod debet deficeret, atq; id quod intedit minimè cõsequeretur: oportet igitur vt quelibet in statu suo perfecta esse conetur: nam sicut in rerum natura monstra, quæ nascuntur membris animalium differentium, ac dissimilium nõ conseruantur, nec viuunt. Afsi esta mōstruosidad de estados en vn compuesto, los que la siguen queriendo viuir como religiosos, teniendo estado de casados nose logran, ni medran en sus intentos. Et quemadmodum natura abhorret monstra sic Deus hos detestatur: & ideo in lege veteri iubebat Dominus ne in capõ vno femina dissimilia seminareretur, ni en la tela fuesse la trama de vno, y el estambre de otro: Nec etiam in sacrificio offerretur animal, quod in aqua, & in terris habitaret. Ponat igitur mulier nupta in corde suo, quod vt sit amica Dei, debet esse bona nupta, & quod bonum animæ suæ in hoc consistit, vt sit in suo statu perfecta, & pro hoc laborare est, sacrificium Deo offerre nimis acceptabile. Non dicimus hic, vt mulier nupta non oret, sed quod oratio ipsa, & preces quas Deo fundere debet, futuræ sunt quoddam mediũ,

9

simile.

vt

10 vt melius munus suum (quod est optime filios suos alere, domū suā recte gubernare, & coniugi suo maxima cū fidelitate, amore & reuerentia seruire) sedula cura præstet, & exerceat. Quapropter Salomon in Prouerbijis inquit. Mulierē fortē quis inueniet? Prou. 31. cul, & de vltimis finibus pretiū eius. In quo Spiritus sanctus aperte insinuat rem esse rarā, & ob hoc nimis preciosam huius modi mulierem inueniri. Quod autē hæc sit eius intentio ex eo videtur, quia in originali dicitur. Nimis elongatum est super lapides preciosos pretium eius: id est. Muy alexado sobre las piedras preciosas es el precio suyo. Itaq; vir, qui prudentē mulierem, bonam æ magni valoris inuenerit, diuitē se reputare potest, & existimare se preciosum lapillū orientalem, aut maximi valoris gēmam inuenisse. Nā sicut quando in aliqua materia dura, & quæ ferro aut

11 arte domari nō potest, in sculptā aliquam figurā perfectissimē cernimus, dicimus & cognoscimus ex ea, artificē, qui eam fecit, in sua arte esse cōsummatissimū, siquidē perfectione suę artis indomabilem subiecti duritiē superauit. Sic dum mulier se ostēdit esse illā, quæ debet, cū ex natura sua sit debilis apertissimū est rarissimæ eius virtutis signū, & argumentū euidens quod quanto in natura est debilior, tanto in animi valore ceteras antecellit. Cōfidit in ea cor viri sui (inquit vltimus Salomon) hoc est. Virtus mulieris bonæ debet generare in corde viri sui magnā fiduciam. Itaq; tā casta, munda, & honesta debet esse mulier nupta, vt ne quidē cogitet de cōtrario, hoc est, q̄ ni aun piense que puede ser lo cōtrario: & sicut dicitur de Solone, qui leges Atheniensibus dedit, quod cū vniciq; sceleri pœnā imponeret, eā non cōstituit aduersus eum

12 qui patri suo mortē inferret, noluit enim tātum delictū cōmemorare: dicebat namq; non oportere, vt homines huiusmodi nefas possibile, aut factibile reputarēt. Sic eadē ratione equū est, vt mulier nupta ne quidē cogitet possibile esse, se esse malā id est, q̄ no le passe por imaginacion, que es posible ser mala, & hac puritate & sancta castitate cōcepta magna in corde viri sui gignetur fiducia, & quædā suauitas iugi matrimonialis. ipsa enim adiunabit virū suū in familiæ gubernatione, & in diuitijs acquirēdis: & ideo spolijs non indigebit, hoc est, non indigebit supellestilibus, & alijs rebus necessarijs. Quoniā autem mulier debet esse marito suo gratiosa: & vna ex præcipuis gratijs mulieris nuptæ erga virū suū cōsistit in hoc, quod non reddat malum pro malo, sed reddat pro

malo bonū, ideo additur. Reddet ei bonū, & non malū omnibus<sup>13</sup> diebus vite sue. Y con esto es imposible q̄ no le gane la volūdad, y ay a victoria del. Oportet etiā, vt mulier sit erga domesticos suos misericors, ideo inquit sapiens. De nocte surrexit deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis: & quia cū vicinis pacē habere debet, ideo sequitur. Laudent eā in portis opera eius. Oportet etiam vt in pauperes sit magnifica & liberalis idcirco adijcitur. Manū suam aperuit inopi, & palmas suas extēdit ad pauperem.

## Matrimonium.

**S**cribens B. Apostolus Paulus ad suū discipulum Titum præci-  
*Ad Titum. 2* pit, vt mulieres nuptæ sint domus curā habentes. Vbi in Græ-  
 co originali legitur. Sint domus custodes. Et quidē mulieres quæ  
 hoc præceptū obseruāt, & in oībus perfectē esse contēdūt, mari-  
 tos suos inuitāt, vt ipsas perfecto amore prosequātur, eisq; debitā<sup>14</sup>  
 fidelitatē seruēt, ac in pace & Dei seruitio viuāt, deniq; efficiūt, vt  
*Prouerbis* vnusquisq; coniugū obseruet illud quod in Prouerbijs Salomon  
 ait. Lætare cū muliere adolescentiæ tuæ: Cerva charissima, scilicet  
 sit tibi: Vbera eius inebrient te omni tēpore, & in amore eius de-  
 lectare iugiter. Et verbū Hebræū, vbi nos legimus, vbera signifi-  
 cat etiā amores. Atq; ita hæc verba faciūt hunc sensum. Amores  
 eius inebrient te omni tēpore, quod quidē est admirabilis ampli-  
 ficatio: que mande el Espíritu sancto q̄ ande el marido como em-  
 briagado del amor de su muger, iugiter, nō per vnus diei vel mē-  
 sis, aut anni spatiū, sed continuo vsq; ad vitæ finē. Posuit Sapiens  
 Salomon comparationē de cerua propter singularē amorē, quem  
 ceruus erga ceruā habet inter omnia animātia, dicitur enim quod<sup>15</sup>  
 incensus & inflāmus amore eius vehemētissimos mugitus edit.  
 Ex eo autē quia homines suas vxores hoc amore non prosequū-  
 tur oritur, vt adulteriū contra illas cōmittant, & cū illis paulo in-  
 ferius loquitur Spiritus sanctus dicens. Quare seduceres fili mi ab  
 aliena, & foueris in sinu alterius? Respicit Dñs viā hominis, & om-  
 nes gressus eius considerat. Iniquitates suæ capiunt impiū: & su-  
 nibus peccatorū suorū constringitur. Ipse morietur, quia non ha-  
 buit disciplinā. O terribilia verba Deus ea in cordibus vestris im-  
 primat. Perpendite quæso fratres vnūquodq; corū profunde, dig-  
 na enim sunt maxima ponderatione, & animaduertite quomodo  
 Spiritus sanctus hīc temporalem mortem adultero minatur, &

16 inquit se vitam eius qui adulterium commisit breuiaturū. Hoc etiam manifeste constat in sacro Genesis libro, vbi Dominus regem Abimelech, qui vxorem Patriarchæ Abrahamæ vsurpauerat nesciens illam esse nuptā his verbis alloquitur. En morieris propter mulierem, quā tulisti, habet enim virum. Heu heu quā multi hodie moriuntur, qui licet existimentur laterali morbo aut alia egritudine mori, moriuntur præcipuè, quia adulteri erāt, quia tulerant mulieres alienas, & Deus illos in poenā scelerum ipsorū vita priuat. Quoniam autem rex hic simplici animo vxorem alienam tulerat, ei Dominus dixit. Et ego scio, quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi, vt tangeres eam. Hinc intelligetis, o mulieres nuptæ, vos alium habere virum magis præcipuū, qui est Deus, aduersus quem præcipuā offensam committitis si contra viros vestros carnales adulterium perpetratis. Et vt videatis, quod domus coniugū non sunt ditandæ sceleribus, sed bonis operibus, animaduertite quomodo Deus in corde illius regis gentilis posuit vt Patriarcham Abraham, & Sarram vxorem eius multis donis, pretiosisq; muneribus exornaret. Atq; ita inquit facer textus. Tulit igitur Abimelech oues, & boues, seruos, & ancillas, & dedit Abrahamæ, Sarræ autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum. Vbi alia translatio vertit. Hoc erit tibi in signum pudoris tui. In quo insinuatur, & infertur, Deum illos distasse non quia peccatores, sed quia boni erant.

## Matrimonium.

18 **I**Nter omnia documenta, quæ Christus summus mundi magister hominibus reliquit, vnum ex præcipuis est illud: Inimici hominis domestici eius. Nam hoc veloci telo, cū per se nō potest, Satanas piorum mentes grauius confauciare, trāsfigere solet. Incredible enim est quantum possit oratio, preces, lachrymæ eorū, qui nobiscū magnas habent coniunctiones, & naturæ legibus nobis sunt multis modis connexi. Ideo Ecclesiasticus inquit. A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. Et Propheta Hieremias ait. Vnusquisque se à proximo suo custodiat. Quod autem in omnibus domesticis mulier viro suo sit periculosior, & efficacior ad eum peruertendum manifeste Satanas insinuauit, qui sancto Iob calliditate sua hoc tentationis genus tertio loco reposuit.

Matt. 10.

Eccle. 31.

Hierem. 9.

Quæ vna enim supererat consolationis ratio post amissas fortunas, atque liberos, coniugis videlicet consortium, & conuictus, hæc in virum sanctum incredibili Dæmonis calliditate, & astutia in amaritudinem versa est, & illius verbis, & oratione tanquam ineuitabili telo sanctissimi viri animam peccato consauciaret, & in desperationē adigeret. Nam cum videret nihil suis machinamentis profecisse, vt in illius animū, & mentem penetraret, & impetū quēdā faceret veteres voluit artes repetere, & qua ratione primo parenti vitā animæ eripuit, voluit & viro sanctissimo graue nocumentum inferre. Sapienter à B. Gregorio dictum accepimus hoc fuisse Satanæ consilium, vt quoniam non poterat in arcem omnibus virtutibus munitam aliqua ex parte irrumperere, nec moenia, hoc est, incredibilem animi celsitudinem attingere, quasi artis bellicæ peritus, vxoris consilia, & orationem quasi scalam quandā adhibuit, per quā ascendens rationis arcē occupare posset. Et hæc creditur esse causa, cur Satanas, qui primis duobus congressibus cum fortissimo milite tantum malorum in eum refudit, vt sublatis fortunis, liberis interemptis non vxorem vnā cum fortunis, & gratissima sobole morte etiam cōfecerit. In primis ergo vxore eius inquit. Adhuc permanes in simplicitate tua? Et addit statim. Benedic Deo, & morere. Solet scriptura diuina in explicandis rebus, & enarrādis summa tantū rerū capita referre, & cætera arbitrio lectoris relinquere: veluti cū dicitur prædicauisse Ioannē ad fluentā Iordanis. Pænitentiam agite, appropinquauit enim regnū cælorū. Et Christus Redemptor noster idē etiā argumentū suscepit: quæ tamen nō ita sunt accipienda, quasi Ioannes, aut Iesus Christus Dñs noster nihil aliud ore dixissent, quam Pænitentiam agite, sed quasi hoc fuerit totius orationis thema, & quasi argumētū circa quod potissimū tota versaretur oratio. Ita etiam & hoc loco quæ huius libri autor de oratione, & suasionē impiæ vxoris Iob refert, non ita sunt intelligēda, quasi nullū aliud verbū ore extulerit stulta femina. Nā quis credat duobus tantū verbis fuisse alloquutā illū quæ à summa felicitatis arce deturbatū, in puluere iacentē videret? Quod ergo inquit. Adhuc permanes in simplicitate tua? Ipsa interrogatio, qua exordij vice vtitur concitatorē ostēdit. Fuisse orationē, & acres in animo sancti Iob iniēcisse igniculos, & potētes subdidisse igniculos, vt ab admirabili subsistētia deijceret, &

prouo-

Matt. 3.  
 Marc. 1.  
 & Lucæ. 3.

22 prouocaret ad blasphemiam, atque ad Dei maledicentiam: namque interrogatio ipsa, ut est annotatum à Fabio Quint. acrem reddit orationē, & affectus concitat: & auditorem, & aduersariū vrget vehementer. Quousque, inquit, tolerabis vir charissime? es ne tu ferreus, aut inflexibilis? Quam salutē expectas? Quādo tui erit habenda ratio? (Intelligebat enim adhuc sanctū virū expectare diuinam prouidentia.) Filij tui & filia vteri mei partus, & labores ad vnū interiere, frustra illos genui, nihil tibi relictū est, non domus, non famulus, non augustissimus fundus, non amicus vllus, non vicinus, sed in sterquilinio sedes, nec sub tecto. Ferreus itaque es, & saxeus, qui nullo tantorū malorū pondere commouearis. Eia age? Benedic Deo & morere. Ea enim est miseria nostra, ut ad vindicandā contumeliam magna propensione feramur: cumque hæc cupiditas omnium sit animis inserta, potentius tamen fæmineos animos occupat: quæadmodum & rerum vsus docet, & vetustissimis proditū est rerū monumētis. Suadet ergo mulier his verbis viro suo, ne inultus moriatur, sed acceptā a Deo contumeliā, & cladem iniuria aliqua, & contumelia penset. Quod perinde est ac si diceret, Multis modis te Deus affligit: eripuit tibi fortunas, liberos, & omnia, vnū tantū tibi reliquum est, potestas videlicet maledicendi aut congerendi maledicta in numē tantopere tibi infensum. Ecce quomodo fæmine viros in calamitate positos maxime præpediūt, ut infæliciores fiāt. Sed B. Job virili animo respondit, dixit enim ad illā, Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dñi, mala quare non sustineamus? Sapiēter profecto

24 B. Augustinus affirmat neminē Satanā, cæterasque aduersas potestates superare posse, nisi citra societate peccati: vehementerq; his arridet Philosophorū sentētia, Platoniorū maxime qui in principijs quibusdā purgationē animi sitā arbitrabātur, sine qua nemo mortaliū aduersæ potestatis machinamētis obsistere possit. Adepta itaq; mētis purgatione, illorū erat sentētia, fieri homines quasi insuperabiles quacūq; Dæmonis tentatione, casu, & fortuna incidenti. Hinc ergo colligere possumus quanta fuerit mentis purgatio huius sancti viri, quam fuerit à scelere, & à peccato immunis; quem nec ereptæ fortunæ, nec amissa charissima pignora filiorū ab animi constantia potuerunt agere transuersum, nec impia vxoris oratione concitatus ut Deū afficeret

B. August. li.  
10. de ciuitate  
Dei. c. 22.

contumelia, perturbatus fuerit, aut cōmotus, sed necessariā animi<sup>25</sup> constantiam retinens in tam graui ærumnarū pondere hæc pauca verba respondit, quæ nulla vnquam sæculorum delebit obliuio: Si bona suscepimus, inquit, de manu Domini, mala quare non suscipiamus? Habent pauca hæc verba plurimum pietatis ac diuiniore Theologia sunt plena. Nā cū sint bona omnia duplici differentia constituta, sunt enim alia tēporalia, alia vero æterna, atque hæc quæ appellamus tēporalia propter æterna bona sunt expectāda: postulat ratio ipsa, vt eatenus à nobis deligantur quatenus ad assequēda bona illa, quæ interiora sunt, & spiritualia viam quandā sternunt. Quo circa cum hæc bona peritura in ornamenta animi tanquā in finem destināda non sint, boni & optimi viri profecto erit æquo animo ferre bonorū externorum iacturam. Demum in sancto Iob cōprobatur verū esse id, quod à summis Philosophis<sup>26</sup> traditum fuit, scilicet nihil bono viro mali accidere posse. Quemadmodū tot flumina, tantum superne deiectorū imbriū, tanta vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidē: ita aduersarū rerum impetus viri fortis non vertit animū. Sic semper sanctus Iob in eodem mansit statu, nec peccauit labijs suis, & omnia inuidia mala in suum colorem traxit, & in suū commodū.

### Matrimonium quærit amorem.

Cant. 1

**C**um sciret sponsa se in sponsam assumptā, non postulat oscula pedis, non oscula manus (quod proprium est ancillarū, seruorum mancipiorū) sed osculum oris dicens in Canticis. Osculetur me osculo oris sui. Vt amica sponsa, & vxor socia viri, & sponsi, & non serua, nec ancilla. Est etiam valde notandum, quod<sup>27</sup> cum spōsa de sponso loquitur apud adolescentulas regem illum appellat dicens. Introduxit me rex in cellaria sua: cum autē spōsum ipsum alloquitur, aut dilectum, aut amicum, aut charissimum, aut alia familiari & blanda locutione cum illo agit. Paulo namque inferius inquit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Pulcherrime profecto exprimit sponsa affectum, & reuerentiam conjugalem: quamuis enim sponsa, aut vxor marito, aut sponso par sit habenda in his, quæ ad coniugium pertinent, sponsum tamen ipsa & reuereri debet, & omnē illi præstare obedientiam, & subiectionem cum factis, tum etiam verbis. Id annotatum est à B. Petro Apostolorum principe de Sara quæ

Cant. 3

1. Petri 3.

Abra-

28 Abrahā Dominum suum appellauit. Id vero maxime seruare debent vxores, cum de viris suis, aut sponsis apud aliquos loquuntur. Nā cum inter se amice, & familiariter conueniunt, & sine arbitris se alloquuntur blandas sibi inuicem appellationes tribuunt amici, & amicæ, dilecti, & dilectæ, fratris, ac sororis, & alias huiusmodi quas amor pro tempore fingit. Plutarchus in *Moralibus* inquit. Luna cum Soli coniungitur, tum obscuratur, & occultatur: cum abest, lucet. Contra proba vxor præsentem marito maxime conspici debet, eodem absente maxime abscondi, ac latere.

Plutarch. in  
moral.

Ibidem inquit. Cum spirat Boreas conatur vi vestē reuellere: at homo magis astringit palliū: Quod si Sol tepido vento demluserit, iā spōte, & tunicā abijcit. Sic vxor conās conuitijs maritum à luxu reuocare, magis irritat: si placide ferat, & roget, magis efficit.

simile.  
Idem ibidē.

29 Idem ibidem ait. Qui ministrant Elephantis, non sumunt lucidam vestē: qui tauris, purpureā non induūt, nam his coloribus offerantur. Tigrides tympanorum strepitum non ferunt: ita vxor ab ijs debet abstinere, quibus senserit maritū vehemēter offendi.

Idem ibid:  
Simile.

B. Chrystom. in quadam homilia inquit. Vxorē tuam doce cum multa gratia, atq; istud meum, & tuum pessimum ex animo eius extermina. Si dixerit, hæc mea sunt, respōde, quæ sunt ista quæ tu dicis? Nec enim noui: ego nihil proprii habeo, quomodo ergo dicis hæc mea sunt cū oīa tua sunt? Gratificaberis illi hoc verbo. Nō vides quomodo istud erga pueros nostros faciamus. Quādo nobis aliquid eripiūt eorūq; possidemus, atq; rursus, & aliud accipere volunt, permittimus, ac dicimus. Etiam hoc tuum est, & illud. Istud cum vxore faciamus: est nāiq; animus ipsius puerilior, & si dixerit. Hæc mea sunt, dic tu, Omnia tua sunt, & ego quoq; tuus sum.

B. Chrystom.,  
homi. 20. ad  
Episto.

simile.

30 Idem in quadam homilia ait. Sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui in nauī feruntur periclitantur, ac timent, ne nauis submergatur. Ita si discordes sint vir, & mulier verisimile est omnes, qui apud illos sunt, participes esse malorum. Isidorus Clarius in quadam oratione inquit. Non habet aliquis cur excuset quam obrem sua relicta alteri coniugatur, nec dicat. Talis ac talis est. Non cernis, quod & in carne multa vitia habemus?

Idem homi.  
50. in Gene.  
Simile.

Hic quidem claudus est, ille obtortos habet pedes, alius anidam manum, alij aliud contingit membrum ægrotare, nec tamē quis reperitur, qui propriam carnem oderit, sed fouet, ac nutrit eam, non queritur, non amputat vitiosam partem, sed sanæ sæpe parti illam.

Isidor. Clar.  
orat. 35.

illam præfert, nec hoc illa iniuria est. Eodem modo quantâ quis-<sup>31</sup>  
que erga se ipsum dilectionem habet, tantam oportet & virum er-  
ga uxorem suam habere cum enim eandem participemus natu-  
ram, multo tamen maxima sit vinculi accessio ob coniugium.

### Matrimonium requirit maximam curam.

**O**Mnes qui uxores ducitis animaduertite vos nouum statum  
vitæ sumere & debere modum viuendi mutare, hactenus enim  
eratis discipuli, parentes autem vestri erant magistri, & vos aiebant,  
docebant, vobisq; alimenta præstabant: at postquam uxores du-  
citis magistri facti estis, & domum ac familiam regere, filios ale-  
re, seruos sustentare, & docere sanctis operibus, & bonis exem-  
plis instruere debetis. Idcirco ex ore vestro non prodeat verbum  
otiosum, aut inhonestum, nec opus malum, siue quod malum ap-<sup>32</sup>  
pareat, operemini. Nam filij paruuli id, quod vident, aut à parenti-  
bus audiunt, facile apprehendunt. Et sicut in molli cera maxima  
facilitate imprimitur id, quod in sigillo signatum est, sic in filiis,  
aut in seruis facile parentum vel dominorum mores imprimun-  
tur. Attendite vos rationem illorum, sicut pastores de ouibus  
suis, esse reddituros: quod si defectu doctrinæ & correctionis  
vel ob malum vestri exemplum ipsi deperduntur, & corruunt,  
vos etiam cum illis corruetis. Heli summus sacerdos bonus erat,  
sed quia filios suos non puniuit, & coercuit: in poenam illius cul-  
pæ è sella cecidit, & repentina morte raptus est. Omni igitur di-  
ligentia curate, vt filij vestri parum loquantur, & multum de-  
nique bonum operentur, sciantque Deum diligere, & adorare,  
ac frequentissime templa maxima cum reuerentia, nec non ima-<sup>33</sup>  
gines Iesu Christi Domini nostri, ac sacratissimæ virginis Ma-  
riæ matris eius, & imagines sanctissimæ crucis, & sanctorum  
humiliter venerari, missas, diuina officia, & conciones reueren-  
ter audire, dies festos sanctificare. Docete etiam illos sacrosanctæ  
Ecclesiæ obedire, regi fidelitatem seruare, sacerdotes honorare  
ministros iustitiæ, & maiores natu reuereri, proximum di-  
ligere, pacem cum omnibus seruare, societatem ma-  
lorum, ac lusorum fugere, & cum viris iustis  
honestis, ac sapientibus am-  
bulare.

Simile.

Matri-

34

## Matrimonium honorabile.

**L**oquens Diuus Paulus cum coniugibus, & docens eos, quomodo in statu matrimoniali se gerere debeant, inquit. Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus, supple sit. Quasi dicat, omni studio curate fratres mei omnes, qui vinculo matrimonij ligati estis, vt in omni loco honorem huic conjugali statui debitum obseruetis. Tria sunt substantialia bona sancto matrimonio annexa, scilicet, bonum fidei, bonum prolis, & bonum sacramenti, vt B. Augustinus, & Doctores in quarto sententiarum docent. Primum bonum consistit in fidelitate, quam ad inuicem sibi ipsis coniuges obseruare tenentur, non committentes adulterium, ac debitum conjugale, quando absque impedimento solui potest, magno amore soluentes. Secundum, quod est bonum prolis, consistit in procreandis filiis religiose, & in bonum ecclesie instruendis. Tertium est, bonum sacramenti, quod consistit in vinculo matrimonij indissolubili. Quod sacramentum vocatur, non solum quia confert gratiam, sed etiam quia representat vnionem indissolubilem inter verbum diuinum, & sacratissimam eius humanitatem. Contra primum horum bonorum faciunt adulteri: contra secundum faciunt illi, qui filios suos deprauatis moribus alant: contra tertium faciunt, qui viuente priori vxore cum alia contrahunt. Ait igitur sanctus Apostolus contendite o fratres honorifice viuere in statu matrimoniali obseruantes omnia bona, quae illi sunt coniuncta.

Ad Hebr. 13.

B. Aug. lib. 9.  
super Gen.  
Doctores in  
4. d. 31.

36

## Matrimonium Scala caeli.

**C**um Deus optimus maximus sua altissima scientia cognosceret non omnes esse aptos ad clericalem habitum neque ad monasticam vitam, dignatus est in sua ecclesia status & rationes viuendi constituere, quae faciliores, & possibiliores omnibus essent, qualis est sancti matrimonij, & viduitatis, atque continentiae status: atque ita in quolibet horum statuum vnusquisque saluari potest. Quapropter prudens homo omni studio curare debet, vt ex suo statu, quicumque ille sit, scalam quandam seu gradus quibus in caelum ascendat, faciat, iuxta id, quod regius Propheta inquit. Beatus vir, cuius est auxilium abstergiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit:

Psal. 83.

posuit: hoc est. Beatus homo, qui sic se disposuit & composuit, 37  
 suamq; viuendi rationem sic instituit in proprio statu, in quo ip-  
 sum Deus in hac lachrymarū valle posuit, vt ex illo gradus quos-  
 dam, quibus in cælum conscendat, efficiat. Beatus ergo ille prin-  
 ceptus, siue Dominus, qui domum suam, redditus suos, ac diui-  
 tias ita gubernat vt illis, secundum statum suum & personæ au-  
 toritatem, fruens simul animæ suæ in cælum iter parat, & quo-  
 dammodo viam aperit. Beatus mercator, qui ita ordinat, & iu-  
 stificat negotia sua, vt attendens ad æqua, & moderata lucra cum  
 illis gradus quosdam in cælum facit: & sic de singulis. Sed heu,  
 heu, quam multi sunt, qui cum hanc foelicem scalam, & ascen-  
 sum in cælum facere deberent, contrariam omnino in damna-  
 tionem suam præparant scalam, los quales assi traçan y desor-  
 denan sus estados, que hazen de ellos despeñaderos para el infier 38  
 no: sicut Propheta his verbis inquit. Hæc via illorum scanda-  
 lum ipsis.

Psalm. 48.

Dic ergo, obsecro, mihi ò frater, quoties cum vxore tua egisti,  
 qua ratione ex tua, & eius vita quandā scalam, qua in cælum af-  
 cenderetis ambo ( vt aiunt ) manu ad manum faceretis siquidem  
 toties cum ea tractare soles de re domestica de familia sustentāda,  
 de negotiationibus, de modo quò ditescere, possitis de remedio  
 filiorum vestrorū, & de multis alijs huius generis? Credo equidē  
 quod si verum dicis nunquam de hac re egisti. O dura res, & in-  
 excusabilis inconsideratio. Per viscera misericordiæ Dei te obse-  
 cro frater, vt intelligas, & consideres obligationem, qua ad hoc  
 faciendum astringeris, vitamque tuam ita instituas, vt ex ea sca-  
 lam in cælum facias. Hoc autem præstabis si constanti delibera- 39  
 tione proponas nullum humanū lucrum, nullum honorem, nul-  
 lumque filiorum amorem te posse ab hoc sancto proposito im-  
 pedire. Et hoc est, quod regius Propheta hic vocat, disponere.  
 Non, ait: Beatus vir, qui proposuit, sed, Beatus vir qui disposuit,  
 quod quidem significat, de facto agere cum efficacia.

### Matrimonij fidelitas.

Prouerb. 2.

**F**idelitatem, quam vxor viro suo debet, significauit Sacra scri-  
 ptura, dum de adultera loquens in Prouerbijs inquit. Reli-  
 quit ducem pubertatis suæ, & pacta Dei sui oblita est. Dando a-  
 entender por esse termino, que despues de Dios el proprio ma-  
 rido

40 marido ha de ser a la muger el su Dios de la tierra, y que en el solo se ha de acabar su adoracion. Fidelitatem autem, quā vir uxori suæ debet, eleganter significauit sanctus Moyses, cum dixit. *Aedificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, vbi ipsam mulierem vocauit ædificium significans per hunc terminum ac loquendi modum, quod in muliere quam Deus homini dedit, ei domum amoris ædificabat, in qua semper habitare deberet, nec alias vlllo vnquam tempore quærere, hoc est. Llamo la Sagrada escriptura edificio a la muger, significado por este termino y modo de hablar, que en la muger que Dios daua al hombre, le edificaua casa de amor en que morasse de assiento: porque no se anduuiesse derramado, y distraydo por casas agenas, ni pudiesse su amor en otra que en su muger.*

Genes. 2.

## MEDITATIO RERUM DIVINARVM.

**F**X amore Dei, & legis eius sequitur continua ipsius *Psalm. 118.* meditatio, vt regius vates expressit dicens. *Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est. Vbi illud, quomodo dilexi, non interrogatiue, sed admiratiue legendum est, ac si diceret. O quomodo vel quantum dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est!* Per, diem, hic significare videtur (ait Beatus Ambrosius) quod ei, qui in lege Domini meditatatur semper dies est, & lumen sine defectu, quod nullæ tenebræ noctis interpellent. Dixit autem, tota die, vel toto tempore, vt perseuerantiam in hoc sancto exercitio demonstraret, vel dixit, tota die, quoniam in quolibet negotio gerendo præ oculis semper habenda est lex, ne verbo vel facto ab ea, vel tantillum separeris. Quare non satis mirari possum Christianorum ignauiam, socordiamque, qui cum tale, tantumque negotium in manibus gerere deberent, nempe continuam meditationem mandatorum Dei, quæ ad æternam perducit vitam adeò otio inertiæque vacent, vt cum negotia secularia non habent, in quibus occupentur otiosos se esse existiment, nihilque, quod gerant, se habere putent, quasi

# 176 Meditatio rerum diuinarum.

quasi si vel in æternum viuere, aut perire nihil esset. O cæci, cæci, cæci, qui in tantum errorē incidistis. Expergiscimini fratres nolite iam otio consumi, absit ab ore vestro verbum hoc, otiosus sum, quia non habeo negotia, quæ geram cum erga maxima atque periculosa negotia versari debeatis, nempe saluationis vestræ: purificate animas vestras, & meditatio legis Dei vobis dulcis erit. Nam B. Hieronimus exponens illa verba. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, ait. Transito melle, vel alio cibo palatum nullum vltra saporem habet, sed eloquia tua Domine, siue sint in ore, siue in faucibus, siue in arcano abdito pectoris, semper dulcia sunt meditantibus ea. Et ita vbi nos legimus. In iustificationibus tuis meditabor, alij ex Hebræo verterunt. In mandatis tuis deliciabor. Idem enim est meditari, & deliciari, cum meditatio rei dilectæ delectationem pariat. Et etiam vbi nos legimus: Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ, Felix sic vertit. Etenim mandata tua solatia mea: & iustificationes tuæ viri consilij mei [el entretenimiento y descanso del justo es la meditacion de la ley de Dios.] Aduerte tamen meditationem rerum diuinarum delectationem parere ei, qui eam in rebus humanis nõ quærit. Hoc manifeste patet in eodem regio Propheta, qui dicebat. Renuit consolari anima mea, scilicet in temporalibus rebus. Memor fui Dei, & delectatus sum. Meditatio enim, ac recordatio Dei, & æternæ felicitatis iustos consolatur, qui in præsentis sæculo, & in rebus temporalibus consolationem non quærunt. Quod B. Bernardus ostendit super illa verba. Memoria mea in generatione sæculorum, dicens. Quandiu stare dicitur præsens: sæculum, in quo generatio aduenit, & generatio præterit? Non deest electis consolatio de diuina memoria, sed quæ generatio ex Dei recordatione capit consolationem? Illa solum, quæ veraciter dicere potest. Renuit cōsolari anima mea: scilicet in rebus temporalibus. Hoc clarius summa veritas docuit cum dixit. Vx vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Non condemnantur hic diuitiæ, sed in diuitijs vana cōsolatio. Nam, vt B. Ambrosius exponens hæc verba inquit, Qui consolationem vitæ præsentis appetunt, consolationem remunerationis perpetuæ perdunt. Quod præclare infert. D. Bernardus ex illis verbis Isaie Prophetæ. Cōsolamini cōsolamini popule meus &c. dicens,

B. Hiero. super  
Per Psal. 118.

simile.

Psalm. 76

B. Bernardus  
Ecclesi. 34.

Luc. 6,

B. Ambrosius super  
per Lucam.

6 dicens. Non tantū inquit semel, consolamini, sed secundo, vt certi simus, quod tam corpus, quam animam saluare debet ille, qui cum omnipotens esset, neutrum suscipere est dedignatus. Sed quibus putas eum istam consolationem esse daturum? Certe populo suo. Consolamini, inquit, popule meus, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vis noscere populum eius, quem ipse sit saluaturus? Hi sunt, qui omnem humanā consolationem missam fecerunt, & dicunt. Renuit consolari anima mea. Vt quid enim consolabitur eos Christus Iesus veræ consolationis fons, qui habent suam consolationem? Sicut noluit Dominus filijs Israel administrare manna in deserto, dum farina ab Ægypto asportata illis durauit. Non consolatur Christi infantia meditatio garrulos: non consolatur lachrymarū Christi meditatio cachinnātes: non consolatur pannorum eius meditatio indutos purpura, & bysso: non consolatur stabuli, & præsepis meditatio amantes primas cathedras in synagogis, & primos accubitus in cænis: non consolatur Christi Iesu nuditatis meditatio diuites consolationem mundi quærentes. Ergo qui renuit consolari in rebus temporalibus, & memor est Dei, hic delectationem eius accipit. Sequitur amplius. Et iustificationes tuæ, viri consilij mei. Solet homo habere aliquos electos amicos, cum quibus & negotia sua pertractat, & consilia capit, cum illisque confabulari pro

Exod. 16.

simile.

7 vniuersalē normam fidelis in omnibus operibus, ac negotijs obseruare summopere debet, vt, antequam negotium aggrediatur, consulat, an sit secundum legem Dei, vel contra aliquod præceptum illius: quod si inuenerit contrarium esse, omnino à negotio absteat, nam post patratum scelus summa cum difficultate curatur. Quoniam si ex iniquo lucro congesisti pecunias, & eas arca ærea conclusisti, vel oculos tuos prius erues, quam inde eas extrahas, vt restituas. Ideo dicebat Salustius. Priusquam aliquam aggrediaris rem, opus est consulto. Vide quid docet

homo Ethnicus. Ergo tu Christiane cum mandatis Dei consilium as-

sume.

Similis.

Sicut calor in aqua non ab aquæ natura, sed vel à sole, vel ab igne est (quo fit, vt ab igne, vel à solis ardore separata natura sine protinus reddatur.) Ita plane deuotio (vt Beatus Thomas ait) ex diuinarum rerum meditatione, & contemplatione procedit, quibus sublatis feruor ille deuotionis paulatim tepescit. Quare qui feruorem hunc perpetuum esse cupit, à Deo (qui ignis consumens est) recedere non debet: si vero recedat non magis mirum est, si eis feruor spiritus inmutatur, quam aquæ calor, vbi ab ignis consortio separatur.

Eccle. 6.

Quod autem meditatio diuinæ legis non solum pariat sapientiam, sed etiam promereatur, declarant illa Ecclesiastici verba. <sup>10</sup>

Psalm. 81.

Cogitatum tuum habe in præceptis altissimi: & in mandatis eius maxime assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Dare autem cor, est, diuinæ legis, ac diuinorum operum intelligentiam, & affectionem præbere, qua improbi carent: iuxta illud Psalmi. Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulat.

Ecclesi. 39.

Studium vero Sacrarum scripturarum, ac diuinæ legis meditationem commendat Ecclesiasticus his verbis. Sapiens in Prophetis vacabit, &c. & in absconditis parabolarum conuersabitur, mirare autem verbo illo, conuersabitur, studium, animus, cogitationes, & mores spiritualis viri descripsit: Quando is videlicet nihil aliud versat, ac vult, quam diuinæ legis meditationem, cuius omnis conuersatio cum Apostolis & Prophetis est, & omnis enarratio in præceptis altissimi. <sup>11</sup> Quid autem ex hoc sequatur, subdit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum. Huius vero studij, & deprecationis fructum declarat protinus cum ait. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse, tanquam imbres, emittet eloquia sapientiæ suæ.

Psalm. 65.

Meditationis autem tempus, materia, finis, & scopus describitur à regio Propheta cum ait. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui: meditatus sum nocte cum corde meo, &c. Quæ Beatus Hieronymus sic vertit. Recogitabam dies antiquos, annos seculorum recordabor, psalmorum meorum in nocte cum

corde

12 corde meo loquebar, & scopebam spiritum meum, Huc enim  
 omnis oratio, & meditatio nostra tendere debet, vt cordis puri-  
 tatem, & innocentiam consequamur. Quemadmodum ensis diu *simile.*  
 in vagina inclusus ferruginem contrahit, & ipsi vaginæ ita adha-  
 ret, vt qui ipsum enssem portat, quia illum euaginare non potest,  
 facile ab inimico suo interficiatur: idcirco oportet gladium illum  
 quandoque è vagina educi, vt sic rubiginem non contrahat. In  
 hunc modū oportet, vt anima nostra sanctis meditationibus ele-  
 uetur, & carnis obliuiscatur, atque à rebus eius separetur erigens  
 se supra se, sicut quilibet iustorum facit, vt Hieremias Propheta  
 vaticinatus est dicens. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit *Threaso. 3. c.*  
 se super se. Et quidem anima, quæ hoc non facit, sed potius se-  
 finit à carne opprimi, & submergi, tantam malarum affectio-  
 13 num rubiginem contrahit, vt postea difficillime à carnali amo-  
 re exire, & Dæmonem superare possit, quinimo ipsa victa,  
 ac mortua remanet. Vnde Beatus Augustinus in meditationibus *B. August. in*  
 inquit. Quanto magis homo mala sua intelligit, tanto amplius *meditat.*  
 suspirat, & gemit: meditatio siquidem parit scientiam, scientia  
 compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio incendit  
 orationem. Et B. Bernardus inquit. Vigiliastimes, & ieiunium *B. Bernardus*  
 magnumque laborem? Sed hæc leuia sunt meditati flammam *in Epist.*  
 perpetuas. Recordatio deinde tenebrarum exteriorum facit non  
 horrere solitudinem. Si futuram cogites de verbis otiosis discus-  
 sionem, non valde displicebit silentium. Fletus æternus & stridor  
 ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet  
 duram humum, & culcitram. Et Beatus Augustinus

14

ait. Qui didicerunt à Domino Iesu Christo mi-  
 tes esse, & humiles corde, plus cogitādo,  
 & orando proficiunt, quam le-  
 gendo, & au-  
 diendo.

*B. August. in  
 Epistola ad  
 Pauli.*

## MENDACES.

Eccle. 6. 15.



**V**IRI mendaces non erunt illius memores: & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei, ait Ecclesiasticus. O infoelices mendaces Non solum Sacra scriptura inquit, vos non esse habituros Deum, qui est caelestis sapiētia (de qua ibi igitur) sed nec eius recordabimini. Maxima profecto ei poena imponitur, qui Dei non recordatur: nam si miser peccator Dei non reminiscitur, nec ipse Deus de eo recordabitur, vni necessitatibus ei remedium adhibeat. Quod si hoc ita est, quis obsecro, de mendacibus hominibus memoriam habebit? Profecto Diabolus, vt videlicet eos in alia longe maiora peccata incidere faciat. Illi autem qui vera loquuntur in Domino Deo habitabunt. O singularem metaphoram! en la qual se dize que Dios seruira a los hombres amigos de hablar verdad de casa donde se amparan de los infortunios, y con tradiciones deste siglo. Dicitur praeterea quod in virtute, ac bonis operibus non sistent, sed in illis bonum successum habebunt, quousque Deum altissimum in gloria videant. Nam licet hic in Deo sint tanquam in domo; tamen non sunt omnino contenti, quia ipsum non vident. Videtis igitur o fratres, qualiter Sacra scriptura amplificet, & exaggeret, quam grande malum sit, homines esse mendaces, quantum autem bonum homines esse veraces? Idcirco omnibus viribus contendite mendacium a vobis depellere, & maxima efficacia, & spiritus feruore veritati adherere.

MERCA-

# MERCATORES.



**D**IFFICILE exiit negotiās à negligentia: & caupo non iustificabitur à peccatis labiorum: dicitur in Ecclesiastico. Vbi alia translatio habet mercator vix euitabit delictum: & caupo culpa non vacabit. Ideo Beatus Augustinus inquit. Verus poenitens, aut sua relinquat, aut saltem illa, quæ sine admittione mali non administrantur, deserat, vt mercaturam, & militiam, & alia, quæ vtentibus sunt nociua, administrationibus autem sæcularium potestatum, non vtatur nisi ex obedientia.

Eccles. 26.

B. Augu. lib. de poenit.

Beatus Chrysostomus in quadam homilia ait. Quemadmodū quid ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens se commendare sine multiloquio non potest, (neesse est enim, vt & isti male loquatur de illo, & illi male loquatur de isto) sic qui emit, & vendit sine mendacio, & periurio vix esse potest: neesse est enim, vt negotiatoribus hic iuret, quia tantum valet res, & illic iuret quia non tantum valet res quanti comparat eam.

B. Chryso. homilia. 38. ope. impe. simile.

Idemque ibidem ait. Quemadmodum si triticum, aut aliquam granorum speciem in cribro dura huc, illucq; iactas, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet nisi sterqus solum. Sic & substantia negotiatorū dum vadunt, & veniunt inter emptionem, & venditionem minuitur, & in nouissimo nihil illis remanet, nisi peccatum.

simile:

## Mercatores.

**D**E Balæna dicitur apud Iob. Faciem eius præcedit egestas, siempre delante de ella ay pobreza: nam cum hoc tam grande animal paruis piscibus vescatur, hinc est quod vbi ipsum enatat, mare piscium paupertatē patitur. Tales son los ricos mercaderes por lamayor parte como vnas Vallenas de la tierra ceuadas a peces humanos, que a doquiera que estan empobrecen el mundo, comiendo los hombres, y chupandoles la sangre de su sustento. De quibus conqueritur Dominus apud regium Prophetam dicens. Deuorauerunt plebem meam vt cibum panis. Sunt etiam homicidæ, dum eis suis non fauent elemosynis, sed illos fame perire sinunt. Quando vidua Sareptana Helix Propheta

Iob. 41:

di- 3. Reg. 17.

Loc. Com. Tom. 2.

m 3

xit:

dixit: Ingressus es ad me, vt interficeres filium meum, non ei hoc 4  
ideo dixit, quia Sanctus Propheta filium eius interfecerat, sed  
quia non impediuit, & obstitit, quominus ipsius orationibus (si-  
cut illa cogitabat) non moreretur. Qui ergo suis elemosynis po-  
test impedire, ne pauper moriatur, & hoc non facit, quare non  
dicetur homicida?

## M E R I T V M.

Iob. 9.



**V**I, etiam si habuero quippiam iustum, non res-  
pondebo, sed meum iudicem deprecabor: inquit S.  
Iob. Quod perinde est, ac si diceret. Etiam si iustus,  
& pius fuero, non contendam cum Deo, nec pro  
meo iure postulabo, vt me tantis malis, & calamita  
tibus vindicet, sed id tantum precabor, & eius clementiã, ac mise-  
ricordiã in hac re implorabo. His verbis oratio amici sui Baldath  
confutatur dicentis. Si mundus, & rectus incesseris, statim euigi-  
labit ad te & pacatum reddet habitaculũ iustitiã tuã: Nam pos-  
sunt quidẽ viri sancti, iusti q; pro iure suo à Deo petere, vt suppli-  
cijs apud inferos cõstitutis liberentur, vt æterna, & beata vita do-  
nẽtur, vt in hoc sæculo bonis spiritualibus augeantur: nã id me-  
ritis Christi Iesu infinitis consecuti sunt, vt hæc vere à Deo me-  
reri, & ad hæc habenda ius suũ experiri possint. At huius cõmoda  
vitæ, opes, honores, amicos, integram valetudinem sicut non se-  
cundum legẽ statutam absolute promerẽtur, ita nec pro iure suo  
necessario & semper poscere valent: Christus enim tãtum vt nos 2  
Deo reconciliaret, æternæq; vitæ ius nobis restitueretur, res tam  
præclaras gessit, & tantas diuitias persoluit. Huius verõ vitæ bo-  
na potius de Christi seruatoris consilio negligere, & contemnere  
debent. Et ita facile intelligũtur septuaginta interpretes, qui illud.  
Non respondebo, paulo reddũt obscurius, ita traducẽtes. Nõ ex-  
audiet me, id est, pro iure suo poterit precibus meis nõ respõdere.

### Meritum de congruo.

Ad Hebr. 6.

**L**oquens Diuus Paulus cum Hebreis, & cohortãs eos ad pœ-  
nitentiam inquit inter alia. Non est iniustus Deus, vt obli-  
uiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostẽdistis, in nomine  
ipsius.

3 ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. In quibus verbis magna se offert difficultas: nam si ipsi erant in peccato mortali, ex consequenti eorum opera nullum valorem habebant, quare ergo eis sanctus Apostolus ait, Deum non esse iniustum, qui eorum opera obliuiscatur? In quo aperte insinuat illa esse meritoria. Etenim opus meritorium dicitur illud, cui ex iustitia debetur præmium æternum, & Deus esset iniustus, si ea remunerare obliuisceretur. Huic difficultati respondet D. Thomas opera facta ab aliquo in peccato mortali, & illa, quæ antea fecit cum in gratia existeret, esse meritoria non quidem de condigno, sed de congruo hoc est, esse meritoria gratiæ, quæ virtute poenitentia confertur: vocat autem meritum de congruo opus illud, cui debetur præmium non ex iustitia, sed ex misericordia & ex quadam congruitate. Et adiecit dicens. Ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiæ plus, quam in illo qui nunquam aliquid fecit, Quibus verbis sanctus Doctor insinuat bona opera facta in peccato mortali esse primæ gratiæ meritoria de congruo. Hæc opinio est plurimorum Doctorum, quos pater magister Vega in opere super Concilium Tridentinum citat. Sed pro maiori huius rei declaratione obseruandum est, meritum de condigno vocari bonum opus, in quo homo, dum in gratia est, se exercet: ad quod duo requiruntur, scilicet quod faciens tale opus sit in gratia, & quod secundum legem divinam ei debeat præmium. At vero vt sit opus meritorium de congruo sufficit alterum horum, aut quod secundum legem ei debeat gratia, (quamuis qui tale opus facit sit in peccato) qualis est poenitentia vel elemosyna facta ab homine existenti in peccato mortali) aut quod iste sit in gratia licet secundum legem tali operi non debeat præmium, vt est oratio iusti, quando pro peccatore exorat. Hic Sancti Thomæ locus est maxime adnotandus aduersus aliquos Thomistas, qui sanctum Doctorem huiusmodi opinionem tenuisse insiciantur, de quo videndus est Doctissimus Magister Vega in loco supra citato. Alia responsio huic difficultati reddi potest, videlicet quod D. Paulus, quando inquit Deum non esse iniustum, qui operum nostrorum obliuiscatur, non loquitur de illis, qui sunt in peccato mortali, quorum opera mortua sunt, nec loquitur etiam de operibus, quæ ipse peccator seu peccans egit, dum in

Opus meritorium quid sit  
D. Thom. in  
Cōmen. sup.  
D. Paul.

Vega super  
Conc. Trid.  
lib. 8. c. 7.

Eze ch. 18.

gratia erat : hæc enim sunt per peccatum mortificata , iuxta id quod Dominus per Ezechielem Prophetam testatur dicens. Si iustus auerterit se à iustitia, omnes iustitiæ eius, quas fecerat nõ recordabuntur . Ex quo infertur opera eius non esse meritoria de condigno. Loquitur ergo hic sanctus Apostolus de operibus iustorum quando sunt in gratia, quibus de iustitia debetur præmium æternum, dummodo tamen concurrant omnes circumstantiæ necessariæ ad hoc, quod est esse meritoria. Hic locus sic expositus maxime notandus est contra impios Lutheranos , qui asserunt, opera eorum, qui sunt in gratia, non esse meritoria vite æternæ; quod quidem hæreticum esse, manifestum est, vt ex plurimis sacre scripturæ locis constat: & vnus ex præcipuis est hic quem modo explicuimus traditum à B. Paulo Apostolo dicente, Deum esse iniustum si obliuisceretur operũ eorum , qui sunt in gratia. Ex quo sequitur aperte illa opera esse vitæ æternæ meritoria. Denique pro hac materia meriti de condigno, videndus est B. Thomas, & magister Soto in suo libro de natura , & gratia, & magister Vega vbi supra.

D. Tho. 1. 2.  
q. 114, ar. 1. &  
3.  
soto. lib 3. de  
natura & gra-  
tia.

Vega lib.  
3. super Con-  
cil. Trid. c. 7.

### Meritum nostrum fundatur in diuina misericordia.

**I**Lle Beatissimus Paulus, qui dixit; Supra modum grauati sumus, & supra virtutem ita, vt tæderet nos etiam viuere, in prima epistola ad eosdẽ Corinthios scribens dixerat. Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Et reuera, sicut B. Thomas ait, nullus melius D. Paulo de veritate hac testimonium perhibere potest: ipse nãq; vtrũq; expertus est, & labores innumeros, & quia raptus est in paradysum vbi audiuit verba illa ineffabilia, ideo hic ait. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã &c. Si ergo ille magnus Apostolus, qui quotidie moriebatur pro Christi nomine, & plus omnibus laborant adhuc dicit. Nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quid nos dicaturi sumus, qui nec vulgare quidem laborẽ pro illo æterno premio suscipere volumus, sed vndecũq; voluptati operam damus animi & corporis recreationem captamus, & hoc vnum consideramus, ne quid nobis accidat laboriosum aut triste? Sapposito tamẽ, quod aliqua opera bona operamur, & aliquid patimur, quo

9 quomodo illa digna erunt premio illo æterno, si quidem inquit D. Paulus, Nō sunt condignæ pāsiones huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis? Ad hoc respondetur, pāsiones huius tēporis non esse condignas ad futurā gloriā ex se solis: merito enim nostri fundamentum est in diuina misericordia, quæ nos vocauit & iustificauit. Vt anulus cupreus siue æreus pretiosissimo adamante ornatus magni valoris est, non ob metallū, sed ob gemmam pretiosam anulo ipsi inclusam. Sic bona opera nostra in gratia facta, vitam æternam merentur, non quod nostra sunt, quia sicut cuprum sunt parui pretij, sed quia fiunt in gratia, & insignita sunt, tanquam pretiosissimo adamante, merito mortis & pāsionis Iesu Christi Domini nostri, cui per gratiam adhæremus, qui nobis ob misericordiam suam bona opera facientibus in gratia vitam æternam promisit. Eam ob causam volens Christus cælestis Saluator ostendere hanc veritatem ait apud B. Matthæum. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Attende quod non ait: dabit, sed reddet, tanquā ei debita. Nihilominus tamen audent infelices Lutherani asserere, hoc nomen meritum non in sacris biblijs reperiri. O errorem intolerabilem! O figmentum impudens cum in Ecclesiastico scriptum sit. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. simile.

10 Math. 16.

Eccles. 16.

## Meritum nostrum fundatur in meritis

### Christi Redemptoris nostri.

11 **P**RO eo quod non legimus, in verba tua supersperaui, B. Hieronymus legit in singulari, Quia in verbo tuo supersperaui, hoc est, in Christo Iesu spes mea nititur, quatenus opera mea supra id, quod ex se ipsis habent ad meritū æternæ gloriæ eleuentur: id enim efficit meritum Christi Domini mei, & Redemptoris mei, vt mea opera suis meritis per fidem, & charitatem unita, tanti ponderis sint. [*E. almizcle*] quando seorsum venditur, pretio & pondere, quo solet ipsum vendi, emitur, & valet: verū si admiscetur ambari, eo pretio & pondere, quo ipsum ambar venit æstimatur & veditur. Sic nimirum opera nostra seorsum, & per se considerata tanquam nostra, & à viribus nostris procedentia, humana quidem opera sunt, nec plus valoris habent,

quam opera humana, quæ sic considerata ad beatitudinis meritum nullatenus attingere possunt, sed si ea miscueris cum succo illo pretiosissimo, hoc est, cum sanguine Iesu Christi, iam pondus, & valor illius cælestis Redemptoris ipsis communicatur, hoc est dicere, quod opera nostra studiosa, quæ sunt in fide, & charitate Iesu Christi, quoniam meritis eius iunguntur, vitam æternam merentur, quam meruerunt nobis opera Christi. Vnde Beatus Paulus ad Romanos scribens inquit. Tu autem cum oleaster esses insertus es oliuæ, & socius radicis, & pinguedinis factus es. Opera quidem hominis ex suo actu, atque natura amara sunt, ut oleaster, hoc est, vel peccata, vel nullius valoris apud Deum, quippe quæ ad meritum vitæ æternæ non pertingunt: attamen si per fidem, & charitatem huic oliuæ, hoc est, Christo Iesu insertus fueris particeps pinguedinis, hoc est, sanctitatis ac meritõrum eius efficiaris, quippe cum vnaris illi, qui radix omnium meritõrum est.

## Meritum.

**M**E oportet operari donec dies est: venit nox quando nemo potest operari, dixit summa veritas apud Ioannem. In quibus verbis docuit, tempus merendi, & demerendi esse tantum dum in hoc seculo viuimus. Et ita, ubi nos legimus. Retribue seruo tuo viuifica me, & custodiã sermones tuos, quidã ex Hebrææ linguæ peritis dicunt, quod verbũ, Gamel, quod hic ponitur in Hebræo, significat, mercedẽ soluere, & vicissitudinẽ retribuere: & Gimal significat hanc mercedem & retributionẽ. Vnde dicunt quod Propheta hic pro mercede suorum operum nihil aliud petit, nisi vitam, quam in obsequio diuinæ legis impendat. Quod cõmuniter dicitur in nostro vulgari (viuir para seruir a Dios) secũdum illud Psalmi, Non moriar, sed viuã, & narrabo opera Domini: & illud. Non mortui laudabunt te Domine, nec omnes, qui descendunt in infernũ, sed nos, qui viuimus benedicimus Dño ex hoc, nũc & usque in sæculũ, quasi dicat quod confessio iustorũ, quæ in hoc seculo incipit, in alio perseverat. Quare sic isti legunt. Retribue seruo tuo, ut viuam, & custodiam verbum tuum, ac si iustus diceret. Si quid merui coram celsitudine tua, hanc peto vicissitudinem, & retributionem, ut viuam ad obsequendum verbis tuis. Et certe vita præsens ad nihil aliud desideranda venit, nisi ut in ea seruiamus Deo: siquid enim veri boni hæc vita habet, hoc solum est quod

15 quod est transitus ad futuram, & per actiones, quas operamur in curriculo, quo vita præfens voluitur, mereamur æternam, quia veniet nox quando nemo poterit operari, id est, non poterit mereri. Dicat ergo Christianus homo, hanc solum opto in hac vita retributionem, ut viuam, non mihi, nec mūdo, nec hominibus, sed tibi soli, cui in omni vita mea obsequi debeo, quia (ut B. Paulus inquit ad Corinth. scribens) Caritas Christi vrget nos æstimantes hoc, quoniã si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Magno autẽ solatio, & cõsolationi nobis debet esse tẽpus, per quod vita nostra durat: nã ut ait B. Apostolus, diligentibus Deũ, omnia cooperantur in bonum. Qui Deum diligunt, ex omnibus merituam educunt: si honorem habent, vel diuitias, scientiam aut pulchritudinem, cum his omnibus Deo inseruiunt, & merentur: si vero paupertatem, ignominiam, & ægritudinem habent, cum hoc etiam merentur: ac non solum hæc omnia eis in bonum vertuntur, verum etiam ex peccatis, si ut miseri homines ea cõmittunt, humilitatem, & cautionem, atq; animum ad bene operandum maiori cum feruore educunt sicut regi Dauidi contigit qui ait. Priusquam humiliarer ego deliqui. Et non solum ex peccatis, verum etiam ex tentationibus commodum, & motiuum, atq; incitamentum ad maius meritum eliciunt: In libro Iudicum legitur, quod ut Hebræi terram promissionis possiderent Amorrhæos, Cerethæos, Iebusæos, atque alias barbaras nationes euerterunt: Chananæos autem omnino destruere noluerunt, sed remanserunt tributarij in terra tribus Beniamin. In hoc significatum est, quod licet iusti sint in terra virtutis, cum ipsis tamen remanet Chananæi, hoc est, inordinati motus, & plurimę tentationes, sed tamen isti Chananæi tributarij remanent, porque dellos facan los iustos gran tributo, y merito. Iustus erat D. Paulus, & incola in terra virtutis, at de se ait ad Corinthios scribens. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Et quamuis instanter à Domino postulauit, ut à se auferretur, sicut ipse fatetur dicens: Propter quod ter Dominum rogavi, ut auferretur à me: tamen ei responsum fuit ab ipso Domino. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Hoc iustus

2. Ad Cor 5.

Ad Rom. 8.

Psal. 118.

2. ad Cor. 12.

iustus ex tentatione educit, & per consequens elicit maius meritum, maioremque coronam.

### Meritum cum diuino adiutorio acquiritur.

**S**icut aqua frigiditatis suæ causam intra se permanentē habet, caliditatis autem (si quādo caleat) aliunde venientem, & extraneam recipit, quo fit, vt per se frigiditatem obtineat, calorem autem aliunde percipiat: ita plane natura humana in hoc statu degens, peccati, & malitiæ intra se permanentem causam nempe cupiditatem habet, quæ quādiu vivimus, animo semper infixata hæret: pietatis autem & virtutis causa, extra hominem est, & aliunde pendet, nempe à Deo operante, & homine cooperante: Deus autem hac in re primas partes, vt prima & maxima causa, homo autem vt secunda & velut instrumentum, quod non mouet nisi moueatur, obtinet. Quod quidem non obscure Beatus Paulus ad Romanos scribens significauit, cum spiritum pro nobis gemitibus inenarrabilibus postulare dixit. Vt enim significaret omne opus bonum, magis Deo, quam homini esse tribuendum hac loquendi figura vsus est, idque in postulandi officio, quod non magis Deo quam satisfaciendi aut merendi officio cōuenit, quæ ab eo alienissima sunt. Si igitur orare nostrum, Dei est, quid ieiunare, & bene operari, nisi etiam Dei dicentur? Quod autem diuinus fauor, & gratia hominem supra naturæ suæ facultatem attollat, insinuat in illo verbo Sacræ scripturæ, vbi dicitur. David proficiens, & semper se ipso robustior, &c. Quid enim est, se ipso robustiorem esse, nisi eo deuenire per gratiam, quo pertingere natura non poterat? Ideo Salomon orabat. Sit Dominus Deus nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, nec proijciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in omnibus vijs eius, & custodiamus mandata eius. Quam ob causam sponsa inuitans sponsum in Canticis ait. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Pomorum suorum, dicit, quia vere bona opera nostra quamuis nostra sint, magis tamen illius, quam nostra sunt. Quod sponsus ibidem confirmat, nam hac voce sponsæ inuitatus fatetur iam venisse dicens. Veni in hortum meum soror mea sponsa: quod verbum (vt ex contextu Græco, & Hebræo

Ad Rom. 8.

2. Reg. 3. c.

3. Reg. 8.

Cant. 5.

con-

21 constat) præteriti temporis est, nō autem imperatiui. Et addit. Messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo. In quibus verbis fatetur spōsus se collegisse horti sui fructum suū. Omnia dicit sua, quia sua gratia, & fauore operata sunt. Quamuis autem sponsa poma vocauerat, sponsus vero aromata appellat. Quo nomine, quā grata sibi sint omnia spōsæ opera, ostendit: si quidem aromata suauissimè fragrātia, ea appellat: sed præcipuè tamen myrrhæ, hoc est, mortificationis: mellis id est, spiritualis dulcedinis: lactis, id est, puritatis: & vini, hoc est, cordialis amoris mentionem facit: ex his enim omnia bona alia procedūt. Quod vero ait: Messui myrrham meam, vnum potissimum insinuat, quod videlicet illam in cellario suo seruatam, & reconditam ha-

22 bet, vt merito honore remuneret. In quo vides Deum, cum præmiat merita nostra, coronare munera sua. Vnde merito B. Chrysolostomus in quadam homilia ait. In Olympicis certaminibus subsistit adornator, & magister, fitque spectator tantum, vt cæteri, nec vlla in re adiuuare potest, sed expectat, vt fiat victoria: Dominus autem noster non sic, sed vt nos eniti ad virtutis agones viderit, nutu statim suo nos adiuuat, simul nobiscum certat, manum porrigit, labores nostros alleuians, infirmitatem nature nostrę confirmans, & quasi vndecumque aduersarium nostrum tradit, breuiter omnia facit, vt in certamine eduremus & vincamus.

B. Chryso.  
hom. 42. in  
Genesim.  
Simile.

### Meritum qualiter Deum obliget.

23 **R**es quidem notatu digna est qualiter Deus nobiscum se gerat. [ Ha se Dios con nosotros de diferente manera, que los mercaderes en el trato de sus mercaderias corporales, porq̄ entre estos el mercader, que da, queda libre, y el que recibe queda obligado porque recibe cosa, que no se le deuia: ] at vero in contractatione spirituali non sic est, nam cum nobis Deus gratias, & dona sua præbet, ipse obligatus remanet, nos autē qui accepimus, liberi remanemus à culpa, & à gehēna, ac ius habemus, vt ab eo petamus id, quod nobis debet: ex eo enim quia voluntarie nobis gratiam dedit, peccata nostra absque meritis nostris nobis remittens, fit iure debitor nobis suam gloriam donandi, si in gratia illa nos ipsos conseruare voluerimus, hoc est, [ haze se deu-

deudor por iusticia de darnos su gloria si supieremos, y quisiere. 24  
 A i Rom. 6. nos cōseruarnos en su gracia. Et hoc significat verba illa. D. Pau-  
 li. Stipendia peccati mors: gratia Dei vita æterna. Hoc est. Præ-  
 mium peccati mortalis est mors æterna: diuina autem gratia est  
 principium vitæ æternæ, videlicet gloriæ. O fœlices ac beatos il-  
 los, qui tali Domino inseruunt, siquidem ab eo tot, tantaq; bene-  
 ficia accipiunt; & infœlices illos, qui in accepta gratia se ipsos cō-  
 seruare nolunt omnibus viribus laborantes. Cum illa præmium  
 Ad Rom. 6. gloriæ promereri, sicut B. Apostolus hortatur dicēs. Ne exhibea-  
 tis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo  
 tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ  
 Deo: peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege  
 estis sed sub gratia. Vt nos sanctus Apostolus à vitijs separare,  
 & ad virtutes sectandas commoueret, ad vtrumq; inquam nō po-  
 nit solum liberum arbitrium, sed ipsum liberum arbitrium diu-  
 na gratia adiutum. Atque ita admonens nos, vt nostro libero ar-  
 bitrio non exhibeamus membra nōstra arma iniquitatis pecca-  
 to, sed exhibeamus nos Deo, & membra nōstra arma iustitiæ, red-  
 dit rationem. Quia, inquit, estis sub gratia, hoc est, in lege gratiæ,  
 in qua nimis parata est diuina gratia ei, qui se ad illam recipien-  
 dam disponere voluerit cum qua gratia, simul cum bono vsu li-  
 beri arbitrij potest homo gloriam promereri.

### Meritum in hac vita acquiritur.

B. Aug. sup.  
 Psalm. 111.  
 Psalm. 115

EXponens B. Augustinus verba illa? Potens in terra erit semen  
 eius, asserit hoc intelligi de generatione cordis, & dicit. Hoc  
 potens semen est illud, de quo alibi dixit regius Propheta. Euntes 26  
 ibant, & flebant mittētes semina sua: veniētes autē veniēt cum  
 exultatione portantes manipulos suos. Seminamus operando, &  
 merendo, in morte autem colligimus. Admirabilis potētia est il-  
 la quam habet nux, quæ postquam seminatur, efficitur arbor, quæ  
 cælum videtur attingere, & quotannis plurima onera nucū pro  
 fructu profert, sed multo magis hæc potentia, & virtus in bonis  
 operibus enitet, si enim vasculum aquæ frigidæ (quæ vilissima res  
 est,) amore, & charitate præbeas, illud tam potēs, ac validum effi-  
 cis, vt pro illo gloriam accipias. O quomodo in cælo admirabi-  
 mur, quando pro tam paruis operibus, tam singulare præmium  
 viderimus, que cosa tan espantosa ver por vn grano sembrado

27 vn bosque y vna breñatan grande de contentos y deleytes. Erit ergo potens semen iusti in terra, potens, inquam, in hac vita, nam postquam de hac terra exiuerimus, iam non erit potens gemitus nec suspirium, nec luctus, nec dolor, nec fames, nec labor aliquis: vt in damnatis apparet, in quibus hæc omnia sunt absque merito aliquo: quod etiam in iustis cõspicitur, qui quamuis in cælo multo magis Deum, quam in terra diligant, & eorum charitas ibi excellentior futura sit: non tamen erit magis potens, quia iam non erit meritoria. Quis ergo his non mouetur, & incitatur, vt se se statim in bonis operibus exerceat? O sensus, o ratio, o iudicium vbi estis? Quare iustitiam non diligitis siquidem tales fructus profert, & in se habet? Conqueritur Deus per Malachiam Prophetam dicens. Inualuerunt super me verba vestra, & dixistis. Vanus est qui seruit Deo. Et quod emolumentum, quia custodimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino? A los quales remite a la experiencia diziendo: Conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum, & impiũ, & inter seruientẽ Deo, & non seruientem ei. idest. Tentate, & videbitis, experientia probate, & cognoscetis, quantum interfit inter seruientem Deo, & non seruientem. O generatio Adæ cupida, & ambitiosa, ecce lucrum, & præmium immensum! Quo vsq; inquit ea, quæ nihil valent? Si tibi o miser homo offertur paruum honoris gratum, aut minimum temporale lucrum cupiditate maxima, & impetu ad illud capeffendum inflammaris: promissionibus autem Dei quare torpescis, & veluti inanimis statua efficeris? Ad res temporales te nimis cupidum ostendis, ad veras autem & æternas diuitias frigesces? Quare obsecro Dei promissiones duntaxat contempnis? Num quia parua sunt aut incertæ, vel sero adimplentur? Profecto hoc vere dicere non potes? Nam in primis magnæ sunt. Merces vestra copiosa est in cælis, dixit summa veritas, deinde quam citissimè, ac certissimè eas fidelis seruus, ac perseverans accipiet, siquidem tam cito humana vita deficit, insuper cum Deus fidelis amator sit, nesci moram facere in suis promissionibus, sed statim in hac vita incipit bona opera remunerare. Quod si hoc non credis, experientia proba, & illud certissimum esse inuenies. Tenta, quæso, quid boni, aut mali sit in vita iustorum. Si per multos annos, o peccator expertus es voluptates, quæ in vitijs reperiuntur, tenta, & experire saltem dimidio anno

Malach. 3. 6.

volup-

voluptates iustorum, experire, obsecro, quid sit bonum, & si in alijs rebus curiosum te ostendis, dum eas tentare procuras, experire, quid sit bonitas, ac virtus. Quod si eam experiri non vis, expertis credito, & consule non solum sanctos patres, sed etiã eos, qui nunc Deo diligentissime seruiunt, & pro eius singulari amore omnia libenter reliquerunt. Interroga eos, qui ipsos in monasterijs detinet inter tot disciplinas, inter tot vigilias, inter tot ieiunia, inter tot asperitates, frigiditas, atque asperimas noctes sustinentes, interroga, inquam, illos quid ibi inueniant. Iam non dico, vt interrogas antiquos illos eremitas, qui in remotis solitudinibus inter feras vitam debebant, quid ibi eos detinebat, & quid solatij ibi inueniebant? Quare ad honores, & diuitias sæculi non reuertebantur? Profecto sapientes viri erant, & non insensati, aut amentes, & in illa solitudine omnia huius mundi inania, & caduca esse experiebantur. Non, inquam hos volo, vt interrogas, dices enim illa fuisse alia longè diuersa tempora à nostris sæculis [quãdo parece que andaua Dios mas por la tierra:] sed interroga eos, qui nunc viuunt, & inuenies plurimos adolescentestenerè ætatis, qui in domibus parentum suorum diuitijs, ac famulis abundabant, nunc in monasterijs tanquam seruos diligentissime seruire, in duris lectulis dormientes, & agrestes ac paucos cibos manducantes. Hi omnes ad Dominum se conuertentes respondebunt. O quam magna est multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Vere equidem eam Domine abscondisti ne, mundus vt pote tanto bono indignus eam degustaret. Relinque ergo ò frater mundum fallacem, & vere Deo inseruire stude, & statim ea, quæ isti gustarunt, tu etiam gustabis, statim ad bene operandum accelerabis vt plurimis meritis affluenter diteris. Super illa D. Pauli verba. Habemus thesaurũ absconditum in vasis fictilibus, inquit Primasius antiquissimus Doctor, ac D. Augustini discipulus; Scitote hũc thesaurum esse gratiam diuinam, esse amicum Dei, & regni cælorũ hæredem. [Tiene vna vieja vna alcãcia de barro, y no haze sino atesorar para la vejez, echa monedas, y mas monedas; quando quebrays la alcancia pensays de hallar ducados, y hallays chãfiones, y monedas de cobre viles y al reues pensays de hallar chãfiones. y monedas de cobre en otra alcancia y hallays buenos ducados de oro fino. Sic inter homines sæpenumero euenire solet,

Primasius  
super epist.  
23. ad Cor.  
c. 4.

simile.

solet, aliqui enim sancti videntur, [y que tienen dentro en las alcancias de los cuerpos grandes merecimientos y al tiempo de quebrar el alcancia del cuerpo por la muerte, hallase que todo es cobre y miseria: y en otros que no eran tan estimados, ni tan preciados, al tiempo de quebrar el alcancia por la muerte hallase precioso thesoro de oro, y de grâdes merecimientos en lo interior de su alma. Es pues hermanos nuestra vida vn thesorar thesoros de merecimientos ] in vasis fictilibus. Quo circa oportet nos sanctissimis exercitijs accelerare, non prætermittentes non solum diem vnum, verum nec horam aliquam absque eo quod in illa meritum aliquod in thesauro reponamus. Oportet etiã nos maxima vigilãtia viuere, ne in aliquod peccatum mortale incidamus, quo omnia, quæ in thesauro reposuimus, amittãtur. Sicut enim ius ciuile statuit in humanis, vt propter aliqua delicta, bona delinquentis fisco tribuantur: sic homo propter vnum mortale peccatum, omnia merita deperdit. Hinc est illud Apocalypsis. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Sed quæro quisnam merita, quæ homo moriẽs in peccato mortali perdit, accipit? Ad hoc respondent Theologi, quod quia opera illa facta fuerũt in charitate, ideo in ea merita ratione vinculi charitatis succedere possunt omnes iusti, quantum ad rationem satisfactionis, & nõ quantum ad meritum gratiæ, quia meritum vnius, non transit in alium. Sicut quando moritur homo aliquis, qui diues erat, & sapiens hæredes eius in bonis succedũt, & non in sapientia.

Similar

Apoc. 3.

simile.

### 35 Meritum non apparet in hoc mundo.

**M**odo non apparet id, quod iam meruimus, nec valor animæ nostræ. Atque ita D. Paulus ad Colossenses scribens inquit. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum Christo in gloria. Pulchra est ad hoc Beati Ioannis Chrysoptomi comparatio: inquit enim. Sicut margarita interim quod est in ocreo, aut in cõcha, in flumine, vel in mari abscondita, nescitur, cuius sit valoris, aut qualitatis: cum vero concha frangitur, valor margarite manifestatur. Ita interim, quod anima nostra latuerit in concha corporis, vita bonorum valor & meritum non manifestatur: cum vero terrena domus

Ad Col. 3.

B. Chryst.

simile.

corporis per mortem fuerit contracta, tunc vniuscuiusque vita 36  
qualis fuerit manifestabitur.

## Meritum & satisfactio ex operibus iustis eliciuntur.

Leuitic, 16.

**I**N Leuitico iubebat Dominus, vt, cū summus sacerdos pro peccatis populi sacrificium oblaturus erat, animalia sacrificanda non expensis sacerdotis, sed expensis, & sumptibus populi adducerentur. Suscipiet sacerdos (inquit sacer textus) ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato. Non fuisset certe nimis onerosum, quod, siquidem summus sacerdos decimas totius populi accipiebat, & ditior erat omnibus, ipse animalia sacrificanda emeret. Grande mysterium sub hoc præcepto inclusum est. Voluit in hoc Deus significare, que non hemo de librar tota la satisfacion de nuestros peccados en el sacrificio, q̄ el summo sacerdote Iesu Christo offrecio en la Cruz, sed oportet vt nos etiã ex parte nostra bona opera faciamus, que cõiuncta sacratissime p̄ssioni clemētissimi Iesu erunt satisfactoria pro peccata, quam peccata nostra meruerunt. Sicut enim causæ superiores non possunt sine inferioribus operari, sicut sol non potest sine terra producere plantam: sic sacratissima p̄ssio Redēptoris nostri, qui est causa vniuersalis, non potest de lege ordinaria pro peccatis nostris satisfacere, quin opera nostra ibi cõcurrant. Hæc est communis Theologorum doctrina aduersus impios hæreticos negantes opera nostra esse satisfactoria. Et Dominus Caietanus inquit hæc verba. Ex nostra, & Christi satisfacione conflatur integra satisfactio. Hæc sententia confirmatur ex plurimis Sacræ scripturæ locis, quorū vnus est ille. Facite fructus dignos pœnitentiæ hoc est. Facite opera, quæ ex dolore vestrorum peccatorum procedant: qualia sunt ieiunia, elemosynæ, orationes, atque alia exercitia, quibus ex parte vestra Deo satisfaciatis. Hinc infertur errare eos, qui alienis orationibus nituntur, absque eo quod ipsi ex parte sua aliquid agant ad consequendam Dei gratiam, & gloriam. Vt autem homines hoc sibi nequaquam persuaderent, iubebat Dominus, vt populus poneret in altari partem sacrificij, quæ erant animalia, & ipse sacerdos ea offerret: ex quo facto intelligeretur, orationes aliorum nobis non prodesse, quando nos ipsos ex parte nostra non adiuuerimus,

pecca-

simile.

Caieta. 3. p.  
q. 1. art. 2. in  
sua commē.

39 peccatorum occasiones auferendo, & alias diligentias adhibendo. Hoc Beatus Apostolus ad Hebræos scribens docet, cum ait. *Orate pro nobis: confidimus enim quod bonam conscientiam habemus. Quasi dicat: non manebitis frustrati, si deprecati fueritis pro me: nam quantum est ex parte mea confido in Domino me esse in gratia eius, in nulla enim re mihi conscientia mea stimulat.*

Ad Hebr. vi-  
timo.

## Meritum esse & gratiam quomodo compatiuntur.

**C**um certum sit vitam eternam sub merito bonorum operum cadere, dubium est quomodo intelligenda veniant verba illa B. **40** Pauli: gratia Dei vita æterna. Si enim ex merito, ergo non ex gratia? Ad hoc respondeo, quod Beatus Apostolus prius ibi dixit. Stipendium peccati mors: deinde subdidit: gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro, utens sanè conjunctione aduersatiua, ut significet manifestam differentiam inter modum, quo mortem: & modum, quo vitam attingimus æternam. Quoniam mors merum stipendium peccati est: si enim mortem inuenisti, iusto Dei iudicio inuenisti ò peccator propter opus peccati tui, malumque meritum, quod præcessit cæterum gratia Dei, vita æterna per Christum. Quia vita æterna sic innititur gratiæ Dei, ut omnino dici non possit merum stipendium operis boni secundum rationem puræ iustitiæ. Nam dum primo seminatur in nobis vita æterna per iustificationem, qua **41** ex impijs efficitur iusti, nullius meriti nostri, nulliusvè bonæ actionis causa datur, sed pure, gratis, merèq; liberaliter, propter Christum Dominum nostrum. Hinc Beatus Paulus ad Ephesios scribens inquit. *Gratia Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Item: gratia iustificati estis, & nõ ex operibus vestris. Si enim ex operibus, ergo non ex gratia, & si ex gratia, ergo non ex operibus. Dum vero incrementa sumit in nobis eadem vita æterna, & proficit vsq; ad consummationem, etiam hoc gratiæ Dei esse cognoscimus, quæ nobiscum operatur. Iuxta illud eiusdem Apostoli: non ego sed gratia Dei mecum. Non quidem gratia Dei sine me, neque rursus, ego sine gratia, quia non ego, sed gratia Dei mecum. Itaq; bonus*

Ad Rom. 6.

Ad Ephes. 2.

1. ad Cor. 15.

Matt. 13. &  
95.  
Marci. 4.  
Luc. 5. 9.

vſus gratiarum Dei, & ſtudio virtutis ſecundum inclinatio-  
nem charitatis diffuſæ in cordibus noſtris fouet, educat, ac pro-  
mouet vitam æternam ſeminatam in nobis, mereturque cõſum-  
mationẽ eiufdem. Iuxta illud. Omni habenti dabitur, & abunda-  
bit, ab eo autem, qui non habet, auferetur & id quod videtur ha-  
bere. **O**mn̄i habenti, ſcilicet bonum vſum gratiarum, ac natura-  
lium, quæ accepit, dabitur ei vſq; dum abundabit. Itaq; & quã-  
do ſeminat in nobis Deus vitã æternã, mere gratuitũ eſt, & quã-  
do perficit eadem in nobis per coronam gloriæ, magis tũc ſua  
coronat dona, quam remunerat merita noſtra. Gratia igitur  
Dei eſt, quod incipit in nobis vita æterna. Iterũ gratiæ Dei eſt,  
quod proficit in nobis. Denique gratiæ Dei eſt, quod cõſumma-  
tur in nobis. Ergo, inquires, in vita æterna obtinenda nullus eſt  
reſpectus ad merita noſtra. Vtique initium eius nullo modo da-  
tur nobis propter merita noſtra, verum incrementa ipſius, &  
conſummatio obtinentur, tũ ex donis Dei, tum ex bonis operi-  
bus noſtris per debitum vſum gratiarum, quas accepimus. Ideo  
que in ſcripturis ſanctis vocatur aliquando gratia aliquando ſti-  
pendium, aliquando merces, aliquando corona iuſtitia, ali-  
quando vero brauium ſupernæ vocationis. Quamuis autem cre-  
mẽta vitæ æternæ, & conſummatio, noſtræ bonæ actionis ſtu-  
dio obtineantur, non tamen ſine gratia, quoniam & noſtra me-  
rita dona Dei ſunt: adeo vt etiam hac conſideratione rectè dica-  
tur gratia Dei, vita æterna.

1. ad Tim. 4.

Postquam, B, Paulus benefacta ſua connumerauit ad Timo-  
theum, ſcribens addidit: in reliquo reſpoſita eſt mihi corõna iu-  
ſtitia quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non  
ait: Quam dabit mihi, ſed quã reddet mihi. Reddere enim, eſt  
dare alicui id, quod meretur ille, eique debetur: debetur autem  
iuſto vita æterna ex iuſtitia fundata in diuina miſericordia.

## Merita Ieſu Chriſti Redem- ptoris noſtri.

Exod. 30.

**I**N Exodo præcepit Dominus Moyſi dicens. Facies altare ad-  
adolendum thymiama de lignis Sethim, veſtiesque illud au-  
ro puriſſimo, Non enim vult Dominus quidquam noſtrum  
videre niſi veſtitum & tectum: omnes nos immundi, & omnia  
noſtra indigna diuinis ſunt oculis, ideo omnia veſtienda. Hinc  
arbitror

45 arbitror Beatum Paulum consulere, vt Christum induamus, ne scilicet exterius pater æternus vestimenta nostra sordida videns à nobis abhorreat. Sed quare non dixit: Induimini Christi vestē, Sed Christum? Quoniam solent etiā hypocritæ Christi vestibus tegi, sed non Christū induunt per imitationē. Qui Christū imitatur ipsum induit, & particeps fit eius meritorum, & ipsis operitur, & ad ea merita cælestis pater respicit. Vis autē scire, qualiter vestis hæc omnibus conueniat? Discite, inquit, à me quia mitis sum, & humilis corde. Et quis est, quem non deceat, & conueniat mitem esse & humilem? Cōueniunt hæc certe magnis, & paruis, nobilibus, & ignobilibus, vt nullus sit, cui huiusmodi vestimēta excessiua aut curta sint. Cor ergo nostrum tanquam Dei altare hoc purissimo auro operiamus, vt omnia sacrificia, quæ in illo obtulerimus Deo patri, ipsi gratissima sint. Hedera per se in altum ascendere non potest, nisi alicui arbori vel parieti adhæreat. Sic opera nostra per se sola non possunt tantum ascendere, vt sint gratiæ, & gloriæ meritoria, si vero cælesti arbori Iesu Christo Reparatori nostro adhæreant, possunt ita ascendere, vt gratiā, & gloriam mereantur, hoc est, nvestras obras arrimadas al celestial arbol Iesu Christo, suben à merecer gracia, y gloria. In Exodo iubebat Dominus, vt sibi offerretur aurum, argentum, & pili caprarum. Res quidem vilis est & abiecta lana caprarum: at vero si cum auro, & argento coniungatur magni sunt momenti, & æstimationis. Sic opera nostra de se vilia sunt, si vero cum auro hoc est, cum charitate Iesu Christi iungantur fiunt pretiosa. Refert Diuus Lucas Euangelista dixisse Dominum. Quis vestrum habēs seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi statim. Transi, & recumbe, & non dicit. Para quod coenam, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & posthęc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiā habet seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non Puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quæ debuimus facere fecimus. His verbis diuinus Reparator nos docet, quod propter obseruationem legis suæ non sumus aliquo præmio digni, sicut nec est dignus præmio seruus aliquis quia Domino suo à quo emptus fuit ad hoc ministerium seruit. Quod si nobis Dominus præmium vitæ æternæ promisit, hoc propter infinitam liberalitatem suam, & charitatē erga nos fecit. Quāuis

Simile.

Exod. 25.

Luc. 17.

Ad Rom. 8. autem Diuus Paulus ad Romanos scribens inquit. Qui etiã pro-48  
 prio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum, tamẽ  
 ex multitudine meritorum huius cœlestis Redemptoris nõ equa-  
 liter omnibus impertitus est. Nam (vt ait Scotus) Christus Sal-  
 uator mundi, secundum quod cognouit quosdam esse ad maiorẽ  
 gloriam prædestinatos, quam alios, sic plus obtulit meritorũ suo-  
 rum pro vnīs, quam pro alijs iuxta gradus gloriæ, ad quam præ-  
 destinati erant ab æterno patre. Quemadmodum quando ciues  
 aliqui in suam urbem fontem adducunt, non solent aquam ip-  
 sam æqualiter omnibus distribuere, sed pro qualitate, & necessi-  
 tate domorum eam impartiuntur, & sic tali hospitali tantam  
 quantitatem aquæ tribuunt, tali vero monasterio tantam, & do-  
 muitalis principis tantã. Sic Christus Reparator noster ex vber-  
 rimo fonte suorum meritorum diuersimode cum hominibus 49  
 partitus est, nam sacratissimæ virgini Mariæ quæ mater sua fu-  
 tura erat, & prædestinata erat ad altissimam gloriam, plurimum  
 suorum impertitus est meritorium, quæ per passionem præui-  
 sam, & coram diuino conspectu acceptatam in instanti concep-  
 tionis eius ei prodesse coeperunt. Pues a esta celestial Reyna le re-  
 parte mas de agua de vida, como la que hauia de ser hospital ge-  
 neral de misericordia, al qual se hauian de acoger muchos enfer-  
 mos, y necesitados. Post sacratissimam virginem sacris Apo-  
 stolis plus meritorum impertitum est: nam ipsi futuri erant sa-  
 cro sanctæ ecclesiæ fundamentum: Postea vero sanctis martyri-  
 bus: denique singularissima prouidentia sacratissima illa anima  
 Iesu Christi Redemptoris nostri merita sua per omnes prædesti-  
 natos iuxta gradus gloriæ, ad quam æternaliter prædestinati erãt 50  
 partita est. Sanctis discipulis suis Dominus dixit. Alij laboraue-  
 runt, & vos in labores eorum introiistis. O quam scelices nos etiã  
 vocari possumus Christiani, siquidem cum vineam non planta-  
 uerimus, nec vuarum vindemiam fecerimus, nec racemos presse-  
 rimus, meruimus includere vinum diuinorum sacramentorum,  
 & frui infinitis Iesu Christi meritis. In libro Numerorum sic le-  
 gitur. Absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in  
 veste duo viri. In quo significatum est, improbos Hebræos por-  
 tasse culpam mortis Iesu Christi Saluatoris mundi, in nobis au-  
 tem fructum sui sacratissimi sanguinis remansisse.

In hac materia etiam obseruandum est autorem naturæ talem

51 instinctum auibus posuisse, vt, quando filij earum præ teneritu-  
 dine volare non possunt, ipse eis de necessarijs ad sustentatio-  
 nem provideant per diuersa loca volantes, & filijs suis absque la-  
 bore eorum diligentissime ministrantes: at vero cum pulli alas  
 promptiores ad volandum habent, tunc parentes eorum neces-  
 saria non afferunt, sed coram ipsis volant, vt sic eos ad volandum  
 doceant, quinimo pullos suos è nidis rostro exire cogunt, vt ci-  
 baria quærant. Oportet etiam animaduertere id, quod in auibus  
 est volare, & acquirere per se necessaria, esse in hominibus mere-  
 ri, y desto si uen a los hombres las virtudes, de lo que a las aues  
 las plumas: & quemadmodum foedissima res est auis, implumis  
 sic deformior absque aliqua comparatione est anima despluma-  
 da, sine virtutibus, cum illis autem, tanquam plumis diuerso-  
 52 rum colorum eleganter adornata, protecta, & cooperta est. Et  
 quemadmodum auis absque plumis volare non potest sic ani-  
 ma absque gratia, & virtutibus mereri non valet. Et quemadmo-  
 dum auiculæ, cum adhuc parue sunt, teneras plumas habent, qui-  
 bus adhuc volare non possunt: sic infantes virtutes infusas in sa-  
 cro baptisate habent, illis tamen ad merendum vti non pos-  
 sunt: quia videlicet iudicio, & ratione vti nesciunt: intra hoc autē  
 tempus diuina prouidentia curam habet paruulorum, & eorum  
 qui ratione non vtuntur: sicut aues curam filiorum habent per  
 totum tempus, quo volare non possunt. Atque ita Deus illo sta-  
 tu impotentie paruulis ipsis tanquam optimus pater de alienis  
 laboribus, videlicet de meritis Iesu Christi Redemptoris nostri  
 prouidet: & sic quamuis, dum in hoc statu sunt non merentur, sal-  
 53 uabuntur tamen per merita illius diuini Reparatoris. At post-  
 quam homo ad annos discretionis, peruenit, oportet, vt aduo-  
 let, mereatur, & in sanctis virtutibus se exerceat: nam pijs-  
 simus pater ei non proderit, si ipse non volat, hoc est, no leval-  
 dran los merecimientos de Christo, sino se aprouechare dellos.  
 Quapropter fratres mei, siquidem iam rationis vsum habe-  
 tis sacro virtutum exercitio volate, & sic vobis singularia il-  
 la merita diuini Redemptoris proderunt, & quamuis hacte-  
 nus peccatores extiteritis, non tamen diffidatis, hic enim pijs-  
 simus Dominus peccata nostra, vt sua accepit ad satisfaciend-  
 dum, pro illis. Nos vero oportet sacratissimam eius pas-  
 sionem sumere, vt cum illa soluamus, & satisficiamus:

similia.

nam ipsa in omnes abundat, id est, [para todos ay en ella] vt sanctus David testatur dicēs. Calix in manu Dñi vini meri plenus mixto: & inclinavit ex hoc in hoc, veruntamē fæx eius non est exinanita: bibēt omnes peccatores terrę. Calix est sacratissima humanitas posita in manu patris æterni: quod est verbū eius: vinū merū est diuinitas, & vinū lymphatū est gloria sacratissimæ animæ Iesu Christi, quæ, cū esset gloriosa & beata, admisit in se ipsa tristitiā & amaritudinē: fæces autē huius calicis sunt eius sacratissima mors, & passio: sicut ait B. Augustinus super illa verba regij Prophetæ: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Et de hac fæce inquit S. Propheta. Fæx eius non est exinanita: bibēt omnes peccatores terræ, est enim valoris infiniti. Ne cogitetis scelera præteritorū, & antiquorū exhaustisse hunc calicē, nec passionē Iesu Christi finitam esse, ni penseys q̄ 55 est a Dios harto de perdonar, ni se hartara. Sed quomodo dicit: Bibent omnes peccatores terræ? Nunquid ex hoc calice biberunt illi, qui apud inferos dānati cruciantur? B. Augustinus super illa verba Dñi; Remittūtur ei peccata multa, quoniā dilexit multum, inquit, quod omnia possibilia committi, non cōmissa, sunt dimissa. Atq; ita nō solū debemus Deo gratias agere, quia nos eripit à peccatis, in quibus aētualiter eramus, sed quia nos eripit, vt in alia maiora non incidamus, in quę, si ipse potēti manu sua nos nō detineret, sine dubio incideremus, vt inquit Scotus, in tertio sentētiarū libro; vbi etiā ait, quod isto modo fuit dimissum peccatum originale sacratissimæ virgini Mariæ, quāuis illud nunquā contraxerit. Si ergo omnia peccata remittūtur 56 per passionē Iesu Christi saluatoris nostri, & etiā peccatā quę dānati nō cōmiserūt, potuerūt tamē cōmittere eis hoc modo remissa sūt, sequitur, eos ex hoc calice bibisse, quoniā propter alia multa peccata, quę fecissēt torquerētur, si per hāc sacratissimā passionē Deus illos nō præseruasset, ne in illa inciderēt. Cū igitur Iesu Christi passio sit tā immēsum pelagus, ita vt nullo modo exhaustiri possit, in hoc mare peccata nostra, passiones, atq; affectiones vt ibi suffocētur per verā penitentiam projiciamus: nos autem diuina gratia, quę inde nobis promanabit, viui remaneamus.

Omnia, quæ hic habentur de merito, poteris applicare in titulo, opera.

B. Aug. super  
psal.

Luce. 7.

scotus in 3.  
de 3. q. 2.

## 57. Merita amittuntur propter peccata.

**M**erita amittuntur propter peccata, atq; ita, vbi nos legimus homo cum in honore esset, non intellexit: alia translatio habet. Homo cum pretiosus esset, (scilicet per gratiam Dei,) nō intellexit, scilicet id, quod amittebat, dum in peccatum prolapsus est: amittebat enim totum suum pretium. Certissimū est, quod cum vassallus aliquis aduersus Regē suum rebellat, statim amittit omnia, quæ in seruitio illius Regis comparauerat, & omnia, quæ possidebat: hoc est [en rebelandose vnvassallo a su Rey, luego es visto perder todo lo que en seruitio de aquel Rey auia ganado, y todo lo que posseia.] Vnde vbi primum nuntiatum est Regi Dauid, quod Miphiboseth aduersus ipsum

58 rebellauerat, statim (vt sacra referunt literæ.) Sibæ dixit. Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. Vbi obseruandum est, eum non dixisse: Tua sint bona quæ sunt Miphiboseth, sed bona, quæ fuerunt Miphiboseth: in quo aperte significauit, bona illa iam non esse Miphiboseth, eo quod aduersus Regem suum rebellauerat. Vbi ergo peccator aduersus Deum suum rebellat, statim amittit merita & gratias, quas in eius seruitio comparauerat. Hoc etiam significauit idem Rex Dauid, cum dixit: Qui operantur iniquitatem in vijs eius non ambulauerunt. Vbi perpendendum est, eum non dicere, qui operantur iniquitatem in vijs eius actualiter non ambulauerunt, sed non ambulauerunt. Quid hoc est? Nunquid modo non sunt plurimi in peccato mortali, qui temporibus præteritis in gratia fuerunt, & ambulauerunt in vijs Domini? Ita planè. Quare ergo ait: In vijs eius non ambulauerunt?

59 Hoc ideo inquit quoniā omnia illa tēpora præterita, quibus ambulauerunt in vijs Domini, amiserunt: cuncta namque merita, quæ in illis comparauerunt ita perdiderunt, ac si nunquam illa comparassent. Etenim ieiunia, quæ fecerunt, elemosynas, quas erogarunt, orationes, quas recitarunt omnia denique amiserunt. Hæc est vna ex rationibus, quare regius propheta peccatum vocauit dolorem, dum de peccatore ait: Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Quod concipitur id paritur: Leona concipit Leonem, & parit Leonem: Lupa concipit Lupum, & parit Lupum: Vacca

2. Reg. 16.

Psalm. 118.

Psalm. 5.

cōcipit bouem & parit bouē. Cum ergo sanctus Propheta dixerit peccatorem iniquitatem parere, sequitur eum etiam concepisse iniquitatem. Quam hic regius Psalmographus appellat dolorem multis de causis, quarum vna, & satis præcipua est, quoniam peccator, dum peccat, si cōsiderat se propter peccatum commissum amittere omnia merita, quæ multis retro annis comparauerat, proculdubio maximo dolore, ac tristitia afficitur.

## MISERICORDIA DEI.

B. Tho. 1. p.  
q. 2. art. 4.



**V**AMVIS, vt inquit Beatus Thomas, in omnibus operibus Dei resplendent eius misericordia, & iustitia secundum illud, quod regius Propheta ait. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine: plura tamen misericordiarum, quàm iustitiarum opera nobis demonstrat. Nam si vnum, aut alterum iustitiarum opus experimur, mille millibus misericordiarum compensantur, imo & circumcingitur iustitia à misericordia ita, vt vix in præsentis sæculo appareat, ipsæ quippe poenæ, dum hanc agimus vitam, medicinae sunt ex misericordiarum apotheca eductæ. Vnde in Psalmo dicitur. Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. Ecce circumseptam iustitiam à misericordia, & tanquam in medio clausam: vt nec ingredi, nec egredi nisi per misericordiarum ianuam queat: mixta quippe, ac temperata iustitia Dei cum misericordia nobis propinatur, vt eam absque mortis periculo sustinere ac bibere possimus. Quis enim puram, ac nudam Dei iustitiam sustinere posset? Veluti medicus forte, ac venenosum medicamen propinaturus ægroto, alijs benedictis herbis immiscet, quibus contemperatum absque interitu ebibere possit. Quod autem poenæ ipsæ ex Dei misericordia in hac vita proueniāt, attestatur comminatio illa Prophetica. Auferetur zelus meus à te, & quiescam, & non irascar amplius. Vbi ira Dei amoris ad beneuolentiæ effectus designatur: flagellat enim, vt pius pater, omnem filium, quem diligit dicitur in Proverbijs. Et in Psalmo etiam, Misericors, & miserator, & iustus Dominus. Vbi pro vno iustitiarum titulo duplex titulus misericordiarum ei tribuitur.

Psal. 114.

simile.

Ezech. 16,

Proverb. 3.  
Psal. 111.

Mi-

## Misericordia Dei postulanda.

**P**etenda est misericordia Dei, sicut faciebat David cum dice- Psalm. 118.  
 bat. Respice in me, & miserere mei. Si enim ex Sole, Luna, simile.  
 cæterisque planetis (qui veluti oculi sunt mundi) & ex aspectu  
 eorum ad terram tot bona promanant, aurum scilicet, gemmæ,  
 frutices atq; salubria quæque generantur: quanto magis aspe-  
 ctu oculorum Dei, qui lucidiores sunt sole diuersa quæque bo-  
 na in animis, quas respiciunt, gignentur? Recte ergo postu- simile.  
 lat homo dicens. Respice in me, & miserere mei. Solent vul-  
 nerati, & mendici, quantumcunq; possunt, miserabiles se ex-  
 hibere, obnixèque postulare, vt labores, ac miseras suas alij  
 homines aspiciant, quatenus, ex eorum miserabili aspectu  
 4 ad misericordiam inclinentur. Sic misellus homuncio multis re-  
 pletus miserijs eas ante Dei oculos præsentare debet, misere-  
 que poscere, vt oculos suos in eas conuertat, certus quod ad mi-  
 serendum misericordijs plenum eius diuinum pectus trahet. Vt  
 autem Deus sua diuina misericordia tibi faueat, oportet, vt tu Iob. 24.  
 etiam misericors sis. De quodam homine Sanctus Iob inquit:  
 Obluiscatur eius misericordia. Quando crudelis homo miseri-  
 cordiam à Deo postulauerit, tunc misericordia respondebit:  
 Non te noui, quia nunquam fui in manibus tuis, nec in arca  
 tua, nec in domo, aut in corde tuo. O rem admirabilem! Cum  
 misericordia Dei sit infinita, dicente regio Propheta: Lauda-  
 te Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, quo-  
 niam confirmata est super nos misericordia eius, id est, stabilita:  
 vbi alia litera habet. Quoniam fortis est misericordia eius. Cum  
 5 ergo hoc ita sit, y estando ya de assiento la misericordia en la  
 tierra postquam Deus factus est homo, res quidem admi-  
 randa, & maximo timore digna est dicere, quod misericor-  
 dia non cognoscit hominem corde durum, & qui misericordia  
 erga proximum non usus est. Omni igitur studio fratres con-  
 tendite, vos misericordes esse, & oculos clementiæ habere: ip- Cant. 4.  
 si enim sunt, qui cor Dei feriant, sicut sponsus in Canticis fa-  
 tetur dicens. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno  
 oculorum tuorum. Eleganter exprimit diuinus sponsus  
 pietatis, & misericordiæ suæ magnitudinem, cum se vulne-  
 ratum sponsæ oculis affirmat, vel, vt habent Hebræa, scordá-  
 tum

tum me fecisti. Quasi dicat, Auulsi cor meum. Tanta enim est misericordia Dei, vt vno oculo pietatis pleno vulneretur, & rapiatur. Fœlices ergo misericordes qui talem effectum in corde Dei faciunt.

### Misericordiæ Dei laus.

Psal. 35.

Cant. 2.

Psal. 17.

**P**RO eo, quod nos legimus in Psalmo: Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Quam speciosa misericordia tua Deus: & filij Adam in umbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ: & torrente deliciarum tuarum potabis eos. Quibus verbis diuinæ misericordiæ, & spiritualis dulcedinis, quæ ex ea procedit, magnitudo maxime insinuatur. De hac etiã umbra ait sponsa in Canticis. Sub umbra illius, quem desiderauerã, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quibus verbis duo priuilegia singulari laude dignissima prædicantur, quibus pios homines Dominus iuuare solet. Alterũ est paterna cura, & protectio, qua sub umbra misericordiæ suæ illos protegit: alterum est mirabilis quædam dulcedo, qua ipsos lactat, & secũ mirabili amoris glutino copulat, quæ ab umbra suæ misericordiæ procedit, hoc est enim, quod ait. Fructus eius dulcis gutturi meo. Vt autem fratres mei Deus hac dulcissima umbra suæ misericordiæ vos protegat, cooperite vos etiam vestra misericordia pauperes. Et vt magis ad hoc incitemini adnotate verba illa regij Prophetæ. Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Duo sensus his verbis assignari solent: alter est, quod sanctus David loquitur cum homine, & eum admonet, vt à praua societate malorum discedat: qualis enim est societas eius, cũ quo versaris, talis & ipse euades. Ex quo sensu reperies, multa esse necessaria, vt sis sanctus, & perfectus, & te multorum innocentium, atq; electorum societate indigere, vt sis electus cũ dicat sacer textus: Cum sancto, cum innocente, cum electo. In quo sanctus Prophetã manifeste insinuat necessariũ esse homini conuersari cum sancto, & cum innocente, & cum electo, hoc est, necessarium esse conuersari cum optimis, & cum nimis sanctis vt quis sanctus, & bonus sit: vt autem sit malus & peruersus, sufficit vnus peruersi peccatoris societas: nam cum vno peruerso euades peruersus, & ideo cum regius Prophetã mentionem fecisset de

10 de plurimis bonis, mentionem fecit de vno duntaxat peruerso  
 dicens. Et cum peruerso peruerteris. Ita ex corrupta natura ad  
 malū procliu sumus. Alter sensus, qui his verbis assignatur, qui  
 que magis contextui Psalmi cohærere videtur, est quod sanctus  
 Dauid cum Deo loquitur, eique dicit, ipsum erga bonos misericor-  
 cordem esse: at vero erga malos seuerum, idcirco statim adiecit.  
 Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos super-  
 borum humiliabis. Vbi valde obseruandum est sanctum Pro-  
 phetam, cum de misericordia loqueretur; & de pietate qua erga  
 bonos Deus vtitur, explicuisse tot modos iustorum, quibus ipse  
 benefacit, dum ait. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocē-  
 te innocens eris, & cum electo electus eris. In quo significauit,  
 quam amicus sit Deus remunerandi particulariter omnes actus  
 10 iustitiæ, quos in seruis suis inuenit. Et loquens de supplicio, quo  
 improbos punit, id omne summauit dicens. Et cum peruerso  
 peruerteris, significans in hoc, quam difficultosa cosa se le haze al  
 señor el castigar. De manera que se diga de Dios vna cosa tan es-  
 tupenda, como es que se preuierte, siendo el la summa bõdad. De  
 ratione enim summæ bonitatis est, quod communicet se, & benefi-  
 faciat. Vnde plorans Hierusalem dicebat. Vrsus insidians factus Threno. 3.  
 est mihi Dominus, leo in abscondito. Similiter omnis peccator  
 plangere potest, si cito non conuertatur. Quare glossa ibi ait.  
 Plangitur iuste ab omni peccatore quod pius, & clemens Do-  
 minus peccatis exigentibus leo sit, vel vrsus contra illum, ad di-  
 lacerandum.

## Misericordiæ Dei proprietates.

12 SVper illa verba Psalmi: Deus meus misericordia mea, inquit. Psal. 5.  
 Beatus Augustinus. Non inuenit impletus bonis Dei sanctus B. Augu. su-  
 Dauid, quid appellaret Deum suum, nisi misericordiam suam. O per Psal.  
 nomen, sub quo nemini desperandum est. Deus meus inquit, mi-  
 sericordia mea. Quid est misericordia mea? Si dicas, Salus mea,  
 intelligo, quia dat salutem: si dicas, Refugium meum, intelligo,  
 quia confugis ad eum: si dicas, Fortido mea, intelligo, quia dat tibi  
 fortitudinem. Misericordia mea quid est? Totum quidquid sum  
 de misericordia tua est: tu enim dedisti mihi, vt essem, & vt bo-  
 nus essem, nam si tu mihi dedisti, vt sim, & potuit alius mihi da-  
 re, vt bonus sim, melior est ille, qui mihi dedit, vt bonus sim, quã  
 ille,

ille, qui mihi dedit, vt sim. Vt autem hanc misericordiam regius <sup>12</sup> vates impetraret humanæ conditionis miseriam allegauit, cum  
 Psal. 50. dixit in alio Psal. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &  
 Ecclesi. 18. in peccatis concepit me mater mea. Hac ratione Dominum clemēter cum hominibus agere declarauit Ecclesiasticus his verbis.  
 Vidit præsumptionem cordis eorum, quia mala est, & subuersio-  
 nem illorum quoniam nequam est, ideo adimpleuit propitiatio-  
 nem suam in illis & ostendit eis viam æquitatis: miseratio homi-  
 nis ad proximum suum: misericordia autem Dei ad omnem car-  
 nem. Qua ergo fiducia fratres Dei misericordiam postulare pos-  
 sumus, siquidem tot miseriæ nos circundant? Et si moram fece-  
 rit, expectate eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Cum ve-  
 ro semper, & vbique gratia sit hominibus Dei misericordia (&  
 Psal. 67. ita pro eo quod nos legimus: Turbabuntur à facie eius patris or-  
 phanorum & iudicis viduarum, Beatus Hieronymus ex Hebræo  
 vertit: Exultate coram eo patre orphanorū, & iudice viduarum:  
 vere enim exultandum quod talem Deum habeamus, qui hoc si-  
 bi præcipue nomen vendicauit (patrem orphanorū, & iudicē vi-  
 duarum) illa tamen misericordia gratissima est, quæ diu expecta-  
 ta, ac desiderata venit. Vnde illud Ecclesiastici, speciosa misericor-  
 dia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore  
 Eccle. 35. siccitatis. Ideo non mirū, si aliquando diu Dominus differat pre-  
 cantum vota, vt sit eius misericordia gratior, materiamque illis  
 vberioris lætitiæ tribuat: talis enim illa fuit, de qua Psalmogra-  
 phus ait. Expectans expectaui Dominū, & intendit mihi, & c. &  
 immisit in os meum canticum nouum carmen Deo nostro, id  
 est, nouam mihi lætandi, & laudandi materiam misericordia eius <sup>14</sup>  
 diu expectata tribuit. Quod autem hominū miseriæ misericor-  
 dia Dei prouocent, patet etiā ex Ecclesiastico, qui postquā mise-  
 Eccle. 13. rias carnis, & sanguinis enumerauerat dicens: Quid est homo, &  
 que est gratia illius, & quid est bonū, aut quid nequā illius? Nume-  
 rus dierum hominū, vt multum centum anni, quasi guttæ aquæ  
 maris deputati sunt: Et sicut calculus arenæ, sic exigui animi in  
 die em. Postquā, inquā, has miseras numerauerat, addidit. Prop-  
 ter hoc paties est Deus in illis, & effundit super eos misericordiā  
 suā. Et alia litera inquit, longanimitis erit in illis. Et sic quando S.  
 Exod. 34. Moyses à Deo postulauit, vt ei faciē suā ostenderet, ita inquit fa-  
 cer textus. Quo transeūte corā eo ait. Dominator Dñe Deus mi-  
 sericors,

15 misericors, & clemēs, patiens, & multę miserationis, ac verax, qui cu  
stodis misericordiā in millia, qui aufers iniquitatē, & scelera, atq;  
peccata. Quis hoc dicebat? Aliqui dicunt S. Moysem hoc dixisse,  
sed alia trāslatio sic ait. Transēute, ipse Dominus clamabat. Ipse  
met Deus aperiebat, & ostendebat nomina, ac titulos misericor  
diarum, quibus erga homines vtitur, eis peccata, & scelera condo  
nans. Et quando Ecclesiasticus inquit: Effundit super eos miseri  
cordiam suam, verbum illud, effundit, denotat bonam voluntatē  
qua Deus hominibus parcat, & abundantia donorum, quę eis cō  
municat. Miser homo, cum alij iniuriam remittit, & ei parcat, ver  
ba quidem dat, sed non dat cor nec viscera: dicit enim. Ego ei par  
co, ego amicus eius sum, at cor ei dare nolo, remanet namque cor  
eius ira, & odio vulneratū. Non sic Deus, sed effundit misericor  
16 diam suā, hoc est, viscera sua, & cor super homines, quibus parcat.

In supplicijs etiam, quibus Deus punit, misericordia eius eni  
tet vt patet ex illis verbis, quę per Prophetam Amos loquitur di Amos. 2, c.  
cens. Ecce stridebo super eos, sicut stridet plaustrum. O terribile  
supplicium! Nunquid in hoc supplicio inclusa est misericordia?  
Ita plane: inquit enim se venturum esse, sicut plaustrum oneratū,  
quod sensim, & paulatim venit, & magnam morā facit, pergran  
demque strepitum, & rugitum emittit. In quo significat Deus, se  
expectare peccatores, & in ipsis puniendis moram facere, prius  
quam vocibus, vel alijs rebus minari, vt illi à somno peccati, in  
quo existunt, suscitentur, atq; ad sacrā pœnitentiam confugiant.  
Cum autem somno adeo sopiti fuerint, vt ab eo euigilare nolue  
riat, ita vt de necessitate (vt aiunt) eos trituum sit plaustrum: ait  
17 Dominus se venturum esse ad illos, sicut plaustrum onustum fœ  
no, onustum, inquit, & oneratū, non ferro. aut arena, quę ossa cō  
fringit eius, super quem transferit, sed fœno, quod non tantum  
pondus habet, nec tantum damnum infert. Hunc ergo patrem  
misericordiarum imitari debent Reges, ac principes huius mun  
di, qui in supplicijs, quibus alios puniunt debent semper rigorem  
cum misericordia temperare

Quamuis autem opera misericordię, quę Deus publice facit,  
plurima sint, multo tamē plura sunt illa, quę secreto facit, & hu  
iusmodi sunt etiam opera iustitię. Hoc aperte significauit Eccle  
18 siasticus his verbis. Plurima illius opera sunt in absconditis, sed opera  
iustitię eius quis enuntiabit, aut quis sustinebit? Plurima opera  
Dei

Dei sunt opera misericordiae, & ex his quantum plurima sunt publica, multo plura sunt secreta. Quoties nos Deus vocat, quoties nos iustificat? A quantis nos periculis eripit, & alia innumerabilia beneficia in nos secreto confert? Opera autem iustitiae plurima etiam sunt secreta. Interficitur quispiam, & dicunt homines. Inimicus eius eum interfecit, sed profecto iustitia Dei fuit, quae illum praecipue necavit: erat enim tyrannus, aut in alio graui peccato detinebatur. Moritur adulter, & dicunt ipsum laterali morbo interiisse: at iustitia Dei ipsum principaliter interfecit. Nam si homines publice & aperte viderent supplicia e manu Dei venientia, quis eorum non animo caderet, ac deficeret. Ideo Deus ea secreto mittit, ne videlicet homines animo cadant, quin potius, cum se percussos viderint, ita pertimescant, ut tamen halitus, atque animus eis ad poenitentiam agendam maneat.

### De misericordia Dei sanctorum dicta.

B. Chryso-  
stomus. 3. de  
poenit.  
simile.

Beatus Chryso-  
stomus in quadam homilia inquit. Dei pietas  
& clementia hominis malitiam superat. Cogita scintillam,  
si in mare ceciderit, num poterit stare, aut apparere? Quantum  
scintilla ad mare se habet, tantum hominis malitia ad Dei pietatem,  
& clementiam, imo vero non tantum modo, sed & longe supra: nam & pelagus, etiam si magnum sit, mensuram recipit, Dei  
vero misericordia, & pietas mensuram non habet.

Idem in Psa.  
116.  
simile.

Idem etiam inquit. Sicut cum quidam graui aegritudine vexatur  
& multimodis indiget medicaminibus, & attenuatus est  
sumptibus si introierit medicus, & dixerit ad eum, qui egrotat.  
Plures species ad confectionem medicaminis necessariae sunt, re-  
spondeat vero aegrotus. Non habeo unde tantas species emam,  
paupertate detineor. Dicat ad eum medicus. Illam, & illam da  
mihi speciem tantum, caetera de meo praestabo. Sic & Deus di-  
cit: Da mihi confessionem tuam, & lachrymas poenitentiae, cete-  
ra autem pro misericordia mea, & humanitate tibi praestabo.

B. Hierony-  
mus. 1. Com-  
ment. in Aba-  
cuc. c. 1.  
simile.

Beatus Hieronymus in Commentarijs in Abacuc super illa  
verba, usquequo Domine clamabo, & non exaudies: ait. Quomo-  
do si aegrotus aestuas febribus aquam frigidam postulet, & dicat  
ad medicum. Vim patior, crucior, vror, exanimor, usquequo me-  
dice, clamabo, & non exaudies? Et respondeat ei sapientissimus,  
& clementissimus medicus. Scio quo tempore dare debeam, quod  
postu-

21 postulas, & non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est. & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera, atque mensuras interdum non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum iustiores, & puriores faciat. Quod intelligens Apostolus, secundum id, quod misericordiam consecutus est à Domino, ait, Sed non deficimus in tribulationibus, & benedicit Dominū in omni tēpore, & scit, quod qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, & gloriatur in labore, & dolore. Et Sanctus Hieremias dicit. Tribulationem, & miseriam inuocabo. Et quomodo alius inuocat Deum, sic sanctus vir, ac bellator inuictus ad exercendum se, & probandum, tribulationem, & miseriam inuenire desiderat.

## 22 Misericordia Dei superexaltat iustitiam.

Postquam Michæas Propheta dixerat Dei nomine, ponam Mich. 1. c. Samariam, quasi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: (Quod fecit per manus Regis Assiriorum, & exercitus eius: morem enim esse diuinæ scripturæ asserit B. Damascenus permissionem Dei, actionem eius vocare) cum, inquam, hanc B. Damaf. li. 4. fidei ortho. doxx. c. 4. destructionem sanctus Propheta narrasset, adiecit. Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus faciam plantatum, velut Draconum, & luctum quasi struthionū, quia desperata est plaga eius. Asserit B. Hieronymus Prophetam facere quasi prosopopœiā, Dei, & sub nomine eius inducere plangētis affectum dicens. Super hoc plangā, & vlulabo &c. Si enim diligenter sacras euoluamus scripturas, nihil equidem, nec diligentius, nec accuratius in illis tradi reperiemus, quam vt doceāt nos summum erga homines Dei amorem, eius humanitatē, & benignitatem erga illos, veluti penicillo describunt: tota plena est amoris, & beneuolentię, tota beneficijs Dei hominibus allatis scatet: singulis verbis singula beneficia cōmemorat, hoc hominibus persuasum esse conatur, & omnibus modis illis hoc clarē, atq; aperte ostendere iatagit, hac de causa patienter agere, atque tandiu expectare, vt misereatur nostri. Nihil non agit antequam ad supplicium de malis sumendum accingatur: prius minatur, prius admonet, prius Prophetas mittit, cunctatur, remoratur, & tandem cum hæc omnia in cassum abire videat, cū

B. Chryso.  
Homil. 4. de  
providentia

Gen. 6.

frustra hæc omnia facta esse intelligat, alias excogitare vias cogitur; pœnis, afflictionibus, tribulationibus, flagellis suos erudire conatur, & ad meliorem mentem, vel sic reducere nititur. Vt autem eleganter docet Beatus Chrysostomus, eò omnia ista tendunt, eò à Deo diriguntur, ne in eam homines insaniam deueniant, vt Deum existiment illos odio prosequi, cum affligit, cum torquet, cum varijs afficit supplicijs, cum in captiuitatem abire permittit, & mala immittit, ne hominum ingenio Deum metiantur, qui non vulgari afficiuntur voluptate, cum de hostibus, & aduersarijs suis vindictam sumunt. Ideo ergo scripturæ sacræ, atque viri diuino spiritu afflati frequenter inculcant signa aliqua exteriora, quæ doceant etiam tum nequaquam ex odio, & maleuolentia illa fieri tantum abesse, vt tunc aliquam voluptatem capiat, cum vindictam sumit, vt, si fieri posset, veluti diligentissimus pater, cum filium flagellat suum, doleat, tristetur, atque maxime compatiatur. Sic cum videret omnem carnem viam suam corripisse, in omne flagitiorum genus homines fuisse collapsos, cum omnibus tentatis remedijs (vt de Deo credere par est) nihil profecisse intelligeret, cum grauissimum de omnibus sumere supplicium vellet, ne odio illorum ista fieri, aut quia delectaretur in perditione morientium quis existimare posset, grauissimis quidem verbis contrarium persuadere nititur, cum tactus dolore cordis intrinsecus in ea prorupit verba. Delebo hominem, quem creauit à facie terræ. Non gaudens hoc faciendo sed potius intrinseco dolore cordis se esse affectum ostendendo, non voluptatem capere vllam, sed, si fieri posset, summo dolore cruciari, plus doloris capere, quam ipsi homines, quibus pœna ipsa infligitur. Sic ergo Michæas, cum Deum introduxisset sic asperè minantem mala, sic per singula discurrentem supplicia, vt veluti narrando videretur voluptate affici, hæc quæ sequuntur addit verba. Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus &c. Non potuit vir sanctus grauioribus verbis hanc falsam opinionem expungere ab hominum pectoribus, quam sic lachrymantem, & vlulantem inducendo Deum, illi tribuens, quæ in illo nequaquam esse possunt, sed hominum ingenio se accommodans, sicut in multis alijs scripturam sacram facere videmus.

Ex quo

27 Ex quo euidenter patet infinita misericordia ipsius Dei, qua si perditii homines beneviti vellent, & à suis iniquitatibus respiscere, salui fierent.

Misericordiæ Dei mirabiles effectus.

IN verbis Prophetæ Abacuc mirabiliter Dei misericordia elu- Abac. 3  
cet. Ait enim, Domine opus tuum in medio annorum viuifi-  
ca illud: in medio annorum notum facies, cum iratus fueris, mi-  
sericordiæ recordaberis. Opus Dei vocat Israelē, in qua gente  
præ cæteris ornanda, atq; illustranda, multum opere, vt ita dica-  
mus, multum sumptus posuerat Deus. Neq; enim cõmunibus  
tantum omniũ nationum beneficijs eã prosequutus fuerat, sed  
assumens, ac eligens in peculium sibi de cunctis populis, segre  
28 ganq; in gētem sanctã, & regnũ sacerdotale, vt dicitur in Exo- Exod. 19  
do, portans deniq; eos super alas aquilarũ, singulari illos studio  
semper fouerat. Hac eadem appellatione, operis videlicet sui,  
Deus ipse apud Isaiã eos vocauit: ait enim. Hęc dicit Dominus Isai. 39  
ad domũ Iacob: Non modo confundetur Iacob, nec modo vul-  
tus eius erubescet: sed cum viderit filios suos, opera manuũ mea-  
rũ, in medio sui sanctificantes nomen meũ. Et in alio loco: Hęc Isai. 45  
dicit Dominus Sanctus Israel plastes eius: ventura interroga-  
te me, super filios meos, & super opus manuum mearum manda-  
te mihi. Quæ enim, obsecro, frequentior in tota scriptura meta-  
phora, quam ea, quæ populum Iudeorum Dei vineam, & plan-  
tationem appellat? Fuerunt quidem, & reliquæ gentes per crea-  
29 tionem factura Dei: fuerunt tamen veluti syluestres labruscæ,  
erraticæque vites, & infructuosæ: asperæ, & horridæ, atq; inordi-  
nate dispersæ. At populus Israel fuit quasi vinea ex electis à Isai. 5  
Deo plâtis depacta in cornu filio olei, idest, in montosa Palæsti-  
næ terra. Viuificare autē, Hebræis, seruare, & liberare significat,  
vt in Psalmo. Dominus conseruet eũ, & viuificet eũ, & beatũ fa-  
ciat eũ in terra. Qui enim in afflictione & angustia cõstitutus Psalm. 40  
est, ille fere mortuo similis est, atq; dũ ei succursus est, perinde  
est, ac si reuixerit. Vnde etiã & verbũ, recreare, trãslatitiã signifi-  
cationem accepit. In medio annorũ dixit: idest, cũ in præcipiti-  
erunt mala, cum ingruent vehementius pericula, cum circum-  
fluentibus vndiq; calamitatum fluctibus, nulla emergēdi af-  
fulgebit spes. In medio enim alicuius rei esse dicitur quandoq;

Psalm. 22

quod ab ipsa premitur, & vrgetur maxime: vt circumfuso malo  
 rum æstu, nullum euadendi pateat effugiū. Tale est illud: Nam  
 etsi ambulauero in medio vimbæ mortis, non timebo mala,  
 quoniam tu mecum es. Et illud quoque: Si ambulauero in me  
 dio tribulationis, viuificabis me. Orat igitur Abacuc Dominū,  
 vt populum sibi peculiarem è medijs calamitatibus Chaldæo-  
 rum eripiat, & quem tantis hætenus beneficijs affecerit, Chal-  
 dæorum sænitia interire non patiatur. Neque patieris, quæ tua  
 est benignitas, addit Propheta: sed in medio annorum notum  
 facies, quod cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. In me  
 dio infaustissimi illius temporis, cum ineuictabile imminebit  
 exitium, tunc vtique palam facies, te nunquam misericordiæ  
 obliuisci, neq; in ira tua continere clemētiam tuā. Hoc ipsum,  
 vt pro certo habeam, præterita beneficia populo tuo loco scele  
 rum punitionis reposita persuadent. Etenim, pro iniquitate

Ezech. 20

(huic enim particule omnia, quæ sequuntur ab illo carmine:  
 Deus ab Austro veniet &c. referri arbitror,) pro infidelitate  
 hac Idololatria, qua in Agypto abominationes, & idola  
 Agyptiorum coluerunt, (vt testatur Ezechiel;) pro infideli-  
 tate, atque murmuratione, quibus post tot, ac tanta in Agypto  
 conspecta miracula, & Deo ipsi diffidebant, & legatis eius  
 Moyse, & Aaron identidem obmurmurabant, dicentes: videat  
 Dominus, & iudicet, quoniam fetere fecistis odorem nostrum  
 coram Pharaone, & seruis eius, & prebnuistis ei gladium, vt oc-  
 cideret nos. Pro iniquitate qua multoties murmurauit omnis  
 congregatio filiorum Israel, contra Moysem, & Aaron (vt pat-  
 tet Exodi. 15. & 16. & 17. pro his omnibus iniquitatibus, inquit

Exod. 14

Abacuc, pro quibus non solum puniri, sed penitus aboleri me-  
 ruerant: non tantum Dominus condigna nō intulit supplicia,  
 verum illis gloriose, & amice se prodidit, & ostendit in monte  
 Sinai: atq; de cælo, vt inquit Moyse, fecit eos Dominus audire  
 vocem suam, vt doceret eos: & in terra ostendit illis ignem suū  
 maximum, & audierunt verba illius de medio ignis. Id ipsum  
 profert hic Sanctus Propheta dicens: Deus ab Austro veniet,  
 & sanctus de monte Pharan. Operuit cælos gloria eius, & lau-  
 dis eius plena est terra: splendor eius, vt lux erit. Quæ omnia im-  
 pleta sunt, dum Moyse legem acciperet, vt in Exodo narra-  
 tur. Verum, quia Deus non subito se Moyse ostendit in monte

Deut. 4.

Exod. 19

Sinai:

33 Sinai: sed sensim, atq; morate instar Solis ex oriente emergens  
 ē motibus Seir & Pharan, in verticem Sinai aduentasse dicitur.  
 Multi arbitrantur, Deum legis tabulas in manu habuisse igni-  
 fulgore micantes, & veluti splendoris radios eminus eiaculan-  
 tes. Hinc etiam ab Abacuc cornua nuncupari censuerunt: vt  
 Moyse ex simili causa cornutus ab scriptura sacra vocatur; & **Exod. 34**  
 ideo addidisse: cornua in manibus eius, ibi abscondita est for-  
 titudo eius. Pro cornua in manibus eius, Hebræis est, cornua  
 ē manu eius ipsi. Vnde Pagninus, & Vatablus transtulerunt:  
 splendores de manu eius fuerunt ei. Quidam verò doctissimus  
 interpres, per cornua, mortem, ac Diabolum, quæ mox sub  
 sequuntur, significari autumat. Propheta quippe explicat con-  
 festim sese, & de more vfitatissimo diuinis vatibus, id quod  
 34 prius subobscure, ac metaphorice dixerat, his verbis cornua  
 in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius: proprie, &  
 enodate declarans, subiungit: ante faciem eius ibit mors, &  
 egredietur Diabolus ante pedes eius. Frequens est enim in diui-  
 na scriptura à feris cornupetis deducta metaphora, eos dici ven-  
 tilare cornu, qui aliquos alios debellant, prosternunt, & procul  
 cant. Huius generis est illud Moyse in benedictione Ioseph: **Deut. 33**  
 Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocero-  
 tis cornua illius, in ipsis ventilabit gētes. Deum porro, mortis,  
 atq; Diaboli ministerio, quasi cornibus oppositis in hostes suos  
 ferri, nō semel scriptura testatur: illudq; Dauidicum apertè ma-  
 nifestat: Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, **Psalms. 77**  
 & iram, & tribulationem; immissionem per Angelos malos,  
 35 viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eo-  
 rum. Ecce Diabolo, & morte, veluti cornibus, in Ægypto  
 Dominus inimicos suos perdidisse dicitur. Huic similia hic in-  
 fert Abacuc: Deum nempe pro Iudæorum iniquitate, idest, pro  
 pœna sceleribus illorum debita, Diabolo, ac morte, veluti cor-  
 nibus oppositis in Chananeos irruisse, & vt canit Sæctus David **Psalms. 43**  
 gentes illas disperdidisse, afflixisse populos, & expulisse: vt Is-  
 raelitas inibi constitueret, & ad modum electæ vineæ planta-  
 ret. In his autem cornibus abscondita dicitur fortitudo Dei: eo  
 quod Diabolus, & mors tanquam vasa interfectionis Deo sint  
 instrumenta fortissima. Quod autem in Hebræo, vt dictum  
 est, duo ponuntur relatiua: eius, videlicet, & ipsi: nihil obest,

quominus ea, quę dicuntur, ad Deum referantur: redundant <sup>35</sup>  
 nāq; æpissime Hebræis Latina, sicut etiā & nobis Hispanis.  
 Redundat utriusque alterum relatiuorum, in Psalmo, ubi dicitur:  
 mons Sion, in quo habitasti in eo. Et in alio Psalmo: Beatus  
 vir, cuius est nomen Domini spes eius. Redundant & nobis  
 Hispanis, ut diximus, relatiua frequenter: nec citra linguę no-  
 strę proprietatem diceremus: cuernos de sus manos del, vasos  
 de su fortaleza y uan destruçando ante el, muerte, y Diabolo con  
 presteza. His igitur prælatis cornibus Deus, morte, ac Diabolo,  
 Palestinā ingressus, stetit, & mensus est terram: inquit Prophe-  
 ta: Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi; in-  
 curuati sunt colles mūdi ab itineribus eternitatis eius. Hoc est,  
 morte, ac Diabolo pereuntibus, instarq; cornuū faciē Domini  
 præcedentibus, tādū Chananeos vētillare nō destitit, donec ste-  
 tit tandē in terra promissa, eiūq; dominiū, & possessionē adep-  
 tus, partim per Moysen, partim etiā per Iosue, mensus esteā in  
 funiculo distributionis, diuisitq; tribus Israel. Hoc autē non  
 humano consilio, non viribus, neq; armis sed solo suo vultu &  
 aspectu Deus illas gētes deiecit, cū essent multo maioris nume-  
 ri, multoq; robustiores, quā esset populus Israel. Ideoq; David  
 inquit. Neq; enim in gladio suo possederūt terrā, & brachium  
 eorū non saluauit eos, sed dextera tua Domine, & illuminatio  
 vultus tui. Suspicio autē, eternitatis, vocabulū in hoc loco, titu-  
 li vicē gerere, ac pro ipso nomine Dei, antonomastice vsurpa-  
 ri. Tanquā si Hispanice diceremus: todo se allanaua, y rendia, por  
 do quiera que su Magestad caminaua. Neq; vllū est aliud Dei  
 Epitheton, quod eque considerantiū mentes in admirationē im-  
 pellat, quam eternitas. Idem est igitur, ut ego sentio: contriti  
 sunt, & incuruati sunt ab itineribus eternitatis eius: quod Dau-  
 dicum illud; Infirmabuntur, & peribunt à facie tua: Montium  
 porro, atque collium nominibus, principes, & duces, potentes  
 atque magnates allegorice significantur, nam cum totam ho-  
 minum turbam, atque adeo ipsum genus humanum diuina  
 scriptura terrę nomine appellare soleat, fit, ut montium, & col-  
 liū nomina principibus, & summis viris imponat: quia mōtes,  
 in terra altiores, editioresq; conspiciuntur. Cū autem inquit. In-  
 curuati sunt colles mūdi, præcedentis sententię repetitio est:  
 ut & mōtes fuisse contritos, & colles incuruatos, idē significet.

Id est,

Psalms. 73.  
Psalms.

Psalms. 43.

Psalms. 9

39 *Idest, excelsa quæq; , & eminentia, reges, Principes, gigantes, fortissimos populos, munitissimas vrbes, editissimas arc. cū-  
cta fuisse deiecta, prostrata, diruta, & euersa. Sequitur vltimus in  
Propheta. Pro iniquitate, vidi tentoria Aethiopiæ, turbabuntur  
pelles terræ Madiã. In quibus verbis pergit adhuc sanctus Aba-  
cuc enumerare beneficia diuina, quæ Deus olim populo Israel  
pro sceleribus, & iniquitate reposuit. Benignus quippe altissi-  
mus est etiã super ingratos, & malos. Diximus autẽ in superio-  
ribus hanc particulam, pro iniquitate, tum ad ea, quæ narrata  
iam sunt, tum ad ea, quæ subsequuntur, referri. His autem non  
significatur, Deum beneficia rependisse pro scelere, eo videli-  
cet, quod essent iniqui: verum iniquitas, in hoc loco pro pœna  
iniquitati debita pro meritoq; supplicio posita est: in qua signi-  
40 ficatione Christus etiã Dominus factus fuisse peccatũ, ab Apo-  
stolo prædicatur, idest, mundi peccatorum piaculum: peccata  
quippe nostra, hoc est pœnas, atq; supplicia nostrorũ scelerũ ip-  
se pertulit in corpore suo super lignũ, vt B. Petrus testatur. To-  
ta porro prophetæ narratio hæc Zeugmatica est, singula namq;  
diuina beneficia populo Hebræorũ olim exhibita, quæ vates in  
exemplum diuinæ misericordiz recenset, cū ea, quæ præcedũt,  
tū ea etiam, quæ sequuntur, hac connexionem, & Zeugmate copu-  
lantur, pro iniquitate. Fit namque Zeugma, cum plures sensus  
vna aliqua sententia, aut verbo coniunguntur, præposito in-  
terdum verbo, ad quod reliqua respiciant, vt apud Prophetam  
Amos. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari po-  
test in bubalis? Quod enim præcessit, in petris; tam ad equos  
41 quam ad boues referendum est. In saxis quippe, ac præruptis  
silicibus, neque equi currere, neq; boues arare queunt. Fit etiam  
Zeugma verbo, aut sententia postpositis, cuius modi est illud.  
Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphem-  
ia tollatur à vobis. Fit deniq; Zeugma sententia aut verbo in  
medio sensu interiecto, vt in hoc propheta Abacuc. Nã quæ su-  
perius dixerat de aduẽtu Dei in Sinai, & de ingressu eiusdẽ in  
terrã Chanaã, his quæ subinfert de profligatione Madiã in tẽpore  
Gedeonis, de diuisione Iordanis, ac maris rubri, de solis, atq; lu-  
nẽ statione in tẽpore Iosue, de populi educatione ex Aegypto,  
pro iniquitate: cõnectit. Scopus vero, ac finis totius narrationis  
hic est, vt ostēdat vates nunquã Deũ adeo Iudæorũ criminibus*

2. Ad Cor. 5.

1. Petr. 2.

Amos 6.

Ad Ephe. 4.

iratum, & an fensum fuisse, quin eos magnis beneficijs affecerit, 42  
 atq; medijs periculis liberauerit. Hinc autē Propheta argumen-  
 ta desumpsit, quibus propositam confirmaret spem: nempe  
 Deum in Babylone nō deserturum Israelitas, neq; pariter cum  
 Chaldæis extremo traditurum exitio, Quin potius misericor-  
 diarum antiquarum memorē pro iniquitate, & sceleribus bene-  
 ficia pristina redditurum, & ab interitu impendente Chaldæis  
 opus suum, id est populum sibi peculiarē, misericorditer ereptu-  
 rum, & viuificaturū. In his verbis pro iniquitate vidi tentoria  
 Aethiopę, turbabuntur pelles terræ Madian; duas populi Israe-  
 litici insignes victorias referre creditur vates: alteram sub Otho-  
 niele, alteram sub Gedeone ducibus, & iudicibus Hebræorum.  
 Quidā verō interpretis existimat, solius Madianiticę expeditio-  
 nis Abacuc fecisse mentionē, & Tentoria Aethiopię, atq; pel- 43  
 les Madian ipsissimū significare: vt familiare huic prophete in-  
 primis est, quę subobscura, aut indeterminatē prædixerat aper-  
 tius ē vestigio repetere, & si quę ambigua præmiserat certiorū  
 appositione declarare. Madianitas verō dictos fuisse Aethio-  
 pes, vel ex eo patet, quod Sephore filiā sacerdotis Madian, vxor  
 quę Moyſis, Aethiopissa ab scriptura sacra vocatur. Et si enim  
 posterioris etatis homines Aethiopum nomē ad eos dūtaxat,  
 qui iuxta Aegyptū ad meridiē habitāt, traduxerūt; at olim hoc  
 vocabulū latius patuit. Sequitur inferius: Nunquid in flumini-  
 bus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus. &c. vsq; al-  
 titudo manus suas leuauit. In his verbis adhuc prosequitur pro-  
 pheta miracula, & beneficia diuina, quibus vice scelerū, & ini-  
 quitatis, Iudeorū populū Deus olim affecit, & exornauit. Ad 44  
 ducit autē in hoc argumētū duo illustrissima Diuinę misericor-  
 dię erga Iudeos testimonia: Diuisi nēpe Iordanis, ac maris rubri  
 prodigiosa, & stupenda miracula. Hęc q; poeticis exornationis  
 bus, Hebraicę q; lingue proprijs, atq; elegantissimis translationi-  
 bus, & vt Plinij verbis dicā, dignis digna locapieturis cōdeco-  
 rauit. Prophetę autē verborū mens hęc esse videtur. Cū olim in-  
 tumescentē Iordanē, alueiq; sui ripas tēpore mæsis implētem,  
 veluti increpādo discinderes: imo verō cū mare rubrū, stante vē-  
 to vehementi, quasi obiurgādo dirumperes, cū fluuij ipsi veluti  
 ad præſentiā tuā tremebūdi, & consternati, recederent, ac disseca-  
 rentur, vt populō tuo transitionē præberēt: an ne Domine id fe-  
 cisti,

Exod. 2.  
 Num. 12.

45cisti, eo quod aliquādo flumina ipsa, vel mare te iniuria aliqua lace-  
 sissent? Offensus ne ab illis, & ob aliquam culpam illis in-  
 fensus, tam magna illis inferebas supplicia? Certe, Domine nul-  
 lum tibi cum a quis negotium fuerat, quæ ab ipso conditionis  
 suæ exordio obsequentissime tibi paruerunt: verum suscitans,  
 atque renouans, implensque promissa, & iuramenta patribus  
 nostris, & eorum posteritati depacta, exercebas potentiam  
 tuā, denudabas arcum tuū, equosq; tuos, & quadrigas ascende-  
 bas, id est, omnigenis, atq; fortissimis pugne instrumentis valissi-  
 me decertabas, tua scilicet virtute, & potestate, non vtiq; ob  
 aliam causam quam, vt populo tuo fieres salus, atque saluatio, &  
 vt firma rataq; facta ad patres de hæreditate promissio fieret.

# MISERICORDIA IESU CHRISTI

Redemptoris nostri.



Vtinuit Dominus Iesus in multa patientia pec-  
 cata populi Hebræi, nec quemquam illorum pu-  
 niuit sed multa, ac subinde maiora beneficia eis  
 exhibebat: oportebat tamen, vt in aliquo visibili  
 exēplo puniēdi virtutē cōprobaret, vt tā discipu-  
 lipij, ac religiosi, quā improbi Iudei, & durissimi sibi persuade-  
 rent vel solo verbo posse Iesum Christū Dominum nostrū ini-  
 micos suos stupidos reddere, imo & in fauillam conuertere, sed  
 se omnia sponte clementer sustinere propter eorū salutem; pu-  
 niendi tamē virtutē non in hominem sed in arborē opportune  
 demonstrauit, cū accedens ad ficulneā, & nihil in ea inueniens,  
 nisi folia tantum, dixit illi. Nunquam ex te fractus nascatur in  
 sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Quod aliter  
 sub Moyse actum est in Chore, Datan, & Abiron, quos seditio-  
 nē seminantes in populo nouo mortis genere puniuit Moyse  
 famulus Domini hæc dicens. In hoc scietis quod Dominus mi  
 serit me, vt facerē vniuersa, quæ cernitis, & non ex proprio ea  
 corde protulerim, si cōsueti hominū morte interierint &c. Con-  
 festim igitur, vt cessauit loqui diruta est terra sub pedibus eorū,  
 & aperies os suū deuorauit illos cū tabernaculis suis, & descēde

Matt, 21.

Numc, 16.

rivi viui in infernū. Christus vero Dominus, ad cōprobandū,  
 quod missus esset à patre pro omnīū salute, elegit vocare Lazarū  
 ab inferis dicens. Lazare veni foras, ante vero, quam hoc faceret  
 dixit loquens cum eterno patre. Vt sciant quia tu me misisti: &  
 elegit maledicere ficum, quæ à radicibus exaruit, vt sic incredū  
 los terreret, & adduceret ad pœnitentiã. Magnificauit ergo Do-  
 minus facere cum eis, non contra illos, sed & magnificauit Do-  
 minus facere nobiscum non cōtra nos, super quod facti sumus  
 lætantes. Nisi enim Dominus reliquisset semē suæ longanimi-  
 tatis, & patientiæ, facti essemus sicut Gomorrha, quæ in momē-  
 to absumpta fuit ab igne. Benedicamus ergo Dominum, qui  
 non amouit misericordiam suam à nobis, & ne abutamur illa,  
 videamus, & consideremus quo modo, qui vltionū Dominus  
 vocabatur, nunc misericordiæ, & pacis nomen & titulū habet.  
 Deus patientiæ, & pacis, & solati) vocatur à Beato Paulo ad Ro-  
 manos scribente. Ecce discrimen, & differētiam temporis inter  
 legem scripturæ, & legem gratiæ: nam antequam Deus homo  
 fieret, vix ei offensa inferebatur, quando ipse eam puniebat.  
 Vbi primū Adam peccauit, statim ipsum pœnis & miserijs  
 oneratum à terrenali paradiso expulit. Vbi primū Cain pec-  
 cauit, statim ei Dominus maledixit inquitens. Nunc igitur ma-  
 ledictus eris super terram. Vbi primū mundus per lasciuia  
 peccauit ipsum totum aquarum multitudine submersit. Vbi  
 primū Sodoma & Gomorrhæ incolæ peccauerūt se ipsos nefan-  
 dis abominationibus cōtaminātes, eos igne sulphureo cōsump-  
 sit. Vbi primū Dathan & Abiron peccauerunt, statim ipsos  
 terræ deuorare iussit. Vbi primū Dauid peccauit recensendo  
 populum, statim ipsum magna pestilentia puniuit. Vbi primū  
 Ezechias peccauit ostendendo diuitias suas gentibus Babylo-  
 nicis, statim eum minatus est. Itaque in domibus, in quibus hac  
 nocte peccatum committebatur, altera die sequenti (si ita dici  
 potest) supplicium sentiebatur, id est a donde anochea el pec-  
 cado, luego el otro dia (si assi se puede dezir) amanecia el casti-  
 go; quod aperte apparuit in eo, quod in solitudine contigit. Nā  
 adhuc escæ erant in ore eorū, & ira Dei ascendit super eos. Nō  
 potuit sancta scriptura vltionem Dei magis amplificare, siqui-  
 dem ait Hebræos illos propter gulam, cum adhuc cibos illos,  
 quos appetiuerāt, manderent, ab ipso Deo in illo māducationis  
 actu

Iohannis. 11.

Gene. 19.

Ad Rom. 15.

Gene. 4.

Psalm. 77.

6 actu fuisse punitos, Nunc autem, propter merita illius celestis mediatoris Iesu Christi, Deus his rigoribus non utitur.

# MISERICORDIA

## HOMINIS.



Ehementer nobis misericordiã pariter, & iustitiã Prouer. 3.

cõmendata esse Salomon voluit, cū in Prouerbijs ait. Misericordia, & veritas te non deserant: circum-

da eas gutturi tuo, & scribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiã, & disciplinã bonã coram Deo, & hominibus.

Vide quo amore, erga virtutes has nos affici voluit, qui nõ con-

tētus dixisse: Misericordia, & veritas te nõ deserāt, voluit etiã,

vt eas tanquã torquẽ aureã collo circumdaremus, & in tabulis

cordis scriberemus. Simul & illud vide, quomodo cum mise-

ricordia veritatem coniunxit: sunt enim qui, Diabolo ita sua

dente, in pauperes profusi, in suos vero sunt auari, atq; tenaces

cū tamẽ vel vnum iustitię opus neglectũ satis sit ad damnationẽ:

inauera autẽ bona opera neglecta iustitia ad salutẽ minime

sufficiunt. Idẽ etiã Salomon hoc ipsum docet in Prouerbijs Prouer. 20.

his verbis. Multi homines misericordes vocantur, virum autẽ

fidelẽ quis inueniet? Fidelitatis nomine hoc in loco Salomõ iu-

stitiã intelligit, is enim has duas virtutes vbiq; coniungit; fide-

lis enim est, qui fideliter præstat, quod debet, & muneri suo ple-

ne satisfacit. Fidem autem pro iustitia accipi ex eo colligimus,

quod cū idem Salomon dixisset in eisdẽ Prouerbijs; Per miseri- Prouer. 31

cordiã, & fidem purgantur peccata, paulo post eandem senten-

tiam repetens ait. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas.

Veritas autẽ in literis sanctis, iustitia appellatur, vt in Paralipo-

menone: vbi sic dicitur. Post quẽ, & huiuscemodi veritatẽ venit 2. Paral. 33

Senacherib rex Assyriorũ &c. Vbi veritas pro iustitia ponitur.

## Misericordia hominis.

**A**D misericordiã exercẽdã maxime conducit miseros intue B. Tho, 2. 2.

ari: nã (vt B. Thomas docet) motiuũ misericordiã est malũ q. 30,

vel miseria alterius: misericordia autem est voluntas efficax su-

bleuandi proximũ à tali miseria, quã quidẽ misericordiã homo

suapte

101. 12.

Daniel, 14.

Genes, 13.

Exod. 17.

suae natura habere debet: nā Deus ei pia viscera, & compassio  
 ne plena largitus est: & ita hoc nomē, viscera, ortū habet à quo  
 dā nomine significāte misericordiā, quod si homo parcus, & aua  
 rus est, hoc ex peccato nascitur. Vnde in prouerbijis de peccato  
 ribus dicitur. Nouit iustus iumētorū suorū animas viscera autē  
 impiorū crudelia. Iustus (inquit Spiritus sanctus) etiam ipsis be  
 stijs benefacit, & de illis cōpatitur. Atq; ita quādo angelus Pro  
 phetā Abacuc per capillū capitis duxit, vt ad Sanctum Daniele  
 cibum portaret, significare voluit virum iustum adeo docilem,  
 & misericordem, & ad bene operandum procliuem esse, quod  
 per capillum capitis ad seruitium Dei, & ad opera pietatis, &  
 misericordiae facile adducetur. Contra vero impiorum viscera  
 crudelia. Vbi, viscera, vt diximus deducitur à quodam nomine  
 significante misericordiam. Atq; ita in sacro Genesis libro di  
 citur, quod, postquā Sāctus Ioseph vidit fratrem suū Beniamin,  
 festinauit in domū, quia commota fuerunt viscera eius. Vbi alia  
 litera habet. Incaluerūt misericordiae eius: nā idem est misericor  
 dia quod viscera, & è contra. Idcirco cū ait Spiritus sanctus: vis  
 cera impiorum crudelia, insinuat, quod per peccatū induratur  
 cor hominis, & misericordia eius vertitur in crudelitatem: vis  
 cera autem, quae Dominus ei dedit plena misericordiae per cul  
 pā eius crudelia redduntur. Cōtra hos impios, & in misericordes  
 illud merito iactari potest, quod cū eis, velut in altera librē lace  
 proponatur Deus, gratia, gloria, peccatorū remissio, regnū celo  
 rū, ceteraq; similia benignitatis prēmia: in altera vero parua pe  
 cunia indigētibus eroganda, plus isti ad hoc bucellū, quā ad pre  
 tiosissima illa bona afficiuntur, quod certe indignissimū est. Cū  
 Aaron in aures aureas ad execrandi vituli fabricā à populo pe  
 tijt, promptissime eas, & annulos, & dextralia ac cetera tribuit.  
 Hoc enim modo quidam verba illa interpretatur: Spoliauerat  
 quippe illū Aarō, & inter hostes nudū cōstituerat. At cum Chri  
 stus Iesus in paupere frustū panis petit, sepe indigne repellitur,  
 & interdū contumelijis afficitur. Qua quidē ex re apparet, quā li  
 berales, imo vero prodigi homines ad diaboli, mūdij, obsequia  
 sint, quāq; ad subueniendū pauperibus Christi tenaces, & inhu  
 mani. Quo quid esse vel indignius, vel lamentabilius potest. In  
 Exodo iussit Dñs Moyse, Dices omni populo, vt postulet vir  
 ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argētea, & aurea: dabit  
 autem

6 autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs, vt scilicet vasa illa libenter Hebreis mutuarent. Ex his verbis aperte constat, corda hominum esse in manibus Dei, & ipse, quocun- que voluerit, inclinabit illa. Ex quo duo eademque maxime conducibilia inferuntur, alterum est, quod, siquidem habere cor- pium, misericors, atque propensus ad bene operandum est res adeo excellens (ita vt B. Leo Papa dicat) Misericordie virtus tan- ta est, vt sine illa ceterę et si fuerint, prodesse non possint: quauis enim aliquis fidelis sit, & castus & sobrius, & alijs moribus or- natus insignibus, si misericors tamen non est, misericordiã nõ meretur) instanter, & omni studio contẽdamus à Domino po- stulare, vt corda nostra moueat, & virtutem misericordie erga proximos nostros inclinet, vt de nobis vere dici possit, quod Sanctus David de quolibet iustorum inquit. Tota die misere- tur, & commodat. Quibus verbis significatur hoc esse præci- pium, & quasi continuũ officium viri iusti de omnibus homi- nibus semper bene mereri. In quo ipsius Dei mores potissi- mum imitatur, qui nunquã à benefaciendo quiescit. Ad cuius imitationem Saluator nos hortatur dicens. Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Alterum verò est, Quod, quan- do homines erga nos misericordiam habent, & nobis fauent, Deo præcipue propter hoc gratias reddere debemus, ipse enim mouet eorum corda, vt de nobis misereantur. Hoc secundum, videlicet quod Deus est præcipuus autor, qui in nos beneficia confert, significatur etiam in sacro Exodi libro, vbi postquam sacer textus dixerat: Cumq; extendisset Moyses manum suam super mare, adiecit statim. Abstulit illud Dominus flante ven- to vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Hoc di- cit, vt nullus cogitaret virgam, quam Moyses in manu tenebat, habere ad illud negotium virtutem. Non enim virga mare ab- stulit, sed Dominus, diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Is- rael per medium siccı maris. Vbi Hebrei dicunt mare diuisum fuisse in duodecim vias, iuxta numerum duodecim tribuũ. Et hoc probant ex illis verbis Psalmi. Quid diuisit mare rubrum in diuisiones aquarum. Ex quibus omnibus inferitur quod homo nullum in te bonum potest conferre, si Deus cor eius, & volun- tatem ad id non moueat. Idcirco quamuis ipsi homini debes gratiam bonum, quod in te confert, gratificare, multo tamen ma- gis

Prou. 21

B. Leo Papa  
sermone de  
apparitione  
Domini.

Exod. 14

Psalm 135

Li. 3. Cap. 5

gis Deo, qui est præcipuus autor, à quo bona cuncta procedunt  
 te gratū præbe. O quam ampla, & spatiosa materia se se nobis  
 hic offerebat magnam lachrymarum copiam profundendi, si  
 ingratitude, qua homines vtuntur erga Deum suum, qui  
 fons est infinitæ misericordiæ, consideramus. In omnibus  
 enim beneficijs, quæ homines ab hominibus accipiunt, non  
 nisi tantum ipsorum hominum recordantur, eis tantum modo  
 gratias reddunt, & eis pro acceptis beneficijs inseruiunt. Y por  
 ellos los siruen y se tienen por sus cautiuos y de Dios, que es el  
 principal autor, quasi nunca se acuerdan.

Pons, quo ad Deum transituri sumus, vt veniam nobis con-  
 donet, misericordia est, quam erga proximos exercemus. Ille  
 ergo pontem fregit, quo transiturus erat ad Deum, qui proxi-  
 mo misericordiam non facit, aut ei non pepercit: vnde Beatus  
 Iacobus inquit. Iudicium fiet sine misericordia ei, qui non fece-  
 rit misericordiam.

Iacob. 2.

## M O D E S T I A.

B. Aug. lib. de  
 vita beata.



Modestia secundum B. Augustinum, libro de vita  
 beata, dicta est à modo. sicut à temperie dicitur tem-  
 perantia: vbi autem non modus est, atque tempe-  
 ries, ibi nec modestia, nec temperantia potest inue-  
 niri. Hanc modestiam optime describit Beatus

B. Ambr. de  
 officijs.

Ambrosius dicens, Absit pertinax in familiari sermone conten-  
 tio. Discretio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio si-  
 ne asperitate, hortatio sine offensione. Et Beatus Isidorus etiam  
 modestiam describens ait. Sit in gestu tuo grauitas, in motu sim-  
 plicitas, in incessu honestas, nihil dedecoris, nihil lasciuæ nihil  
 perulantia, nihil leuitatis in tuo incessu appareat. Animus  
 enim in corporis gestu apparet, & species corporis simulacrū  
 est mentis, figuraque probitatis. Ex his omnibus sequitur,  
 quod tunc modesti erimus, cū seruaerimus, quod B. Paulus ad  
 Corinthios scribens docet dicens. Omnia in vobis secundū or-  
 dinem fiant, quæ enim à Deo sunt ordinata sunt. Vnde in Can-  
 ticiis Sponsæ pulchritudo malo punice assimilatur, cuius grana  
 & in purpureo colore ardore charitatis & in appositissimo ordi-

B. Isidorus II.  
 de solilo-  
 quio.

1. Ad Cor. 14.

ne, & collatione eius aptissima in cunctis ordinem designat: quæ duo præcipua fidelis animæ ornamenta sunt. Beatus monasterium ait, quod ad modestiam spectat gubernare exteriores hominis gressus, & corporis motus. Et quia modestia res est adeo necessaria, tamque excellens, eam Diuus Paulus nimis commendat in epistola ad Philippenses dicens. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Non ait, Vni, vel alteri nota sit modestia uestra, sed omnibus hominibus.

B. Tho, 2. 2. q. 168. art. 3.

Ad Phil, 4.

# MONACHVS.

## NOUITIVS.



Icut anima pueri recenter nati dicitur esse pura potentia, quæ tamen pro magisterio habet, quidquid in alijs videt, & audit: ita nouitius monasterium ingrediens velut in pura potetia est ad ea, quæ vita monastica tradit: vnde hic quoq; pro magisterio habet, quidquid in monachorum moribus videt, hoc enim velut pro lege accipit. Quamobrem summa cura adhibenda est, vt semper recta, & honesta non solũ audiat, sed etiam videat: alioquin, si alterũ de sit, existimabit plane aliter loquendum, aliter viuendum, nisi dicta factis consentiant. Hoc modo nouitij addiscent esse perfecti, & intelliget veros monachos debere omnino, & absq; alijs medijs semper seruire id est que hã de seruire de todo atq; vt que dã iumeticula. Deis futuros esse. Plurimis ex Leuitis inisit Dñs dari plaustra, & boues ad asportanda remota instrumẽta sanctuarij Cathitis autẽ hoc est, filijs Cath (vt ait sacer textus) nõ dedit plaustra, & boues, quia in sanctuario seruiũt, & onera proprijs portat humeris. Sic similes ijs sunt veri religiosi, qui domũ verũt, patinas mũdant, mensẽ ministrat, egrotos curant, senibus famulatur, ac deniq; in sanctuario seruiũt, & onera proprijs portant humeris. Quæ omnia ei vacua, & dulcẽ reddũt: alij enim de alijs exẽplũ sumũt, & illo bono exẽplo incitati his seruilibus operibus facillime vacat. Nõ sic faciũt moniales ille, quæ seruas, & famulas eis seruiẽtes habere volũt, eo quod videt alias moniales sui monasterij aliquãdo id fecisse, & tãquã dominas voluisse, vt sibi omni cũ diligentia seruiretur. Itaq; de malo exẽplum

simile.

Num. 7, c.

sumen-

1. Reg. 23

sumentes nolunt inclinare ceruices suas, & seruitijs humilitatis operam dare, sed inflatę alijs seruire dedignantur. Ad opera supererogationis solet Deus hominum corda mouere ostendens voluntatem suam per aliqua consilia, sed id non precipit: non vult enim diuina maiestas nos tā opere onerare. Hoc stilo vsus est rex Dauid quando desiderauit aquam de lacu, & dixit. O si quis mihi daret potum aque de cisterna, quę est in Bethlehem iuxta portam. Nemini hoc voluit S. Rex imperare, quia rē difficilem nimis esse existimauit. Sed irruerunt inquit sacer texus tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem. At quemadmodum illam aquā Sanctus Rex vocauit sanguinem: sic merito labores religionis possunt appellari sanguis in colore aquę. Et quamuis Deus nobis non preceperit, vt monachi essemus tamen nos ipsi ( sicut illi tres equites, vt regi Dauid placerent, se periculo exposuere, & ei desideratam aquam, quamuis ille id nō iussisset, attulerunt) nostra voluntate, & beneplacito religiosam vitam sumere voluimus, vt magis diuinę maiestati placeremus. Vt autem res difficiles sanctę religionis fiant nouis religiosi faciles, dulces, ac suaues, maxime oportet, vt iuniores eas operari, & diligenter exerceri videant ab his qui maiores sunt in religione, & in eis plus temporis consumpserunt: quamuis etiam oportet, vt magistri nouitios doceant, omnia hęc maxima cum prudentia facere: corpus enim conseruandum est taliter, quod possit animam vsque ad finem vitę mortificatam portare. Y no se manquen luego a los principios y se impossibilitē para los sanctos exercicios. Leo ille, qui Prophetam inobedientem, vt sacra narrat scriptura, interfecit, diuina prouidentia a finū seruauit, & nō interfecit vt corpus mortuū in sepulturā asportaret. Sic zelus, & fortitudo penitentię debet esse, sicut leo ille: nā quamuis monachi cor, & sensualitatē, atq; alias animę passiones mortificet, tamē oportet, vt a finum videlicet corpus viuum, ac sanum relinquat, vt possit simul cum anima vsque ad sepulturam peruenire. Quamuis autem Deus non preceperit hominibus, vt essent religiosi, ostendit tamen quantum ei hic placeat status, dum consiliat illū esse sumendum: propter quod nos etiam illum imitari debemus cōsulentes ijs, qui in mundo sunt, vt relictis seculi vanitatibus & periculis, se ad securum religionis portum recipiant. De Sancto

3. Regum. 13

6 **Beatus** Andrea refert sacer Euangelista Ioannes fuisse fratrem Simonis Petri. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & addi-  
xit eum ad Iesum. O quā bonus frater hic fuit siquidē fratris sui  
remedium spirituale curauit. Nunc verō, proh dolor, nō solum  
fratres, imo & patres filios suos ad Deum nō adducunt, sed etiā  
omni cū efficacia ab illo sanctissimo proposito deterrēt; Quod  
quidē grauissimum scelus est. Ergo omnes boni amici, & boni  
fratres esse contendamus, & eos, qui vere ad Deum accedere  
vouerint, sanctis admonitionibus & consilijs incitemus, ac  
tam egregium factum, quale est, prauas mundi occasiones fu-  
gere, laudemus.

Ioann. 1.

Monachorum clausura.

7 **Beatus** Gregorius in præfatione Moraliū inquit. Plerumq̄;  
nauem incaute religatam etiam de sinu tuti litoris vnda ex-  
cutit, cum tempestas excrescit. Repente me sub prætextu  
Ecclesiastici ordinis in caularum sæcularium pelago reperi, &  
quietem monasterij, quam habendo fortiter tenui, quam stricte  
tenenda fuerit, perdendo cognoui.

B. Greg. in  
præfatione  
Moral,  
simile.

8 **Beatus** Hieronymus in quadam Epistola ait. Monachus non  
docentis, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mūdum  
lugeat, & Domini sui semper pauidus præstoletur aduentum,  
qui sciens imbecillitatem suam, & vas fragile, quod portat, ti-  
met offendere, ne impingat, & corruat, & frangatur. Vnde &  
mulierum maxime iuencularum vitat aspectum, & in tantū  
castigator sui est, vt etiam, quæ tuta sunt, pertimescat. Loquens  
que idem sanctissimus Doctor de exercitio monachi ait. Mo-  
nachus, qui Christum desiderat, nihil aliud dignatur, sed est ei  
cella pro paradiso, variarum scripturarum dona decerpit, his  
vititur delicijs, harum fruatur amplexu.

B. Hiero. in  
Episto.

**Beatus** Bernardus de clausura monachi loquens in quo-  
dam sermone inquit. Nihil turpius, quam monachus per vr-  
bes, & castella discurrens, nisi cum hoc charitas cogat, quæ  
operit multitudinem peccatorum. Et in Epistola ait idem  
Sanctus Abbas. Moriens vix vnquam aliquis à cella in infer-  
num descendit, quia vix vnquam nisi prædestinatus in ea vs-  
que ad mortem persistit. Et de exercitio monachorum idem  
**Beatus** Bernardus in quadam Epistola ait. Felix domus, & beata

B. Bern. in  
sermone.

semper congregatio, vbi de Maria conqueritur Martha: nam Mariam Martha æmulari indignum prorsus est. Et in alia Epistola ait. Labor, & latebre, & volũtaria paupertas hæc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam.

Orig. Homi:  
3. in Exodũ.

Exodi. 4.

Origenes in quadam homilia ait. Quemadmodum cũ Moyses vellet educere populum ex Aegypto declamabat Pharaõ dicens. Quare peruertis populum ab operibus? Ita cum sacerdos quidam hominem sollicitet ad seruitiũ Dei, inuitet eũ exire de sæculo, renuntiare mundo, continuo audies dici ab his, qui Pharaoni amici sunt. Videte quomodo seducuntur homines, ac peruertuntur adolentes, ne laborent, ne militent, ne agant aliquid, quod illis profit, relictis rebus necessarijs & vtilibus ineptias sectantur, & otium.

Beatus Chrysostomus in libro de sacerdotio ait. Quemadmodum qui intra portum ad gubernaculi regimen assidet, facile nauem gubernat: at vero qui in medio mari collocatus nauem seuientet epestate eripere potuit, certe nemo est, qui non optimum gubernatorem esse dixerit. Proinde nec monachum ipsi magnopere, ac supra modũ admirabimur, quod is apud se viuens, nec commoueatur, nec in multa, ac magna peccata prolabatur.

B. Hiero. in  
Epist. ad De-  
metri. de vir-  
ginitate ser-  
uanda.  
simile.

Beatus Hieronymus in quadam Epistola ait. Quæ viuunt in monasterio, & quarum simul magnus est numerus, nunquam solæ, nunquam sine matre procedant. De agmine columbarum crebro accipiter vnã separat, quam statim inuadat, & laceret, cuius carnibus, & cruore saturetur. Morbidæ oves suum relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur. Scio ego sanctas virgines, quæ diebus festis propter frequen-

B. Ansel. de  
similitudini-  
bus. c. 84.  
simile.

tiam populorum pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia, & publicũ penitus deuitandum. B. Anselmus inquit. Optabilius est Deo bonum opus monachi, quam hominis cuiuspiam sæcularis. Solet quippe accidere, duos esse homines sub Domino vno, singulas habentes arbores in proprio solo: arbores autem illæ fructum ferunt bonum: verum vnus eorum, quia Dominum minus diligit, fert de fructu quantum ei visum fuerit: adeo autem alius eum amat, vt ad eum veniens arborem ei offerat, fame eius seruitium Domino magis erit acceptum. Sic & seruitium monachi Deo est magis acceptum, quam sæcularis, secu-

12 laris enim Deo offert quantum voluerit, monachus verò offert se ipsum.

Monachi gratitudo.

**G**rauisimum scelus est quod monachus habeat ingrati-  
 nem, & obliuionem tanti beneficij, quale est, Deum à se-  
 culi vanitatibus ipsum in altissimū religionis statū adduxisse.  
 Pertimescat igitur, ne sibi dicatur id, quod Sanctus Moyles Da- Nume. 16  
 than, & Abiron, atq; Chore dixit his verbis. Num parum vo-  
 bis videtur, quod separauerit vos Deus Israel ab omni popu-  
 lo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi? Et tan-  
 quam ingratiū illū Dei iustitia punit, sicut tam insolito suppli-  
 cio illos puniuit. Aliqui religiosi huius singularis beneficij ita  
 13 obliuiscuntur, vt vix in eis de religione plus maneat, quam ha-  
 bitum mōnachalem portare, & inclusos in monasterio viuere.  
 Prophetæ Hieremię ostendit Deus corbes ficibus plenos posi- Hierc. 24.  
 tos ante templum. Et Calathus vnus (ait sacer textus) ficus bo-  
 nas habebat nimis, vt solent ficus esse primi tēporis, & calathus  
 vnus ficus habebat malas nimis, quę comedi non poterant, eo  
 quod essent malę. Sic re vera duo genera religiosorū in monaste-  
 rijs inueniētur tanquā ficus in calatho positi, alteri quidem sunt  
 optimi, & nimis supidi, ac dulcissimi Deo: alteri vero improbi,  
 & insipidi, qui nō plus habent de religiosis, quā monasterijs cū  
 corporibus adesse. Isti quidem sunt occasio, vt religiones contē-  
 nantur ab imprudentibus, & ex deprauato eorū viuēdi modo  
 14 oritur, vt multi procaciter sacrosanctas religiones cōtra ius, &  
 rationem carpant. A deo enim præcipites multi homines se-  
 culares sunt, vt vno monacho publice in aliquo delicto com-  
 prehenso eandem opinionem de alijs probis monachis conci-  
 piant, quod nimis temerarium est. Tempore Diui Augustini mo-  
 nachus quidam monasterij eius in crimine quodam publice  
 deprehensus est. Beatus Augustinus autem contra scandalum  
 populi ita perorauit. Dicite mihi, Num domus mea melior est,  
 quā arca Noe, in qua ex tribus eius filijs vnus nequā deprehē-  
 sus est? Num melior, quā domus Iacob, in qua ex duobus fratri-  
 bus alter eligitur à Domino, alter reprobatur? Nū melior, quā  
 domus Christi in qua ex duodecim ab eo electis Apostolis  
 vnus proditor effectus est? Nū melior, quā septē diaconorū ab

Simile.

Apostolis electorum collegio, quorum Nicolaus hæresiarcha 15  
 extitit? Num melior, quam ipsum cælum, ex quo tot angeli ce-  
 ciderunt? & quam paradísus in qua duo generis humani paren-  
 tes in gratia conditi ab eodem loco propter peccatum eiekti  
 sunt? Ratio non postulat nec æquum est vt boni valorem  
 suum propter aliquot improbos, qui inter eos degunt, amittant.

Simile.

Si arca aliqua plena est monetis ex auro purissimo quamuis  
 inter illas sint aliquæ ex auro adulterino, aut ex plumbo non  
 ideo illæ valorẽ suum amittunt. Sic quamuis in religione, quæ  
 est ditissimæ Thesaurus seruorum Dei, sint aliqui improbi re-  
 ligiosi, non ideo æquum est, vt probi & spirituales viri, qui in  
 ea sunt altissimum suum valorem atque æstimationem amit-  
 tant. Non contemnendus est aut paruificandus hortus, qui in-  
 ter bonas arbores, & inter rosas odoríferas generat sentes, tribu 16  
 los atque alias malas herbas. Sic non est contemnenda religio,  
 quæ habet plurimos spirituales, ac religiosos viros, licet inter  
 eos aliqui degant, qui non sunt tales. In domibus aurificum  
 sunt necessarij carbones, & mallei ad fabricanda pretiosa vasa  
 aurea & argentea. Sic diuina providentia permittit, vt in san-  
 cta religione sint aliqui qui sint velut carbones, & mallei, qui-  
 bus electi religiosi illustrentur, & perficiantur. Idest permi-  
 re la diuina providencia que en las religiones aya algunos que  
 son como carbones y martillos de los plateros, para que sus  
 escogidos sean con ellos y con sus molestias labrados, y per-  
 ficionados.

Simile.

## Monachi perseverantia.

Nume. 33

17  
 IN libro Numerorum legitur, quod postquam filij Israel  
 de monte Sinai exierunt tandem ad sepulchra concupis-  
 centiæ deuenere. In quo Spiritus sanctus significare voluit, fu-  
 turum esse, vt sæpe numero eueniret, quod postquam religio-  
 si, ac reollecti homines à vita tranquilla, & contẽplatiua (quæ  
 per altum montem Sinai, vbi tanto tẽpore Sanctus Moyses cū  
 Domino conuersatus est, significatur) exirẽt: taliter se negotijs  
 superfluis, & periculosis tradituri erant quousq; paulatim in se-  
 culo morientes se perderent, idest: Muchos religiosos, y hom-  
 bres recogidos ay, que salidos de su quietud, y contemplacion  
 se dã de tal manera a los negocios superfluos del mūdo, que po-

18 co a poco se vienen a desordenar hasta venir a morir en el, y se-  
 pulcarse en sus proprias concupiscencias. Cogitas ò frater reli-  
 giose, te, quia in mundum non reuertisti ad luxuriãdum, vel ad  
 possidendos numos, vel ad familiam sustentandam non posse  
 alia via ad omissum mundũ reuerti? Timeo equidem, ne tibi cõ *simile.*  
 ringat id, quod nauibus euenit, quę aduersis ventorum flatibus,  
 & procellosis imbribus ad portum, vnde exierunt, reuertuntur.  
 Attente animaduerte, an in te creuerit præsumptio, & inordi-  
 natus appetitus desiderandi alijs præferri, atq; in omnibus tuã  
 propriam voluntatem adimplere, & rebus necessarijs affluẽter  
 abundare &c. Si igitur hæc concupiscis, quę hominis mundani  
 sunt, absque dubio ad mundũ inopinatus reuertisti buelto has  
 al mundo sin pensarlo, buelto has a mirar a Sodoma como la-  
 19 muger de Loth. Animaduerte te esse hominem, & omnibus ho-  
 minibus commune, & proprium esse, vt in eis illa vitia nascan-  
 tur ex vna parte, quę ipsi per aliam aliquando sciderunt. Ne  
 cogites nos posse vitia radicitus euellere, scindere quidem pos-  
 sumus, sed non euellere possumus radicem, quę in terra nostri  
 corporis remanet scilicet fomes peccati. Qua propter oportet  
 te mille oculis conspicere, ne vitia, quę prius scidisti, iterum  
 renascantur. Non sit religio tua, sicut domus Saul, quę in dies *1. Reg. 3.*  
 decrecebat, & in peius quotidie vertebatur, & minuebatur:  
 hoc enim modo eris sicut miluus, qui, vt fertur, quanto maior  
 est, tanto res viliores aggreditur. Si in sæculo esses, omnibus *simile.*  
 viribus laborares, vt cunctis ditior fieres, quare ergo, cum sis  
 in religione, omni studio non curas te diuitiarum spiritualium  
 20 omnibus ditiozem esse? Qui ex Agypto exierunt, rursus in  
 eum non reuertantur, corda enim, quę ex deserto in Agyptũ *D. B. r. n.*  
 redire cupierunt, terram promissionis videre nequaquam me-  
 ruere. Refert Diuus Bernardus sibi in anno approbationis suę  
 dictum fuisse ab Ignatio Abbate. Si tu fili Bernarde Dæmoni  
 tentanti te respondes. Nolo: præ lato vero aliquid tibi præcipiẽ  
 ti dicis: volo. & in memoria tua continuo illam Domini sentẽ  
 tiam habes: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, at-  
 que id quod idem Dominus dixit videlicet; Qui vult venire  
 post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequa-  
 tur me, attente contemplaris, ipse tibi gratiam suam, vt in reli-  
 gione cum cæteris perseueres largietur, & te in morte illumina

Daniel. 1.

simile.

bit, vt sicut bonus Christianus, moriaris. Vnum ex his, quæ <sup>21</sup> religioso fauent ad perseverandum in religione vsque ad finem, est perfecta suæ propriæ voluntatis resignatio, & quædam singularis obedientiæ promptitudo, ita, vt omnia sancta exercitia, quibus se exercet, & abstinentias, quibus corpus macerat de sui prælati licentia faciat. Nam si quod facere vult Deo gratum est, ipse cor prælati eius mouebit, vt ei ad id faciendum facultatem tribuat, & sanctis eius intentionibus faueat. Refert sacra scriptura, quod cum Sanctus Daniel simul cum socijs suis abstinentiam seruare vellet, & non manducare de cibis delicatis, quos rex dari præceperat, rogauit eunuchorum præpositum, vt sibi facultatem ad id faciendum tribueret. Et ait sacer textus, Dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Atque ita eis licentiam tri- <sup>22</sup> buit, vt, sicut postulabant, se abstinerent. Si igitur Sanctus Daniel inuenit gratiam in conspectu hominis infidelis, multo melius eam inueniet religiosus subditus in prælato Deum timente. Vt autem religiosus ad obediendum se libenter subiiciat, animo euoluat verba illa, quæ Christus Redemptor noster impio iudici Pilato dixit. Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum esset de super. Sic religiosus non obtemperat prælato ex eo, quia ille homo est, nec quia talis homo, sed quia de super auctoritatem habet: & sic considerans subditus, se ei propter Dei amorē obedire, & quia in Dei loco est, ipsi suauissime obediēt. Ad perseverantiam etiam conducit maxime monachi recollectio: etenim habemus thesaurum absconditum in vasis fictilibus: & sicut vas vitreum positum in capsula facile conseruatur, & <sup>23</sup> non frangitur: sic fragilia corpora in capsula, hoc est, in clausura & recollectione infracta conseruātur. Quod si vasa vitrea extra capsulam periclitantur, & facile confringuntur, multo facilius corpora fragilia confringentur, si in clausura monasterij sui diligentissime, & obseruantissime non includantur.

Pro hac materia vide litera, p, titulo perseverantia Notabile singulare super decimum capitulum Numerorum.

### Monachi austeritas.

**I**N sacro Genesis libro legitur, quod in sacculo adolescētis Bē-  
liamin minoris nati inter filios Patriarchæ Iacob vas Sancti  
Iosephi

<sup>24</sup> Ioseph repertum est, de quo famulus quidam eiusdem Ioseph dixit. Ipse est cyphus ( idest vas ) in quo augurari solet Dominus meus. Vbi significatum est, quod in habitu religiosi, qui statum monachalem, & humilem in Dei Ecclesia habet, reperiri debet calix Iesu Christi Redemptoris nostri, hoc est, passio eius, labores, paupertas, atque austeritas. In hoc vase augurari solet ipse Dominus, idest, en el se conoce la buena ventura, o mala ventura de cada vno: nam vnum ex clarioribus signis ad coniecturandum, an quis prædestinatus sit ad vitam æternam vel sit præscitus ad infernum, est, videre vtrum libenter bibat calicem sanctissimæ passionis Iesu Christi Saluatoris nostri, vtrum patienter tribulationes, & angustias perferat, vtrum cum desit, qui ipsum persequatur, ille semetipsum persequitur, corpus suum ieiunijs, disciplinis, atque cilicijs affligens: an vero ex hoc calice bibere recuset, & si contingat ipsum ex eo bibere, quia illum recusare non potest, tandem ipsum impatienter bibit, idest, si se le ofrece beber del por no poder rehusarlo lo bebe con impaciencia: hoc certe signum reprobationis est, illud autem signum prædestinationis. Magna igitur confusio est hominis religiosi, vt sub habitu sancto religionis, voluptatum, ac deliciarum abundantia reperiantur: nam sancti sacrarum religionum fundatores, qui instituerunt, vt habitus seu vestimenta fratrum vilia, ac parui pretij essent, voluerunt etiam, vt discus ciborum cum habitu conformaretur. Magna enim inordinatio, & non paruum inconueniens est velle aliquem se induere, tanquam pauperem, edere autem tanquam diuitem, si igitur paupertatem promiserunt, oportet, vt eam in aliquo sentiant: etenim sicut non meremur propter bonos habitus, sed quando illos in rebus operibus exercemus, sic non meremur in paupertate communi si inde nõ sequatur mihi aliqua peculiaris paupertas: nõ paupertas quæ in aliquo non est corpori onerosa, in vanum dicitur esse ad animam merito.

Monachus alios inuitet ad religionis statum.

**A**d curandum phreneticũ, & vt in pristinam valetudinem redeat, oportet, vt à cõspectu eius omnes picture, atq; inuagi-

## 232 Monachus alios inuit. ad rel. stat.

res auferantur: nam aspectus, & intuitus earum ipsam in maio-  
rem insaniam prouocant. Sicut phreneticus peccator in se re-  
deat, & ratione utatur maxime conducit, ut ab aspectu rerum  
huius mundi, & vanitatum, atque inuentionum eius se auer-  
tat, hæc namque imagines ipsum insanire faciunt; & quem-  
admodum sunt hospitalia ad curandum insaniam & phrene-  
sim corporalem; sic monasteria sacrarum religionum sunt ap-  
tissima domus ad curandam phrenesim, atque insaniam spiri-  
tualem: nam corda eorum, qui in huius modi domos se recipiunt,  
& à visione vanitatum, atque imaginum mundi se auertunt, opti-  
me reformantur & integram salutem, ac veram sapientiam, ut  
verè creatori suo inserviant, recuperent. Intelligentes hoc veri  
religiosi, & amatores Dei non solum id facere, omni studio cu-  
rare debent nec cõtenti esse se ipsos religiosos esse, sed illos etiã  
inuitare debent, quos dispositos viderint ad sacrosanctum reli-  
gionis statum capiendum, eos fideliter adhortantes, ne asperita-  
tem religionis, sed fructum, qui ex ea carpitur, aspiciant. Trun-  
cus vitis si exterius tantum aspiciatur aridus, atque aspe-  
paret, quod si illum manu tangis, asperior sentitur; verum si al-  
titudinem eius, & sublimitatem suspicias, videbis ibi viridam  
tia folia, & fructum dulcissimum, ac nimis suauem. Sic vita re-  
ligionis, si foris, & de longe aspiciatur, aspera videtur, quinimo  
si eam tentas, & experiris, statim in principio multo asperior  
apparet, sed quis gustum suauissimum fructuum virtutum,  
& suauitatem foliorum sanctarum conuersationum, & vinum  
sapidissimum deuotionis; quod ibi sancto exercitio degusta-  
tur, pro rei magnitudine poterit amplificare? Hic adimpletur  
id, quod Beatus Apostolus ad Hebræos scribens inquit. Om-  
nis autem disciplina in præsentem quidem videtur non esse gau-  
dij, sed mæroris, postea autem fructum pacatissimum exercita-  
tis reddet iustitiæ. Itaque vita, verba, & conuersatio bonorum  
religiosorum debent esse velut retia, quibus sæculares capiant, &  
piscentur. Sed obseruandum est duo esse genera retium, quæ-  
dam habent foramina magna (id est, vnas redes, que tienent  
las mallas grandes) & hæc duntaxat sunt utilia ad piscandum  
pisces magnos; parui autem, licet in ea ingrediantur, statim  
exeunt, y esta redes de almadraua. Sunt alia retia, quæ omnes pis-  
ces, tam paruos, quàm magnos capiunt. Quando religiosi suis bonis

## Monachatus susci. est cum delib. 233

<sup>30</sup> exemplis, sermonibus, & conuersationibus solos diuites, nobi-  
biles, ac magnates mundi piscare intendunt, pauperes autem, li-  
cet virtute præditi sint, à se expellunt, effas redes son de alma-  
draua, iste modus piscandi nihil valet, que vëga el pobrezillo a  
tomar el habito cõ buen spiritu, y porque trae ruy n capa sin ex-  
perimentar su deuocion, y sufficiencia le dē de mano, y al otro,  
sea qual fuere en lo interior, como sea pece grãde, rico, y de los  
nobles del siglo, luego cierran los ojos, y le reciben, y abraçã; no  
valenada esta red de almadraua q̄ tiene las mallas muy grãdes.  
Nam licet in religionem non omnes indifferenter sint recipiē-  
di, tamen ex ijs, qui suffiçientes sunt, non est attendendū, vtrum  
diuites, an pauperes sint, expulsis pauperibus, & acceptis diui-  
tibus: siquidem experientia patet quod communiter illi, qui  
<sup>31</sup> pauperiores sunt, sanctiores euadunt, multi autē ex nobilibus,  
& diuitibus vitam postea transeunt in præsumptionibus, & in  
nobilitatem suam, & sanguinis profapiam extollendo.

## Monachatus suscipiendus est cum deliberatione.

**P**rius ò frater tibi ipsi pulsum capere debes, & diligenter ani- <sup>similes</sup>  
maduertere, vtrum ad religionē sis aptus: in hoc enim mul-  
tum interest. Si sarcinator vestem aliquā ex pretiosa purpura  
bombycina, vel ex ostro conficit, licet ipsa vestis sit eleganter  
facta, cõtingere potest, vt tu eam induas, & cū ea deformis ap-  
pareas. non enim ad mensurā tui corporis, aut stature facta est,  
atq; ita nec tu ad vestē aptus es, nec vestis ad te, ni vos soys para  
<sup>32</sup> el sayo, ni el sayo para vos; viste le otro de aquella estatura, y pa-  
rece, que le vienē nacido, porq̄ le quadra muy bien. Sic oportet  
animaduertas, an tu habeas corpus, & dispositionem aptam ad  
tam pulchram vestem, qualis est religio, quam summus artifex  
Iesus Christus scidit & consuit, esta a vno le viene bien, por-  
que es conforme a su condicion, y cõplexion: y a otro no le vie-  
ne tan bien. Itaque vestis sacre sancte religionis quibusdā qua- <sup>Matth. 19.</sup>  
drat, alijs vero non. Atq; loquens idem Dominus, de virgini-  
tate dixit. Non omnes capiūt verbum istud, sed quibus data  
est. Et addit paulo inferius. Sunt eunuchi, qui se ipsos castrave-  
runt propter regnū celorū. Qui potest capere capiat. Quamuis  
autem deliberatio ad rem tam arduā, tamque sanctam, qualis est

## 234 Monachatus suscip. est cum deli.

religio, maxime sit necessaria, tamen non debemus contemnere <sup>33</sup>  
illos, qui absque plurima deliberatione mundum relinquunt,  
& se in sacras recipunt religiones: nam Spiritus sanctus aliquā  
do animas pie quodammodo decipit. Atq; ita contingere solet,  
vt talis vitę mutatio meliorem habeat euentū, quā illa, quę ma-  
ture, ac maxima cum deliberatione facta est. Quemadmodum  
multoties euenit, vt semen, quod è manibus seminantis deci-  
dens in eum locum cadit, vbi ipse nolebat, aliquando plus fru-  
ctus affert, quam illud, quod attentissime, & cum proposito in  
aliquo peculiari loco feminatur. Sic persępe euenire solet, vt  
plurimi adolescentes in sua tenera ætate sacram religionem in-  
grediantur non multum scientes, quid faciebant, postquam au-  
tem viri facti sunt, & se professos comperiunt, faciunt (vt aiūt)  
de necessitate virtutem, & regulam, quam promiserunt, & cui <sup>34</sup>  
se obligarunt, diligentissime obseruant. Hoc fuit inuentio Spi-  
ritus sancti: nā si isti in sæculo commorarentur quousq; homi-  
nes fierent, habitum religionis forte non sumerent, nec falla-  
cem mundum relinquerent. Itaque Deus plurimos veluti vi-  
bonos esse facit. In deliberatione autem nullus animo ca-  
dere debet, eo quod se magnum peccatorem conspiciat, nec  
ob idignauus fiat ad sacrum religionis statum capellendum,  
quin potius magis ad id faciendum animari debet, siquidem  
magnis vulneribus magnæ solent applicari, magnęque sunt  
necessarię medicinę.

## Exhortatio seu sermo ad recipiendum

nouitium in religionem.

<sup>35</sup>  
**I**N fortuna, ac pericula huius mūdi solent homines pruden-  
tes mouere, & incitare, vt ipsum relinquunt, & locum tran-  
quillum, vbi facilius animas suas possint saluare, diligentissi-  
me querant. Nam & ipse aues rationis expertes, quando ven-  
ti acrius, & fortius sufflant, locum aliquem solarem, & ab iniu-  
ria ipsorum ventorum munitum inuestigant, & ibi se reci-  
piunt, & plumis suis protegunt: pisces etiam in fluminibus,  
& in mari, quando tempestat viget, querunt tranquillum  
locum, in quo se ab illa tueri possint. Nostris miserrimis tem-  
poribus tanta est calamitas tempestatum, ac turbinum in mun-  
do, vt maxima sit prudentia ab eo fugere, & se in tutissimum

celi

Simile.

36 religionis finum recipere. Vnde intelliges frater mi ingens beneficium, quod in te Deus contulit dum animum tuum mouit, & incitauit, vt tantam tamque singularem vitæ tuæ mutationem faceres: noluisti, vt pisces, aut aues te non antecellerent quærentes tranquillitatem, & quietudinem, te autem ipsam non quærerere. Secutus es, & bene quidem gloriosi Bernardi consilium, qui in quodam sermone sic ait. Fugite de medio Babylonis, & saluate animas vestras: conuolate ad vrbes refugij, vbi possitis & de præteritis agere pœnitentiam, & in præsentem obtinere gratiam, & futuram gloriam fæliciter præstolari. Non vos retardet conscientia peccatorum, quia vbi illa abundarunt; superabundare gratia consuevit: non pœnitentiæ austeritas vos deterreat, nec enim condignæ sunt passionibus huius temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur, nec ad præsentem consolationem, quæ inuenitur, nec ad futuram gloriam, quæ promittitur. Hæc tua à seculo in sacram religionem conuersio non solum animæ tuæ utilis futura est, verum etiam in plurimorum cordibus, qui te cognoscebant, & tecum versabantur ipsam maxime operari confido, eosque tuo bono exemplo vel idem facturos, vel saltim vitas suas correcturos, seque in meliorem vitæ frugem recepturos, sicut Beatus Augustinus sibi euenisse fatetur his verbis. Tu autem Domine inter verba Poticianiani duorum nobilium conuersionem referentis, torquebas me ad me ipsum auferens me à dorso meo, vbi me posueram, dum nollem me attendere, & constituebas me ante faciem tuam, vt viderem, quam turpis essem, quam distortus, & sordidus, maculosus, & vlcerosus. Si igitur Beatus Augustinus, cum dumtaxat audiret referri duorum nobilium adolescentum conuersionem, se ipsum commouit, quanto magis se ipsos mouere, & incitare poterunt illi, qui proprijs oculis hanc tuam conuersionem fuerint contemplati? Deum ergo frater summis laudibus effer, & glorifica, siquidem te posuit exemplum conuersionis aliorum adolescentum. Sed animaduerte frater, ne sis tanquam coluber, qui quamuis pelliculam tenuem mutet, & deponat, venenum tamen non relinquit, at oportet, vt siquidem vestes seculares mutasti, prauas etiam nunc consuetudines, & inclinationes, si quas in seculo habebas, omnino commutes,

B. Berna.

B. Aug. libr. 8. confessio.

Simile.

Ad Col. 3. c.

vt sic penitus veterem hominem exuas: sicut Beatus Paulus<sup>39</sup> & tibi, & omnibus consulit dicens. Nunc autem deponite & vos omnia, iram indignationem, malitiam, turpem sermonem: nolite mentiri inuicem expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei. Perpendite obsecro verbum illud, nunc autem; quod quidem mentionem facit de legis gratiæ tempore, in quo maiorem ad hæc omnia peragenda obligationem habemus: sicut Sanctus Apostolus hic nos admonet: nam in hoc sacratissimæ legis gratiæ tempore nobis communicata est singularis altissimi Dei lux, atque cognitio, quæ huius renouationis est fundamentum. Si igitur frater hoc facis, non eris Sansoni similis, qui abscisis ab eo capillis, vires, quas habebat, amisit. Non hoc permittat Deus propter infinitam suam misericordiam; nõ inquam, permittat, vt postquã tibi capilli abscissi fuerant, & corona aperta, pudorem amittas.

### Prima pro monachi professione exhortatio.

**I**Nter omnes sententias, quas Sapientes Græciæ dixerunt, magis celebris, & quæ maius pondus in se continet, est illa quæ sic ait. Sequere Deum. Atque vt talem, antiqui Philosophi, eam celebrarunt, ipsamq; omnibus viribus sequi contendunt. Nam plurimi eorum se morali, & naturali philosophiæ dederunt omni studio curantes plurimas virtutes acquirere, & in ipsis Deum sequi, & imitari contendebant. Contemplabantur namque in Deo. Summam patientiam, summam bonitatem, summam liberalitatem, summam iustitiam, summamque veritatem, atque alias quã plurimas virtutes, & ita diligentissime studebant sese in illis exercere, vt Deum altissimum imitarentur, sicut nostra sententia inquit. Sequere Deum. Breuis quidem est hæc sententia verbis, sed multum amplectitur, ita vt omnia Euangelia comprehendat, sicut finis media sua amplectitur. Quis, & qualis, obsecro, est finis sacrosancti Euangelij, & sacratissimæ mortis Iesu Christi, ac prædicationis eius? Profecto est. Sequere Deum. Atque ita Diuus Petrus dixit, Christus passus est vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ergo finis Christi Redemptoris nostri fuit, nos

1. Petri. 2.

42 similes sibi, vero s̄q; sui imitatores efficere. Ecce igitur, quomodo sententia Philosophorum omne Euangelium (sicut finis media) complectitur. Idcirco eam in cordibus nostris scribere, eiusque continuo recordari debebamus. Beatus Ambrosius nū Gen. 12. quam finem facit laudandi Patriarcham Abraham, eo quod ex hac sententia commodum, & vtilitatem eduxit: nā cum ei Dominus diceret: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi, ipse statim omnia, vt prudens vir, reliquit, & Deum secutus est. O diuinā sapientiā omnia relinquere, & Deum sequi. Qui hoc facit certissimū est, cū in eo perseverauerit, errare nō posse, id est, el que esto haze lleua consigo vn saluoconducto, y seguro de que en quanto perseverare en esto no puede errar, tum vel ma

43 xime, quia hic omne bonum sequitur, & illud, in quo omne, quod desiderari potest inuenitur ac protector, & præmium est eius, qui ipsum sequitur. Atq; ita Dominus Patriarchæ Abraham dixit. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Ne timeas Abraham quamuis extra patriam tuam, & à tuis cōsanguineis, & amicis te separatū, ac seiunctū videas: in me enim habes protectorem quendam, & omne bonum. O quam magnā prudentiam frater mi ostendisti hodie, dum id, quod Patriarcha Abraham fecit, tu fecisti: mundum, parentes, amicos, & omnes mundi voluptates relinquis, vt Deum sequaris, securum, ac nimis certum iter elegisti: Dominus tibi gratiam suam cōmunicet, ne ab incepto desistas, & retrocedas. Et siquidem apud te constitutum habes te ipsum funditus Deo offerre, oculos in cę Psalm. 14. 44 lo fige, ac virili peñore. Deo ipsi promitte, te fideliter eū securum, regulam huius sacræ religionis profitendo.

¶ Hic detur professio. Facta professione dicatur.

Iam frater mi promisisti te imitaturum esse Christum verū Deum, & Dominum nostrum, hanc sacram regulam obseruando, & in paupertate, castitate, atque obedientia viuendo. Loquens Sanctus Dauid de iusto inquit. Qui iurat proximo suo, & non decipit. Vbi alij verterunt: Qui iurat, vt affligat se, & non mutat; hoc est. Intelligens iustus quāto magis placeat Deo sacrificium rationalis victimæ, quam irrationalis, constituit se ipsum in sacrificium mortificatum offerre, & hoc, voto ac iuramento confirmat. Sic tu hodie frater in hac professione, fecisti.

Quam

## 238 Promonachi professio. exhort.

Quam autem gratum sacrificium sit Deo hoc, quod hodie feci-  
 sti probatur ex eo, quia aliquomodo imitatur sacrificiū patriar-  
 chæ Abraham tam celebratum ab omnibus, quando filium suū  
 charissimum Isaac voluit sacrificare. In quo singulari opere  
 ei angelus dixit. Nunc cognoui quod timeas Dominum: id est,  
 propter hoc cognoscetur ab hominibus (Deus enim iā id cog-  
 nouerat) te ipsum Deū timere, siquidē proprio filio tuo propter  
 amorem Dei non pepercisti. Quilibet nostrum suum Isaac vi-  
 delicet suum corpus habet, quod tantopere diligit, vt non de-  
 fuerint matres, quæ ad conseruandum proprium corpus, filiorū  
 suorum corpora manducarent. He magis diligebāt corpora sua,  
 quam filios suos, ergo quando offerimus Deo in sacrificiū cor-  
 pora nostra, promittentes nos in paupertate, obedientia, & casti-  
 tate victuros, perinde facimus, ac si hæc dilectissima corpora no-  
 stra iugularemus. Sed obseruandū est id, quod Sāctus Propheta  
 in supra dictis verbis ait. Qui iurat, vt se affligat, & non mutat,  
 hoc est, iustus adimplet, quod iurauit, & promittit, absq; eo quod  
 de illo pœniteat, id est, cum ple. lo que iuro sin arrepen. tise. Idcir-  
 co oportet o frater, vt habeas generosam animum, quo per om-  
 nia, quæ sese obtulerint in hoc spiritali itinere fortissime rum-  
 pas, ne altissimo Deo terga vertas, in quo magna diuinæ maie-  
 stati fit iniuria. Videns Sanctus Iosue milites suos in exercitu  
 contra hostes deficere magna cordis sui afflictione in terra pro-  
 stratus dicebat. Mi Domine Deus, quid dicam videns Israe-  
 lem hostibus suis terga vertentem? O quanta commiseratio-  
 ne dicere possumus de religioso, qui in illis, quæ Deo promisit  
 non perseuerat; Quid dicā videns hunc monachū votis solem-  
 nibus astrictū terga vertentē? Animaduertite, quo animo Dux  
 ille Ieptem adeo terribilem, & miserandam (qualis erat vnica  
 filiam suam in sacrificium offerre) in hæc verba prorupit. Heu  
 rae filia mea, aperui os meū ad Dominum, & aliud facere nō po-  
 tero. Domino promisi votum, quod voui, & ideo nō potero nō  
 adimplere. Liberum arbitrium Dux hic habebat, & posset qui-  
 dē votum, quod vouerat missum facere, si vellet: nō enim alius  
 in toto Israel illo potentior erat, qui ipsum ad votum seruandū  
 compelleret, sed ait. Non potero, tuto videlicet & absque cons-  
 cientiæ scrupulo, non adimplere, cogitabat enim se ad illius vo-  
 ti impletionem obligari, & non posse illud absq; peccato mor-  
 tali

Genes. 22.

Iosue. 7.

Judicum. 11.

## Pro Monachi profess. exhorta. 239

48 **S**tali relinquere. Attende ergo religiose te aperuisse ostium ad Dominum, eiq; promisisse hanc sacram regulam obseruare, & aliud absque lethali pœna facere non potest: idcirco ulterius progredi, & omni studio perseverare contende. Animaduerte id, quod Dominus ait. Qui perseverauerit vsque in finem saluus erit. *Matth. 10.* O verba horribilia! Spiritus sanctus ea in cordibus nostris imprimat, ne vnquam à memoria nostra labantur. Si Christus Reparator noster modo in propria persona, & per sua diuina labia nobiscum loqueretur, & proferret illa verba: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est &c. & simul proferret illa: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit, magis profecto nos deberent verba ista, quam illa deterrere: nam illa peccatoribus, adulteris, homicidis, superbis, atque alijs id genus hominibus sceleratis, dicit, hæc vero iustis, quibus non prodest bene viuere, nisi in eo bene viuendi modo vsque in finem perseverauerint. O serue Dei diligenter, & omni cura animaduerte, te non esse vitam æternam consecuturum, nisi vsque ad finem in virtute perseveraueris. Quo circa maiorem tibi pauorem, ac terrorem debent verba hæc de perseverantia incutere, quam illa de impiorum damnatione. Merito enim quidam vir sanctus dixit, virtutem virtutum esse perseverantiam: ipsa enim illas perficit, & tandem efficit, vt præmij corona comparetur.*

Patres isti qui adsunt te suis precibus, & sanctis orationibus iuuabunt statim incipientes, & vnusquisque eorum dicendo. *Aue Maria.*

## Secunda pro Monachi professione exortatio.

**Q**uando in mari ingens tēpestas, & procellosæ undæ insurgunt, solet prudens, ac circumspectus nauta in tranquillū & securū portū nauem suā colligere, & quando taurus in arena, seu curriculo ferox hinc inde omnes minatur magna prudentia, ac res nimis securo est in locū aliquē sublimē, in quo tuto ferocitas eius vitetur, ascēdere. Quamuis semper nimis decens, & sanctum fuit homines mundū relinquere, & in sacras religiones se recipere, multo magis his miserimis temporibus est, quando corre tanta tormenta de vicijs contra las virtutes, & *similia.*  
quan-

quando Diabolus velut taurus ferocissimus ingentem facit in animis stragem. Idcirco peculiare Deus beneficium nunc ei confert, cui spiritum infert, vt tot tantaq; pericula effugiat, & se in aliquam sanctam recipiat religionem, vbi portum securum contra tempestates, & firmissimum propugnaculum, in quo ab hoc ferocissimo tauro se defendat, inueniat. Cognosce igitur, o frater mi hoc ingens beneficiū, quod Dominus in te hodierna die contulit, & diuine eius maiestati gratissimus esto, atque pro certo habe, non fat esse mundum, parentes, ac vestes seculares reliquisse, sed oportet facere id, quod Sanctus Aposto-

Ad Eph. 4. c. lus nos omnes hortatur dicens. Deponite vos secundam pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Exuite vos, ait Sanctus Apostolus, & deponite desideria huius sæculi; hoc est, desideria diuitiarum, honorum, & voluptatum carnalium, nec non desideria libere viuendi &c. quæ desideria erroris vocat: quia cum illis miser homo corrumpitur. Hæc igitur desideria, & antiquos mores, in quibus o frater vivebas, carnem, & sanguinem sequens, oportet te diligentissime deponere, posthac in spiritus renouatione, in iustitia, & sanctitate veritatis viuendo. Sed quid significat, in sanctitate veritatis? Quando aliquis aliquam rem cum maximo spiritus feruore, & diligentia operatur, ei dicere solemus. Id vere facis, id est esso de veras va: quãdo autem illud segniter, & ignauiter facit, ei dicimus. Videris id per iocum facere id est parece, que hazeys esso de burlas. Cum ergo Sanctus Apostolus inquit, vt in iustitia viuamus, & in sanctitate veritatis, perinde est, ac si diceret, vt iustitiam, & sanctitatem magno cum spiritus feruore, & maxima diligentia, non autẽ segniter, & ignauiter operemur. Et quamuis omnibus hoc cõducatur, multo tamen magis tyronibus, & eis, qui virtutem incipiunt, necessarium est: nam magna res est in principio tuæ conuersionis maximo cum spiritu, & feruore incipere: sicut idem Apostolus hortatur dicens. Sollicitudine non pigri spiritu feruentes Domino seruietes: tali enim Domino tale seruitium debetur. Et quamuis hi feruidi postea in aliquo deficient, & relaxentur; semper tamen eis remanet stimulus illius prioris feruoris, & diligen-

simile.

Ad Rom. 12.

## Pro monachi professio. exhortat. 241

54 diligentia, quo incitantur ne omnino cadant, sed potius, ut antea, in virtute persistant. Si vero segniter incipiunt, difficulter postea diligentes esse, & ad perfectionem ascendere poterunt. Quando aliquod fundamentum ex lato conficitur, & angustum est, atque altius non iacitur, signum est illud non futurum esse altum simile: ædificium: si vero profundum est, & calce atque arena alte, & ample iacitur omnes expectant illud altum, magnum, atque admirabile futurum esse ædificium. Seraphicus pater noster Franciscus admirandis quibusdam spiritus feruoribus incepit, proprias vestes cuidam pauperi tribuens, leproforum vulnura labijs oris sui pertingens, & votum emittens, se non negaturum quidquid sibi propter Dei amorem postularetur, atque his fundamentis tam celeriter ad tantam ascendit perfectionem. Quamuis autem o frater mi tam profunda, & fortia fundamenta hactenus ad hoc spirituale ædificium, quod ædificare intendis non iecisti, tamen aliquem feruorem, & aliqualem diligentiam hoc nouiciatus anno adhibuisti, atque ita Dominus te in sanctis desiderijs, quibus sacram nostram religionem ingressus es, conseruauit & sic animo forti, & constanti professionem vis emittere, & te altissimo tuo creatori offerre. Accede huc, &c.

Iam frater mi desideria tua impleta sunt. Restat igitur, ut maxima cum efficacia id, quod altissimo Deo nunc promisisti adimplere procures. Animaduerte regium Prophetam dicere quædam verba, quæ te, & omnes, qui professi fuimus, terrere debebāt, & ingentē timorem incutere recordantes nos altissimo Deo verbum dedisse, & promisisse, quod non seruare nefas est grauissimum. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi (inquit sanctus Propheta) & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Psalm. 75. Vouete, & reddere Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Terribili, & ei, qui aufert spiritum principū, terribili apud reges terræ. Homo sanctis cogitationibus creatorem suum glorificat, & reliquijs illarum cogitationum ei festum agit: ipsæ namque reliquæ cogitationum sunt bona desideria, & ex desiderijs bonis opera bona oriuntur: atque in his omnibus omnis iustitia consistit. Ut autem homo meliorē habeat dispositionem ad occupandum se in sanctis cogitationibus, ex quibus tantum bonum dimanat, nos sanctus David hortatur, ut vota altissimo Deo emittamus, & ideo inquit loquens

## 242 Pro monachi professio exhortatio.

cum ipso Deo. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & statim se ad homines vertit dicens. Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Quod perinde est, ac si diceret. Siquidem principium totius boni in bonis cogitationibus consistit, ut maiorem opportunitatem ad vos ipsos in eis exercendos habeatis, vota Deo vestro facite mundum relinquentes, & seruitio eiusdem Dei continuo vacantes. Loquitur cum illis, qui in circuitu Domini offerunt munera, videlicet cum Christianis, qui iam conspectu Dei sumus, nunc genibus flexis orantes, nunc audientes missam, vel concionem, nunc in sanctis rebus cogitantes, & in bonis operibus nos exercentes, atque in his omnibus ei sacrificia offerimus. Verum sanctus Propheta nos admonet quod ad hoc, ut hæc omnia maiori cum perseverantia, atque efficaciam fiant, vota faciamus, & attendamus plurima inconuenientia, quæ habent illi, qui in sæculo manent, & quanta obstacula, quæ ipsorum saluationem impediunt: à quibus omnibus nos fugere oportet si quiete viuere, & securiores esse desideramus. Ideo ait. Vouete. Non nobis præcepit, sed consulit ut votum faciamus; at secundum verbum videlicet, Reddite, hoc est, votum, quod emisistis, adimplete, hoc inquam verbum præceptum, & obligationem inducit. Et addit, Terribili & ei, qui aufert spiritum principum. Quasi dicat. Si feceritis vota animaduertite, vos ea adimplere, & obseruare obligatione astringi, mirad que lo aueys cõ vn señor terrible, que quita las vidas a los poderosos, y tiene el infierno lleno de gente, que no le siruio. Quid igitur faciet cum religioso, qui ei id, quod promisit, non seruat? Quicumque nobilis homo ignominia afficitur, si ei promissum verbum non seruatur, quanto magis Deus: etenim illud maximo cum rigore exiget. Tu igitur frater promifisti modo hanc regulam seruare, & Deus tibi promisit vitam æternam si id feceris atque adimpleueris. No falte por vos, que por Dios no faltara, porque sus palabras no pueden faltar.

### Tertia exhortatio pro monachi professione.

Daniel, 2:

**S**Tatua illa, quam vidit Nabuchodonosor, habebat caput aureum, pectora argentea, ventrem æneum, & crura ferrea, extrema autem pedum eius erant lutea. Itaque quanto magis inferius, tanto peior erat; id est, quanto mas yua parabaxo, tanto mas yua empeorando:

## Pro monachi professione exhortat. 243

60 rando: començo en oro, y acabo en lodo. In hoc significatum est, quod plurimi maximo cum amore, & feruore incipiunt altissimo Deo seruire, & paulatim relaxatur, & in deterius labuntur: atq; ita in bono incipiunt, & in malo finem faciunt, id est, comiençan en bien y acaban en mal. Et quamuis hoc sic euenire soleat multoties, tamen optimum est bene incipere, nam si cura adhibetur, facile homo ipse in bono conseruatur & in ipso melioratur, atq; in melius progreditur. Tu frater mi (sit Dominus glorificatus, à quo bona cuncta procedunt) bonum de te hoc nouitiatus anno specimen ostendisti, quo his patribus, qui adsunt placuisti, atque ita ipsi in suam sanctam societatem te admittere voluerunt, quod tu, quia tantopere illud exoptasti, nunc opere adimplere postulas, sacram professionem petendo, cui desiderio ego satisfacere 61 volo. Idcirco accede huc, &c.

Salmones, cum in amara aqua generentur, postquam in dulcē ingrediuntur, tantopere illa delectantur, vt in ipsa manere velint vsq; ad mortem. Sic homines prudentes, qui in amaritudine mundi aluntur, & viuunt postquā dulcedinem religionis gustauerunt in ea vsq; ad mortem perseuerare volunt. Hoc tibi frater cōtigit, qui postquam suauitatem, & dulcedinem, quæ in sac.ētis exercitijs nostræ sacre religionis inuenitur, degustasti, & expertus es in paupertate, obediētia, & castitate viuēs, nūc vsq; ad mortē perseuare in his solemnī voto te voluisti astringere. Refert Sacra scriptura quod cum pulchra Rachel odorem suauissimū quorūdam florum (quas in manibus portabat quidam filius sororis suæ Lie) reciperet tanta suauitate affecta est, vt propter illum suauissimum odorem voluerit certo temporis spatio omittere voluptates, quas cum viro suo habere poterat. Tibi ò frater atque omnibus qui in sacris religionibus viuunt, tam bene oluit flos ille pulcherimus, qui de sc in Canticis ait: Ego flos campi, & lilium conuallium (qui est Iesus Christus filius Dei) vt à voluptatibus & delicijs sensualibus non per certum temporis spatium, sed per totū vitæ tuæ tempus abstinere volueris, vt suauissimo eius odore fruercris quod & nos omnes promissimus. Atque vt melius huic cœlesti sponso conformaremur sanctam paupertatem, virtutem videlicet, quam ipse magnificet, & de qua ipse particulariter se iactauit etiam polliciti fuimus. Maxima profecto consolationi nobis esse debet, cum videamus

Simile.

Genes. 30.

Cant. 2.

## 244 Pro monachi professione exhortat.

nos ipsos propria nostra voluntate, spiritu sancto mota voluif-63  
se relinquere quidquid possidebamus in mundo, & possidere po-  
teramus, vt expedite, & melius illum possemus sequi, qui cum  
diues esset, pro nobis egenus factus est. Cum sanctus Iob in ster-  
quilinio nudus, pauper, & coopertus miserijs, plenus tamē diui-  
no spiritu exclamauit dicens. Dominus dedit, Dominus abstu-  
lit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Dñi benedi-  
ctum. Aliam exclamationem poteris frater mi hodierna die fa-  
cere, quæ maiorem perfectionem significat, poteris enim dice-  
re. Dominus dedit, & ego à me abstuli, id est, Dios me lo dio, y  
yo me lo quite, yo me he hecho verdugo de mi mismo. Domi-  
nus dedit mihi parentes, fratres, consanguineos, bona tempora-  
lia, & industriam, vt plura acquirere possem, ego autem hæc om-  
nia & (quod magis est) meam propriam voluntatem, & liberta-64  
tem à me abstuli, & propter eius diuinum amorem in perpetua  
promissio obedientia viuere. O te foelicem, qui tantum sacrificium  
de te diuinæ maiestati hodierna die fecisti? Quod modo super-  
est, vt quotidie in virtute magis prodesse contendas: si in sæculo  
maneres omni studio curares omnibus ditior esse, honoratior, at-  
que in maiori æstimatione habitus, quare ergo in religione ma-  
gis diues virtutum esse omni studio non curabis? Et quemad-  
modum in sæculo homines ditiores, & honorabiliiores esse inten-  
dūt: sic tu è cōtra in religione laborare debes, vt omnibus paupe-  
rior & contemptibilior appareas. Ad quæ omnia hic plurimum  
fauoris inuenies. Propheta Helias angelum inuenit, qui ipsum  
dormientem suscitauit, & corroborauit, vt inceptum iter vsque  
ad montem Dei Horeb prosequeretur. Tetigit (ait sacer textus) 65  
eū angelus, dixitq; illi. Surge, grādis enim tibi restat via. Tu ô fra-  
ter in hac sacra religione nō vnū tātum, sed plurimos angelos, vi-  
delicet plurimos seruos Dei in ea viuentes reperies, qui te susci-  
tabunt, & suis sanctis exemplis corroborabunt, vt inceptum  
iter prospere, & foeliciter prosequaris, ipsi etiā te in suis oratio-  
nibus Domino commendabunt incipientes ex nunc, & dicen-  
tes pro te bis orationem Angelicam.

### Quarta pro monachi professio. exhortat.

**N**ouæ plantæ, ne à bestijs corrodantur solēt spinis, ac tribu-  
lis circumdari: sic in sanctis religionibus solent nouæ plan-  
tulæ,

Iob. 1.

3. Reg. 19.

Si. mila.

## Pro monachi professio. exhortatio. 245

66 plantulæ, videlicet nouitij circumdari spinis ac tribulis, hoc est, ieiunijs disciplinis, vigilijs, atq; alijs sanctis pœnitentiæ exercitijs, ne videlicet à bestijs infernalibus corrodamur, sed (vt dicitur in Canticis) sint sicut lilium inter spinas. Hoc integro anno frater mi spinis circumdatus fuisti, atq; ita Dominus in sanctis desiderijs, quæ initio tui ingressus in religionem attulisti te conseruauit. Quapropter patres isti animaduertentes, quã libenter has spinas amplexus es, & aspicientes feruorem, quo te in rebus pœnalibus huius sacræ religionis exercuisti, in eam te recipere solèni voto æquum esse existimarunt. Idcirco accede huc, &c. Facta professione dicantur sequentia.

67 Considerans sanctus Dauid singulare beneficiũ, quod Dominus in eum contulerat, dum in mundo tantis erroribus seminato, & vbi tot gētes sunt, quæ sine luce, & sine fide viuūt, ipsum diuina sua lege illuminauit, eumq; posuit in sua republica, quæ erat antiqua synagoga, plenus lætitia, & gratitudine dixit. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Benedicã Dominum, qui tribuit mihi intellectũ, insuper & vsq; ad noctem increpuerũt me renes mei, hoc est, sortes mihi ceciderunt in illustriorẽ statũ ex omnibus, quos Deus in terra habet, videlicet in synagogã: & hic status mihi gratissimus est: & ideo gratias agam Dño, siquidẽ me in tantam lucẽ attulit, & intellectum meum clarissimo lumine fidei illuminauit. Quas gratias ego maxima cum perseuerantia iam egi flexis genibus vsq; ad noctẽ, & quousq; renes mei, ac latera dolorem sentiebãt. Quanto igitur illustrior est status legis gratiæ, & in hac lege gratiæ perfectio euãgelica quæ in sacris religionibus obseruatur? Ergo maiori iure quilibet Christianus dicere potest. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Et multo potiori iure id possunt dicere religiosi, siquidẽ eos Deus in tã illustri statu, qualis est religio, collocauit. Quod si sanctus Dauid in terra prostratus orabat, & altissimũ Deũ pro illo singulari beneficio laudibus efferebat, quousq; latera sua ipsum præ dolore increpabant conquerendo, eo quod per tantum tẽporis spatium in oratione erat, maiore profecto ad hoc faciendum nos obligationẽ habemus. Quocirca altissimũ Deũ frater mi glorifica pro tam singulari in te collato beneficio, quale fuit relicto seculo, & eius vanitatibus in hanc sacro

## 246 Pro monachi professione exhortat.

sanctam religionē te adducere. Cū Dñs plurima beneficia patriar-  
chæ Abrahamæ præstitisset, qualia fuerunt ei promittere se daturum <sup>69</sup>  
ipsi promissionis terram, & eū plurimarum gentiū patrem esse fa-  
cturū, & quod in generatiōe eius futurus erat vnus qui esset quod-  
dam benedictionis pelagus, & per quē mundus redimēdus erat,  
victoriam etiā aduersus quinq; reges eū reportare fecit, atq; alia  
plurima ei beneficia cōtulit, sed cum aliquando ipsum alloqueretur  
his omnibus posthabitis primū, quod ei in memoriam reuo-  
cavit fuit. Ego Dñs, qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Ego sum  
Dñs, qui singulare illud tibi beneficium præstiti qui te à fornace  
hoc est à Chaldæa vbi infidelitatis igne inter illam peruersā gen-  
tē cōburēdus eras, abstuli, & eduxi, in quo apparet altissimū Deū  
pro illo particulari beneficio particularē gratitudinē à S. Patriar-  
cha postulasse. Nā alia beneficia nihil ei proculdubio prodesse-  
nt, si Chaldæorū erroribus ibi cōbureretur, & ideo Dñs tā peculiarē <sup>70</sup>  
mentionē non facit de alijs gratijs, & beneficijs, sicut de hoc. Sic  
frater mi considerare debes, quod quāuis Deus alia plurima bene-  
ficia in te contulit, ex particularibus tamē hoc fuit dū te eduxit à  
Chaldæa sæculi, & ab igne, in quo mūdani sunt, velut carbones in-  
cēsi cupiditatibus, & ambitionibus, turpitudinibus sensualibus,  
atq; alijs plurimis scelerib⁹; ab his inquā, te eduxit, & in sanctā reli-  
gionē asportauit vbi in paupertate spiritus in castitate perpetua, ac  
singulari obediētia viuas diuinę suę maiestati totus consecratus.  
Cura igitur oībus viribus gratus esse, & quę hodie promissisti, per-  
fectissime adimplere. Ad quę maxime conducit animi humilitas,  
quā omni affectione amplecti debes: Optima enim est illa S. Isi-  
dori sentētia. quę ait. Sūma monachi virtus humilitas: summū vi-  
tū eius superbia. Tunc se quisq; monachū iudicet, quando se mi-  
nimū existimauerit, etiam si opera maiora virtutū gesserit. Deus  
propter suam infinitam misericordiam tibi gratiam, & fauorem  
suum ad hæc omnia præstanda largiatur. Plenariam indulgentiā,  
quę hodie tibi concessa est, adiumento erit, vt bono animo inci-  
pias: hi etiam patres suis precibus & orationibus te iuuabunt.

B. Isidor. lib.  
de sacr. bon.

### Quinta pro monachi professione exhortatio.

**V**olens Dominus execrandas illas, ac nefarias vrbes Sodomā,  
& Gomorrhā, incendio comburere misit (vt refert Sacra  
Scriptura.

# Pro monachi professione exhortatio. 247

72 scriptura) quosdam angelos, qui sancto Lothi dicerēt. In mōte saluum te fac. Et re vera ita contigit: nam sanctus vir in mōte ab illis flammis terribilibus, quibus ciuitates illæ concrematae fuerūt, se defendit. Mundus hodie viuis flāmis ardet, con fuoco de alquitrā, videlicet cupiditatibus, turpitudinibus sensualibus, inuidijs, fallacijs, atq; alijs innumeris sceleribus, propter quod Deus singulare in te beneficiū hodierna die contulit, eo quod licet ad te angelos visibiliter non miserit, suis tamen diuinis inspirationibus te intus incitauit, vt Sodomā, & Gomorrhā, videlicet mundū relinqueres, & ad securum montem sanctæ religionis te conferres: quibus tu humiliter obedisti, & ad hunc tam sublimem mōtem ascendisti, vbi tibi forsā contigit id, quod euenire solet ijs, qui ad cacumen alicuius altissimi montis ascendunt, qui, postquam in ipso cacumine sunt, vidēt inde & oculis lustrant alios plurimos montes, quos antea non videbāt. Sic tibi plurimę difficultates sacrae religionis ostensæ erunt, quæ non recte ex mundo discernuntur, id est, a qui se osauran descubierto muchas dificultades, que ay en la sancta religion, las quales non se deuisan bien desde el mundo. Aliud est optare religiosum esse aliud vero est, id opere exequi, & experimento probare quid sit, in duro lectulo somnum capere, & media nocte ad laudes matutinas surgere, plurimas vigilias habere, carnem flagellis cilicijs, ac ieiunijs macerare, vti rudioribus atq; asperioribus vestibus, & se in alijs sanctis exercitijs poenalibus exercere: hæc omnia sunt accliuia quædam difficilia, id est, son cuestas difficultosas, quæ hoc anno expertus es, y desde alla del siglo no las viades tan claramente, sed diuino fauore non te terruerunt, quin potius professionem nunc postulas, vt sic per hæc accliuia ascendendo in montem altissimum cæli peruenias, & à Sodomæ, hoc est, inferni ignibus libereris: nam (vt ait Eusebius Emisenus) qui intra muros positi vix resistimus, in sæculo expositi quid faceremus? Qualiter stare poterunt in fluctu, atque in ipso colluctantium tempestatum impetu, qui ferè periclitantur, in portu? Si etiam in hoc alto monte vix ac difficile saluamur, quid in medio flammarum ignis & mundi procellis expositi faceremus? Magna igitur prudentia est, facere id, quod nunc agere intendis, idcirco accede huc, & ca. Quam merito sacra religio vocetur mons, cuius ascensus de se, laboriosus, difficilis,

Genes. 19.

simile.

Euseb. Emis.  
hemil. 5. ad  
monachos.

B. Athanasius ac pænalis est, docet. B. Athanasius his verbis. Martyres quidē 75  
 sæpe vel vno temporis momēto cum certassent, perfectionem  
 assecuti sunt, at monachorū vita singulis diebus pro Christo cer-  
 tans martyr est, id est, testimonium Christo dicit, non aduersus  
 sanguinem, & carnem in acie instructa, sed aduersus principa-  
 tus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores  
 tenebrarum harum, aduersus spirituales astutias vsque ad vlti-  
 mum spiritum certamen habens, & certat, & coronatur ar-  
 matura Dei induta. Sed quamuis sacra religio mons est adeo  
 accliuus, & asper vt eum hic sanctus Doctor martyrium appel-  
 let, parum tamen fructus & vtilitatis ex illo educeremus, si tam  
 bona opportunitate qualis ad seruiendum Deo in sacra religio-  
 ne est bene vti nesciremus. Atque ita Eusebius Emis-  
 senus lo-  
 quens cum monachis inquit. Quid nobis habitationis huius 76  
 secretum prodest, quando tyrannico dominatu malitia regnat  
 in nobis? Quid prodest si locus quietus tantum corporaliter te-  
 neatur, & inquietudo in corde versetur? Quid inquam, pro-  
 dest si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora nostra tēpe-  
 stas? Et homilia. 9. ibidē ait. Solemus annos nostros, & tēporum  
 spatia, quibus nunc viuimus, supputare. Non te fallat quicunq;  
 es, numerus dierum, quos hic relicto corporaliter seculo con-  
 sumpsisti, illū tantum diē vixisse te computa, in quo volūtates  
 proprias abnegasti, & malis desiderijs restitisti: illū diē vixisse  
 te cōputa, qui puritatis & sanctæ meditationis habuit lumen.  
 Aperte hic sanctus Doctor nobis ostendit, nihil prodesse ali-  
 cui altam fecisse professionem, & in sancta religione cum cor-  
 pore esse si etiam cum spiritu & affectione ibi nūc fuerit, omnia, 77  
 quæ Deo promisit integerrime adimplens. Tu ego pater hoc sa-  
 lubre consilium sub tuo pectore obserua, & nunquam illius  
 obliuiscaris, sed cōtinuo diuinæ maiestati propter innumera be-  
 neficia, maxime propter hoc singulare, quod hodie accepisti, gra-  
 tus esse contende. Qui Regibus & principibus terræ permul-  
 torum annorum spatio, ferro, & armis onerati, ac plurima vul-  
 nera accipientes inseruiunt, solent pro mercede accipere quod  
 ipsis Rex dicat. Bene fecisti: ego tui recordabor, loquatur pro  
 te mecum. N. Id est si elen los que firuen al Rey recibir por  
 paga: el dezirles el Rey. Bien lo aueys hecho, yo me acordar-  
 e de vos; habléme fulano. Non sic Deus, non sic, sino que  
 luego.

Euseb. Emis-  
 Homi. 4. ad  
 monachos.

78 luego da de ante mano como liberalissimo señor. Tu modo incipis hæc beneficia à liberali Dei manu accipere: nam hodierna die plenariam indulgentiam consequutus es da operam te in hac puritate conseruare : & hi patres suis te orationibus iuuant.

Sexta pro alicuius Nouitij professione exhortatio.

**I**ngens profecto est sacrificium, quod homo immenso Deo facit, quando seipsum totum absque eo, quod aliquid sibi reseruet, illi offert, professionem in aliqua sacra religione emittens.

79 Loquens D. Paulus de innocente Abel inquit. Eide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, perquam testimoniū consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Obtulit (ait Sanctus Apostolus) excellentius sacrificium Abel, quam Cain frater eius: nam sanctus Abel (vt ait sacra scriptura) obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: Cain vero obtulit de fructibus terræ munera domino. Quod quidem sacrificium sancti Abel ita gratum fuit Deo, vt non solum virtute eius, ipsi sancto Abel aucta fuerit iustitia, & gratia, per quam acceptus erat ad vitam æternam, sed etiam de eo reuelationem habuerit, sicut hic sanctus Apostolus testatur dicens. Per quam (scilicet hostiam) testimonium consecutus est esse iustus. Si autem quis

Ad Hebr. 11:

80 interroget, quomodo, aut quando hæc ei reuelatio facta fuerit? Ad hoc respondet sanctus Apostolus his verbis. Testimonium perhibente muneribus eius Deo. Atque ita testificans Deus sacrificium illud sibi gratum esse, per consequens declarauit personam eius, qui illud obtulit, sibi etiam fuisse gratam. Quod si rursus quæritis, quando testificatus est Deus, sacrificium sancti Abel sibi fuisse gratum? Ad hoc respondeo per verba eiusdem sacri textus dicentis. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Vbi translatio Teodotionis inquit. Et inflammavit Dominus super Abel, & super sacrificium eius. Et flamma illa, quam Deus super illud sacrificium misit, consumpsit ipsummet sacrificium: sicut etiam fecit in dedicatione templi Salomonis, & in sacrificio, quod Propheta Elias in controuersia illa,

Gene: 4.

Esaia. 1.

quam habuit aduersus impios Prophetas Baal. Et hoc erat signū 81  
atq; argumentum euidentis quod sacrificium illud oblatum, & per-  
consequens, persona, quæ id offerebat, Deo gratum erat, & ac-  
ceptum: aliter enim, si ipsa persona offerens non esset grata, Deus  
sacrificium eius non acceptaret, sicut non acceptauit sacrificium  
illorum, quibus per Prophetam Isaiaam dixit. Ne offeratis vltra  
sacrificium frustra. Et statim inferius rationem reddit dicēs. Ma-  
nus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Ait præterea sanctus Apo-  
stolus, quod per fidem, & deuotionē, ac cordis puritatem, qua S.  
Abel sacrificium illud obtulit, defunctus adhuc loquitur: nobis  
namque prædicat, & admonet, vt ad imitationem, & exemplum  
eius fide viuam, ac maxima deuotione altissimo Deo nostro sacri-  
ficiū offeramus. Huic igitur innocentissimo Abel, & his voci-  
bus frater mi hodierna die correspondisti, dum tam singulare sa- 82  
crificium de te voluisti facere. Abel agnōs suos, ac bona tempora  
lia obtulit: tu autem offerre vis animam tuā, corpus, & quidquid  
es diuini amoris igne inflammatus, quod quidem signum est te  
altissimo Deo gratum existere. Idcirco, accede huc, &c.

Singulare beneficiū frater mi in te Dominus hodierna die con-  
tulit, dum tibi animum præbuit, vt tã vere fallacem mundum, &  
improbas eius occasiones effugeres, & in locum tam opportunū  
ad animam tuam saluandam te reciperes. Cum Philisthæi capti-  
uam duxissent arcam Dei per suas ciuitates tãdem plagis percus-  
sionem restituere voluerunt: habito tamen cōsilio Satrapæ decre-  
uerunt, vt eā plaustris nouo superponerēt, vaccaſq; fœtas (qua-  
rum vituli domi remanerent clausi) iugo vnirent, quæ plaustrum  
vbi erat arca, vherent, solasq; relinquerent existimātes sine Dei 83  
ductu eas nullo pacto posse moueri versus Betsames, hoc est, solis  
ciuitatem, sed cum recto itinere pergerent in Bethsames, mugitus  
pro vitulis, quos reliquerāt passim emittebāt. Sic impossibile vi-  
detur eos, qui filios enutriunt absq; speciali Dei ductu in ciuitatē  
solis hoc est, in caeleste regnū properare, potissime cū ea cura ma-  
xime eos anxios reddat, vt diuites proceresq; filios suos relin-  
quant, quod vt faciant, in barathrū, voraginemq; vsurarū, ac ini-  
quorum contractuū se ipsos multoties mergunt tamen si aliqui  
Deo duce recto itinere pergunt, adhuc mugitus frequenter edūt:  
cura enim illa eos sæpe sæpius vrget, retrahitq; ac pene inuitos &  
violentos bonis operibus vacare efficit. Vnde regius vates eorum  
repro-

84 reprobant opinionē, qui beatitudinem in multitudine filiorū constituebant, cum dicit. Erue me Domine de manu filiorū alienorū, quorū filij sicut nouellæ plantationes in iuuetute sua. Filix eorū cōpositæ circumornatæ, vt similitudo templi. Et beatū dixerunt populū, cui hæc sunt. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Alienos eos vocat, eo quod non ipsum Deum pro fine habeant, sed temporalia in quibus confidunt. Cum ergo procuratio filiorum homines à quiete spirituali maxime retrahat, foelices dicēdi sunt qui relinquentes omnia, monachi facti liberi Deo deseruūt vt autem B. Thomas docet in lege veteri dicebantur sanctificari, qui applicabātur diuino cultui, quod modo realiter impletur cū homines à sæculo se segregant, & Deo in sacris religionibus se offerunt. Hoc tu frater mi hodie fecisti. Quod modo restat est, vt

85 maximo spiritus seruore, id quod hodie Deo promisisti adimpleas. Patres isti suis precibus, & orationibus te iuuabunt, &c.

Psal. 143.

B. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad. 3.

### Septima pro alia professione exhortatio.

**H**olocauista medulata offeram tibi : inquit regius vates cum Deo loquēs. In lege veteri offerebantur oblationes, quæ appellabantur sacrificia, & quædam pars illorum comburebatur, altera vero remanebat ijs, qui ea offerebant. Aliæ vero erant oblationes, quæ vocabantur holocausta. & ista comburebātur omnia & nihil ex eis remanebat: atq; ita holocaustum idem est, quod totum incendium. Sic modo in lege gratiæ duæ sunt differentiæ statuum, in quibus homines altissimo Deo se offerre possunt. Alter est status secularis, in quo post baptismum seruatis Dei præceptis homines saluari possunt, & hos dicere possumus offerre sacrificium, siquidem sibi aliquid relinquunt, & aliquid pauperibus elargiuntur, suaque propria voluntate fruuntur. Alter status est religiosorum, qui mundo renuntiant, & se ipsos Deo in holocaustum offerunt, nihil sibi relinquentes, sed totos se ipsos in amoris igne inflammantes. Nam præter obseruantiam euangelicam tria sacra veta, videlicet obedientiæ, paupertatis & castitatis promittunt. In Leuitico iubebat Dominus, vt sibi offerrentur animalia extra castra, atq; ibi comburerentur, non vt cunquæ, sed vt comburerentur igne tam pelles, quam carnes eorum, ac simus. Ita vt homo se totum Deo dedisset, & in illum se

Psal 65.

Leuitic. 16.

simile:

se conuertat, oportet, vt prius se inflammet & consumat, & nihil<sup>87</sup> ex eo remaneat. Non potest esse noua generatio, quin sit corruptio: non enim possibile est naturaliter loquendo ignem produci, quin prius alia materia corrumpatur. Sic non est possibile hominem generari secundum Deum, quin ipse homo prius corrumpatur secundum mundum. Debet igitur offerre Deo pellem, videlicet diuitias, & carnem interiorem, hoc est, propriam voluntatem, & ventrem cum omnibus suis immunditijs, hoc est voluptates carnales pudendas, & ignominiosas. Et hoc est holocaustum, quod religiosus Deo offert cum videlicet totum se ipsum absq; eo, quod aliquid sibi relinquat offerre contendit: contrariū autē non est religio, sed hypocrisis. Verūtamen vt hoc sacrificiū plene adimpleatur, oportet, vt fiat extra castra: etenim nō potest homo conuenienter statum mutare, & actus religionis exercere, si in mundo inter sæculares remanet. In Exodo refert Sacra scri-<sup>88</sup>ptura impium Pharaonem vocasse sanctum Moysen, & Aaron eisq; dixisse. Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac. Et ait Moyses non potest fieri: abominationes enim *Ægyptiorū* immolabimus Deo nostro: quod si mactauerimus ea, quæ colūt *Ægyptij* corameis, lapidibus nos obruēt. Ratio, propter quā *Hebræi* in *Ægypto* sacrificare nō poterant, redditur à S. Moysese his verbis. Nam per verbū illud, abominationes, intelligebat S. Propheta figuras animalium, quæ *Ægyptij*, vt Deos venerabantur. Iouem enim in figura arietis, & alium Deū in figura alterius animalis adorabāt, &c. Atq; ita S. Moyses respondit pro omnibus *Hebræis*, se nō posse sacrificare in *Ægypto*, eo quod in suis sacrificijs tauros, arietes, atque alia animantia oblaturi erāt. Et cū *Ægyptij* viderent *Hebræos* sacrificantes & offerentes Deo suo animalia quorum figuras ipsi<sup>89</sup> *Ægyptij*, vt Deos colebant, proculdubio *Hebræos* lapidarēt, idcirco oportere, eos in desertū ad sacrificandū pergere, vbi *Ægyptij* ipsorum hostias, & immolationes impedire nō possent. Profunda equidē sunt diuinæ scripturæ mysteria, & altissimæ considerationes, quas ex ea possumus educere. Verum sacrificium, quod vero Deo offerendum est, nō debet esse de mortuis animalibus, sed homo se ipsum in sacrificiū offerre debet, omnia huius mundi contemnens, & pro ipso Deo omnibus renuntians, diuitias videlicet per votū paupertatis spernens, honorē, & estimationem, ac libertatē per votū obedientiæ, voluptatis ac delicias mūdi per

90 per votum continētiæ. Hæ sunt abominationes Ægyptiorum, quas mundus adorât, & velut Deum veneratur, atque in eis suum vltimum finem, ac beatitudinem collocat: idcirco necessarium fuit Hebræis ab Ægypto exire, & solitudinem ad sacrificandum petere, nã si in Ægypto sacrificia offerrent, eos Ægyptij lapidarent. Sic difficile est, quempiam perfectum esse, si in seculo maneat, & ideo oportet, vt in solitudinem religionis se conferat: si enim Deo sacrificare vult, eique offerre facultates suas, honorem, ac personam in statu sæculari, & in mundo remanens, ipse mundus eum lapidibus obruet. Si quispiam in sæculo manens bona sua pauperibus impertiretur, postea vero eodē sæculari habitu indutus ostiatim manticas, seu peras monachales hoc est, cō vnas alforjas de frayle, in humeris portans elemosynam peteret, proculdubio mundus eum lapidaret, & ab omnibus vt insanus haberetur: & si in manus suas scopam sumeret, & templa, ac porticus ecclesiarum verreret iudicium amisisset, atque amens esse diceretur, si autem hæc omnia habitu religionis indutus faciat, nemini scādālū infert, quin potius omnes de eo bonum exemplum sumunt. Licet vero hæc sint scandala impertinentia, & parui ponderis (mundus enim ferre non potest, vt qui in eo viuunt paruifaciant id, quod ipse mundus magni æstimat, vt sunt diuitiæ, honores ac voluptates) veruntamen qui hæc in mundo faciunt ob hanc causam, illa maiori cōtradictione, ac difficultate faciunt, in religione autem hæc maxima quietudine, & suauitate operantur. Quo circa frater mi optime fecisti, dum Ægyptum hoc est mundum, ac tenebras eius reliquisti, teque ab eius oneribus expediisti, vt sic facilius per viam Iesu Christi nostri cælestis ducis incederes, ipsumque exactissime sequereris. Vbi nos legimus in sacro Genesis libro: Gen. 13. Erat Abraham diues valde, versio Græca sic habet. Erat Abraham grauis vehementer. In quo significatur, bona temporalia huius sæculi esse pondus magnum, & onus intolerabile. Idcirco Dominus in Deuteronomio præcipiebat, vt homines diuino cultui Deut. 18. dicati possessiones aliquas, aut agros non haberent, ne videlicet cum illis distraherentur. Et in Leuitico idem Dominus iussit, ne in templo sibi aliquis gibosus offerretur. In quo significauit Leuit. 12. non sibi placere hominem illum, qui oculos versus terram demissos continuo habet, & non in altum versus cælum suspicit.

Olim

## 254 Exhorta. ad monachos de amore sui.

Olim diuitiæ non tantum impediabant, siquidem homines diui-<sup>9</sup>  
tes plurimi inueniebantur, qui humiles erant, & in operibus cha-<sup>4</sup>  
ritatis se exercebant, sicut de Patriarcha Abraham legitur, qui cū  
esset valde diues, ita vt simul cum famulis suis exercitum conflu-  
uerit quo reges quatuor superauit, nihilominus tamē peregrino-  
rum pedes lauare nō de dignabatur, cuius etiam mulier cibos eo-  
rum condiebat. Quod quidē longe aliter his temporibus contin-  
git, quicumque enim quatuor (vt aiunt) obolos possidens statim  
velut principem se tractare vult, omniaq; humilitatis opera con-  
temnit. Idcirco nunc magis, quam alijs temporibus id, quod tu-  
tius est eligit ille, qui hæc omnia relinquit & vt melius altissimo  
Deo inseruiat se se in aliquam religionem recipit. Sed aduerte, o  
frater, quod siquidē Ægyptum hoc est mundū reliquisti, & de te  
sacrificium Deo facere intendis, ne sis contentus hoc tantū modis  
exteriori, sed omni studio curare debes, vt hoc holocaustū intus  
nucleū, & medulā, habeat videlicet diuinū amorē, deuotionē, cō-  
uersionem intimam, & continuam cum altissima maiestate, vt  
merito cum regio Propheta dicere possis, Holocausta medulata  
offeram tibi. His dictis professionem emittat.

### Exhortatio ad monachos de amore sui.

1. Petri. 5. c.

**B**Eatus Petrus in sua prima epistola inquit. Fratres sobrij esto-  
te, & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo  
rugiens circuit quærens, quem deuoret, cui resistite fortes in fide.  
Maxime perpendēdum est, quod cū sanctus Apostolus Damo-  
nis potētiam exaggeraret, & crudelitatem eius ac vehementissi-  
mum desiderium euertendi homines, quod quidem ostendit, dū  
ipsum vocat leonem, & non leonem vtcunque, sed leonem fame-  
licum, & qui nos circuit, & non solum edere vult sed etiam vorare.  
Cum, inquam, hoc sanctus Apostolus tā opere amplificet, pri-  
mum præceptum, quod nobis in defensionē nostram aduersus il-  
lum proponit, est dicere. Sobrij estote. Sobrius dicitur ille,  
qui non solum parce, & sobriè cibus, atque omnibus huius  
mundi vititur, sed etiam ratione: & ita sobrius contrarius est  
ebrio, atque ita sobrij estote perinde est, ac si diceret: Noi sal-  
gays de iuyzio, vtimini ratione in omnibus vestris operibus.  
In libro Numerorum sic legitur. Locutus est Dominus ad  
Moysem

Numer. 6.

## Exhorta. ad monachos de amore sui. 255

2. Moysem dicens. Loquere ad filios Israel, dices ad eos. Vir, siue mulier, cum fecerint votum, vt sanctificentur, & voluerint se Domino consecrare, à vino, & quod inebriare potest abstinerebunt, acetum ex vino non bibent omni tempore separationis suæ: nouacula non transibit super caput eius, sanctus erit crescente cæsarie capitis eius omni tempore consecrationis suæ. Super mortuum non ingreditur nec super patris, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur: quia consecratio Dei sui super caput eius est. Hæc est lex Nazaræorum. Prima conditio, quam Dominus postulabat, ab eis, qui se illi consecrarunt, est, vt à vino, & ab omni liquore, qui inebriare potest, abstinerent. Nunc in lege gratiæ Deus illis, qui se ei per votum religionis consecrant, materiale vinum non prohibet. Nam Diuus Paulus ad Timotheum scribens inquit. Te ipsum <sup>1 ad Timo. 5</sup> castum custodi, noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vt re propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates,   
3 sed per vinum, quod homines ratione priuare solet intelligitur amor sui ipsius, qui homines iudicio, & ratione priuare consueuit. Atque ita sæpenumero euenire solet, vt amatores sui ipsorum vitium, quod in alijs damnant, in se aut iustificat, aut excusant: & hoc est vinum, quod modo Nazaræi, hoc est, religiosi Domino consecrati minime sunt bibituri, ex quo vino inebriati sunt omnes filij huius sæculi. Non solum autem vult Deus, vt ab hoc vino abstineant, sed etiam vult, ne bibant acetum, quod ex vino fit. Aliqua sunt bona opera, quæ ex proprio amore, & non ex amore Dei oriuntur, & huiusmodi opera religiosus nequaquam facere debet, proprio amore incitatus,   
4 sed diuino duntaxat amore commotus: illa enim opera, quæ à proprio, & non ab amore Dei oriuntur sunt velut acetum. Atque ita Diuus Paulus inquit. Si tradidero corpus meum <sup>1 ad Cor. 13,</sup> ita, vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest, todo est vinagre, sino amor de Dios. Per capillos Nazaræorum, qui operiebant faciem, hominum pudor, ac timor Dei significatur. Hi vero capilli nunquam à capite religiosi oportet, vt deficient. Quod quidem Ecclesiasticus non tantum religiosis, sed omnibus consulit dicens. Filij accedens ad seruitutem Dei stant in iustitia, & timore. Tertia lex Nazaræorum hæc erat. Non tanget morticinium, nec patris nec matris

## 256 Exhortat. ad monachos de amore sui

tris, &c. Inordinatus amor erga parentes efficit, vt aliqui religiosi relaxentur, & penitus destruantur. Ideo Beatus Hieronymus ad Nepotianum inquit religiosum debere esse sicut Melchisedech sine patre, & sine matre. Et Dominus ait. Qui diligit patrem, & matrem plusquam me, non est me dignus. Ille Deū relinquit pro patre, vel matre qui nō adimplet, quod in sacra professione pollicitus est, vt inordinate parentibus suis correspōdeat. Debet igitur vir Deo consecratus rē morticinam non tangere, hoc est, omnibus vijs se ab omni cōuersatione seculi abstinere: hæc enim sunt morticina, quæ religiosū destruunt. Non solū autem his contentus esse debet, verum etiam omni efficacia oportet adimpleat id, quod Diuus Paulus ab omnibus Christianis postulat dicens: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. Sed dices, cum nostra tantum inter sit offerre nos ipsos Deo, cur Sanctus Apostolus non dicit, ex parte Dei vobis denuntio, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sed potius dicit obsecro? Neminem obsecramus, vt diues esse velit, aut quod velit habere salutem, aut quod velit habere honores, & dignitates quia hæc omnes sponte faciunt, & obsecrat B. Paulus vt velimus offerre nos Deo. Cur obsecrat cum sit hoc maioris ponderis quam temporalia vniuersa? Ad insinuandā malitiam humanam hoc dicit: procliuiiores enim sumus ad vitia, quā ad virtutes. Sensus, & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua, dicitur in Genesi. Ad ea autē, ad quæ proni sumus nulla indigemus persuasione, & quoniam ad vitia procliuiiores sumus (vt hic sacra scriptura asserit) quam ad virtutes, ideo ait. S. Apostolus. Obsecro vos per misericordiā Dei. &c. Et hoc est quod B. Augustinus non poterat intelligere, & inquit, in quodam sermone. O homo bona vis habere, & bonus nō vis esse. Quid est, quod malū vis habere? Nihil existimo, nō domū, non vineam, non vxorem, non filios, non caligam. Magna profecto confusio hæc est. Nihil homo malum habere vult, nisi se ipsum. Intelligens ergo B. Apostolus, quam procliui homines sint ad malum, & agens de remedio nostro his verbis vtitur. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei: habita ratione ad misericordiam, qua Deus in omnibus vtitur vobiscū in hac vita, in alia enim vtitur Deus iustitia in retributione meritorum, & demerito-

B. Hiero. ad  
Nepot.

ad Rom. 12.

Gen. 8.

B. August. in  
serm. de ver-  
bis Domini.

8 & demeritorum, id est, in retribuendo unicuique; vel poenam vel gloriam secundum opera eius. Sed in hac vita omnia opera Dei erga hominem sunt ex misericordia, in creatione in redemptione, in conseruatione, &c. & frequentissime Deus misericordia utitur in expectatione ad poenitentiam: nemini namque irrogaret iniuriam, si cum primum peccat, in infernum detruderet, sed pro sua maxima misericordia eos ad poenitentiam expectat. Ait ergo Beatus Apostolus, habita ratione ad tantam misericordiam obsecro, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, non ut occidatis vos, sicut olim occidebantur animalia, sed remanentibus corporibus vestris viuis, ea ipsa mortificata Deo offeratis. Sacrificium est munus, quod Deo offertur de his, quae de manu sua accepimus. Quid accepistis à Deo? Bona corporalia, ut sensus & alia, bona fortunae, bona spiritualia scilicet animam cum suis potentijs. Haec omnia offers Deo, Cum visum reformas, & linguam refrenas, cum pedes contines, & tuum cor, & voluntatem, & etiam mentem in Deo occupas, tunc de his omnibus rebus ei sacrificium offers.

9

## Exhortatio contra prohibentes filios suos ne monachi fiant.

SI volueris contra eos parentes tractare, qui filios suos illicitis modis curant à religione abstrahere, non grauabor ex Beato Bernardo aliquid afferre in medium, ex persona Helix monachi ad parentes suos: qui ita ait. Sola causa, qua non liceat obedire parentibus, Deus est: ipse enim dicit. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Si me vere, ut boni, ut pii parentes, diligitis: si veram, si fidellem erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium Deo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere attentatis? Vere nunc cognosco, quia inimici hominis domestici eius. In hoc vobis obedire non debeo, in hoc vos non agnosco parentes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad meum, atque vestrum, imo vniuersorum patrem, alioqui quid mihi & vobis? Quid à vobis habeo nisi peccatum, & miseriam? Hoc solum, quod gesto corruptibile, corpus de vestro me habere fateor, & agnosco. Nō sufficit vobis, quod me

B. Bernar.  
Epist. 111.

Matth. 10.

## 258 Con. proh. filios suos ne mon. fiant.

in hanc seculi miseriam induxistis? Quod in peccato vestro, & peccatores peccatore genuistis! Quod in peccato natu de peccato nutriistis, nisi etiam inuidendo mihi misericordiam, (quam consequutus sum ab eo, qui non vult mortem peccatoris,) filium insuper gehennae vultis facere. O durum patrem, o sequam matrem, o parentes crudeles, & impios? imo non parentes, sed peremptores, quorum dolor salus pignoris est, quorum consolatio mors filij est. Qui me malunt perire cum eis, quam regnare sine eis, qui me rursus ad naufragium, vnde tandem nudus euasi, rursus ad ignem vnde vix semixustus exiui, rursus ad latrones, a quibus semiuivus relictus sum, sed miserante Samaritano iam aliquantulum conualui, reuocare conatur, & militem Christi prope iam capto caelo triumphantem, (quod non in me glorior, sed in eo, qui vicit mundum) ab ipso iam introitu gloriae, tanquam canem ad vomitum suum, tanquam suem ad lutum, reducere moluntur ad seculum. Mira abusio! Domus ardet: & fugienti prohibetur egredi, euadenti autem suadetur ingredi, & hoc ab his, qui in incendio positi sunt, & obstinatissima dementia, ac dementissima obstinatione fugere periculum nolunt. Proh furor! Si vos contemnitis mortem vestram, cur etiam appetitis meam? Si inquam negligitis salutem vestram, quid iuuat etiam persequi meam? Quare vos non potius sequimini me fugientem, vt vos non ardeatis. An hoc est vestri cruciatus leuamen, si me etiam perimatis! Et hoc solum timetis, ne soli pereatis! Ardens ardentibus, quod solacium prestare poterit, quae inquam consolatio damnatis socios habere suae damnationis? Quod verum remedium morientibus, alios videre morientes? Non hoc mihi persuadet diues ille, qui in tormentis desperatus de sui liberatione rogabat nunciari fratribus suis, ne ipsi venirent in locum eundem tormentorum, timens proculdubio ex suorum cruciatu, augeri suum. Quid ergo: Ibo & consolabor lugentem matrem meam, mei ad tempus visitatione, vt in aeternum lugeam & me, & ipsam sine consolatione? Ibo inquam, & satisfaciam patri meo irascenti pro mei ad tempus absentia, consolandus & ipse ad tempus de eius praesentia, vt postmodum & quisque pro se, & vtriq; pro alterutro inconsolabili desolemur tristitia? En potius exemplo Apostoli non a quiescens carni, & sanguini,

vocem

## Con. proh. filios suos ne mon. fiant. 259

14 *vo*cem audiam Domini iubentis. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quid enim? Funes ceciderunt mihi in præclaris, & cælestis hæreditas præclara est mihi, & terrena adulatur promissio, blanditur consolatio carnis? Desinite ergo parentes mei, desinite vos frustra plorando affligere, & me gratis reuocando inquietare, ne si adieceritis nuncios vltra mittere pro me, plus me elongare cogatis. Hæc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo quoniam elegi eam. Hic pro meis, ac pro vestris peccatis iugiter orabo. Hic precibus assiduis, quod & vos cupitis, impetrabo, si potero, vt qui eius amore hoc medio tēpore ab inuicē separamur, in alio seculo simul foelici, & insatiabili atque inseparabili charitate, & societate, in eius amore, viuamus.

Matth. 8,

## PRIMA PRO MONIALIS VELO EXhortatio.

*Hanc amavi, & exquisiui sponsam mihi eam assumere.*  
Sapientia. 8. c.



Maximum profecto, ac præclarissimum opus facit ille, qui vouit castitatem, & eam seruat. Maximum etiam opus facit ille, qui possessiones, & bona temporalia in se retinet, vt ea in pauperes, & pios vsus distribuat. Maximū opus facit ille, qui familiam suam optime gubernat, & eam timere Deum docet. Maximum opus facit ille, qui sanctissima sacramenta frequentat, captiuos redimit, corpus suum ieiunijs, & disciplinis affligit, atque in alijs operibus perfectionis se exercet. Sed certe hæc omnia non accedunt ad meritum eius, qui simul omne, quod possidet, & possidere poterat propter altissimi Dei amorē relinquit, seq; à prima sua etate, nec dū prælibatis fallacibus mundi rebus ipsi Deo consecrat in holocaustum, nihil in se sibi relinquens, sed corpus, spiritum, & animam dilectissimo suo offert creatori. Non peccat virgo, si nubere cupiat: nec etiā peccat, si se cōponat, vt placeat ei cui vult nubere; sed magis procul dubio Deo acceptū est his omnibus renuntiare, & Dominum omnium virorū videlicet Iesum Christū sponsum sibi sumere.

sapient. 8. c.

Beata est illa fœmina, quæ pulchritudinē faciei, & corporis elegantiam, sin enlodarla en el mundo, ei offert, qui ipsam fecit. Refert Beatus Hieronymus quemdam ex patribus, eremitis interrogatum fuisse, Quis Deo magis placeret, an ille, qui noctu, diuq; in hospitali ægrotis pauperibus maxima charitate seruebat? an ille, qui ieiunijs, & disciplinis magnā faciebat pœnitentiã? an ille, qui bona sua pauperibus distribuebat? an deniq; ille qui per votū continentię, paupertatis, & obediëntię se totū in religione Deo dicauerat? Respōdit sanctus vir longe maiore coronā mereri eū, qui subest pŕelatorū obediëntię, quā vllū alium ex supradictis. Et adiecit amplius. Si quispiã ex naribus suspēdetur non adhuc ad meritū eius accederet, qui se obediëntiæ subiecit. Audiens quidam seruus Dei pergrandes excellentias, & perfectiones, quæ de quodam homine ab alio referebantur, interrogauit. Nūcquid is, quē tantis laudibus effers, mundū reliquit, & se in aliqua religione obediëntię submisit? Respōdit. Nequaquã. Replicauit tunc dicens: Quãuis ergo hæc omnia bona, quę retulisti, habeat, nondū tamē melius his omnibus fecit, multū quidē ei restat, vt ad meritū accedat illius qui se cum Christo Iesu per obediëntiã cruci affixit: ille enim, qui ad hoc nō peruenit, comedit, bibit, & pro suo placito ibit quo voluerit, ac deniq; melius, quod habet, videlicet voluntatē suã secū retinet. Et quidem verū dixit. Ad saginandas aues opus est vt ipse sint in angusto, & obscuro loco, lux enim inimica est pinguedinis, cōducit etiã ad hoc si pane vino delibuto idest, pan empapado en vino cibentur. Sic vt anima nostra pinguescat, & sicut adipe & pinguedine repleatur, maxime conducit, vt in secreta, & obscura sacre religionis loca nos recipiamus, vt ibi infinitā lucē contēplemur, multoties panē sacrosanctæ eucharistię magna conscientię puritate māducantes. Ex his omnibus infertur, quanta obligatione, ò soror mea astringaris, glorificandi nostrum altissimum Deum, eo quod tibi voluntatem dederit, & in corde tuo posuerit, vt hunc tam altum, ac tãtæ perfectionis statum eligeres, in quo vniuersalis cœlorū, ac terrarū Dominus Iesus Christus te in sponsam recipit. Atque ita animo cogitare potes, illum de te propter infinitam misericordiam suam, dicere verba illa, quibus hunc sermonem incepti, scilicet. Hanc amaui, & exquisiui sponsam mihi eam assumere. Et quamuis diu-

Simile.

7. tiji pauper sis, vt ditissima fias, omni studio cura omnē tuam  
 amorem in hoc altissimo sponso collocare. Solēt venatores ac- *Similz.*  
 cipitribus, quos ad venandum alunt, oculos contegere, ne ipsi  
 alias aues parui pretij conspiciant, & ad illas se projiciant, atque  
 ita illis inescati, & saginati alias aues maioris pretij insequi, &  
 aucupari nolint. Sic o soror oportet, vt oculos tuos omnibus  
 huius mundi rebus, quæ parvæ, & viles sunt, occludas, & tuo  
 cælesti sponso dicas. Auerte oculos meos, ne videant vanitatē:  
 porque no os abalanceys a estas miserias del mundo, y quedey  
 satisfecha cō la tierra pues fuistes criada para el cielo. Cū igitur  
 tā altum statū elegeris circuncide à te quidquid ad hunc viuēdi  
 modū, quem hodie professa es, non conducit. Itaq; modo altera  
 ab ea, quæ antea eras, esse debestam differens, & diuersa, quan-  
 8. tum cælum est à terra, & quantum differt sponsa Regis ab spō  
 sa serui. A vida nueua pensamientos nueuos, palabras nueuas,  
 obras nueuas todo le pertenece nueuo. Aude o soror diuino  
 sponso dicere, quod sponsa in Canticis ad sponsum inquit. *Cant. 7.*  
 Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis,  
 mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fru-  
 ctus parturiunt, si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera  
 mea. Vbi alij verterunt, Dabo tibi amores meos, alij vero tran-  
 stulerunt. Ibi amorem meum totum in te profundam, hoc est,  
 si tu o sponse hoc meum desiderium impleueris, tunc ego tibi  
 monstrabo, quæcunq; potero amoris insignia: tunc ego me to-  
 tam tuis amicis amplexibus offeram. Gaudebunt enim labia  
 mea, cum cantauero tibi, & anima mea, quā redemisti. Sed & lin-  
 9. gua mea meditabitur iustitiam tuam tota die laudem tuā. Vt  
 biq; autem ingens gratitudinis affectus pro eximijs muneribus  
 à Deo perceptis describitur. Obsecra ergo eum, & summis  
 precibus ab illo postula, vt cor tuū ab omnibus mūdi tumulti-  
 bus expediat, teque erga res mundi ita mortificet, ac si esses ex-  
 tra illum & sola cum Christo Iesu. Et hoc est egredi in agrum  
 cum sponso. Vt autem insinuet, quæ esto no ha de ser para vna  
 hora, ni para vna dia solo, adiecit dicens, Commoremur in vallis,  
 & inde, ex illa videlicet quietudine surgamus ad vineas; dum  
 enim quietudo, & tranquillitas non fuerit negotiū animarum  
 cōmode intelligi aut tractari non potest, & ad hanc vineā eun-  
 dū est, atq; hoc negotiū peragendū, simul cū sponso Iesu Chri-

No. Egredere ergo sicut in agrum ad amplitudinē cordis, & p̄ter  
 dibus eire, & concule omnia huius mundi, & inuenies, ac  
 fructus quādā m̄rita, quam totus ipse mundus à te auferre nō  
 poterit. Mane inquit, surgamus ad vineas. Vamas autem nō  
 en̄ nūstra vīna que es nūstra conscientia; hæc debet esse no-  
 stra prima atque vnicūcta Nam, Diuus Paulus ad Corinthios  
 scribens ait. Mulier, quæ nupta est, cogitat, quæ sunt mūdi, quo  
 modo placeat viro: & mulier in nupta; & virgo cogitat, quæ Do-  
 minū sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Ibi aspicitur vtrum  
 flores potulerint fructus, id est, vtrum desideria peruenierint  
 ad opera. Nō enim sufficiunt bona desideria, nisi vterius in bo-  
 na opera progrediaris. Animaduerte, etiam vtrum mala puni-  
 ca flourerint. In quo significatur, quod sponsa non debet esse  
 contenta, quocumque amore celestis sponsi Iesu Christi, sed r̄  
 oportet, ut curet habere amore erga illum, quousq; cupiat san-  
 guinem suū pro illo profunderē, & hæc sanguinis effusio signifi-  
 catur in malis granatis quæ maximū florere debēt in anima spō-  
 se Iesu Christi. Sponsi, si nobiles sunt id quod magis attendunt,  
 & contēplantur in sponsis, est: faciei pulchritudo; & elegantiā  
 Arguita sponsus ad sponsam in Canticis inquit. O Rendemini  
 faciē tuam. Pulchræ sunt genæ tuæ. Nam sponsus ipse super em-  
 nā pulchram faciē habere gloriantur; sanguinem v̄ entis gelidi  
 à se prentione efflant; & cooperire omni studio curant; nē vide-  
 licet deforme appareant, & absque rubicunditate. Sic inter eas  
 quæ magis Deo placeant, est: facies pulchræ sive sponsæ, animæ  
 sollicit; facies animæ est voluntas: corruptio autem seu con-  
 positio huius faciei, est amor. Sed ut hæc pulchritudo faciei con-  
 seruetur, hodie tibi velum iūca ponatur: rempestuosi mū-  
 di venti, & in aliquo modo nocent. Sicut calor solis in facie vir-  
 ginis solet quāsdam paruas maculas generare, quæ ipsam de-  
 formem reddunt: sic calor gloriæ mundanæ sedat, & defor-  
 mat plūmīs maculis affectiōnis in ordinatarum ipsam ani-  
 mam. Affectiōnes in ordinatæ conuenientissimē vocantur hæ  
 calles (hoc est peccas) pot quæ en la verdad las peccas son vna s̄n-  
 caslas pequeñas, y menudas pero diffeutrosas de quitar. Sic h̄s  
 sectiōnes carnales cordi hominis adherentes, difficillimē ab  
 eo euelluntur maxime, si profundas radices erititronē. Quis  
 enim poterit à corde suo radicatam aurorem euellere? Facis

simile.

13. Ius anima à corpore euellatur, quam carnalis homo à deprauata sua intentione, ac fixa in corde affectione discedat. O que peccata fixa y assentada en las entrañas es vna ambicion de mãdar, quæ, si semel cordi fixa adhæreat, raro aut nunquam ab eo euellatur. Idem dicendum est de inuidia, odio, atque alijs sceleribus quæ vt maculæ faciei virginis sic ipsa animæ adhærent. Qui autem ab his maculis liberi sunt, possunt merito appellari beati; sic eos regius Propheta vocat dicens. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Sed per quam rari sunt in mundo, qui ab his maculis liberentur; cuius rei causa est sol prosperitas mundanarum, & venti nostrarum malarum inclinationum. Vt igitur hæ maculæ ad faciem anime tue non accedant, facies tua exterior velo hodierna die cooperitur, ad significandum, te debere omnes occasiones, quæ damnum inferre & animam tuam deformem reddere possunt, diligentissime effugere. Hodie etiam velo cooperiris, porque los retablos nueuamente assentados en la Iglesia cubrense con guardapoluo y las imagines perfectas con velo. Soys hermana vn retablo assentado nueuamente en el estado de la sancta religion, y por esto os cubren con velo. Y soys como imagen biẽ pintada, y para conseruacion de los colores y lustres, gracias y dones, que el Spiritu sancto dibuxo en vuestra alma, en la profession, es necessario que os cubran con vn guardapoluo y velo. Postquam arca testamenti cum duobus cherubinibus in tabernaculo collocata fuit, Sanctus Moyses iussu Dei coram illa posuit pretiosum velum. Tu ô soror mea non es arca testamenti, 15. sed es reliquarium altissimi sacramenti Dei viui. Idcirco oportet, vt in te illius vmbre, & figure veritas adimpleatur, & vt velo nigro contegaris, quod quidem perfectam humilitatem, quam interius habere debes, apertissime significet. Etenim humilitas requiescit optime in anima casta virginis, idest la humildad assienta muy bien sobre el alma casta de la virgen: atque ita Diuus Ambrosius ait, virgo quanto castior, tanto debet esse humilior. Virgo desponsata, quæ habet soceros diuites ac molestos, tunc meliorem acquirit statum quando pro morte eorum nigrum velamen in capite ponit: tunc enim libera remanet à dissensionibus, rixis, & contentionibus: diues etiam remanet ac plena diuitijs, idest, quãdo mas gana la donzella desposada que

Psalm. xix:

Eccles. 37.

simile.

tiene suegro y suegraricos y renzillosos es quando se pone luto y toca negra por la muerte de su suegro, y suegraricos porque queda libre de renzillas, reproches y saherias y queda rica y llena de hazienda. Mundus est socer animæ rixosus & morosus, de quo dicitur in Ecclesiastico. Noli consiliari cum socero tuo. Et sicut Iacob volens discedere in patriam suam non consuluit socerum suum, ne videlicet, discessum eius impedit: sic qui voluerit Iesum Christum sequi, & in sacrosanctam ingredi religionem, non debet consulere mundum quia ingressum illum proculdubio impedit. Denique mundus est malus socer, & caro socrus, quæ etiam satis molesta est: & quousque hi duo loceri moriantur, anima non est libera, sed quando pro morte eorum luctum ponit, diues ac beata remanet. Hodie soror mea luctum ponis, & te ipsam cooperis velo nigro pro morte, & exequijs mundi cum suis pompis, & pro morte carnis cum suis voluptatibus, & illecebris. Mortuis, ac sepultis his duobus soceris tu diues ac sine rixis, & contentionibus tuo cælesti sponso Iesu Christo quadam admirabili spiritus libertate sociata remanes. Refert Quintilianus improbum illū Neronē pro morte matris suæ (propter quā ipse imperium hæreditate obtinuit) lugubri veste se operuisse: cum autem curialis quidam ac nobilis homo familiaris eius, & dicitissimus id est, gran dezidor nigra veste ipsum videret indutum, factus est ei obuiam, tanquam legatus id est hizose como embaxador, & legationem in hunc modum proposuit. Regna tua Italiae, & totius Galliae te summis precibus obsecrant, vt salutem istam fortiter feras, hoc est, que tengas es fuerço para sufrir tanta bienauenturança de herencias como te ha venido cõ esse luto que traes por la muerte de tu madre. Sic ò soror tibi hodierna die dicere possumus videntes, te ipsam nigro luctu pro morte mundi, & carnis cooperitam, possumus, inquam, tibi dicere, vt vires, & animum habeas, ad conseruandum regna, & imperia, atque ad fruendum diuina libertate, quæ hodie velo isto nigro tibi hæreditate contigit. Si enim scis te in hac tanta felicitate, & diuina gratia conseruare, postea ibis ad fruendum cælesti tuo sponso in gloriam, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui cum patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæculis sæculorum, Amen.

## 19 Secunda pro monialis velo exhortatio.

**M**ulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu: inquit Beatus Apostolus ad Corinthios scribens. Ita Deo gratum est virginem mundum relinquere, & Iesum Christum sponsum in sacra religione inclusam eligere, vt sciens Beatus Hieronymus Paulam matronam Romanam lachrymas profudisse, eo quod filia eius in sacram religionem se receperat, eam in quadam Epistola sic alloquatur. Quas nunc existimas Blesilam nostram pati cruces, quod tibi propter istas lachrymas Christum videt iratum? Clamat nunc illa lugenti, scilicet, tibi. Si vnquam me amasti mater, si tua vbera suxi, si tuis instituta sum monitis, ne inuideas gloriæ meæ: ne hoc agas, vt à nobis in perpetuum separemur. Putas me esse solam? Habeo pro te Mariam matrem Domini: multas hic video, quas antea nesciebam. O quanto melior est iste comitatus! Misereris mei, quia mundum reliqui? Atque ego vestri sortem doleo, quos adhuc sæculi carcer includit, quos adhuc præliantes nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc variorum incentiua vitiorum pertrahunt ad ruinam. Si vis mater mea esse, cura placere Christo; non agnosco matrem meo Domino displicentem. Idem Beatus Hieronymus in epistola ad Eustochium ostendit, quantum sacra illa virgo delectabatur se religiosam esse hæc verba referens. Indignaris mater, quod noluit filia tua militis esse vxor sed Regis? Grande tibi beneficiū prestitit, quia socrus Dei esse cepisti: sic filius sapiens gloria est matris suæ.

**O** admirabilē sanctę virginis spiritū, & sanctitatē ac sapientiā, qua altissimū statū, in quo eam Deus posuerat, magnificare, & estimare sciebat. Nō sic modo plurimę religiosę sacro suo statu sunt cōtente, nec sic grate sunt pro tā singulari ab immenso Deo accepto beneficio, quin potius demonstrātes alij tristitiā, & maiorem, quę ex illo sancto religionis statu accipiūt, alias virgines deterrēt, ne mundū relinquerē aufē sint, & sacrā religionē ingrediātur. In sacro Numerorū libro legimus Deū seuerē puniuisse exploratores (quos S. Moyses in terram promissionis miserat) propter mala nūtia, quę populo reddiderūt dicētes, Terra, quā iustitiamus, deuorat habitatores suos: populus, quem aspeximus, procerę stature est. Ibi vidimus mōstra quędā filiorū Enac

1. Ad Co. 7. c.

B. Hieron.  
in Epistola  
ad Pauli.B. Hiero. in  
Epistola ad  
Eustochium.

Num. 1.

NUM. 13.

ANNO 1644.

APRILIS 13.  
MORNING 10.  
MILITIA 1644.

de genere giganteo, quibus cōparati quasi locustæ videbamur.<sup>22</sup> Quibus aduersis nuntijs turbati Israelitæ dixerunt. Vtinā mortui essemus in Agypto &c. constituamus nobis ducem, & reuertamur in Agyptum. Vobis ò sorores hæc pertinet historia; exploratrices enim estis Christiani populi, à tenebris Agypti per potentem Dei manum liberati, qui per desertum huius sæculi absque consolatione in coelestem patriam iter facit: plurimas autem virgines, quæ diuino spiritu tactæ hunc desertum relinquere volunt, & in sacram religionem tanquam in promissionis terram ingredi, plurimæ ex vobis (quæ exploratrices virtutis & sanctitatis, atque excellentiæ religionis estis electæ) ab ingressu huius sanctissimæ vitæ deterretis dicentes, sacram religionem incolas & habitatores suos deuorare. Denique cum sorores vestras, consanguineas, & amicas<sup>23</sup> inducere, atque animare deberetis, vt fallacem mundum relinquerent, & sacræ se religioni dicarēt, eis imprudēter sic dicitis. Animaduertere ingentia hic esse monstra, & magnos gigantes, qui vos deuorabunt, videlicet plurimos, atque intolerabiles labores, plurimas onerosas obediētias, prolixas, & continuas vigilias, plurimam clausuram, & exiguam sustentationem, plurimas reprehensiones, & plurimas insidias paratas ijs, quæ vel vnum verbum loquuntur: caute ergo, ne huc veniatis, non enim reperietis (vt existimatis) terram lacte, ac melle manantem. O ingens malū, cum deberetis bona nunciā præbere amicis, & sororibus vestris persuadentes eis, vt Iesum Christum sponsum amplectereretur, ipsas ignauas atque inertes ad hanc vitam capeffendā redditis, & à sanctis suis propositis non sine magno animarum<sup>24</sup> dispendio deterretis. Dominus per infinitā misericordiam suā vos illuminet, vt à tanto errore liberemini, & corda vestra diuino suo amore inflammet: nam si ipse corda vestra incendit, hæc omnia, quæ aspera videntur, fient vobis dulcissima, atque aperte videbitis, quomodo sacra religio vere manat lacte, & melle, quod quidē propter nimiam geliditatem vestrā, & quia, vt decet, quæ promissistis nō seruat, huc vsque nō sensistis, y alsidesis. por v uestra culpa, de la feria, como os va en ella. Felix religiosa illa, cui monasteriū magnopere placet, & quæ tandē intelligit, quam tutus ac tranquillus locus sit ille ad seruiēdū Deo. Monetæ aureæ, quæ assidue in manibus portantur, solent deficere à valore, quæ

25 habent y vienna quedar faltas de granos, quin etiam aliquid simila  
 ex propria figura amittunt: illæ vero, quæ in arca seruantur  
 semper suam perfectionem, atque integritatem rebinent. Sic re-  
 ligiosi & serui Dei, qui se conuersationibus, & comercijs secu-  
 laribus assidue tradunt, multum de valore suo amittunt: y ordi-  
 nariamente vienna quedar faltos de los granos, y quilates del  
 diuino amor, y aun a quedar en ellos deslauada, y deslustrada  
 la figura de la honestidad: illi autem qui se in monasterijs in-  
 cludunt & ibi tanquam in arca sunt inclusi hæc detrimenta  
 non patiuntur, sed in virtute integerrime viuunt. Hoc confir-  
 matur ex illis, quæ Beatus Chrysostomus inquit. Sicut diffi-  
 le est arborem iuxta viam positam fructus suos vsq; ad maturi-  
 tatē seruare: sic difficile est vitam fideliem viuentem iuxta hunc  
 26 mundū idest in actibus eius, iustitiam immaculatam vsque in fi-  
 nem seruare. Arborea, quæ fructum conseruant vsq; ad maturi-  
 tatem, & quousq; Dominus earum fructibus fruatur, sunt illæ,  
 quæ intra pomarium incluse sunt, ac vallo circūdatæ, ita tamē,  
 vt ramos suos extra vallum, seu parietes non extendant: nā si il-  
 los extendunt, quamuis viatores ad truncū arboris accedere nō  
 possint, non minus destruantur, quā si essent foris absq; aliquo  
 vallo circūdatæ. Sic religiosi, licet pariteribus monasterij sint  
 inclusi, & circūdati, si tamen foras cor suū ac desiderij emittūt,  
 ipsa in rebus huius mundi ponētes, & per illas spatientes, tā fa-  
 cile deprædatur & furatur Diabolus fructus eorum, hoc est vir-  
 tutem ac meritā, ac si essent in seculo plantati. Quapropter so-  
 27ror siquidem tam securum statū elegisti oportet, vt ex illo uti-  
 litatē seias educere, omnia inconuenientia, quæ tibi nocere pos-  
 sent diligentissime effugiens. Animaduerte. B. Hieronymū di-  
 centem. Virginis definitio est, sanctam esse corpore, & spiritu  
 quia nihil proficit carnem habere virginē, si mente quis nupse-  
 rit. Laudes vero virginis in libro Sapientie describuntur, vbi  
 dicitur. Felix est sterilis, & incōquinata, quæ nescit torū in  
 delictis: habebit fructū in resurrectione animarū sanctarū. Et in-  
 ferius: Quā pulchra est casta generatio cū charitate: in immortalis  
 est enim memoria illius, quoniā & apud Deū nota est, & apud  
 homines. Sed animaduerte o soror quod D. Paulus in his, quæ  
 supra diximus verbis videlicet: virgo inupta cogitat que Dñi  
 sunt, aperte designat virginitatē inter alios causas ideo esse rem  
 excel.

simila

B. Chrys. Ho-  
 mi. 30. in. c.  
 21. Matth.  
 Simile.

B. Hiero. in  
 quadam Epi-  
 stola.  
 Sapient. 3.

sapient. 4.

excellentissimam, quia virgo remanet expedita, & soluta, vt me 8  
 lius possit in sancta oratione & contemplatione cum Domino  
 eouersari. Quod si in hoc te ipsam non occupas, sed tēpus in re-  
 bus corporis ac mūdi impēdis, tua religio, actua virginitas vana  
 erit. Si nobilis eques in aulā regiā ingredi vellet, vt res maximi  
 momenti negociaretur, & cū iam in ipsam aulā regiā intromis-  
 sus esset, p̄ciperet rex, vt in camerā, in qua ipse rex assidue ha-  
 bitat, ingrederetur, volebat enim cum eo loqui, & negotia eius  
 breuiter expedire, responderet eques. Expecta parūper etenim  
 videre volo quosdam petauristas qui corpus suum per aerem  
 iactant, nōne iste eques reprehensione dignus esset? eiq; merito  
 dici posset: o amens, & in lane tā longū iter fecisti, vt cum Rege  
 negotiareris, & Rex imperat, vt ingrediaris ad p̄standā tibi au-  
 dientiā, & ad negotia tua expedienda; tu vero petauristas cōspi 29  
 cis? Dignus profecto es vituperio, & ignominia. Animo cōcipe  
 o soror longū esse iter, quod confecisti, dū ex mūdo ad sacrā re-  
 ligionē te contulisti, & animo etiam contipe finem, ad quē ve-  
 nisti esse, vt cum Deo negotia maximi momenti videlicet tua  
 saluationis ageres. Rursus considera, te iam esse in aulā regia; hoc  
 est in monasterio, & quod Deus vult, vt interior in recameram  
 sanctæ orationis, meditationis, & contemplationis ingredia-  
 ris ad tractandum intime cum altissima Dei maiestate; sibi enim  
 vult singularia munera, & beneficia in te conferre: si nūc ad cō-  
 uersationē Deimonā ingrederis, vt contēpleris qualiter mūdani  
 se ipsos & sua corpora iactent, id est como boltea los del mūdo,  
 quomodo viuūt quomodo tractāt, quibus rebus operā dēt, ma-  
 xima profecto reprehensione digna eris. Idcirco oportet, ne in 30  
 rebus mūditi oculos figas: nam virgo innupta cogitat, quæ Dñi  
 sunt. Patriarcha Iacob, & focer eius Labā (vt sacra refert scriptu-  
 ra) quādo fæderæ pacis cōstituerūt, magnū aceruū lapidū posue-  
 re, qui aceruus testimonij appellatus est: dixit autē Labā ad Ia-  
 cob Enitumulus hic inter me, & te testis erit; si autē ego trāsie-  
 ro: illū pergens ad te, aut tu præterieris, malū mihi cogitans &c.  
 Mirad hermana, q̄ los q̄ estan en el mundo no tienen partidos  
 los terminos con el, todos andan rebueltos: pero los religiosos  
 tienen partidos los terminos con el mūdo. No llamo terminos  
 las paredes altas sino vuestra regla, y los votos, que a Dios  
 auays prometido, que son terminos para que no paseys dellos

- 31 al mundo, ni tampoco dexey's al mundo que entre aca en la religion. Quod si hæc non seruaueris ve tibi, æternis enim tormentis poenas dando id persolues. Quando Patriarcha Iacob voluit in Bethel ad orandum ascendere, iussit (vt in Genesi legitur) omnia idola, quæ habebant, omnes, qui illum comitabantur sibi afferri, & ea subter terebinthum infodit. Sic religiosa debet omnia sua idola, videlicet affectiones suas ad pederæ terebinthi sacratissimæ crucis sepelire, ita vt cum in Bethel hoc est in sanctam religionem, ascenderit, iam omnia sua idola sepulta remaneant, vt in sacro monte Bethel gratissimum de se summo Deo offerat sacrificium. Ideirco religiosis possunt verba illa Prophetæ Davidis applicari Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuecularum tympanistiarum. Principes sunt  
 Gen. 35.  
 Gen. 35.
- 32 angeli, virgines vero sunt religiosi, tympana autem corpora mortificata sanctis exercitijs, hæc sciunt optime tympana pulsare regentes & gubernantes ea cum magna prudentia, y dando golpes en ellos con exercicios penales. Et hoc modo inuitant angelos, vt simul cum illis habitent, easque adiuuent ad creatorem suum maxima cum spiritus deuotione laudandum, & glorificandum. Inter sacras cæremonias, quibus religiones sancte in professionibus monialiũ vtuntur, quædam est, vt capilli virginis Deo dicande scindantur. Scindere capillos apud plurimas nationes signum fuit captiuitatis: atque ita olim cogebantur serui continuo capillos rasos habere, sicut modo apud infideles mos est, & apud Christianos etiam hæc consuetudo in illis, qui in triremibus sunt, (hoc est en los galeotes) seruatur. Atq; ita his  
 Psalm. 67.  
 Hierem. 47.
- 33 alludens Propheta Hieremias aduersus eos, qui habitabant Gazam, significans ipsos futuros esse captiuos, inquit. Venit Caluitium super Gazam. Et propheta Isaias vaticinans de Moab ait. In cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. Denique S: Ezechiel de habitatoribus Tyri vaticinans dixit. Et radent super te caluitium: Qui omnes prophete his verbis insinuant illos, de quibus loquebantur, velut captiuos seruos tractandos esse. Atque ita Pomponius agens de triumpho Elefiani inquit moris esse, vt omnes qui à captiuitate, & seruitute inimicorum, industria & viribus Imperatoris triumphantis liberabantur, in curru triumphali rasos capillis in signum antiquæ captiuitatis, à qua fuerant erepti virtute illius, qui triumphabat veherentur.
- Isai. 15.  
 Ezech. 27.

tur. Cum ergo ò sponsa Dei hodierna die capilli tui scinduntur perinde est ac si aperte significares te hodie Iesu Christi ve-<sup>34</sup>  
 ri imperatoris cæli & terræ captiuam esse suo proprio sanguine comparatam, id est, cortar oy vuestros cabellos es dar a entè  
 der, que os days por captiua de Iesu Christo verdadero emperador del cielo, y de la tierra ganada por su sangre sacratissima. Cū  
 igitur captiuus totus sit eius, qui cum in campo captiuauit, tibi  
 ò soror persuade, te iam non esse tuam, sed totā esse huius diuini  
 Domini: oculos ergo tuos in eius oculis fige, vt sic videas signa,  
 quibus vult, vt illi seruias id est, traed siempre vuestros ojos  
 puestos en los suyos para ver las señas que os haze de lo que  
 gusta que hagays en su seruicio y con promptitud le obedeced  
 dexando a los muertos alla en el mundo enterrar sus muertos.  
 Quod si attente hanc captiuitatem considerare volumus, liber-<sup>35</sup>  
 tas magis, quam captiuitas dicenda est, idque in ipsa capillorum  
 scissura adnotare etiam possumus. Nam mos est antiquissimus,  
 & peculiariter à viris nobilibus obseruatus, vt, cum in carcere  
 sunt, comam capitis relaxari sinant significantes in hoc luctū,  
 & tristitiam in qua viuunt: vbi vero è carcere exeunt, solent  
 barbam, & capillos capitis scindere, ac tandem se ipsos in habitu  
 lætitiæ alijs ostendere. Hoc posset confirmari ex plurimis  
 historijs maxime Hispanicis, sed sufficiat nobis id, quod diuine  
 literę de Sancto Ioseph referunt, qui cū è carcere, iussu Pharaonis,  
 educeretur, vt somniū quod Rex somniauerat, explicaret, statim ei  
 abscissi fuerunt capilli in signum adquisite libertatis, qui in carcere  
 maxime creuerant. Dum igitur ò sponsa Dei tibi capilli  
 abscinduntur perinde est, ac si significaretur, te è carcere huius  
 mundi exire, & in gloriosa libertate collocari, porque estas galas,  
 que por alla se vsan, esse enruuiar, y dorar de cabellos prendedores  
 de coraçones liuianos, esse componer la cabeça como estandarte del  
 Demonio, contra Iesu Christo, trages son de almas captiuas, y  
 aherrojadas con las cadenas de sus gustos: pero este cortar de  
 cabellos muestra es, de que salis de aquella miserable carcel, y os  
 ponen en libertad y que el ser esclaua de Iesu Christo os es dulce  
 y sabroso. Aliã tertiã rationē circa scissurã capillorū possumus  
 adducere dicentes: apud quasdã nationes pro infamia, & ignominia  
 habitum fuisse capillos scindere, atq; ita pueri, qui (vt sacra refert  
 scriptura) Eliseo Prophete

Gen. 41.

q. Reg. 2.

phete

37 phetæ dixerunt; Ascende calue, ascende calue, per ignominia,  
 & opprobrium hoc dicebant. Et Diuus Paulus de hac materia 1. Ad Cor. 11  
 agens inquit. Mulier si comam nutriat, gloria est illi: quoniam  
 capilli pro velamine ei dati sunt. Vnde Germanus in libro de Germano li.  
 missa, & Beda asserunt gentiles, vt Beatum Petrum Apostolo- de missa &  
 rum principem subfannaret, ei in Antiochia capillos barbæ, & Beda in hi-  
 capitis abscidisse. Atque ob hanc rationem eloquentissimus sto. Anglo-  
 Demostenes studijs suis immeritus comam capitis, & bar- rum.  
 bam nouacula sibi radi iubebat, ne amici eius ipsum in forum,  
 vel in alium locum adducerent, & sic tempus inaniter consu-  
 meret. Dum ergo tibi hodie capilli abscinduntur o sponsa al-  
 tissimi, es quercros tanto vuestro diuino esposito, que os quere  
 enemistar con el mundo, y pararos tal que haga burla de vos,  
 38 para que desta suerte, no tengays pensamientos del mundo, sed  
 cum Apostolo dicas. Mihi mundus crucifixus est, & ego mun- Ad Gal. 6.  
 do, el me aborrece a mi y yo a el. Sit pro quarta & vltima ratio-  
 ne id, quod Beatus Hieronymus inquit his fere verbis. Nutrire B. Hier. su  
 capillos particulari cura, & solitudine est signum animi solu- per Ezechie.  
 ti, & parum in virtute recollecti. Ad cuius rei confirmationem Psal. 67.  
 sufficiat id, quod S. Dauid ait: & animaduertant adolescentes Itai. 3.  
 inanes reipublicæ, que tienen por gala leuantar los cabellos, y  
 enriçarlos como mugeres, lo que dize el Sancto Dauid, que  
 Dios cortara las puntas de los cabellos, y copetes de los que  
 andan en sus delictos. Verticem, inquit, capilli perambulanti-  
 um in delictis suis scilicet radet. O effæminati quos ad tantam  
 vilitatem vestra sensualitas adduxit. Et Isaias Propheta præ-  
 39 dicans contra mulieres inanes Hierusalem eis inquit. Decalua-  
 bit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nuda-  
 bit. Illa ergo die, qua Dominus te in sponsam accipit, capilli tui  
 scinduntur, ad significandum, quam scissos debeas animæ tuæ  
 affectus habere, & quam composita debet esse semper conscien-  
 tia tua, y con este vuestro cortar de cabellos y vuestro sancto en-  
 cerramiento se reprehende la soltura de las mugeres del mun-  
 do, y se condenan las galas de las cabeças de otras donzellas.  
 Tu ergo si in his perseveraueris tanquam fidelis Iesu Christi  
 sponsa, diuino eius fauore, & gratia adiuta, conseque-  
 ris gloriam ad quam nos perdu-  
 cat Iesus &c.

## Tertia pro monialis velo exhortatio. 40

simile.

Sicut paruuli, cum sub nutricis cura sunt, nutrices ipsas à quibus aluntur, magis diligunt, quam matres à quibus prognati sunt: vbi vero adoleuerunt, & inter matres, ac nutrices quid sit discriminis agnoscunt multo magis matres amant, quibus omnia se debere intelligunt, quam nutrices à quibus tantum aliti sunt. Ita plane homines, qui sensu ac iudicio paruuli sunt, magis parentes carnales à quibus nutriuntur, quam Deum, à quo conditi sunt, diligunt. Qui autem sensu, & ratione iam spirituales viri facti euaserunt, Deum magis diligunt, quam parentes cui & se, & illa ipsa, quæ à parentibus receperunt se debere cognoscunt: quia re vera parentes, si cum Deo conferantur, nutrices magis, quam parentes appellandi sunt. Hoc autem quemlibet non agnoscere plane est brutis stupidiorum esse. Constat enim perdicum pullos, etiam si alterius perdicis opera, dum in ouis delitescunt, confoti, & in lucem editi sint, vbi veræ matris (quæ oua peperit) vocem audiunt, nutrice deserta, ad illam conuolare. Quod ita esse Beatus Hieronymus asserit super illum locum Hieremiæ. Perdix fouit, quæ non peperit, fecit diuitias, non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas. Tu o felix virgo ingentes gratias altissimo Deo redde, qui tibi tam apertam cognitionem dedit, teque in suo diuino amore tam ardentem in flammauit, vt relictis carnalibus parentibus cælestem sponsum Iesum Christum avidissime amplectereris. Prius quam Deus patriarchæ Abrahæ præciperet, vt filium eius sacrificaret, ei sic iussit. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Omnia hæc beneficia voluit Dominus conferre. Sancto Patriarchæ extra domum patris eius, extra quam voluit etiam, vt tam solempne, ac tanti meritis sacrificium sibi offerret. Sic o soror idem Dominus animum tuum commouit, vt relicta paterna domo in hunc sanctum locum te conferres, vt singulare sacrificium de corde tuo diuinæ maiestati faceres, vbi non pater, aut mater carnalis sunt, qui te impedire possint, sed plurimæ sanctæ matres, quæ te adiuuent, tibi que calcaria ad virtutem sectandam adhibeant. Cum S. Patriarcha Iacob è domo patris sui exisset, ei sol occi-

B. Hierom.  
super Hier.  
c. 17.

Gene. 12.

<sup>43</sup> occidit, sed non multum temporis interpositum fuit, cum in illa solitudine ei alius longe melior sol videlicet, ipsemet Deus apparuit in cuiusdā scalæ summitate. Expecta virgo benedicta parūper, quia, si quidē domum patris tui pro domo altissimi Dei reliquisti, licet sol prosperitatis mūdānæ tibi iā occidit, diuinus sol iustitię tibi illuminabit, ac singularia beneficia cōferet. Pero aduertid, q̄ en acabando de enxerir vna pua en vn arbol la atan y cubren cō lodo y trapos, hasta q̄ prenda porq̄ a los principios qualquiera iniuria del cielo le haze mál y estorua q̄ no prenda. Sic cū hac diligentia seruāda est persona recenter abscissa ex mūdo, & inserta arbori sacrosanctæ religionis: nam risus quidā nimius, & loquela superflua, siue aliud inconueniens ipsam impedit quo minus tā perfecte Deo adhæreat, id est, con esta mesma

<sup>44</sup> diligēcia se ha de guardar la persona principiante reziē cortada del mundo y enxerida en el tronco de la sancta religion: porq̄ vna rifa demasiada vn hablar superfluo, vn pequeño inconueniente le impide ā q̄ no prēda perfectamēte, y porq̄ oy os aueys atado en este sancto tronco cō los votos q̄ hezistes os cubrē de velo, y de habito, y de ornamentos viles: tu autem curam habebis, te ipsam continua memoria mortis, ac vilitatis tuæ luto, & cinere operiendi, vt sic tam firmiter ligata maneat, & tam profundas radices in sancta religione iacias, vt maxima perfectione in ea vsque ad finē perseueres. Testatur Plinius esse in India gen-

<sup>45</sup> tē dictā Pandorā, quæ in pueritia cano est capillitio, in senecta vero nigrescunt eius capilli. Ita nonnulli primis annis sobrii, & modesti sunt: grandiores iam ad nugas, & ineptissimas voluptates sese abijciunt, & quasi puerafcunt. Hoc etiam experiētia videmus in aliquibus monachis, & monialibus, qui initio ingressus religionis sunt in virtute feruidi & regulæ suæ obseruatores, in senectute vero cum ad perfectionis culmē peruenire debbāt impudenter relaxantur. Quapropter ò virgo oportet te à Deo instāter postulare, vt in bono incepto perseuerans vsque ad vltimum progrediaris.

Gene. 28

Simile

Pli. lib. 7. c. 2.

### Ad Lectorem.

Omnia quæ supra diximus pro monachis, poterit prudēs concionator pro monialibus applicare, & è cōuerso quidquid pro monialibus diximus professioni monachorū poterit adaptare..

## M O R E S.

Seneca de beata  
vita.



**M**O R E S vulgi non sunt imitandi, nec sequendi: nam Seneca libro de beata vita inquit. Non est eadē hīc, quæ in cæteris peregrinationibus conditio: in illis ambulanti per nimis strictam viam non contingit errare, at in moribus tritissimaque via, & celeberrima maxime decipit. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem pergentes non quo eundum est, sed quo itur, quia nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur, optima existimantes ea, quæ magno assensu recepta sunt, nec ad rationem, sed ad similitudinem viuimus. Inde tanta ista coaceruatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit: nemo enim ita cadit, vt non aliū in se attrahat. Primi exitio sequentibus sunt.

M O R V M E M E N-  
D A T I O.

B. Chrysoft.  
homil. 3. de  
penitentiis.  
simile.



**B**E A T V S Chrysoftomus in quadam homilia inquit. Est quisquam quercini roboris cæsor, is quercum si velit cædere, securim accipit incidit radicem: si plaga vna percusserit nec ceciderit infructuosa arbor, non ne secundam dabit, non quartam? non quintam? non decimā? Sic & tu fac. Quercus est luxuria glandes ferens irrationabilium animalium escam, multo tempore tua in mente radicata, meus sermo securis est, vno audisti die, quomodo vno die cadet, quæ tanto tempore radices immisit. Si enim bis, si ter, si centies, si decem millies non iam mirum esset, si non cecidisset, modo incide vi rem malam, & fortem consuetudinem, malamq; illam deijce, & gratiam impetrasti. Manna comedebant Iudæi, & capas de Ægypto quærebant consuetudine ducti. Tam adeo turpis est consuetudo pessima, quod non statim potest abijci, nec tempore breui.

2 Eusebius Emiffenus in quadā homilia ait. Si quādo terræ operarius, & ruris cultor agrum suum feminibus præparat, non sibi sufficere putat rudem campum vomere procidisse, & assidue aratro duras edomuisse glebas, ac sulcis frequentibus confecisse, sed in super studet agrum illum infœcundis germinibus emundare, noxijs euacuare ruderibus spinarum, stirpium fomites excussa radice conuellere sciens terram suam sine purgatione mali germinis, boni feracem esse non posse, ad se dictum putās illud, quod ad spiritualera agricolam pertinet. Nouate vobis noualia, & nolite ferere super spinas. Ita & nos, qui Dei agricultura effecti sumus, qui spem fructuum nostrorum non terræ credimus, sed cælo repositum, non nobis sufficere putemus terram corporis nostri vigiliarum exercitijs edomare, vel ieiuniorum labore conficere, sed in primis mentem extirpatione vitiorum mundare conemur, circuncidere mores, excidere passiones, eradicare superbiam, plantare humilitatem, effodere iram, fundare patientiam, amputare inuidiam, inferere benevolentiam, & huiusmodi virtutibus agrum cordis quasi quibusdam bonæ frugis fecundare feminibus. Cæterum si caro conteritur, & anima non fructificat simile est, ac si arari campus non desinat, & nunquam tamen metis apparet.

Euseb. Emiff  
sen homi. 8.  
ad Monach.  
simile.

## M O R S.

1 **I** O Q V E N S Beatus Iob de morte inquit. Nunc enim dormiens silerem. Quibus verbis silentium, mortem vocat, vt hoc loquēdi tropo mortem ipsam commēdet: nam silere in literis sacris idem est, quod cessare, vt in Exodo. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, id est, quieti eritis, summaque tranquillitate potiemini. Iure proinde mortem appellat silentium, eo quod in morte strepitus omnes vitæ huius, & tumultus cessent. Nunquid aliud hic in hac vita videre licet, quam infinitas pene huius mundi ruinas, & (vt quidam dixit) gentes gētibus, reges regibus, regna regnis collisa? Videmus hic alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios in seruitium trahi, hic nuptias, ibi plar etum, illos nasci, illos mori, alios affluere diuitijs, alios vero pestrema inopia premi. In

Iob. 3.

morte igitur filebunt omnia. Vnde & eleganter sepulchrum Hebraei appellarunt, *duma*, hoc est, silentium, eo quod totus homo ibi in silentium eat. Ibi mortaliū studia, & cōsilia, quibus congerendis tēporalibus rebus nauamus operam, finē accipiunt, silent, & cōticescunt. Silent igitur, qui ambiebant curis magistratus, & dignitates. Stultum & inane Regum Ægyptiorū studiū fuit, qui tam altas pyramides erexerunt, vt magna omniū admiratio fuerit: tres pyramides (autore Plinio) inter Memphim, & Deltam fuisse constat, quarum primam atque maximam (teste Dioscoro) trecēta sexaginta hominum millia cōstruxisse proditum est: eā sibi fecit in sepulturam Ophenis Rex. O ingentē stultitiam, tam excessiuos sumptus facere in ædificāda *Duma*, hoc est, silentium.

Plin. in libr.  
36. c. 12.  
Diodorus.

Quod mors finis laborum temporaliū sit, significauit etiam sanctus Iob, qui dum immersus in laboribus ingentibus esset, dixit. Nā si sustinero, infernus dom<sup>9</sup> mea est, & in tenebris strauit lectulū meū. Putredini dixi. Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus: Fortasse dicetis mihi (inquit sanctus Iob) amicis suis. Paulisper expecta, & forti animo ad breue tēpus sustine incidentes calamitates, certe si in his malis diutius mihi agendū sit, infernus, hoc est, sepulchrum, domus mea erit, eritque lectulus meus inter tenebras stratus in profunda caligine. Solet scriptura sacra mortuorum statum appellare tenebras propter sensuū defectionem, & lucis. Hoc perinde est ac si diceret. Mi fe si vn poco esperamos, en la sepultura pienso hallar casa, y hogar. Et quæ sequuntur habent gratiam venustatis. Putredini dixi. Pater meus es. Eleganti paraphrasi mortem appellat putredinem, & vermes propter corruptionem, & solutionem naturæ, eamque deinde appellat patrem, & matrem, & sororem propter multa. Primo, vt ostendat nihil mali, aut incommodi à morte esse: cum enim mors non sit totius hominis interitus, nec anima dissolui possit, iure domus, lectulusque vocatur. Nam quid mortales in domo propria, quid in lectulo inuenire possunt, quod non in morte vltius multo, & copiosius inueniant? Excogitate fuerunt domus ad arcendas iniurias cæli, imbres, & æstus: in morte nihil tale homines infestare potest. Lectulus inuentus fuit, vt post labores defatigatus homo quiesceret: in morte quies integra erit. Pater, & mater solent filios.

Iob. 17.

5 filios fouere, recreare, in sinu continere, retinere in umbra, ar-  
 cere ab illis omnem tristitiam, & laborem: multo locupletius  
 hæc in morte contingent. Ideo enim Scriptura sacra appellat  
 mortem, quietem à laboribus, & somnum. Bene ergo prouerbiū  
 Hispanum inquit. En la muerte hallan los justos padre y madre.  
 Idem de sorore, & de consanguineis censendum, quoniam iusti  
 in morte plures fratres, & consanguineos inueniunt. Hoc sane  
 conuenit cum eo, quod Beatus Ioannes in Apocalypsi de sanctis, Apocal. 7.  
 qui ex hac vita commigrarunt, dixit. Tam non cadet super illos  
 sol nec ullus æstus quoniam priora transierunt. Si ergo ita res se  
 habet, quid ego præstolabor in hac vita, nisi omnibus viribus cō-  
 tendere iustus esse, vt mors mihi laborum meorum sit finis, &  
 non principium. O vtinam in illa terribili hora vere dicere pos-  
 semus, quod rex Ezechias dixit, sicut refert Isaias Propheta. Ob- Isai. 38.  
 secro Domine memento, quomodo ambulauerim in veritate, & 4. Reg. 20.  
 6 in corde perfecto coram te, & quod bonum est in oculis tuis fe-  
 cerim. In veritate exponit Diuus Thomas dicens regem illum  
 vere nimis seruisse Deo, hoc est, muy de veras y muy a pechos  
 tomo el negocio de seruir a Dios. O rem lachrymis sanguineis  
 deplorandam! Omnia huius mundi homines vere suscipiunt, &  
 magna cura amplectuntur, videlicet velle diuites esse, velle hono-  
 rari, velle esse literatos, & excellentes artifices, velle esse stre-  
 nuos duces, ac milites, solum autem virtutem, & sanctitatem  
 ac negotium saluationis suæ segniter & non vere suscipiunt,  
 ac si esset res impertinens & superflua, hoc est, toman el ser vir-  
 tuosos y sanctos, y el negocio de su saluacion no de veras, mas  
 como si fuesse cosa impertinente y superflua. Qui ita viuunt in  
 7 extrema hora mortis suæ Deo non poterunt dicere. Memento  
 Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate. Dum au-  
 tem dicit: Coram te, significauit se vixisse tanquam hominem  
 omnia perpendentem, & considerantem quique ea, quæ facie-  
 bat coram diuino conspectu facere considerabat. Sancto Moy si Exod. 23.  
 dixit Dominus (vt in Exodo narratur.) Ecce ego mittam an-  
 gelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introdu-  
 cat in locum, quem præparauit: obserua eum, & exaudi vocem  
 eius, nec contemnendum putes quia non dimittet cum peccaueris.  
 Si igitur Deus vult, vt tantus honor, & reuerentia angelo  
 adhibeatur ita, vt coram eo nullo pacto sit peccandum, quis ob-

secro respectus, & quæ reuerentia ipsi altissimo Deo (qui magis intime in nobis est, quam nos ipsi sumus in nobis) adhibenda est; Maxime oportet, vt hoc in omnibus operibus, & in omnibus cogitationibus, & desiderijs nostris ita consideremus, vt omnia talia sint, qualia esse oportet, siquidem coram diuino conspectu fiunt, pertimescamusque seuerissimum eius rigorem, & anctissimam rationem, quam de factis, operibus, & cogitationibus nostris sumpturus est. Et adiecit amplius rex Ezechias. Et in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Vbi aperte ostendit amorem diuinum, quo in bonis operibus se exercebat: illud enim cor perfectum est, quod diuino amore totum inflammatum est. Quoniam autem plurima sunt, quæ de se sunt mala & ad quæ propter passionem nostram propensi sumus, & quæ nobis bona apparerent, licet reuera in oculis Dei talia non sint: idcirco ait, se opera quæ sibi bona videbantur, non fecisse, sed ea, quæ erant bona in conspectu Dei. Hic verò non est prætermittendum, sed valde ponderandum, quod, vbi nos legimus; **Obsecro Domine memento,** & c. in Hebræo habetur. **Obsecro mi Domine,** quo verbo pius rex teneritatem cordis sui apertius ostendit. O quis tam foelix esset, qui hora mortis suæ hæc omnia vere dicere possit quanta securitate ex hac vita in aliam transiret!

Plutarchus  
in Moralibus.

Agens Plutarchus in Moralibus de morte inquit. Vt nemo miratur liquefactum videns, quod potuit liquefcere, factum quod erat sectibile, & exustum, quod erat exustibile: ita mirandum non est mortuum esse, qui erat mortalis.

**MORTIS**

# MORTIS DESI- DERIVM.



**Q**VÆ prius volebat tangere anima mea, præ angustia cibi mei sunt: inquit sanctus Iob. Quis det, vt Iob. 6. veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus? sunt qui dicunt hæc de morte intelligenda esse,

vt sit sensus. Mors, quæ antea mihi terribilis, & horrenda videbatur, iam dulcis facta est: nam sola illius recordatio mihi cōsolationem affert incredibilem. Videtur hoc loco sanctus Iob mortem vehementer optare, atq; eam obnixè à Deo postulare, & causam

subiecit. Ne contradicā sermonibus sancti, aperte significans non tantum ad vitandos cruciatus, & dolores se mortem præstolari, verum etiam multo magis, ne dolore, & cruciatu ad aliquod impatientiæ scelus adduceretur. Vehementer enim reformidabat, ne fortasse aliquo peccato propter cruciatuū acerbiter, & dolorum vehementiam inficeretur. Dubitare tamen quispiam posset, an homini iusto liceat tātō opere mortem optare, sicut sanctus

Iob significare videtur propositis verbis? B. Augustinus lib. secundo contra Gaudentium docet, id licere hominibus pijs citra aliquam diuinitatis contumeliam, cum vita amara est, dulcem optare mortem, imo, quod amplius admireris, optare posse, vt cum iustitia, aut citra transgressionem diuini iuris, & æquitatis naturalis liceret sibi mortem afferre. Potest ergo iustus homo deside-

B. August. li.  
2. cont. Gau-  
dentiu. epist.  
2. c. 12. tom. 7

3<sup>o</sup> rare, (si fieri posset, & hæc esset iustitia) vt se ipsum interimeret, sed quia per iustitiam id facere non potest iuste cohibet manus à scelere. Potest ergo iustus sine scelere mortē optare quando amara est vita, quam si Deus non dederit postulat iustitia ipsa atque æquitas vt amaram vitam sustineat. Licet ergo homini iusto auctore B. Augustino, optare mortem, quam si impetrare nō potest,

dicat quod Christus Dñs. Nō quod ego volo, sed quod tu vis. Accedit ad hæc, quod eam optabat sanctus Iob non tam vt cruciatus fugeret (quod exigui animi esse videtur) quam, vt peccatum declinaret: vehementer enim pertimescebat, ne propter insitam nostræ naturæ imbecillitatem in aliquod flagitium pro-

Matth. 26.

laberetur. Vnde ab ipsa fragilitate humanæ nostræ naturæ

ducto argumento inquit. Quæ est fortitudo mea, vt sustineam? Aut quis finis meus, vt patienter agam? Iuste enim hæc formido nascitur in animis piorum gemino ex fonte, primo eo quod liberum arbitrium non est in hominibus gratia confirmationis circumseptum & firmatum: semper tamen excipio paucos quosdam, quos diuina gratia eo munere afficere dignata est. Sanctus ergo Iob hoc robur, & has vires, quæ ab amplitudine diuinæ gratiæ nascuntur, in se non sentiebat. Secundo nascitur hæc formido à prolixitate, aut protractione dolorum, nam cum ad breue tempus quispiam exercetur calamitate aliqua, facile potest sibi persuadere animi constantiam. Sed quis est finis meus, inquit sanctus Iob, vt patienter agam? Ac si dicat, Mei dolores, atque cruciatus nullum vnquam acceperunt finem, aut modum. In tanta ergo malorum diuturnitate vehementer pertimesco ruinam: nec enim fortitudo mea lapidum est, qui nullo tanguntur sensu doloris, nec caro mea ænea, vt omni sensu acerbitalis vacet. Sunt ergo exiguæ, & impares doloribus vires meæ, ob eamque causam maxime timeo.

### Mortis Desiderium.

**M**ons cadens defluit, & saxū transfertur de loco suo. Lapidem excauant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes: dicitur in libro Iob. Quæ verba si ad Hebræos fontes recurratur, in hunc sensum trahi possunt, sunt enim singula verba ad flagrantissimum mortis desiderium referenda, eritque sensus. Montes, & saxa suis locis commouentur, & durissimos lapides aquæ excauant, virentia gramina terræ aquæ absumunt, & arripiunt quidquid est in superficie terræ. Et cum hæc ita habeant, ac rebus omnibus præsto adesse finem, & interitum videamus, quare folius hominis afflicti, qui mortem & interitum optat, expectationem eludis? Nunquid me tantum odit mors, & aduersatur? Voces sunt animi æstuantis, & præ nimio dolore mortem desiderantis, sicut antea dixerat. Recede paululum ab eo, vt quiescat donec optata veniat. Quæ verba iuxta quorundam Hebræorum sententiam dicta sunt, vt Deus ab homine illo recederet, tantisperque illum dimitteret, vt humana vita prorsus interiret. Quemadmodum discedente sole deficerent omnia, in Hebræo enim habetur.

7 habetur. Desine ab eo, vt quiescat donec obtineat, quasi mercenarius diem suum. Optata illa dies non ad supremam fælicitatem referenda est, sed potius ad diem mortis, quæ frequenter in votis est apud eos, qui cum aduersa luctantur fortuna. Vnde interrogatus aliquãdo Secundus Philosophus ab Adriano imperatore, quid esset mors respondit; Aeternus somnus, dissolutio corporum, diuitum pavor, pauperum desiderium. Hæc diestantopore ab hominibus afflictis desiderata, assimilatur diei hominis mercenarij: qui mercenarius optat postremam diem, vt finiatur eius labor, & accipiat præmium. Sic qui per totam vitam multis malis premitur, mercedem tantorum laborum in die obitus reddendam præstolatur. Ideoque de vno quoque iusto inquit Propheta Isaias. A facie malitiæ collectus est iustus: 8 veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua, hoc est, veniat mors, vt iustus requiescat, & ad pacem tandem perueniat æternam. Vocat sanctus Propheta mortem iusti pacem quoniam à mundi pugna liberatus celestem pacem consequitur, sicut regius vates moriens cogitabat se illam consecuturum dicens. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. *Isai. 57. Psalm. 4.*

## Mortis Desiderium.

**B**Eatus Chrysofomus in quadam homilia inquit. Omnibus laborantibus dulcis est finis. Viator libenter interrogat, vbi sit mansio: mercenarius frequenter computat quando annus completur: agricola semper tempus messis expectat: negotiator die ac nocte thecæ suæ discutit rationem: mulier prægnans semper de nono mense cogitat. Sic serui Dei libenter de morte sua cogitant: vbi enim thesaurus eorum, ibi & cor est. Si haberes solidorum quantitatem in arca tua, oculos illic sæpe haberes: sic sancti illum locum aspiciunt, vbi repositam habent coronam. Seneca in epistolis ait. Supra modum deditus veneno facem quoque exorbet. Sic admodum vitæ avidus, qui nec extrema quidem senecta vult mori. *B. Chri. hom. 46. in Matt. similia. Seneca lib. 1. epistol. 71.*

Idem etiam inquit. Vt fælicior est, quæ ventus acrior cito in portum pertulit, quam quæ venti segnes, & longa tranquillitas lentissimo tædio delassarunt: ita fortunatior, quem festina mors statim his vitæ malis eximit. Solet etiam mors utilis esse pauperibus: *simile.*

peribus: nam plurimi diuites sunt, qui per totum vitæ suæ spaci-<sup>10</sup>  
 tum eleemosynam largiri non recordantur, nisi in extremo vi-  
 tæ suæ die, tunc non inquirunt nec scrutantur quo modo pau-  
 peres viuunt, aut non viuunt, vel alia impertinentia, quæ dum  
 sani erant, attendebant in ipsis, vt se excusarent ab erogatione  
 eleemosynarum: mors enim ad id eis locum non præbet. He-  
 bræi ab Ægyptijs vasa pretiosa, & in aures mutuata postula-  
 runt, illi autem, vt erant occupati in exequijs mortuorum suo-  
 rum, non animaduertunt vtrum Hebræi cum vasis, quæ mu-  
 tuauerant desideratum iter caperent, nec ne, atque ita quidquid  
 postularunt, eis dederunt. Itaque memoria mortis, & exequia-  
 rum filiorum suorum, quas præsentibus habebant, eis locum non  
 præstitit ad cogitandum periculum, cui se exponerent amittendi-  
 diuitias illas. Incolæ etiam terræ promissionis non aduerte-<sup>12</sup>  
 runt ad exploratores Israelitarum (vt ex Sacra scriptura patet)  
 eo quod inter eos maxima tunc pestilentia grassabatur, & ita  
 occupati erant in mortuis sepeliendis sicut ibi ait glossa Beati Au-  
 gustini. Ita diuites, quando eos mors occupare vult, tunc maxi-  
 ma mortis ipsius cura, & sollicitudine, bona sua facile pauperi-  
 bus distribuunt.

Exod. 12.

Numer. 13.

## Mortis desiderium.

**M**ortis desiderio flagrabat qui dicebat. Educ de custodia ani-  
 mam meam ad confitendum nomini tuo. In carcere dicitur  
 esse anima, dum in corpore viuunt, quia in eo posita plenam non  
 habet libertatem, vt incedat libere ambobus pedibus vinceta sci-  
 licet intellectu, & voluntate, vt voluntas Diui Pauli se vincetam<sup>12</sup>  
 sentiebat cum ipse dicebat. Velle adiacet mihi, perficere autem  
 bonum non inuenio: velle adiacet, quia iuxta carnem iacet, &  
 quiescit, impotens surgere ad bonum operandum: iuxta, quia  
 naturale est quodammodo bonum velle per rationem: sed tale  
 est hoc velle, quod semper vi carnis superatur: velle autem Dei  
 carnem superat, perficere autem bonum non inuenio. Non ait  
 facere, sed perficere: quia non nihil semper bonus (ait Diuus  
 Augustinus) vult concupiscere, sed nunquam hoc perficit in vi-  
 ta, quia voluntas ad bonum est tanquam compedibus vinceta:  
 vult orare, cœptaque oratione deficit, & fastiditur. Quod tædium  
 illi ex carnis grauedine prouenit, qua includitur quæ deprimat  
 sensum

Psalm. 141.

Ad Roma. 6.

Nicolaus de  
Lyra.

# Mortis desiderium. 283

13 sensum multa cogitantem, id est, intellectum multa confide-  
rantem. Non tamen in minori captiuitate ad res spirituales intelle-  
ctus se sentit oppressum: nam (vt Aristoteles ait) intellectus no-  
ster, habet se ad intelligentias, & ad manifesta naturæ sicut ocu-  
lus noctuæ ad lumen solis, & ideo ad tractandum de his, quæ su-  
pra vires nostras sunt, sumus timidi, vt sapiens inquit. Cogita-  
tiones mortalium timidæ, & ad illa, quæ infra nos sunt, circa  
quæ operamur, & consiliamur frequenter experimur nos decipi,  
& aliter euenire, quam nos ordinamus. Et ideo non solum sunt  
cogitationes nostræ infirmæ in speculatiuis, sed etiam incer-  
tæ prouidentia nostræ in practicis. Quis ergo ab isto carcere  
teterimo exire non desiderat? Perpendendum etiam est, cum  
Sapiens dixit: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, Sapien 7.  
14 perinde fuisse, ac si diceret. Corpus, quod corrumpitur quoti-  
die moritur. Et ideo non est timendum, vt semel fiat, quod quo-  
tidie fit, præsertim postquam mors per manus Dei præterijt,  
eamque suo beatificauit interitu: & postquam dixit ipsa summa  
veritas. Qui credit in me transiet de morte in vitam. Vbi diem Ioan. 5.  
interitus iusti, transitum vocat, hoc est, pascham. Quare sicut  
in pascha in Ecclesijs pretiosiora paramenta educuntur, diuina-  
que officia solemnius quam alijs diebus celebrantur, & munda- simile.  
ni homines vestes pulchriores efferunt, & quas habent elegan-  
tiores; quibus ornati, & decorati incedunt læti, & alacres: ita  
dies, quo iustus moritur, dies est festiualis, & paschalis, qui in  
caelo celebratur, in quo illæ beatæ mentes dicunt. Gau-

Aristo. 2. Me-  
taphis.

Sapien. 9.

Sapien 7.

Ioan. 5.

simile.

15 **deamus omnes in Domino diem festum celebra-**  
**tes sub honore istius sancti, qui in terris**  
**Deum toto corde di-**  
**lexit.**

## MORTIS

# MORTIS PRÆPARATIO.

Ecclef. 11.



**D**UM tempus habemus bonum operemur præparantes nos, vt bene in morte nobis sit: nã (vt inquit Ecclesiasticus) vbi lignum ceciderit, ibi manebit siue ad dexteram siue ad sinistram, siue ad Austrum, siue ad Aquilonẽ. Pulchre hic Spiritus sanctus hominem arbori comparat: nam sicut arbor, quandiu in terra fixa stat, percipit & humorem de terra, & pluuiam de cælo. Sic & homo, quandiu hic viuit, est capax meriti, & infusionis gratiæ, & donorum spiritualium. Secundo sicut in sylua non solum parue sed etiam magnæ arbores succiduntur: sic & pauperes moriuntur, & diuites. Securis ad radicem arboris posita est, omnibus imminet. Tertio sicut lignis, & arboribus potissimum vtimur vel ad edificia, vel ad ignem: sic homines vel ad gloriam, vel ad gehennã destinati sunt. Quarto sicut de arboribus, quandiu stant nemo scire potest, in quem vsum tandem applicabuntur, aut in quam partem cadent: sic nec de homine iudicare possumus quid futurũ sit quandiu hic viuit. Nescit homo an illa vltima hora dignus amore vel odio erit, vel si ad Austrum siue ad Aquilonẽ declinabit. Per Austrum intelligit Ecclesiasticus partem electorum, ibi enim est calor diuinæ gratiæ & lux, per Aquilonem intelligit partẽ reproborum vbi perpetuum frigus & tenebræ erunt. Vult igitur Spiritus sanctus vt agnoscamus nos esse arbores è terra, natas & suo tempore succidendas ideoq; bonis inuigilemus dũ tẽpus habemus futuraq; præmeditemur. Signanter vero dicit. Quocunq; ceciderit manebit, vt ostendat vtrobiq; esse æternitatem. In cuius consideratione si quandoq; moraremur, cautiùs in Dei seruitio, & diligentius, quam viuimus, viueremus: consideratio enim harum rerum est tanquam frænũ, quo sensualitas retrahitur, ne in vitia & voluptates præceps ruat. Ad extollendam autem hanc considerationem, vt efficacius in cordibus nostris operetur, plurimum præstabit, illa verba, quæ Beatus Ioannes in Apocalypsi loquitur, perpendere, ait enim se vidisse angelum habentem falcem acutam, & audiuisse vocem dicentem ei. Mitte falcem tuam acutam & vindemia botros vineæ terræ, quoniam

Apocalyp. 14

4 quoniam maturæ sunt vuae eius. Mirum profecto videtur, cur  
 mori, vindemiare dicens, & homines botros vocans, mortem fal-  
 cem appellat, cum proprie falx non ad vindemiadum sed ad me-  
 tendum sit facta. Et communiter videmus non falce, sed alio in-  
 strumento vti ad vuas colligendas. Ratio est, quia licet racemus è  
 palmite abscindatur, non tamen palmes siue vitis præscinditur si-  
 cut hic. Hac metaphora Spiritus sanctus nobis ostendit mortem  
 seculi ( quæ Hispanè dicitur hoz ) vel falci assimilari, quia sicut  
 falx non solum spicas, sed etiam simul aristas, arūdinemq; cui ni-  
 titur dissecat: ita mors non tantum rapit hominem, sed cum illo  
 omnia naturalia, tam acquisita, quā à fortuna sibi concessa. Quæ-  
 admodum maris fluctus licet trepidi, & furibundi, rupibus illisi  
 5 ibi sistunt & eorum inflatio disparet, ac tandem in litore defecif-  
 cunt: ita propemodum reges, & principes cum omnia absorbere  
 videantur, ad lapidem tamen sepulchri impingentes deficiunt, &  
 licet supremi, & potentissimi protinus in mortis litore sistunt, &  
 non apparent. Omnia cum morte eis defecerunt, euauerūt que,  
 vt de diuite avaro sanctissimus Iob testatus est dicens. Diues, cum  
 dormierit, nihil secum afferet. Quare mors falci comparatur quia  
 eos ad radicem amputat, vt vitem & racemum, spicam & aristam  
 simul abscindit: in quo omnes adæquat: tam egenus, rex, & diues,  
 quam pauper, qui nihil possedit è mūdo egreditur. Igitur fratres  
 mei commoti his sanctis considerationibus contendite, sic vitam  
 vestram instituire, & conscientias vestras per veram poenitētiā  
 preparare, vt postea, cum mors appropinquauerit, vos paratissi-  
 mos inueniat. Ad hoc etiam sanctissima res est, & maxime condu-  
 6 cens, vt pro vobis aliquot missæ offerantur: nā in eis offertur pro  
 nobis sacratissima mors, & passio Iesu Christi Saluatoris nostri,  
 per quam ipse nobis omnia bona spiritualia gratiæ, & glorię me-  
 ruit, vt B. Paulus affirmat in episto. ad Corinth. dicens. Eum, qui  
 non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficere-  
 mur iustitia Dei in illo, hoc est. Pater æternus dedit nobis filium  
 qui peccatum non fecit, vt hostiam pro peccato, se poenæ peccati  
 submittens offerret, vt sic per illius meritum à peccatis mundati  
 efficeremur iustitia Dei in illo: nō in nobis, inquit, sed in illo, hoc  
 est: ac si dominus cum seruo suo eousq; iratus esset, vt nullū obse-  
 quium, quod ei exhiberet, ab eo acceptaret, & homo quidam no-  
 bilis, & venerabilis inter vtrumq; mediator extitisset: si seruus  
 domino

simile.

domino recõciliatus vellet ei gratũ obsequiũ gerere, quod vt acceptius esset dño, & gratius per mediãtoris illius manus exhiberet, diceretur iste talis gratus in illo, & per illũ. Itã homo, qui in indignatione Dei persistebat, recõciliatus iã per Christũ Deo (quod omnino non sufficit, vt saluus fiat, est enim homini iam reconciliato necessarium aliqua Deo exhibere obsequia, & bona opera, quæ pretium suum; & estimationem habent per Christum Dominum mediãtorem.) Cum hoc facit, tunc efficitur iustitia Dei in illo quia à se ipsis eius opera nullius sunt valoris.

### Ad mortis præparationem:

Zacha. 7.

**L**euavi oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans: inquit Propheta Zacharias. Nomen Hebræum, quod volumini respondet est, migla, quod volumen significat à verbo, Galal, id est, volui. Est itaq; charta, quæ in rotundum cõplicatur, & ob eam rē vocatur volumen. Cæterum prophetæ explicata, & euoluta apparuit. In hoc volumine scripta erat sententia Dei, in impios, & flagitiosos homines, sicut in Baltasarem scripta fuit in pariete, vt narratur apud Danielem. Septuaginta vero interpretes vertunt non volumen, sed falcem, quam versionem, vt Græcus, amplectitur B. Chrysofom. in quadam homilia. Quam etiam versionem verbum Hebræum non respuit: nam idem illud verbũ, quod volumen significare diximus, alijs punctis falcem significat. Quare non male conuenit hæc septuaginta virorũ interpretatio, si verba solũ consideremus. Si autẽ ad sententiã mentem referamus, multo aptius cõuenit, vt sententia, & animaduersio in improbos falx appellatur, quia ea succisi sunt, atq; deleti, & huiusmodi sententia gladius in Sacra scriptura disertis, & apertis verbis nominatur, vt in Apocalipsi describens Christum iudicem B. Ioannes ait. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. Et hac eadẽ sententia in eodẽ Apoca. dicitur falx: ait enim. Et respõdit Angelus, & dixit ei, qui sedebat super equum. Mitte falcẽ tuam acutissimam, & mete vineam tuã, quoniam maturæ sunt vuẽ eius. Volans dicitur, tum vt è cælo è tribunali altissimi, & æquissimi iudicis venire intelligatur: tum vt celeritatẽ diuini iudicij, seuerissimãq; sententiã intelligamus: vt declarat B. Chrysofom. in quadam homilia, quẽ citius opprimet impios, quã ipsi opinantur. Quod loculenter B. Petrus explicat dicẽs. Vnũ vero hoc non lateat vos, charissimi, quia

Daniel. 5.

B. Chrysof.  
homil. 13. ad  
popu. Antio-  
che. & 19, &  
27.

Apocal. 1

Apocal. 14.

B. Chrysof.  
homil. 27.

10 quia vnus dies apud Dominū mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Non tardat Dominus promissionem suā, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti. Adueniet autē dies Dñi, vt fur: quod diligēter, & attente considerare, & ob oculos habere debemus, ne largā nobis peccādi licentiā permittamus. Est enim hominis iniqui procrastinatio, putantis multum sibi vitæ tēpus reliquū esse, ex quo illud incurrit, quod Dauid testatur. In operibus manuum suarū cōprehensus est peccator. Sapiētis vero est semper esse paratum, & ita vitā suā cōparare, quasi statim sit in Dei iudiciū vocandus. Itaq; nunquā ei dies Dñi, vt fur accidit, sed vt hospes expectatus. Hac eadem consideratione, volantis voluminis, aut securis à cæru nos, & cōgregatione impiorū Ecclesiasticus reuocare conatur dicens. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum: *Eccles. 7* memento iræ, quoniā non tardabit. Volans etiam repræsentatur, ne vllus eam sententiam subterfugere posse putet. Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; à desertis montibus, idest, nulli *Psal. 74.* vlli patet perfugium, quoniam Deus (inquit) iudex est.

## M O R S R E - P E N T I N A .

12 **V**A M timenda sit repentina mors, verba illa sancti Iob manifestant, qui ait. Si repente interroget quis respondebit ei? Vel quis dicere potest, cur ita facis? Interrogat enim Deus subito nonnunquā, & repente, sensim interdum, atq; lento gradu ad iudicium procedit. Sapiēter ergo dixit. Si repente interroget, hoc est, hominibus nimine cogitantibus: donat enim nobis Dominus frequenter tēpus fundendī preces, collachrymandi, agendi deniq; pœnitentiā: post lachrymas vero & post hæc omnia poterit tūc homo Deo respondere. Nam respondere hoc loco idē est, quod propriā tueri causam, & eam apud iudicē defendere. Potest itaq; sceleratus respondere ad lētas illas, & tardas interrogationes: Ego post peccata ad lamenta cōuersus vitæ antea actæ pœnitudine ductus in Deo meas oēs expectationes animū, & cor collocaui: si vero repētina morte interroget, vt si quēpiā nostrū imparatum oppri-

opprimat mors, quo modo respondebit? Quis nam potest dice-  
 re: Mundum est cor meum? Aut quis gloriabitur mundum se ha-  
 bere cor? Ex his omnibus infertur, quantum prodest semper be-  
 ne viuere, quia (vt B. Anselmus inquit) non nocet bonis si occi-  
 dantur, vel subita morte rapiantur, non enim subito moriuntur,  
 qui semper cogitauerunt se morituros. Hoc igitur assidue co-  
 gitemus, siquidem rot quotidie voces nobis Deus mittit cum  
 mortibus eorum, quos mori videmus: ne simus similes ciconijs,  
 que in turribus & campanarijs ecclesiarum, vbi cymbala sunt, ni-  
 dificantes, sonitu campanarum, quæ pulsantur nec aduolant nec  
 terrentur: quia illas assidue & quotidie audiunt, atq; ita sonitus il-  
 larum eas fugere non facit. Sic obstinati peccatores, cum quotidie  
 audiant pro mortuis pulsare campanas, consuetudine illa & assi-  
 duitate sonitus timorem amiserunt ita, vt hæ voces Dei nihil  
 in eis operentur, & quamuis plurimos eosque minores ætate,  
 quam se mori videant consolationem capiunt dicentes intra se,  
 alios etiam seniores in seculo manere. Quidam iuuenes, cum in  
 die Iouis inter vndecimam, & duodecimam noctis horam anse-  
 rem, quem furati fuerant, manducarent, cumque ipsis edentibus  
 duodecima hora vnius horologij sonaret. quidam eorum dixit.  
 Yo appelo para tal relox, que anda trafero: atque ita à mandu-  
 catione anferis, quamuis duodecima hora alterius horologij so-  
 nuit, non cessarunt. Hos imitantur illi, qui in peccato mortali sæ-  
 cularibus rebus perfruuntur. Muere vno de su edad, hora es, que da  
 el relox, para que dexe el bocado de la boca, hoc est, para que de-  
 xe de peccar, pero el peccador dize: appelo para el otro relox  
 que anda postretero, hoc est, consuelome, que aunque murio aquel  
 que era mas moço que yo, otros muchos ay mas viejos, y no mie-  
 ren, ansí sere yo como ellos. O diabolicam cæcitarem? Heu quot  
 hæc falsa imaginatio in infernum detrusit. Euigilate ergo fratres à  
 tam periculoso somno, & vos ipsos præparare incipite, ne repen-  
 te mors vobiscum congregiatur: animaduertite qua cura ille, qui  
 mare transire vult, cibaria, & ad vitam necessaria præparat, ne  
 cum tempestas exorta fuerit, aut nauis præ calore, hoc est, en  
 calma in medio maris ulterius progredi non potuerit, cibaria nõ  
 defint, ille etiam qui ad bellum pergit quanta cura & sollicitudi-  
 ne se præparat: & quam sollicitus mercator propter lucrum nõ-  
 dinatur: ac denique quanta cura omnia, quæ corpori necessaria  
 sunt

simile.

simile.

similia.

8 sunt, præparantur: nihil vero curatur de anima, quæ ad longissimas partes, ac remotissimas regiones nauigatura est, id est, ha de nauegar a las partes de allende & in bellum itura est, y espera de auer grandes ganancias y no ay cuidado de prouisiones para ella, ni de armas ni de ensayos, ni de andar de feria en feria, hoc est, de vn exercicio sancto en otro, y todo esto por falta de consideration. O vtinam homines intelligerent, quomodo eo die, quo nascuntur è ventre matrũ suarum, statim mors eos insequitur luego sale en busca de su vida, y aqui toma, y alli toma, quando sanos quando enfermos, ora cayendo, ora leuantando jamas los dexa sola vna hora, hasta encerrar los en la estrecha sepultura. Si igitur hoc ita est maior equidem, & etiam scandalizor cum video eos, qui in tam angusta sepultura futuri sunt, tam ample & largiter in hac vita viuere. Quidam Sapiens ex Garamantis sic Alexandrum magnum allocutus fuisse legitur. Scias ô Alexander nos idcirco bellum tibi inferre non curare, quia videmus aperte, & tibi, & nobis vitam quam citissime esse finiendam, & tandem insaniam sapit. (id est tiene refabio de locura) velle hominem in aliena terra sibi domicilium præparare. Si hanc considerationem gentiles homines faciebant, quid obsecro æquum est considerent Christiani tanto fidei lumine illuminati, ac tot virorum sanctorum, qui sancte vixerunt, & mortui sunt, exempla habentes. Patriarcha Iacob (vt sacra refert scriptura) morte appropinquante collegit pedes suos super lectulum, & obiit, ap-  
 10 positusque est ad populum suum. Iunxit pedes ac genua cum ore, & sic finem dedit diebus suis. In corpore humano nihil est magis remotum ab ore quam pedes: cum autem sanctus vir pedes cum ore iunxit tali tempore, scilicet quando vltimum vitæ spiritum efflare volebat, non est credendum eum casu fortuito, sed mysteriose nimis hoc fecisse. Per pedes igitur affectiones, & bona proposita designantur, per manus opera, per os, quo loquimur intelliguntur verba, vota, & promissa. Oportet igitur vt in vnum coniungamus os cum manibus, & pedibus antequam moriamur. Ille moritur ore à manibus separato, qui vnum dicit, & aliud facit, & ille moritur manibus separatis à pedibus, qui bona desideria, mala autem opera habet. Ab hac maledictione Deus nos eripiat: nam bene loqui &

Gepe. 49.

Genes. 24.

male operari magis ad antiquos Philosophos, quam ad bonos Christianos pertinet. O scelix homo ille, quem mors inuenit ore simul cum pedibus, ac manibus coniuncto, hoc est, que su dezir y el hazer, y obrar, y el desleiar las palabras, y las obras, y el prometer, y el cumplir, todo es vno. Sic etiam dicitur de Abraham, quod senex erat, dierumque multorum. Non dicitur notium multarum, sed dierum multorum ad significandam claritatem, & splendorem vitæ eius, ac sanctorum operum suorum.

## M O R T I S M E - M O R I A.



**VIDAM** Philosophus nihil inuenit, quo Alexandrum magis humiliaret, quam mortis memoria: cui cum Alexander ipse dixisset, vt aliquod beneficium à se deposceret tanquam à rege, statim Philosophus quoddam insigne poposcit videlicet, vt sibi schedulam, siue saluum conductum quo à morte liber, & immunis esse posset, condonaret. Cui Alexander respondit. Mihi potius optarem si tibi dare possem. Ad quem inquit Philosophus. Ergo tu mortalis es, cui Rex. Ita sane. Ad quem Philosophus: Non dubito quin sis mortalis, sed quod te mortalem esse credas nimis dubito, quoniam eam vitam agis, ac si nunquam esses moriturus. Quod multis Christianis pro dolor dici potest, sic enim corrupte viuunt, ac si nunquam essent morituri. Singularis ergo eis esset medicina continua mortis memoria. Si cui vestrum interrogaretur hæc quæstio. Quid est quod fuit? Responderet certe. Quod factum est. Rursus si ab eo quæreretur. Vbi est pater tuus? Responderet. Mortuus est, & cum sepeliuimus quando ipse minus de morte sua cogitabat. De te autem quid futurum esse putas? Pater nunc in mundum venio. Quia potius ex mundo in infernum pergis, si tuus viuendi modus spectatur: idcirco oculos aperi, & vide quod sicut alij quamplurimi iuuenes tui pares mortui sunt, poteris tu hodie vel mane vitam

3 vitam finire, & attende quid de te erit si in eo, in quo nunc es, statu, moriaris, ideo non dicas. Venio in mundum, sed potius cor tuum reformare incipe animo euoluens, quam incerta sit tam in adolescentibus, quam in senibus hora mortis.

## Mortis memoria.

B. Aug. lib.  
11. sup. Gen.  
c. 17.

PERPENDIT Beatus Augustinus, quod cū Adam in foelicissimo illo statu innocentiae esset, nomen imposuit vxori suae, scilicet, virago, postquam autem ipsa inducente peccauit, & vterque propter peccatum quod commiserunt ad mortem damnatus fuit, ei nomen imposuit Eua, id est vita. Quorsum ò Adam vxorem tuam vocas vitam, postquam ipsa morti damnata est? Ad hoc respondeo, quod præcipuum esse rerum est illud, quod habent respiciendo Deum, & ideo, dum vita potuit esse matri Euae occasio obliuiscendi Deum, non poterat tam conuenienter appellari vita. Pero porque las miserias de la vida, y el estar obligada a la muerte la obligan a pegarse con Dios, y a llamarle, que le socorra: entonces es vida, entonces es Eua, y entonces es madre de gente viua. Idcirco quando Eua in illa magna prosperitate erat, non imponitur ei nomen vitæ, etenim prosperitas illa poterat ei esse ruinæ occasio: postquam autem morti damnata est, nuncupatur vita: quia cum memoria mortis, cui obligata erat occasionem habebat magnam, vt esset sancta, ac vitam æternam consequeretur. Ex hoc inferitur, quantum errant illi, qui omnem foelicitatem suam, & efficaciam collocant in quærendo prosperitatem in vita humana, siquidem prosperitates & foelicitates humanæ, licet tam breues sint, causa & occasio sunt, quod homines altissimi Dei obliuiscantur. Et quidem de breuitate foelicitatis humanæ in libro Iob sic dicitur. Velut somnium aduolans non inuenietur, transiet quasi visio matutina. Quemadmodum qui somniant somnia latabunda (veluti se esse Reges, vel principes aut magnos dominos) quando è somno euigilant, se ipsos deceptos, & vt antea pauperes inueniunt. Cum Rex Ezechias in flore iuuentutis suæ nuntium à Deo accepit, quo ei præcipiebatur, vt se ad mortem statim prepararet, cumq; ingenti lachrymarum copia à Deo consequeretur, vt per quindecim annorum spatium ipsius

Iob. 20:  
simile.

Isai. 38

vita prolongaretur, considerans & animo euoluens breuitatem vitæ, & illa, quæ in eo paucorū annorū spatio facturus erat, dicere cepit his verbis. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, vt videlicet me ô Domine paratum inuenias, quando in iudicium me vocaueris. Et statim cum ipso Deo sermocinari incepit hoc modo. Domine si sic viuatur & in talibus vita spiritus mei corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima, id est, si vita hominis adeo momentanea est, & breuis ac laboribus, & miserijs plena, hoc certe argumento meam Domine negligentiam increpalli, meque ita conuicisti, & inclinasti, vt, siquidem ita se res habet, velim posthac aliū viuendi modū sumere: & sic fiet in pace amaritudo mea, amarissima. Quæ verba alij clarius vertentur hoc modo. Cedet mihi in incolumitatē hæc amaritudo amarissima hoc est, ex his amarissimis lachrimis suauissimos vitæ & iustitiæ fructus carpā. Attendite, obsecro, vtilitatē, quam bonus Rex ex consideratione mortis, & ex breuitate vitæ educere volebat. Lachrimis itaque hic probus vir obtinuit, vt Deus vitā eius per aliquot annos extēderet: & forsā hoc ideo fecit Deus, quia sciebat ipsum, tempus illud in bonis operibus esse consumpturū. Sæpe enim videmus, cū quis male vixerit, Deum illi ægritudinē vel alium laborem mittere, quo ipse resipiscat, & veram pænitiā suorum peccatorū faciat, atq; efficacissimis propositis, & lachrimis reliquū vitæ suæ tēpus optime infumat ita, vt aperte conspiciatur id non fictū esse, & tamen Deus illū ab hac vita tollit, quādo parece que fuera bien, que Dios le dexara para hazer penitencia algunos años. Esto es como vno que juega y pierde vna, y quatro y diez vezes, viniendole despues vn juego bueno dizele su amigo. Echa el resto. Echalo, y gana, cō que se desquita, y aun mas. En viendo el amigo que ha ganado mata la vela, y dexalos a escuras, porque no buelua a perder lo que auia ganado. O que buen amigo es Dios: vee, que tiene buen juego el que antes era peccador, y con aquella enfermedad cobro la gracia perdida, y se desquito de quanto el demonio le auia ganado, y aun queda rico, y Dios entonces matale la candela, quitale la vida, para que no buelua a perder su alma, porque vee que si viuiera mas, se perdiera.

Simile.

# MORTUORVM EXEQUIAE.

**E**XEQUIA S, & funebrem pompam defunctorum tanti æstimavit antiquitas, quod secundum Plutarchum non licebat Lacedæmonijs epitaphium figere siue titulum in mortuorum sepulchris, nec minus prædicabatur mors alicuius siue viri, siue foeminae, nisi generose vixerant, vel mortem in bello oppetierant. At vero inter Romanos præcipiebat lex gesta nobilium virorum musicis instrumentis de cantata nullo superaddito prædicari: grande enim nefas habebatur in his actionibus quidquam mendacij proferre. Quare Homerus Græcorum Pœtarum facile princeps fortissimum Achillem fides tangentem digitis, heroumque facta memorabilia decantantem introducit: vt memor gestorum insignium antiquorū Principum, & Ducum se melius disponderet, & aptius ad bellum præpararet. Priscorum enim musica (teste Plutarcho) ad mortuorum heroica cōcinenda inseruiebat, vt viuis animos adderet & calcaria adhiberet. Vnde Plato in persona illius famosæ Aspasiae dicit in Menexeo concionem defunctorum talē esse debere, quod sufficientissimē defunctos prædicet, & collaudet, viuosque indita benignitate adhortetur, nec non fratres, & filios ad æmulationem virtutū proauorum inuitet, & parentes, cæterosque propinquos ætatis prouectę cōsoletur. Tullius etiam inquit, antiquos in funebri apparatu statuas suorum illustrium prædecessorum ante feretrum præferre, quas ære conflatas, siue lapide expolitas habebant, per quas gesta heroica, virtutes, splendidosq; triūphos, quibus eorum proauis floruerunt, indicabant. Has statuas antiqui ante feretra defunctorum præferrebant, sicut modo cruces, & insignia nostri præf. antissimi ducis, & magistri Iesu Christi turbam præcedentes in processibus portamus. Quam consuetudinem Reges & magnates huius tempestatis in funere, & exequijs imitantur, templorum parietibus vbi celebrantur, vexilla, insignia, suorumque prædecessorum stemmata figentes. Hæc omnia factō memorabili, quod diuina scriptura

Plutarch. in apophtegmatibus.

lib. 2. de leg.

Homer. illia. lib. 9.

Plurarch. lib. de musica.

Plato in Menexeo.

Cicero. li. 2. de oratione.

ra de fortissimo dūce Simone Machabæo recenset, cōfirmantur, 4  
 qui cum cognouisset Ionatham fratrem suum a perfido Triptho-  
 ne dolose fuisse interfectū (sicut ait sacer textus.) Misit Simon, &  
 cœpit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit eum in Modin ciuitate  
 patrum eius. Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno, &  
 iuxerunt eum dies multos, & edificauit Simon super sepulchrum  
 patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu lapide poli-  
 to retro, & ante, & statuit septem pyramides vnā contra vnā pa-  
 tri & matri & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas  
 magnas & super columnas arma ad memoriā æternam, & iux-  
 ta arma naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauiganti-  
 bus mare. Ex quo prudens lector percipiet, quam aperte & pla-  
 ne hæc descriptio sepulchri, stemmatum & sumptuosi apparatus  
 antiquam consuetudinem figendi arma; sculpendi imagines, & 5  
 memorabiles demonstrationes in sepulchris & monumentis  
 omnium diuersis hominum conditionibus declarat, & ostendit.  
 Libri etenim hominum ignorantium sculpturæ sunt & picturæ  
 legentium in eis epitaphia, stemmata & historias illius, quod se  
 qui debent imitari, & intelligere. Quæ de causâ præstantissimus  
 hic Dux Simon Machabæus figit arma in exemplar Ducum mil-  
 lustrium, qui terrestri pugna dimicant, naues vero iuicorum ex-  
 plum apposuit qui mari nauali bello insignes fieri cupiunt. Vn-  
 de non incongruum est concionatores in exequijs Principum  
 defunctorum ad viuos exempla notabilia, & scitu dignissima  
 antecessorum proponere, vt Diuus Paulus Hebræis ponebat ob  
 oculos dicens. Mementote præpositorium vestrorum, qui vo- 6  
 bis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuer-  
 sationis, imitamini & fidem. De Iuda Machabæo legitur misisse  
 Hierosoly mam duodecim milliadrachmas argenti, offerri eas  
 ibi pro peccatis mortuorum. Nō sumptus fecit fortissimus Dux,  
 in pompis, vestibibus luctuosis, & alijs huius sæculi vanitatibus, si-  
 cut hodie multi faciunt. Qui, si pro anima sua millia ducatorum  
 eroganda legant, nō gēta in paramētis, & vestibibus lugubri-  
 bus, tumulis erigendis, in epulis, conuiujs, eiusmodique vanitati-  
 bus consumi volunt & vix centum millæ pro illo offeruntur,  
 tanquam si illa pompa, & apparatus anima eius citius, quam mis-  
 farum sacrificio è purgatorio eripienda foret. Contra quam va-  
 nitatem, & mundanum abusum Plinius scribens in principio  
 septimi

Machab. 13.

Ad Heb. 11.

3. Mach. 12.

Pha. 7. lib.

7. septimilibri inuebitur dicens. Inter omnia animantia, quæ natura produxit solus homo lachrymatur, solus inuidet, solus homo auarus, solus suspitione laborat, solus longam vitam exoptat, solus denique in sui sepulchrum terram effodit. In quo eum uerissimè locutum fuisse apparet: quia, si bene perpenditur, nullum cæterorum animantium diuitijs insolescit, paupertate tristatur: aut diuitias recondere, vel conseruare, aut nascens emittit lachrymas, aut moriens tristatur, sed solummodo de vita agit nulla cura habita sepulturæ, solus delirus homo à Genua marmor asportat, à Venetijs alabastrum, ebur ab Æthiopia ad nihil aliud, quam ut superbum ædificet facellum, & mausoleum erigat, quo ossa putrida recondantur, & viscera illius vermes corro-  
 8. iusdam amici, cuius nomen Ephestion, tumulum vsque adeò superbum erexisse, ut in eo decies sexagies centena millia pecuniarum (seis millones) dispendit: & ita antea, nec postea nullum alium illi æqualem in sculptura extitisse memoriæ proditum est. Satius esset fratres, & animis uestris utilius, ut id, quod in his vanitatibus insumendum erat (siquidem non sumus ethnici sicut Alexander) in eleemosynis, sacrificijs, atque alijs sanctissimis operibus impenderetis in remedium, & satisfactionem fidelium animarum: melius etiam esset, ut relictis vanitatibus moderata pompa essetis contenti.

Curtius, su-  
 stius & Dio-  
 dorus.

Nam (ut inquit Beatus Augustinus libro de cura pro mortuis) pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, uinorum  
 9. sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Et super omnia vos ad exequias mortuorum congregare contendite cum conscientia puritate. Quare consilium est satis pium, cum fideles ad exequias, & funebres pompas defunctorum conuocantur, ut unusquisque per se aliquem contritionis actum faciat, summoque studio det operam, ut in gratia statum restituatur: sine qua fides mortua est, & orationes, oblationesque defunctis, seu defuncto minime prodesse possunt pro quibus fiunt, nisi cum in Ecclesie nomine offeruntur. Namque sicut mortuus uino manibus, pedibusque ligatis succurrere non valet: ita Christianus lethali crimine infectus animæ vi-

B. Aug. lib. de  
 cura promor-  
 tuis.

si ille.

pedibus vincta in purgatorio detinetur, quæ se nequaquam  
dissoluere potest, nec ab illis pœnis liberare. Vnde maxi-  
me conducit prius se Christianos à culpis exoluere, vt animæ  
defunctorum mediantibus eorum orationibus, & sacrificijs à  
pœnis dissolui queant.

# M O R S P E C C A - T O R V M.

Iudicium. 9.

**I**N libro Iudicium legitur, quod cum tyrannus ille  
Abimelech videret sibi percussum, & contractum  
fuisse caput à quadam foemina, quæ lapidem ab  
alta turri in eum proiecerat, vocauit (inquit sacer  
textus) armigerum suum, & ait ad eum: Euagina  
gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur, quod à foemi-  
na interfectus sum. O infælicem hominem, qui tali tempore,  
nec Dei nec seuerissimi iudicij eius, sed tantum ignominiarum  
mundi recordatus est. Hoc modo solent improbi vitam fini-  
re, qui miserrima mortis hora magis sunt solliciti de pompa  
mundi, de celebri exequiarum apparatu, ac de alijs vanitati-  
bus, quam de salute animarum suarum. De morte horum in-  
fælicium maximam possumus habere compassionem. Pro-  
pter mortem pulcherrimi Absalon deplorabat sanctus Dauid,  
& dicebat. Fili mi Absalon Absalon fili mi. Quis mihi tribuat,  
vt ego moriar pro te? Absalón fili mi, fili mi Absalon. In repeti-  
tione horum verborum sanctus Rex maximam tristitiam cor-  
dis sui, atq; amaritudinē significabat, & dicunt Doctores ipsum  
tantopere filium suum deplorassee, eo quod videbat eum in pec-  
cato mortali à vita discessisse. Atque ita proferens verba illa,  
quis mihi det, vt ego moriar pro te, perinde est, ac si diceret.  
Costado me vüiera a mi la vida, porque tu no murieras en pec-  
cado. Si ergo o frater non vis turpissima morte sicut isti vitam  
finire, bene viue, & ita bona morte morieris. Sicut enim in re-  
bus naturalibus non videmus, quod lupus caudam otis ha-  
beat: sic perquam raro videmus quempiam male viuere, &  
bene mori. Sed dices. Ego adolescens diues, fortisque sum,  
&

2. Regū. 18.

Simile.

3 & in flore meæ iuuentutis : quomodo ergo , vt iuuenis non  
 sum victurus ? O frater mi nescis mortem nemini parcere , nec  
 amicitiam cum aliquo habere ? Quemadmodum falx simul spi- *similia.*  
 cas altas, medias & inferiores scindit: sic & mors omnes omnium  
 statuum rapit. Verum est , sed forsân ego tam cito non moriar.  
 O magnam fallaciam ? ô ceuo con el qual pesca el demonio gran  
 multitud de hombres, ô ceguedad que a tantos has hecho dar de  
 ojos en la condenacion. Quiça no morire tan presto dizes ? En  
 quiça pones tu saluacion , como hombre desalmado ? En quiça  
 pones tu perpetua felicitad ? O infelicitad ? Quiça no moriras  
 este año, y quiça moriras: si autem hoc anno môreris in infeli-  
 ce, & execrando statu, in quo nunc es, quid de te erit ? Quis te a ge-  
 henna eripiet ? Perpende, obsecro, frater hæc omnia, & aperte  
 videbis, qualiter oporteat , te ex nunc pœnitentiam facere. Vbi *tona. 3.*  
 4 primum Propheta Ionas Niniuitis prædicauit, eisque dixit: Ad-  
 huc quadraginta dies & Niniue subuertetur ; statim ciues illius  
 vrbis, se ad Dominum conuerterunt, egeruntq; pœnitentiam,  
 qua summum Deum placarunt. Quadraginta dies sanctus Pro-  
 pheta ex nomine Dei illis Niniuitis concessit, quibus finitis, si  
 pœnitentiam non agerent, tota ciuitas destruenda, atque euer-  
 tenda erat. O miser peccator quis tibi quadraginta dierum spa-  
 tium ad viuendum concessit ? Nullus profecto hic est, qui dicere  
 queat, ciuitatem sui corporis vsque in crastinum diem esse per-  
 mansuram. O nos miseros, qui necdum quadraginta dierum,  
 aut quatuor, aut vnius diei, vel vnius solius horæ certitudinem  
 habemus ! Si igitur hoc ita est, quare nos ipsos in cinere, cilicio,  
 ieiunio, & ploratu non humiliamus ? Magna profecto est nostra  
 5 cæcitas. Loquens Diuus Paulus de Christo Redemptore nostro *Ad Heb. 7. c.*  
 inquit. Talis decebat, vt nobis esset Pontifex : In quibus ver-  
 bis docet Beatus Apostolus singulare beneficium, quod filius  
 Dei in nos contulit : Pontifex enim idem est, quod pontem  
 faciens. Quis, obsecro, ex tot malis culpæ, & pœnæ, quot  
 sunt in hac vita, in tot bona gloriæ, qualia nobis in alia vita pro-  
 mittuntur, posset transire, nisi clementissimus Iesus esset in me-  
 dio factus pons, vt per illum, & per merita eius coniuncta cum  
 bono vsu liberi arbitri ex tantis malis ad tanta bona transeam-  
 mus ? Sed animaduertite hunc pontem esse subleuatorium, id est  
 esta puentē es leuadiza que de noche se leuanta, y de dia se passa.

Dum vita nostra manet, per hunc pontem transire possumus, licet in plurima peccata inciderimus, remedium tamen adhuc restat ad transeundum per hunc pontem, verum finito die vitæ, in nocte mortis nullum restat remedium ad transeundum, & quamvis pro re certissima haberemus, nos repentina morte non esse morituros, sed per aliquod dierum spatium ante mortem ægrotaturos, maximus profecto error est ad id tempus poenitentiam nostram differre. Nam sicut horologium, quod compositum est, semper ictibus quibusdam moderatis, ac temperatis progreditur (id est, sicpre va dando vnos golpes moderados, y templados,) sed finita hora, hoc est, tempore illo quo hora sonare vult, totum illud artificium maximo impetu voluitur, ita vt totum horologium dissolui, & minutatim confringi videatur. Sic horologium nostri corporis dum vivimus, licet dolores, & ægitudines patiatur, moderatim, & pedetentim pergit, sed finita hora vitæ, id est, al acabar la hora de la vida, quando se desarma, y deshaze el armonia del cuerpo, y su concierto disparan con tanta furia los dolores, que queda el miserable hombre como atonito, turbado el iuzio, y la razon, y no con aquella disposicion, que se requiere para la verdadera penitencia. Et ob hanc causam dicunt sancti poenitentiam, quæ hora mortis fit, dubiam esse. Evoluite fratres, & profunde considerate hæc omnia, & maximum remedium atque utilitatem animabus vestris reperietis. Peritus gubernator navis non in principio, aut in medio ambulat, sed in fine, hoc est, in puppi sedet, ex quo loco totam navem regit, eamque parvo clauo moderatur, & ita ad optatum portum tandem peruenit. Vultis totam vitam vestram ita gubernare, vt salutis portum consequamini? Non quiescatis in medijs solum considerandis, sed inspicite finem, sedere cum cogitatione in exitu, & fine rerum humanarum: & ita transibitis mare mundi gubernantes, ac moderantes vitam navem clauo rationis donec ad portum beatitudinis perueniatis, & veram patriam obtineatis.

Exemplum.

Vir quidam magni animi aliquando superbo Alexandro dixit, Quamvis leo sit Rex inter cætera animalia, nihilominus tamen tandem etiam à minutissimis formicis voratur: & quamvis proceræ, ac fortes sint arbores tandem ab ipsis ventis concutiuntur, & euelluntur: ita tu Alexander, quamvis nunc domi-

neris

# Mors peccatorum.

299

neris hominibus, tandem a vermibus consumeris. De Aristogelo etiam legitur, quod post obitum apparuerit cuidam discipulo, dixeritque ei. Omnia quae cumque sciebam oblitus sum, solum mihi superest hoc scire, quod in perpetuum perierim. De illo maximo, & crudeli tyranno Cyro permisit Deus, ut a muliere occideretur, & caput eius in utrem sanguine plenum conijceretur, ubi ei sic dictum est. Ibi poteris te sanguine exsaturare, quem tantopere desiderabas. De Nerone etiam propter suam crudelitatem legitur, quod viderunt eum in inferno miserabiliter ardentem atque se ipsum tingentem, verum in aqua, quae erat veluti liquefactum aurum.

Vbi nos legimus, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, Psalm. 48.  
10 potest verti: Comparatus est brutis insipientibus, quae exciduntur, siue interficiuntur. Ut sit sensus. Homo ad imaginem Dei factus, & ab eo in excelsa dignitate constitutus, qui nisi in crimen incideret, esset immortalis, abiecit se ipsum per peccatum, & cum Deo parere, & caelestia expectare deberet, pomum prohibitum comedit, quo mortem sibi paravit, & mansit mortalis, similis animantibus brutis, quae intereunt. Etsi enim anima immortalis est, corpus tamen perit & corrumpitur.

**I N M O R**

# INMORTEALI CVIVS PRINCI- pis Concio.

*Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Ecclesiastici. 38.*



**I** Ethnicus orator hanc causam quæ hodierna die mihi tradita est, tractandam susceperet, inueniret profecto satis amplam materiam, in qua totum artificium, & primorem suæ rhetoricæ posset impendere. Posset laudare hunc strenuum Principem de generositate eius sanguinis, ac de excellentia eius genealogiæ, posset laudare illum de magnitudine status eius, de animo inuincibili, de rebus, quæ præclare gessit, de singulari eius prudentia, de admirabili discretione, de sapientia, de pulchritudine, atque elegantiforma, qua Deus ipsum ornauerat. Verum esto quod rhetoricus hoc amplissime tractare posset: tamen concionatori euangelico (cui omnis ostentatio, & adulatio quini-  
mo & omnis doctrina, quæ non sit ad ædificationem, & utilitatem animarum prohibita est) id licitum nequaquam erit. Cum vero ex his laudibus nulla sequatur spiritualis utilitas, diligentia mea in re tam extranea, & peregrina huius sacrosancti muneris reprehensibilis esset. Idcirco ex amore eius duntaxat motiuum, & occasionem sumam, ut id, quod magis ad animarum nostrarum utilitatem conducit pro tenuitate ingenij mei tractem. Pro cuius initio vos obsecro fratres ut vnus quisque fingat & consideret. Hunc Christianissimum Principem ex ea sepultura, in qua iacet mortuum cuilibet nostrum in particulari hæc verba dicere. Memor esto iudicij mei, &c. Vbi alius vertit. Memento sortem meam perinde esse, actua futura est. Quibus verbis defunctus ipse inducitur cum viuo loquens, & quid eum facere oporteat describens. Ego, inquit, mortuus fui heri, & tu forsan hodie morieris, parum differt mors tua à mea. B. Hieronymus, & Eusebius dicunt Sacram scripturam

B. Hieron. in  
epist. ad Pau-  
lam Urbicã.  
Eusebi. li. 10.  
præpar. euan-  
gel. c. 2.

3 in lingua Hebræa magna mysteria, ac plurimæ elegãtias in se cõ-  
tinere, non solum in verbis, sed etiam in punctis, quæ pro voca-  
libus inseruiunt, quare forsitan Christus Redemptor noster  
apud Deum **Matthæum** dixit. Iota vnum aut vnus apex non Math. 5.  
præteribit à lege, donec omnia fiant. Atque ita vno eodemque

verbo significant Hebræi mortuos, & viuos: quod quidem ver-  
bum, cum idemmet sit, in prolatione, seu pronuntiatione, cum  
scribitur, vno duntaxat puncto differentiam facit, punctus enim,  
quo scribuntur viui, vno modo signatur, punctus autem quo  
mortui scribuntur, alio modo figuratur. **Methim** namque signifi-  
cat mortuos, & viuos, & quando scribitur his duobus punctis  
hoc modo (..) positus significat mortuos: quando autem scribi-  
tur his duobus punctis hoc modo (: ) figuratus significat viuos.

4 Itaque differentia consistit in hoc quod alter punctorum sit su-  
pra alterum: vel sit ad latus æqualiter, ad hoc, vt diuersas res vi-  
delicet mortuos, & viuos significet. Vt inde manifeste cognos-  
cas, quam parum distant viui à mortuis: inter quos solum pro  
differentia, & discrimine est punctus. Si igitur hoc ita est, quod  
inter nos, qui nunc viuimus, & inter mortuos punctus tan-  
tummodo differt, merito, atque optimo iure non debemus in  
vanum hoc punctum expendere. Quod considerans beatus Apo-  
stolus inquit. 1. ad Theff. 5.

De temporibus, & momentis fratres non indi-  
getis, vt scribamus vobis ipsi enim scitis, quia dies Domini, si-  
cut fur in nocte, ita veniet. Perpendite, quæso, verbum illud,

& momentis: vbi sanctus Apostolus nos admonet, vt non so-  
lum ex temporibus, verum etiam ex horis, & momentis vtili-  
tatem, & commodum educamus, siquidem vita nostra tam  
breuis est, & mortis hora tam incerta. De hac vitæ nostræ bre-  
uitate inquit sanctus Iob. Iob. 9.

Dies mei transierunt quasi naues po-  
ma portantes. Vbi Simachus vertit, similes nauibus festinanti-  
bus. Naues dicit dies hominis, & si naues sunt, ergo mundus  
mare tempestuosum, in quo nauigandum est. Si naues, ergo  
vita humana, vita biremis est: si naues, ergo æstus & frigus, las-  
situdo, infirmitas procellæ sunt, quibus quotidie concutimur:  
si nauis vita humana, ergo aere indigemus; vt nauigare possi-  
mus, quod experientia comperimus esse verum: nam si alicui  
nostrum naues clauderentur, ne aerem perciperent, statim na-  
uis staret, & non ultra progredereetur, statim vita consummare-  
tur.

## 302 In morte alicuius principis

tur. Naues vero poma portantes, vitam vocat sanctus Prophe-  
 ta, vt magis ampliaret vitæ nostræ accelerationem: nam sicut  
 naues pomis onustæ leuioris ponderis sunt, citius ad portum  
 perueniunt, ne enim putrescant poma extensis ambobus velis  
 præcurrunt volatu celerissimo: & ita in Hebræo habetur. Naues  
 voluntatis, hoc est, naues, quarum celeritas est ad voluntatem  
 nauigantium, quod paraphrastice Simachus vertit dicens, simi-  
 les nauibus festinantibus, vt homines intelligerent dies huma-  
 næ vitæ non solum esse naues, sed naues velocissimas, quæ ve-  
 lut aues volant. Animaduertite etiam hic fratres, quæ sanctus  
 Job vobis dicat, cum vitam vestram appellet nauem pomis  
 onustam: vult enim vos docere, quod fortitudo, pulchritu-  
 do, agilitas, salus, quæ sunt merces quibus corpus vestrum onu-  
 stum incedit, & nauigat per hoc mare magnum sæculi huius, po-  
 ma omni corruptioni proxima esse. Quare Deus multis iuueni-  
 bus vitæ telam succidit in dimidio dierum suorum cum naues  
 onustæ incedunt fructibus recentibus, ne si demorentur po-  
 ma putrescant: sicut de quodam iusto ait Sapiens. Translatus  
 est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet  
 animam illius. Admiratione dignum videtur cognouisse ho-  
 minem speciosum forma, robustum corpore, paucis iam elapsis  
 diebus videre illum inclinato capite, submisso dorso incedere in-  
 nixum baculo, quid est hoc nisi, quia poma ex nimia deten-  
 tione putrescunt? Addit etiam sanctus Job aliam similitu-  
 dinem non minus dignam consideratione, quam superiorem.  
 Et sicut aquila volitans ad escam. Dies vitæ hominis similes  
 sunt aquilæ velocissimo volatu volanti ad prædam. Perpende  
 qualiter hic sub hac metaphora beatissimus Job arguat ex alte-  
 ra parte vitæ nostræ celeritatem in hoc, quod ait dies pertransi-  
 re, quasi aquilam festinantem ad comedendum, ex altera vero  
 nostram vanitatem & inconsiderationem: quia cum ex vita no-  
 stra non habeamus nisi, nunc, (vt ait Philosophus) quotidie  
 eam breuiorem facimus irretiti curis temporalium, nullam re-  
 quietem die, ac nocte sumentes, quasi aquilæ ad prædam alij pro  
 honoribus, alij vero pro dignitatibus Ecclesiasticis, atque alij  
 pro diuitiarum acquisitione, hinc, inde transmigrando soli-  
 tudinibus, & anxietatibus vitæ nostræ quotidie partem ali-  
 quam addimus. Hanc etiam breuitatem significauit regius Pro-  
 pheta

Sapient. 4.

Simile.

pheta quando Psalmo quadragesimo quarto hunc titulum imposuit. In finem pro his qui commutabuntur. Qui quidem Psalmus sic intitulatus legitime dedicatur Iesu Christo Reparatori nostro, qui est finis legis, & Prophetarum. Et Beatus Basilius inquit per illa verba, pro his qui mutantur, homines intelligi: eo quod vita humana non solum sit breuissima, sed etiam quardam continua commutatio. Et in hoc loco (vt notat Eusebius Cæsariensis, & Theodoretus) Aquila transtulit, Super lilijs. Et Simachus & Theodocion transtulerunt pro floribus. Itaque eos, quos versio nostra vocat mutabiles, hi interpretes appellant lilia, seu flores, quæ omnia caduca sunt, & quæ non permanent, siquidem quam citissime marcescunt, & arescunt. Tertulianus ait, lachrymas pueri recenter nati esse signum breuissimæ vitæ, quam victurus est, vix enim nascitur homo, quando mortem suam præfagit, & deplorat. Atque ita dixit scholiastes Tertuliani quod cum pueri ubi primum in hanc lucem prodeunt, lachrymis & gemitibus dicere incipiunt, a, a: perinde est, ac si de Adam, qui fuit tot malorum principium, conquerentur, & puellæ recenter natæ dicunt quando plorant, e, e: quod perinde est ac si Euam, quæ ianuam aperuit, per quam tot mala ingrederentur in mundum, accusarent. Sed obseruandum est quod quamuis vita de se breuis sit, tamen peccatores suis sceleribus eam breuiorem faciunt: iusti autem ipsam aliquantulum protendunt, vt Sacra scriptura in Prouerbijs docet, vbi sic dicitur. Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Timor Domini significat hic timorem filialem, qui à diuino amore procedit: vbi includitur Dei veneratio, cultus diuinus, & pietas, ac per consequens omnes virtutes, quæ dies, & annos vitæ augent. Si enim homo naturaliter quinquaginta annos victurus erat, quia humilis, castus, pius, ac timens Deum extitit, eiper diuinam misericordiam dies atq; anni augentur, vt possit maiorem gloriæ coronam promereri, & ita diues plurimis meritis securè ab hac vita exeat: nam de eodem sancto timore in eisdem Prouerbijs dicitur. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis scilicet iustus ornatus tali timore. Que (obsecro) & qualis est mortis ruina, à qua Dei timor liberat? Esse subitam, esse imparatam, esse in peccato mortali, esse sine iudicio, & absque eo, quod ille, qui eam patitur, sentiat se mori, vt

Psal. 44.

B. Basilius in  
comment. su-  
per Psal. 44.

Tertul. lib.  
4. cont. Mar-  
cionem.

Prouerb. 10.

Prouerb. 14.

multis

### 304 In morte alicuius principis.

multis peccatoribus euenit, quibus si dicatur, vt crimina sua<sup>12</sup> confiteantur, testamentum faciant, & animam suam dispo-  
nant, credere nolunt, se in tam vltimo vitæ discrimine po-  
sitos esse, atque ita mors illos in peccato subripit. Hæc est mor-  
tis ruina à qua virtus, & sancta vita iustos eripit: peccata vero  
annos, ac vitā quam peccator naturaliter viuere poterat abbre-  
uiant. Nam, quia ipse carnalis est, in plurimas incidit ægritudi-  
nes, quæ mortis acceleratissimæ illi causa sunt, & quia vltimus, &  
iniurias sibi illatas minime parcat, idcirco postea, se in plurimis  
videt cordis afflictionibus per montes fugiens, & in cœmeterijs  
commorans, exul à patria, & à suorum filiorum & charissimæ  
vxo-  
ris conuersatione, quibus afflictionibus, & ærumnis vita  
eius breuiatur, ac tandem morte consumitur. In sacro Genesio li-  
bro refertur Iudas duos habuisse filios: quorum alter vocaba-<sup>13</sup>  
tur Her, & de hoc inquit sacer textus. Fuit Her primogenitus  
Judæ, & nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Al-  
ter vero appellabatur Onam, quem (vt ibidem dicitur) percuf-  
sit Dominus, quod rem detestabilem faceret. Nunquid Deus  
omnes homines, qui in mundo moriuntur, non interficit? Po-  
test aliquis absque voluntate Dei è vita discedere? Minime pro-  
fecto. Sed cum Sacra scriptura hinc ait, Deum hos duos fratres  
particulariter interfecisse, significare voluit Deum vitam eorum  
abreuiasse, & ab hoc mūdo celerius abstulisse, eo quod ipsi im-  
probi erant, quod tam cito non faceret, si illi scelerati non es-  
sent. Est etiam circa hoc obseruandum, quod vt iustus ad mor-  
tem accedat, ipsum tantummodo peccati poenæ oppugnant,  
peccatorem vero poenæ peccati, & ipsummet peccatum imo  
non solum vnum sed plurima peccata, quæ commisit expug-<sup>14</sup>  
nant. Vbi nos legimus in Isaia Propheta: Propter scelus populi  
mei percussi eum, alia litera habet. Pro iniquitate populi mei du-  
ctus est ad mortem. Poenæ illarum iniquitatum & peccatorum  
potuerunt ad Iesum Christum Saluatorem nostrum peruenire,  
& ipsæ poenæ eum interfecerunt, culpa enim non potuit ad il-  
lum accedere. Sic iusto poenæ, & non culpæ peccatorum bellum  
inferunt quousque ipsum ad mortem perducant: peccatori au-  
tem ipsamet peccata, ac peccatorum poenæ bellum ingerunt.  
Ergo quanto maior peccator fuerit, tanto magis ob hanc ratio-  
nem mortem pertimescere potest; tum vel etiam quia in morte

Genes. 38.

Isaia. 53.

15 non bene cum eo agetur. Et est maxima confusio maximeque dolendum quod cum iusti magno timore viuant, eo quod in seuerum Dei iudicium pergant, peccatores sceleribus onerati nec riment, nec contremiscunt. Si hæc omnia, attendistis fratres, ex illis aperte intelligetis quam merito expectare possumus Deum de nobis hodie, aut mane facturum esse id, quod de fortissimo atque inclyto principe fecit.

Cum ergo ita morti approximamus, oportet nos ingenti studio orationibus instare, & obsecrationibus, ac ieiunijs pugnare aduersus Diaboli insidias, quæ importunæ, & impetuosisimæ tunc in nos irruent. Quod quidem nos docuit Iesus Christus Dei filius, siquidem nullo horum indigens, in orationibus totam noctem expendit, & per omnium illorum dierum spatium ante

16 mortem suam vsq; ad quintam feriam coenæ dulcissimæ feruentissime prædicabat. Vnde Propheta Hieremias inquit. Date gloriam Domino Deo vestro ante quam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, expectabitis lucem, & ponet eam in vmbra mortis, & in caliginem. Quid est quod inquit sanctus Propheta, Expectabitis lucem? Nūquid non certissime sciunt quicumque in tartarum descenderunt, quod in æternum inuoluet eos caligo tenebrosa fumi, & ignis? Quomodo ergo expectabunt lucem? Audite, & intelligite. Spes hæc non voluntatis liberæ est actus, sed appetitum indicat naturalem ad beatitudinem, qui etiam ad grauiorem poenam manet in damnatis: naturali namque appetitu desiderat omnis homo beatitudinem, qui etiam inter flammæ æternitatis non extinguitur. Hinc intelligetis verbum illud fatuarum virginum apud

17 Diuum Matthæum, Domine, Domine aperi nobis. Clamor hic, vt sibi aperiatur cum certitudine poenæ æternæ ad vrgentio-  
Matth. 25,  
torem cruciatum coniungitur, indicatq; naturalem beatitudinis appetitum, vt dixi. Ergo antequam obscuret, date Domino Deo vestro gloriam in confessione amarissima peccatorum vestrorum. Perpendite verba, quæ Beatus Ioannes in Apocalypsi inquit, vt vos ad hoc faciendum moueat. Audiui vocem magnam, ait, in cælo dicentem. Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam sciens, quod modicum tempus habet. Væ terræ, id est, væ terrenis desiderijs implicatis: & væ mari, id est, væ inhonestis, vel, & væ mari, id est

tordi impij, quasi mari feruenti, & fluctuantia diligenti. Væ vo-  
 bis quia descendit ad vos Diabolus iram magnam habens sciens,  
 quia modicum tempus habet contra homines pugnandi. Ex qui-  
 bus verbis infertur, Diabolum præcipue pugnare contra senes,  
 & contra infirmos morti propinquos sciens quia modicum tem-  
 pus habet ad bellandum contra eos, & ad spolia meritorum eo-  
 rum tollendum. Ideo quando iam in extremis est homo fortissi-  
 mè satagit eum subuere, sciens, quia modicum tempus illi su-  
 perest contra eum. Sicut cautus bellator in loco arcto ponit mi-  
 lites suos, vt faciebat Rex Syriæ, insidias contra regem Israel po-  
 nens. Sic Dæmon in angustia mortis insidias contra hominem  
 præparat. Quare plorare possumus, sicut sanctus Hieremias in la-  
 mentis vbi plorans dicebat. Omnes inimici eius apprehenderunt  
 eam inter angustias: nam Satanas, & peccata apprehendunt ani-  
 mam inter angustias mortis, quando ipsa paupercola est in maio-  
 ri conflictu. Caue ergo ò homo, ne sis, vt lepus qui velociter cur-  
 rere satagit in via, ne ab homine capiatur, & tamen venit ad rete  
 vbi capitur à canibus. Ita tu miser in via vitæ noluisti à Deo ca-  
 pi per amorem, & gratiam, & in rete mortis infernales canes  
 te deuorabunt, & aperient super te os suum omnes inimici tui,  
 vt plorat idem sanctus Propheta de ciuitate Hierusalem. Cura  
 ergo ò peccator homo omni studio, te ipsum ad tanta pericula  
 præparare, atque à diuino amore te capi sine, si quidem te Deus  
 ipse nunc tanta cura, & solitudine quærit, & capere conten-  
 dit. Attende quid Beatus Chrysostomus in quadam homilia in-  
 quit. Sicut homo sine armis non potest aliquid facere contra ho-  
 stem, ita Diabolus sine homine & armis peccatorum nihil mali  
 inferre potest. Fuge ergo nunc peccatum, & non erit quo tunc  
 te percutiat, nec Sathanas, nec ipsa mors. Nam (vt inquit Beatus  
 Paulus ad Romanos scribens) stimulus mortis peccatum est.  
 Vbi arma, quibus mors nobis bellū infert, ostendit; ea videlicet  
 dentaxat, quæ nos ei præbemus, quæ quidem non habet, nisi ho-  
 mo illa ei præbeat. Itaque arma, quibus mors nos percutit, in  
 animam nostram conflantur. In sacra scriptura quosdam armis ini-  
 micorum suorum, quibus eorum vitam adimerent, vfos fuisse  
 legimus. Iudith enim, vt Holofernis caput amputaret, accessit ad  
 columpnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem illius,  
 qui in ea ligatus pendebat, exoluit, cumque euaginasset illum, ap-  
 pre-

simile.  
4. Reg. 6.

Threno. 1. c.

simile.

Thren. 2.

B. Chrysoft.  
homil. 24. in  
Matth. 10.  
simile.

Judith. 13.

21. **21**prehendit comam capitis eius, & percussit bis cervicem eius, & abscidit caput eius. David etiam procero illi giganti Goliath caput abstulit, qui cum non haberet gladiū in manu, quando præbavit aduersus illum Philistæum, cucurrit, & stetit super eum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina, & interfecit eū. Sed nunquam in historijs tam diuinis quam humanis legimus aliquē inimico suo arma, quibus eum expugnaret, & vinceret administrasse, quia huiusmodi temeritatem humana ratio fugit: miser tamen peccator arma, quibus ipsum hostis eius mors vincat, & destruat, administrat. Vnde, obsecro, homini ignauia, & pusillanimitas contra mortē oritur, nisi ex hoc, quod ei arma contra se ipsum dat? **22** **22**Quis regem Saulē vsq; adeo ignauum, & pusillanimum effecit, vt audiens à Samuele: Crastu, & filij tui mecum eritis, ceciderit proreptus in terram, nisi peccatum mortis stimulus, quod cōtra Deum non obediens cōmiserat? Mirum ergo non est Saulē, & omnes peccatores mortem pertimescere, siquidem proprijs armis eam mūniunt, & ipsa contra eos inermes aggreditur. Vt igitur illam non pertimescas opportunā de peccatis tuis poenitētiā age, qua eam armis spoliabis. Vt autem vsq; in finem gloriosum ex illa triumphum reportes, consilium Spiritus sancti accipe dicentis. In omnibus memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Nouissima tua inquit, & non nouissimum tuum, vt simul cum mortis memoria, etiam seueri Dei iudicij recorderis, & ita facilius peccata superabis, teque ab omni malo abstinebis: etenim sola mortis memoria non tantū in humano corde operatur quantū si eam cū memoria iudicij illius extremæ horæ coniūgas. **23** **23**Atq; hoc modo veniens ad te mors inermis, & victa non erit tibi amara, sed dulcis: in illa enim hora solet Deus suis seruis peculiare fauores impartiri, sicut fecit sancto Moyse: nam pro eo

1. Reg. 17.

Ecclesi, 7.

Deut. 32.

B. Dorothe.  
in Sinoysi.

etiam (vt ait Beatus Dorotheus) totum montem, in quo erat, 24  
admirabili operuit claritate.

# PRO MORTUIS ALIA CONCIO.

*Ego sum resurrectio & vita* Ioannis. 11. c.



Christus Redemptor noster dicitur resurrectio, quia est causa omnium resurrectionum mortuorum. Aut Philosophi causas naturales prius operari in ijs rebus, quæ propius sunt, quam in illis quæ sunt remotiores, eo autem, quo operantur in rebus approximatis, operari etiam in rebus remotis. Sicut sol prius illuminat aerem, & postea terram, & eodem radio, ac luce, qua illuminat aerem, illuminat etiam terram. Hoc (vt Beatus Dionysius docet) in caelo seruatur vbi prius Seraphines illuminantur, & postea Cherubines, & inde sanctissima illa lux, ac reuelatio in alios, atque alios vsq; ad angelos diffunditur. Hunc ordinem, & normam seruauit suprema illa causa Iesus Christus Dei filius, qui prius se ipsum resuscitauit, & postea cunctos vniuersaliter bonos, ac malos resuscitabit, illos videlicet in gloriam, hos autem in pœnam æternam. De resurrectione bonorum loquitur. B. Paulus cū ad Philippenses scribens ait. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Atque ita vnumquodq; corporum iustorum erit imago, & figura, id est, sera retracto y figura corporis sacratissimi Redemptoris nostri: at vero corpora damnatorum non erunt configurata corpori sacratissimo Iesu Christi, quin potius erunt deformia, turpia, ac plena quam plurimis ac grauissimis tormentis. Nam (vt ait. S. David) mors depascet eos. Herba, quæ pascitur ab animantibus, & non euellitur, iterum renascitur: Sic ait. S. Propheta, quia mors non est interfectura damnatos, nec eos vita priuabit, sed potius viscera eorum in æternum corrodet, idcirco dicitur. Mors depascet eos. Vbi B. Augustinus legit. Mors pastor est eorum. Sed quibus rebus eos mors pascet? Profecto illis, quas ipsa habet videlicet:

B. Diony. li.  
de cœlest. hier.  
rarchia.

Ad philip. 1.

Psal. 46.  
simile:

B. August. su.  
per Psal. 46.

3 delictis afflictionibus amaritudinibus, & anxietatibus. Iustos autem resuscitabit resurrectio, videlicet Iesus Christus in vitā æternam, & gloriosam, & ideo dicit. Ego sum resurrectio, & vita. Quod multis retro temporibus regius vates cum ipso Domino **Psal. 35.** loquens vaticinatus est dicens. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Apud te est, fons vitæ phrasis est Græca, & perinde est, ac si diceretur. Tu es fons vitæ. Vocatur autem Dominus fons vitæ, eo quod ex eo omnes vitæ oriuntur, & promanant, atq; ita omnes vitæ obligationem habent similes esse, & assimilari sacratissimæ vitæ illius cælestis Redemptoris. Sed obseruandum est, quod quamuis fons clarissimus sit, atq; excellentissimus riuuli tamen, qui ex eo fluunt, cum per loca lutosa præterlabantur, solent aliquando turbidi atq; insipidi esse. Sic licet Chri- **simile.**

4 stus filius Dei sit clarissimus, atq; excellentissimus vitæ fons, & ab eo vitæ nostræ orientur, tamē per tot colluuias, ac per tot loca lutosa pertranseunt, id est, passan per tantos charcos, y lodaçales, vt magis ex peccato, quam ex diuino fonte Iesu Christo oriri videantur. Vita hominis carnalis, quæ per tot abominationes, & turpitudines transit: & vita auari vel cupidi, quæ per tot fraudes, & fallacias, ac crudelitates erga pauperes transit: & vita hominis ambitiosi, & superbi, quæ per tot vanitates, ac tot iniusta negotia transit: & vita hominis voracis quæ per tot edulia, & per tot fractiones ieiuniorum, ac tot inordinationes cibi, & potus transit: & vita hominis irati quæ per tot impatientias ac per tot dāna proximis suis illata transit, hæc, inquam, vita & omnes aliæ harū similes, magis ex peccato (eo quod ipsi illas ita fœdarūt, & polluerūt) quam ex illo clarissimo fonte Iesu Christo oriri videntur. O fratres mei animaduertite, vos summa obligatione astringi ad cōseruandam vitam in maxima puritate, & sanctitate, siquidem eā ex tā excellenti fonte accepistis. **Psal. 118.** Cauete ergo, ne per loca lutosa transeat, & sic polluatur. Quoniam autē ad tātum opus vos impotētes estis, fauorē, & auxilium à Deo postulare debetis, sicut S. Dauid postulabat cū dicebat: Retribue seruo tuo: viuifica me, & custodiā sermones tuos. Quod perinde est, ac si diceret, si aliquando tibi ò Domine seruitium aliquod exhibui, præmium, & merces quā eb id posco, est, vt mihi bonā cōcedas vitā ad seruiendū tibi, quæ vitæ tuæ assimilatur, & mihi etiam spiritū ac vires tribuas, vt in illa perseuerē tua diuina semper præcepta obseruās. Ad depo-

nēdam vero malam vitam, & ad bonā incipiendā, eamq; conseruandam, excellens remediū est assidua mortis consideratio, siquidem certissimum est post illam nullum esse pœnitentiæ locum. Quod significare voluit Sacra scriptura, quando in plurimis locis loquens de morte statim agit, quo pacto post illam non sit remedium, nec libertas ad redeūdum in hanc vitam. Sic intelligitur locus ille S. Iob vbi sic dicitur. Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursus virefcit, & rami eius pullulant: si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est: homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus, atq; consumptus vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluius vacuus factus arefcatur: sic homo, cum dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit, nec cōsurgat de somno suo. Et mulier quædam ad Regem David dixit. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, qui non reuertemur. Et in Psalmo etiam dicitur. Spiritus vadēs, & non rediens. In his omnibus atq; alijs quā plurimis locis vbi de morte agitur, statim etiā dicitur, quod non sumus huc redituri ad pœnitentiā agendam. Huius autem rei consideratio est efficacissima ad relinquēda peccata, sicut B. Augustinus testatur in libro de conflictu dicēs. Auaritiæ morbus nunquam melius compescitur, nisi cum dies mortis sine obliuione meditatatur. Et hoc, quod B. Augustinus asserit de avaritia, de omnibus etiam vitijs merito dici potest. Et non solum memoria mortis efficax est, vt homo à sceleribus iam commissis mundetur, verum etiam vt se à commissione aliorum abstineat, maxime etiam conducit hæc mortis memoria ad peccatorum tentationes superandas.

Iob. 14.  
s. m. c.

In sacro libro Iob sic dicitur: Interroga iumenta, & docubunt te. Nam Leo, dum videt venatores instare contra se ipsum nec posse eos euitare, non respicit ad arma eorum, & gladios, ne forte terreatur, imo respicit terram, & cauda se percutit, & sic in venatores prorumpit. Eia milites Christi videte quam incessanter dæmon, mundus, & caro contra vos, vt venatores astuti insurgunt: nolite ergo, si vincere cupitis, arma illorum aspicere, id est, delectabilia, quæ vobis proponunt, quibus occidere vos parant, nam in magno periculo cadendi vos exponitis, si vitiorum delectationes aspiciatis, respicite, sicut leones

nes, terram vilitatis vestre, & conditionis humanæ fragilitatem, & nouissima vestra ruminare, & cauda, id est, memoria mortis percutite corda vestra, & contra venatores hos scilicet mundum, dæmonem, & carnem prorumpite, & sic mortis periculum euadetis, & etiam animum suscipietis ad exercitium sanctarum virtutum. In Genesi sic dicitur. Factum est vespere & mane dies vnus, id est primus. His diebus sancta opera designantur, quia vespere incipiuntur, & in mane terminantur. Et quidem vespere finem, mane autem initium significat. Dies ergo seruorum Dei à vespere incipit, & in mane terminatur: quia cum consummauerit homo, non se iam cōprehendisse, sed tunc se putat incipere. Quicumque ergo perfecti sumus (inquit Beatus Paulus) hoc sentiamus. Considera ergo ò homo vespere mortis, vt ad hoc mane peruenias: quia qui ante oculos hoc ponit, quasi si tunc inciperet, in bonis operibus cum feruore se exercet. Vnde pro eo, quod nos legimus: Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia: Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo. Vt numerentur dies nostri sic ostende, & viuemus corde sapienti. Alius autem vertit; Enumerare dies nostros ad hunc modum tu nos doce, & offeremus cor sapientia. In hoc sanctus Propheta postulat à Deo, vt ipsum breuitatem vitæ suæ doceat, & quam breuis sit, ante oculos sibi proponat, vt sic prudenter viuat. Quamuis autem mortis consideratio sit ad omnia, quæ diximus efficacissima, multo tamen efficax est, si consideratione mortis cum astricta ratione, quam tunc altissimo Deo reddaturi sumus, coniungamus, quæ quidem quia res adeò tremenda est, ideo de ea Ecclesiasticus dixit. Longe est testamentum à quibusdam, & interrogatio hominū in consummatione. Maxime admiratur hīc Ecclesiasticus, quod res tam necessaria, qualis est obseruantia legis Dei, & ordinatio animæ, ac prudens dispositio rerum omnium, longe sit à corde aliquorum, præcipue cū credant, quod in consummatione, hoc est in morte, erit interrogatio, id est reddend sit omnium rerum & etiam minimi verbi otiosi quod in vita locuti sunt exactissima ratio. Et quidem magnam inducit admirationem, quod cum homines hoc firmiter credāt, ignauiter tamen, & segniter viuāt, omnem diligentiam seruantes ad illam vltimā horam, quæ tanto tremore, ac terrore plena erit, ac si ferocissimus leo hominem irrueret, ipsumq;

Genesi. 1.

Ad Philip. 3.

Psal. 39.

Ecclesi. 16.

simile:

fortiter morderet, quem miserum hominem, cum iam leo ille reliquisset, ipsum alius multo ferocior aggredere-<sup>12</sup> tur. Sic post seu- rum mortis transitum seuerissima iudicij ratio succedit. Vnde colligitur quantum errent illi, qui emendam vitæ suæ ad tem- pus tot tantisque anxietatibus, & agonibus plenum relinquunt, nec per totum vitæ suæ curriculum pænitentiam agere volunt. Ergo o fratres per viscera misericordiæ Dei nostri vos obsecro, vt oculos aperiatis: & profunde hæc omnia consideretis, atque eo modo nunc viuatis, vt quid tunc respondere possitis facillime habeatis, siquidem (vt hic dicitur) erit interrogatio hominum in cõsummatione. Miser vero peccator, quid respondeat, nõ ha- bebit, quia iniquitas opilabit os suum. Huc optime spectant ver- ba illa D. Pauli magna consideratione digna. Si autem (inquit Apostolus) Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viu- it propter iustificationem: id est quamuis homo iustificationis gratiã consequatur, tamen corpus eius, mortale remanet, & in pænã prioris peccati mor- ti corporali subiectum: nam per ipsum peccatum mors in mun- dum ingressa est, at vero spiritus viuificatus remanet. O rem ad- mirabilem! Cum donum iustificationis tã magnum sit, inquit. S. Apostolus illud non eripere hominem à morte. Non cessat mors, licet cesset peccatum, ne videlicet meritum fidei cessaret: Nam si homo in se corporis immortalitatem videret, & quod non moriebatur, faceret profecto infallibile argumentum se esse iustificatum: atque ita adderetur bonum, & honor carni: & au- ferretur meritum spiritui, tambien fuera menos cabo de la diui- na gracia: porque mas corrieran los hombres a alcãçar la gracia<sup>4</sup> baptismal por amor de librarse de la muerte que no por alcan- çar la mesma gracia. Est etiam alia huius rei præcipua ratio scili- cet, porque quedando toda via mortales, tuuiessemos vn tan grã despertador como es la memoria de la muerte, y por ella nos in- citassemos a hazer buena vida. Hinc etiam intelligetis, quænam sit causa, ob quam voluit Deus animam è corpore egredientem protinus afficere gloria, quam opera eius meruerunt, vel pænã secundum mensuram delicti; non vero corpus, sed in nouissimo die relinquit illud, vt videmus corruptum, fatidum, vermibus corrosum, iacens in sepulchro cum in tantæ gloriæ acquisitione animæ non minimo fuerit adiumento: propter eam enim in- gentem

Psal. 105.

ad. Rom. 8:

Deu. 25.

15 gentem famem, sitim, frigus, calorem, nuditatem, lassitudinem-  
 que fuit perpeffum: vel etiam cum instrumentum animæ fuerit  
 ad omnia facinorum genera perpetranda, ob quæ gehennalibus  
 flammis cruciatur, cur corpus pænæ immune relinquatur?  
 Nunquid Apostolus non ait? Qui socij sunt passionum, erunt <sup>ad Cor. 1.</sup>  
 & consolationum? Et ius commune est. Agentes, & consentien-  
 tes pari pænâ punientur? Quis vnquam vidit Ducem remunera-  
 tum, & militem per quem victoriam affecutus est, derelictum?  
 Quis duos latrones eiusdem delicti complices vidit vnum la-  
 queo strangulari, alterumque impune dimitti? Quid, inquam,  
 anima iusti gloria perfruitur & corpus afficitur ignominia?  
 Anima impij æternis flammis adusta crudeles perfert cruciatus  
 corpus vero minime? Certe in hoc Deus noster tanquam pa-  
 16 ter misericordiarum magis prouidit, quod viuis congruebat,  
 quam quod mortuis, quorum animas cælo coronat, infernoque  
 cruciat, secundum eorum merita, & demerita: quarum corpora  
 inter viuos dimittere voluit in perpetuam rei memoriam, vt  
 visu quotidiano eorum corporum, & ossium mors nunquam  
 sibi à memoria excidat, qua mediante vitam recte disponentes  
 in meliorem frugem se recipere, conscientiamque bene ordi-  
 natam haberent. Mos est humanæ iustitiæ, quando aliquis fa- <sup>simile.</sup>  
 cinorosus publice decollatur, caput amputatum, vel manus, si-  
 ue aliud membrum præcisum affigere patibulo patenti loco &  
 imminenti, sub pænâque vitæ præcipere vt nemo inde ea tol-  
 lere possit: quando vero homo quidam ob facinus in quatuor  
 partes diuisus conscinditur, vna corporis eius pars in vijs, per  
 17 quas incessit, delictumque commisit, stipiti colligari præcipi-  
 tur, non in supplicium sic interfecti, qui iam in aliam vitam mi-  
 grauit illius expers supplicij, sed in viuorū exemplar, vt vel sic  
 ab illo resipiscat. Ita Deus voluit corpora, & ossa defunctorum  
 inter viuos derelinqui, & quotidie passim ab illis offendi, vt re-  
 cordentur etiam ad illos mortem peruenturam esse, sicut & ad  
 istos, vt cum proximis suis humiliter, submissèque se gerant cū  
 mors omnes adæquet. Quod minime animo euoluebat illa, que <sup>Isai. 47.</sup>  
 per Isaiam dicebat, In sempiternum ero dominè: & quare hoc di-  
 xisti? Nec recordata es nouissimi tui. Vbi septuaginta interpre-  
 tes transtulerunt. Nec recordata es nouissimorum. Fige ò miser  
 homo oculos in tuorum sepulchris, & quæ nouissima tua sunt,

tuncq; aspicias, quomodo caute viuas, & vita tua grata sit illi qui dixit. Ego sum resurrectio, & vita, vt te in æternam beatitudinem adducat: ipse enim in Apocalypsi ait. Ecce sum viuens in sæcula sæculorū, & habeo clauēs mortis & inferni. Sicut iamitor, vel qui clauēs habet in aliquo monasterio illum qui intro ingreditur prelato suo præsentat: sic Christus Saluator mundi animas iustorum, in conspectu sui æterni patris proponit. O foelices animas, quæ talem gratiam, & societatem in illa vltima hora reppererunt. Quantam consolationem, putatis, acciperet ille, qui cum citatus esset, vt coram rege ad soluenda quedam debita compareret, secū adduceret eiusdem Regis filium, vt pro eo persolueret? Si hac lætitia afficietur anima illa, quæ Iesum Christum coram æterno patre sociū habuerit, qui non pro illa soluet, iam enim quidquid ipsa debebat persoluit, sed eam tãquam liberam diuino patris sui conspectui repræsentabit. Cum Rex Ezechias ægrotaret dixit. In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Mortem vocauit portas inferi. Moriens autem vita videlicet Iesus Christus Redemptor noster fecit morte sua, vt mors quæ antea odibilis erat, nunc amabilis redderetur, essetq; porta vite siquidem ad illam accedens cælestis Reparator, qui clauēs habet mortis, & est resurrectio, & vita, eos qui sunt sui per gratiam, in æterna gloria domicilia introducit. Vnde Beatus Athanasius de passione Domini inquit. Quemadmodum infestum animalculum, cui nomen vespa, cum impetit petram non eam lædit incurfu, sed potius perdit aculeum: sic & mors incurrens vitam, quæ est Christus Iesus, non potuit eum tenere, sed ipsa potius aculeū suum perdit adeo vt illi, quos prius terrebatur aculeo, nunc eam insultent, ac dicant. Vbi est tuus o mors aculeus? Hinc infertur, quam æquum sit, vt in ægritudinibus, & laboribus nostris corporalibus gaudeamus: Si quis in domo paleis confecta angusta & obscura habitaret, eiq; diceretur, vt pro cento haberet postquam domus illa caderet, sibi danda esse quedam magnifica palatia elegantissimè fabricata, quanta lætitia afficeretur, cum videret parietes illius paupereulæ domus ruinam minitantes, y que caygan muchas goteras en ella, y por vna y otra parte se quebrauan los maderos? O vtinam fuissetis, sicut Beatus apostolus Paulus, & illam gratiam, quam ipse habebat, haberemus, profecto cum illo diceremus. Cupio dissolui, & esse cum Christo, & utiq; gauderemus, cum dolores atq;

Apocaly. 1.c. simile.

simile.

I. Sai. 38.

B. Athanas. de passione Domini,

simile.

ægritu.

# Pro mortuis concio.

315

<sup>21</sup> **G**rigudines corpora nostra pati videremur: tunc enim, cum his doloribus vexamur, signum est hanc domum luteam, angustam, & obscuram iam iam ruinae, id est morti esse propinquam, ut statim nobis ditissima gloriae palatia tribuantur. Si viator iter faciens sudans, & fatigatus canere inciperet, postea autem, quia iter suum confecit, & ad locum, ad quem peruenire desiderabat iam accesserat, plorare tunc inciperet, profecto iure optimo imprudentiae atque infantiae argueretur. Nunquid non infans est ille, qui omni diligentia nauigans dolet, quod ad portum peruenierit? Nunquid non amens est ille, qui praelia committit, & suspiria e corde trahit, eo quod victoriam obtinuit? Multo ergo infanior, & amentior est ille, qui in mortem proficiscens, atque in illam pergens, dolet quia ipsa ei occurrit, eamque ipse inuenit, siquidem illa portus est securus, in quo iusti superatis mundi naufragijs quiescere incipiunt. Atque ita in libro Sapientiae dicitur, Gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius, condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuenus celerius consummata longam vitam iniusti. Vbi Sacra scriptura aperte docet, gratiam Dei, & fauores, ac misericordiam eius sanctos suos inspicere, ipsisque electis eius respectum habere, & nihilominus tamen moriuntur. Ergo mors res est maxime conducibilis, & necessaria. Si igitur morientibus iustis peccatores viuunt, signum est, quod Deus ipsos ad penitentiam expectat, atque ita mors illa iustorum (quae est quaedam admonitio improborum) illos, si se in meliorem frugem non receperint, condemnat. Curent ergo se ipsos emendare, & tunc etiam ad illos diuina attendet misericordia & gratia, quam comparatur gloria, ad quam nos perducatur Iesus Mariae filius, qui cum patre, & Spiritu sancto viuunt, & regnat in saecula saeculorum, Amen.

Simile.

Similia

sapient. 4.

## Ad Lectorem.

¶ Omnia, quae in verbo, purgatorium, sub litera, p, inueneris, poteris in mortuorum exequijs applicare, & etiam omnia, quae sunt sub titulo, breuitas vitae, in litera, u, materiae, & exequijs mortuorum inseruiunt.

PRO

# P R O M O R T V I S P L O R A N T E S .



**Q**UAM alijs miserijs hic muliebris morbus iam prævaluit ostentant enim plæctus & dolores suos, cruentant brachia, scindunt capillos, laniant genas in morte alicuius propinqui, partim ob dolorem, partim ad ostentationem. Nonne te Deum offendere arbitraris? Quæ nam infania est hæc, nonne ridebunt gentiles? Nonne fabulam putabunt nostram religionem? Dicent enim nullam esse mortuorum resurrectionem, illusionesque Christianorum dogmata, & fallacias putabunt. Non enim aliter, quam si nihil post mortem remaneat, mulieres lamentantur, non attendunt scripturis, omnia illa figmenta ipsæ credere videntur: siquidem, si crederent mortuum, non esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, non vtique tanquam nihil esse deplorarent, non adeo indignarètur, nõ tantas afferret voces incredulitatis indices. Dicunt enim nunquã te amplius videbo. Non ita gentiles effoeminantur. Nam, vt memoriæ proditum est, cum inter eos quædam mater audisset filium suum in prælio cecidisse, mox rogauit quomodo se res publica haberet. De quadam etiam Ethnica muliere ferunt, quod cum ei de obitu duorum filiorum nütium allatum esset, qui obierant in prælio, posthabita natorum suorum morte quæserit statim ab ipso nuntio, quinam euasissent victores: significans scilicet, se non multum sollicitari de morte filiorum, modo strenue depugnassent pro republica, & modo res publica ipsa salua persisteret. Et alius Philosophus coronatus, cum audiret pro patria filium cecidisse, vt fortiter occubuisse cognouit, in caput statim coronam reposuit. Spartanæ autem mulieres hortantur filios, vt clypeum è prælio referant, aut super eo occumbant. Pudet me equidem gentiles hæc sapere, qui tamen carnis resurrectionem non sperabant in nouissimo die: nos vero Christiani, qui eam firmiter credimus, ac confitemur, non quod pagani faciunt, o peramur. Vis mortuum honorare? Alia via aggrediendum est: fac eleemosynas. Quæ tibi ex multis fletibus utilitas?

Cum

## Pro mœstis Consolatio.

317

4 Cum saluator noster in morte Lazari amici sui lachrymatus fuerit, suis nos lachrymis erudiuit, quoniam modo charos nostros vita defunctos, moderatis, & legerationis tēperatis lachrymis flere debeamus. Nam omnino non compati, nec mœrere ferinū est, & durum: horum vero exuberantia muliebre. At cum graui contabescimus luctu, ob ereptum morte nobis amicum, & solis indulgemus lachrymis in dolore, videmur credere aut animā eius simul interiisse cum corpore, nec post dissolutionem carnis manere superstitem: aut ipsam nunquam iterum coniungendā corpori in consummatione sæculi. Sed impias has cogitationes compescuit beatus Paulus, ita ad Thessalonicenses scribens. *1. ad Thes. 4*  
Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent.

## IN IMMORTALI- CVIVS PRO MOE- STIS CONSOLATIO.



BEATVS Chrysoſtomus in quadā homilia inquit.

*B. Chryso-  
hom. 32. in  
Matt.*

*abysses  
videtur*

3 Si ad imperandum regnandumque in hoc caduco mortalique regno filius tuus abiisset, nolles eum inde redire, vt ipsum videres. Nunc vero, cum ad maiora, melioraque regna processerit, parui temporis absentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare, reddidisti, enim depositū, quod tibi creditum erat: non sis sollicitus si vides inuiolabili ærario thesaurum tuum esse depositum. Quod si etiam tam præsentis vitæ, quam futuræ conditionem intellexeris, & hanc quidem aranearum esse telam, atque vmbra, illam autem esse immobilem, & æternā, non indigebis vlla ratione? Beatus Paulus mœstos consolans de morte suorum in epistola ad Thessalonicenses inquit. Fratres nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent: si enim credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Multa hic annotanda sunt, primum iustorum mortem dormitionem vocari à S. Apostolo. In quo innuit omne huius vitæ tempus continuā immensi

*1. ad Thes. 4*

### 3. 18. Pro melius ex morte alicuius cōsolat.

in inensi laboris vigiliam esse: vt Dominus sub parabola patrisfamilias nobis ostendit his verbis: Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam: conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit illos in vineam suam, in qua vsque ad solis occasum laborauerunt. Hinc iusti nocte in mortis exoptant, quia talem mortem illis somnium, & requiem delectabilem post hunc laborem fore sperant. Ex hoc vero inferitur cur mali mortem timeant, & fugiant, vitam enim somno transigunt, & quiete: velut homo, qui per totum diem obdormiuit, nocte aduentante, iacens in lecto somnū capere non potest. Ita prope modum mali tempus vitæ huius otio quiete, & voluptate conterentes qualem habuerunt vitæ diem e contra habebunt noctem. In vita dormierunt, & quieuerunt: in nocte vero vigilabunt, & laborabunt in æternum. Secundo notandū S. Apostolum non prohibere omnino tristitiam, & lachrymas: est enim de mortuis, qui diliguntur quædam naturalis quodammodo tristitia, ideo ait quod non contristemur, sicut & cæteri, qui spem non habent: Considerare enim debemus quod aliquoties nos amici, & cognati a virtute, & a via salutis impediunt, nam cor nostrum ad mundum alliciunt, & ad gerendum solitudinem circa statum eorum, & ob hoc minus obedimus Deo, & consilijs eius. Vnde Beatus Augustinus inquit. Sæpe offenditur Deus, ne offendatur amicus. Et dispensatione diuina plerunque contingit, vt amici, quos carnaliter dileximus, subtrahantur a nobis quatenus affectiones nostræ in Deum liberius, & integrius extendantur. Considera quia si viuens tibi fuerit gratus, gratior erit tibi iam saluatus. Vnde Diuus Cyprianus ait. Non sunt lugendi fratres nostri accensione Dominica de sæculo liberati, cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, & occasionem non esse dandam Gentilibus, vt nos merito reprehendant, quia quos apud Deum, viuere dicimus, extinctos ac perditos lugeamus. Nihil enim prodest verbis proferre, & factis destruere veritatem. Contra hos excessiue lugentes dicitur signanter ab Ecclesiastico. Super mortuum plora modicum: quoniam requieuit, scilicet a laboribus suis. Considera etiam quot sunt, qui lugent mortem amici charitatiue, & ex pia deuotione. Nihil enim tristari in recessu amici, ingratitude signum est, nimis vero tristari desperationem arguit de salute recedentis, & sic sanctus Apostolus non absolute dicit,

Simile.

B. August. super Genesim ad literam.

B. Cyprian. de immortalitate animæ

Eccles 23.

## Pro mēstis ex morte alicuius cōsolat. 319

6 vt non contristemur: sed vt non contristemur sicut & cæteri, qui spem non habent de salute dormientium. Nam secundum Beatum Ambrosium, cessabunt lachrymæ nostræ quia debet aliquid inter fidos, & perfidos interesse: fleant suos qui eos in perpetuum æstimant interiisse, qui spem resurrectionis non habent, nobis vero, quibus mori non naturæ sed huius vitæ finis est, quia ipsa natura in melius reparatur mortis casus abstergat fletus. Tertio notandum est Beatum Paulum in his verbis (si enim credimus quod Iesus mortuus est) admirationem nobis ingentem facere, dum dicit Iesum mortuum esse, cum de cæteris mortuis suauiori quodam loquendi modo loquitur, velut cum dixit. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Vt quid gloriose Apostole mortis exemplar, & ipsam mortem, 7 quæ homo est dormire dicis, autorem vero vitæ absolute mori alleris? Homo, qui mors est dormit, & homo qui vita est moritur? Hoc est huius scripturæ mysterium & arcanum: hîc enim nobis significatur vnde mortem iusto velut somnium esse prouenit: quia enim Deus mortuus est, tu dormis. Mors eius mortem nostram somnium esse efficit, vmbraque mortis, & mortem depictam: antequam vitæ autor Christus Redemptor noster moreretur, mors omnibus erat ingenti terrori, sed fortis inpegit in fortem, & ambo pariter conciderunt: vita cum morte concurrat, & ambo conciderunt: vita mortua remansit, & mors absque viribus debilitata: resurrexit autem vita morte deglutita, & absorpta, & ita inquit sanctus Apostolus. Absorpta est mors in victoria. Solum ergo nunc vmbra præteritæ 8 mortis remanet, ideoque somnus vocatur. Hoc considerans regius Propheta dicebat. Si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ferocissimus leo ab omnibus pertimetur. Vnde Propheta Amos inquit. Si leorugit, quis non timebit? Sed vmbra illius nullus etiam pusillanimis timet, quæ licet sit leoni consimilis, non tamen verus est leo, sed vmbra illius, quæ sole decedente disparet. Cum mors viua erat, & suis viribus prædita, ab omnibus timebatur: at vero nunc non est quod vmbra illius timeamus. Quare Sanctus Dauid ait, quod quamuis ei occurrat, illam tamen se non esse fugiturum: quoniam tu mecum es, quandoquidem qui habet ante oculos mentis suæ Christum solem vmbra mortis

B. Ambros.  
lib. 2. c. 3. de  
morte fratris  
sui.

1. ad Cor. 11.

PGalm. 12,

Amos. 3.  
Simile.

retro

### 320 Mœstorū consolatur in morte alicuius

simile.

4. Reg. 4. c.

retro se habere debet tanquam rem, quam vilipendit. Sicut enim olim Propheta Eliseus farinae pulvere amaram ollam consperfit, cū discipuli ollam degustātes illi dixerunt. Mors in olla, mors in olla, vir Dei, & eam dulcissimam, gustuiq; suauem reddidit, ita prope modum Iesus Christus omne nostrum bonum, & solamen grano sui sacratissimi corporis demolito, & in farinam reducto mortis amaritudinem in dulcedinem vertit, vt omnibus iustis non videretur insuauis.

### Mœstorum consolatio in morte alicuius.

B. Hierony.  
in Epitaphio  
Nepotia.

**B**Eatus Hieronymus in epitaphio Nepotiani inquit. Ante Christum Abraham apud inferos, post Christum latro in paradiso. Ex hac sententia sanctissimus Doctōr colligit mortuos in Christo non esse lugendos. Postquam vero ibidem Romanos Duces memorauit, qui bono animo mortes suorum sustulerunt, ait. Quamquam hæc breuiter in suggillationem nostri dicta sunt, si non præstet nobis fides, quod exhibuit infidelitas. Igitur ad nostra veniens non ego plangam cum Iacob, nec cum Dauid in lege filios morientes, sed cum Christo in Euangelio recipiam resurgentes: Iudæorum luctus Christianorum gaudium est. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et ibidem etiam inquit. Fœlix ille tantum est, qui vsque ad extremum vitæ actum, vitam ab omni malo seruauit illæsam. In tanta igitur fœlicitate gaudendum tibi profecto magis est, quod talem habueris, quam dolendum, quod talem amiseris. Et scribens ad Paulam inquit. Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinum sensum in verbis licet simplicibus admirari. Quid sibi vult quod Moyses glangitur, & Iesus Naue vir sanctus sepultus refertur, sed planctus eius non describitur? Nempe illud, quod in lege veteri (quæ per Moysen intelligitur) omnes sub peccato Adæ tenebantur, & ad inferos descendentes, consequenter eos lachrymæ prosequuntur, in Iesu vero, id est, in euangelio, post quem est paradus apertus, mortem gaudia prosequuntur.

Idem ad Paulam.

Et in eadem epistola ait. Quid veterareplicem? Præsentia exempla sectare. Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, mariti corpore necdum humato, duos simul

12 simul perdidit filios. Rem dicturus sum incredibilem, sed teste Christo non falsam, Quis illam tūc non putaret more nimphatico laceris crinibus, & veste cōscissa, lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret arrisit. Expeditius (inquit) tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberaſti.

## M O R T I S M E- D I T A T I O.



1 Considerare non negligas, quod singula quæque nascentia propria quædam habent munimenta, quibus naturam suam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborem, pœna tegit volucrum, piscem scama operit, lana ouem induit, pel-  
lis iumenta & feras vestit, concha testudinem excipit: solus homo inermis nascitur, & nudus, vt eo ad humilitatem fiat promior, quô se ceteris rebus in ipso Natiuitatis primordio intuetur abiectiorem. Qualis vero sit hominis progressus dū is viu-  
cit, facile, si consideretur, agnoscitur. Tātis namq; malis vita ipsius repleta est, vt comparatione eius mors remedium putetur esse non pœna. Hanc enim humores humidant, dolores extenuant, ardores desiccant, insanix morbidant, ieiunia macerant, ioci dissoluant, tristitia consumit, sollicitudo coarctat, diuitiæ iactant, paupertas deijcit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, & post hæc omnia mors interimit. Quo autem sine  
2 claudatur hominis caro, ipsa sepulchra insinuant ossibus plena, fætoribus intolerabilia, vermibus referta: nam post hominem vermis de eo generatur, post vermem fætor, & horror. Sicque in non hominem vertitur omnis homo. Igitur ô sæculi amatores! ô carnis concupiscentiarum fautores, cum res etiam vilissima simus, vnde superbimus? Ô mira fatuitas! ô stupenda cecitas! ô impura vanitas cordis nostri, cuius ceruicosos motus omnino domare non potest humilitatis tanta materia, quin adhuc superbiat puluis, & cinis.

Artaxerxes (vt narrat Beatus Hieronymus ad Heliodorum) vitæ breuitatem aliquando intelligens, atq; declarare volens,

Loci Com. Tom. 2.

x

quamuis

Laurentius  
Iustitia. in  
lib. de ligno  
vitæ capit. 4.  
de humilitate.

B. Hiero. ad  
Helied. de  
morte Nepo-  
tiani.

quamuis potentissimus esset, & longe, lateque imperium propagaret, subiit in excelsum quendam montem, ex quo commode numerosissimum suum exercitum videre poterat, quo conspecto cæpit statim in lachrymas erumpere, imoque, ex pectore suspiria longa trahere. Rogatus verò quorsum tam multas funderet lachrymas, atque suspiria, statim subiecit hæc verba, quod scilicet miserabiliter brevissimo quodam temporis curriculo tam numerosis exercitus periturus erat. Quid si totum orbem prospicere potuisset, vidissetque tantas undique calamitates, quibus cingitur, tam subitos multorum casus, repentinaeque interneciones, an non miserabilius multo hoc spectaculum esse dixisset? Quare eam nos diligenter in eam cogitationem, ut in tanta vitæ nostræ breuitate atque miseria, proponamus etiam nobis ante oculos alios ex submersione pereuntes, alios incendio conflagratos, nonnullos in acerbissimam redactos seruitutem, ibi squallore, ærumna confectos vitam finisse, aliquos etiam inter prædones, homicidas, incidentes; & intelligemus profecto nobis esse incumbendum solide ac perpetuo duraturæ virtuti, ut tandem huius vitæ breuitatem, & incertitudinem possimus in perpetuam, ac sempiternam vitam commutare.

Marcus Tullius in. 1. Tusculana mortem nominat portum, & diuturnos annos, ventos quosdam contrarios, qui non permittunt nos statim ad portum istum peruenire. Vbi apparet prudentes mortem habere in desiderio, sicut portus securus desideratur: & plurimam annorum

tanquam rem odiosam, & contrariam.

M V.

# M V L I E R.

323



Vlier honesta, & virtute prædita in sacra scriptura maxime commendatur. Atq; ita vbi nos legimus; Mulier autem quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliseum &c. alia translatio habet. Mulier opulenta. Non appellatur hæc mulier

4. Reg. 4.

opulenta ex eo, quia temporalibus diuitijs affluebat, siquidem necessitate coacta ibat ad Eliseum Prophetam, vt sibi subueniret, eo quod creditor filios ab ipsa pro debito auferre volebat.

Oportet ergo, vt confiteamur, eam vocari opulentam, quoniã virtutibus plurimis diues erat. Quod & apertius ostendit alia translatio, quæ sic habet, Mulier quædam insignis. Et interpres Chaldaicus transtulit. Mulier cauens à peccato; qui est singularis honor mulieris, atque omnis rationalis creaturæ, discedere videlicet à peccato propter solum Dei amorem.

Prouc. 12.

Atq; ita sicut mulier bona in sacris literis plurimum commendatur, & de ea in prouerbijis dicitur, Mulier diligens corona est viro suo: ita è contra mulier mala in sacra scriptura dehonestatur. Vnde postquam sapiens mulierem diligentem vocauit coronam viri, statim adiecit. Et putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. Vbi mulier diligens significat ibi non solum mulierem diligentem ad res temporales domus suæ, verum etiam ad res spirituales animæ suæ. Non solum autem hic Spiritus sanctus de mala muliere agens hoc de ea dicit, verum etiam per eundem

3 Salomonem plurima ei nomina infamia, & ignominiosa imponit. Inueni, inquit, amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est, & sarena cor eius. Vincula sunt manus illius. Appellat mulierem, laqueum Dæmonum, & sarenam, quoniam sicut rete verrens omnes piscatur idest, La muger mala es como red barredera que todo lo coge. In hoc rete ingreditur puer adulescens, atq; senex, scholasticus, literatus, artifex, miles, Ecclesiasticus, & secularis, omnes capit, & omnes in ea locum inueniunt. Deus nos à tali bestia eripiat. Merito ergo Spiritus Sanctus mulierem malã vocat amariorem morte, eo quod animas interficiat. Qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator est, capiatur ab illa. Quibus verbis aperte ostenditur quod

Eccles. 7.

Deus in poenam aliorum peccatorum permittit, vt peccator incidat in alicuius deprauate mulieris manus, que sunt vincula Diaboli. Et certe virtutis est premium in tales manus non incidere, sed potius inuenire sanctam atque honestam mulierem, qualem sanctus adolescens Thobias inuenit, cui Dominus in uxorem dedit honestam ac sanctam mulierem Saram Raguelis filiam que adeo honesta erat, vt, cum S. adolescens in domum eius ingressus est, dicat sacer textus. Misit se Raguel & cum lachrymis osculatus est eum; mulier autem ipsius Raguel, & virgo Sara, filia eius quauis lachrymate sunt, quando cognouerunt Thobiam esse suum consanguineum, illum tamen non osculante nec amplexate sunt, sicut Raguel, non enim mulieris honeste est, quem pia, licet propinquus sit consanguinitate, vel affinitate, amplecti. Scribunt aliqui historiographi mulieres Theutoniarum, cum captiuę essent a Duce Mario ipsum deprecatas fuisse, vt in virgines Vestales ad seruiendum eis ipsas mitteret, & quod castitatem, sicut easdem virgines Vestales obseruarent: cum autem Dux id eis non concederet, laqueo se nocte sequenti suspenderunt, & forsitan hoc ideo fecerunt, quia timebant se a militibus Ducis esse violandas, & turpiter ac carnaliter cognoscendas, ipsę autem potius sibi mortem inferre voluerunt, quam illam turpitudinem perpetrare. De illo insigni pictore Apelle refertur pinxisse venerem stantem super testudine, & hanc effigiem Eliensibus dedisse. In quo prudens pictor significauit mulieres debere esse tanquam testudinem, que semper in concha sua recepta & recollecta est, si vero ab ea exit non totam se ipsam foras mittit, quin imo sentiens aliquid rursus in concham suam se diligenter recipit, & includit.

**Multa quę habentur. e. m. titulo, matrimonio, deseruiunt huic materie.**

# M V N D I C O N - T E M P T V S.



Um Ionas sub umbra hederæ , quæ celerrime creuerat requiesceret , esset que gaudio perfusus venit vermis, & percussit hederã , & statim exaruit: quam ob causam fuit Ionas tot curis confectus, tot doloribus implicatus, vt exitu vite optaret. Quæ est hedera hæc viriditate florens cito pullulascens, & statim euanesens nisi vitæ iocunditas, & cætera illa, quæ magnopere desideramus, in quibus voluptatem constituimus, quæ adepta statim amittuntur? Venit vermis mortis, aut maroris, & omnia consumit. Quot homines videmus , qui diuitias, honores, dignitates spectantes , ad quas auiditate inflammati rapiebantur, eas fuerunt consecuti, sed in medio suæ lætitiæ omnia illa momento temporis euauerunt: & ipsi ad summam mundi gloriam florescentes ilico calamitatibus pressi, & in dedecore versati, aut statim consumpti sunt, aut vitam sibi acerbam esse putarunt? O falsam mortalium spem! ò variam, volucremque mundi commutationem! ò cæcam nostram cupiditatem! ò præposteram gratulationem, quam cito vitam nostram, mundi opes & honores ex fallaci voluptate ad verum luctum recidere intuemur, omnia hæc instar imaginis consistunt, & pereunt. Ideo in libro sapientiæ sunt hæc verba

sapient. 1.

2

3

1. Ioan. 2.

sapient. 2.  
Simile.

Eccles. 34.

cururos: promittit nobis turres gloriæ, & dignitatum, sed omnia hæc sunt arces in aere fabricatæ, & castella ex vento composita in vanitate fundata, quæ celerrime dissipantur, ea plerofq; mortales falsis promissionibus oblectarunt, sed spem suarum cogitationum sæpe numero fefellerunt. Vnde Ecclesiasticus inquit. Hæc secundum hoc visio somniorum, ac si diceret. Diuitiæ quæque appellantur diuitiæ, quæ re vera non sunt diuitiæ, sed diuitiarum imagines, & alia huiusmodi, quæ non sunt res solidæ, & perpetuæ, vt mundus existimat, sed earum rerû vmbre & figuræ, & simulachra, omnia deniq;, quæ non sunt hoc, sed eo quod videtur hoc, sunt absq; dubio res quædam visæ in fomnis, fallaces, & inanes.

## Mundi contemptus.

Iob. 3.

Vanas huius seculi res appellat Sanctus Iob tumultum dicens. Ibi, (scilicet in morte,) impij cessarunt à tumultu. Hoc nomine eas appellat, quia impij in sano, & perturbationis pleno studio illas persequuntur: sursum ac deorsum iactantur, & raptantur, nec vnquã animo, aut quieto, aut placido esse valent. Nam quoniam omnia, quæ præter Deum sunt, animum hominum satiare, & explere nõ possunt, fit necessario, vt impij semper tumultuentur, & vitam agent inquietam. Vnde Beatus Augustinus initio confessionum inquit. Quia fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Hinc Isaias Propheta. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Quasi dicat. Agitatione vndarum nihil nisi spumam, & lutum efficit mare. Quia similitudine significare voluit S. Vates, malos semper perstreperere, & nunquam quiete viuere, suarum rerum semper satagere, esseque occupatos, nunquam tamen assequi, vt bene, beateque viuant, tametsi per omnia ruant, & volitent. Hanc ergo animi, & actionum perturbationem, & insanos motus Sanctus Iob tumultum appellat.

B. Aug. lib. 1. confe.

Isai. 57.

Iob. 11.

¶ In eodẽ etiam libro Sophar Naamathites dixit. Ipse enim, scilicet Deus, nouit hominũ vanitatem, & videns iniquitatẽ, non ne considerat? Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquã pal- lum onagri se liberum natum putat. Duo proponit his verbis hic vir prudens cũ humana natura coniunctissima, quorũ alter

rum

7 rum ex altero nascitur tanquam à fonte fluius, vanitatem videlicet, & iniquitatem. Vanitas in literis sacris appellatur quid quid non est Deus, vt Ecclesiastes per totum librum copiosissime diffinit: nec enim inueniri potest salus, aut bonum vllum extra Deum; cetera sunt afflictio spiritus, & irritatio potius, & titillatio ad consolationem quam consolatio, salutis atq; boni totius incitabulum potius, quam vera salus, & bonum. Bene ergo ait Sophar. Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nonne considerat? Primo vanitate vndique infestamur, si appellatione vanitatis intelligas quidquid est extra Deum. De qua re Ecclesiastes inquit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Nec enim possunt non esse vanissima, quæ celeri cursu transeunt, ac tanta festinatione ad sempiternum interitum labuntur. Nec possunt non esse vanissima, quæ cum animos nostros implere frequenter polliceantur vacuos semper, interdum etiam mæstitia, atque acerbitate plenos relinquunt. Vt ergo res omnes fluxæ, atque periturae, vanæ sunt, futiles, atque mendaces; ita & ea studia, quæ circa amorem istarum rerum versantur, sunt inanitatis plena, & istarum rerum amore, atq; studio detenti vanissimi etiam iure appellantur. Hoc autem vanitatis genus gignit ex se frequenter genus omne impietatis, siue iniquitatis: nam dum istarum rerum amore, quasi visco quodam detinemur, & quasi vinculis quibusdam constringimur, fit, vt ab amore creatoris fide, & constantia circa diuina ad omne genus iniquitatis, & ad infidelitatem etiam interdum prolabamur: quemadmodum & rerum vsus, & experimentum docent. Quemadmodum autem cum in hoc vanitatis genere peccamus, ex vanitate ipsa, & mendacio nascitur iniquitas: ita & cum altero illo morbo pestilenti laboramus, hoc est, curiosa, ac nimia inuestigatione rerum diuinarum. Qui vero scrutator maiestatis est (vt dixit Sapiens) necessitate quadam opprimitur à gloria, & maiestate numinis. Hoc est quod Paulus inquit. Sapientes huius sæculi putantes, se esse sapientes, stulti facti sunt; id est, cum diuina, & humana se probe tenere arbitrentur, & nec à cognitione & contemplatione illius supremæ naturæ, & diuinorum iudiciorum se temperarent, vanitate, stultitia, & mendacio pleni in summum impietatis genus se præcipites dederunt, commutari

Eccle. i. c.

Eccle. i. c.

Prouc. 25.  
Ad Rom. 1,

tes veritatem Dei in mendacium, atque eos honores, qui diuinitatis erant proprii, ad creaturas rationis impotes transferentes. Cum igitur mentis diuinæ aciem vanitates hominum, & mendacia ( vnde iniquitas omnis initium ducit ) minime fugiant: non ne summus ille iudex, & æquissimus considerabit? Ac si latine dixeris. Nonne animadvertet? Nonne castigabit, & corripiet vanitates hominum, & impietates? An nostris vanitatibus oblectabitur ille, quemadmodum solent mortales iudices? An ad impietates nostras conuiuebit? Hispane. Porventura hazerse ha Dios del dormido? An sub mandragora stertet sicut ille Iupiter Lucianus? Non ita res habere potest, inquit Sophar: nullum ille scelus impunitum relinquet, nullam impietatem sine pœna abire patietur. Sed grauius est, & atrocius, quod sequitur. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Ita res habet quemadmodum inquit Sophar: nã vanitas iniquitatem parit, dum autem iniquitatibus, & sceleribus immergimur, hoc impietatis perpetuum studium superbiam, & mentis tumorem ex se gignit: ipsa enim consuetudine peccandi animus humanus turgescit, atque tamen, vt quasi liber omnino esset, vt pullus onagri nunquam diuinarum legum oneri supponat humeros. Frequenter ille liber Iob à rerum naturalium proprietatibus, & facultatibus sumit argumentum, & res spirituales atque diuinas explicat ab eis rebus petendo similitudines, quæ corporeis oculis sunt subiectæ. Nihil vel accomodatius, vel appositius ad explicandum hoc tumoris atque superbix genus pestilentissimum, summamque peccandi licentiã adduci potuit, quã id quod de onagro Sophar adducit. Est onager, siue asinus siluester ( Hispane Zebra ) velox, vt procella, robustis vnguibus armatus corpore satis amplo nitescit, immanem gerit animum, libidinis studio semper ardet, mansuescit rarissime, in pastum siue in pabulum semper incumbit, multaque alia dici possunt de onagri natura, & ingenio, quæ sunt à viris sapientibus obseruata. Confer obsecro onagram cum domestico asino perspicies in simili naturadissimillimum ingenium.) Nam primo asinus à natura genitus est, vt exportandis oneribus inferuiret, onager vero summa libertate gaudet, atque onus subire detrectat. Asinus ad hominum vsus, & vt illis obtemperaret,

Lucianus in  
Timone.

simile.

13 raret, & obediret genitus: onager genus omne obedientiæ exitialiter odit. Asinus, si illius naturam consideras, nec superbium animal est, nec arrogans, nec ferum: onager vero summa est immanitate præditus, libidine miro inodo, ut diximus, incitatur, & passionis studio delectatur vehementer; sed & illud in hoc negotio præcipuum habendum est, quod cum summa arrogantia, & immanitate anima summa stoliditas coniuncta est. Vides expressam imaginem eius hominis, cuius animus turgescit, & tumet post frequentia impietatis studia. Summa est, primo celeritate præditus ad peccandum, necessarijs instrumentis egregie armatus ad sectandas impietates, onus diuinæ legis tergo semper excucit, quasi gravissimum sit, & intolerabile implere diuina mandata; nihil minus curat, quam

14 aliorum commodis, & vobis in seruire. Qui istius modi sunt ferè nunquam mansuescunt, nec eam animi mansuetudinem, & facilitatem assequuntur, quam Christiani mores postulant; feroci semper sunt animo, & atroci; earum rerum semper studio tenentur, quæ ad venterem, & ad ea quæ sub ventre sunt, spectant. Veneris, atque Cereris sacerdotio summo veluti funguntur. Nihil denique est in hoc genere hominum, quod hac similitudine non eleganter explicetur: sed & summa stoliditas cum huius animantis natura coniuncta est, id quod ad exprimendam imaginem huius hominis magnam etiam videtur habere pondus. Ut enim siluester asinus stultum animal est, ac rude: ita & hoc genus hominum summa laborat ignorantia, & vacuitate rerum diuinarum, quod quamuis proprium sit hominis Deum per fidem non

15 agnoscentis, peculiari tamen ratione his conuenit, qui vanitate tumentes in superbiam eriguntur, seque immunes arbitrantur, atque expertes ab omni legum molestia. Duplex est onagri finis, quorum alter est pretiosior altero, primo, ut se, vitam, atque corpus tueatur, & ad hæc efficienda necessaria quæque magna sedulitate, ac diligentia perquirat; alter finis est ut hominibus obsequatur. Ad priorem illum consequendum non eget asinus fuste, non fræno, aut chamo, sed ad præstantiorem illum finem eget externis præsidijs atque adiumentis, hoc est hominum industria. Sic & mortalis homo ad eos fines consequendos, quos cum ceteris animantibus habet communes, & ad ea percipienda animo, quæ lumine rationis percipi possunt, sufficit ipse per se

sibi sed ad præstantiorem illū finem, qui circa diuina totus ver-  
satur eget præsidio numinis, gratia, & fauore diuino. Ex his om-  
nibus colligere potestis fratres mei in quot, ac quanta scelera in-  
cidunt homines, qui caduca, ac vana huius mundi sectantur. Id-  
circo omni efficacia laborate illa contemnere, & solum Deum  
verum inquirere, quem summis precibus exorare debetis, vt  
vobis fauorem suum ad id vere præstandum elargiatur.

## Mundi contemptus.

2. Ad Cor. 5.

**B**eatus Paulus ad Corinthios scribens docet nos mundi cō-  
temptum hac ratione. Quoniam, dum sumus in hoc corpo-  
re peregrinamur à Domino. Si ergo peregrinamur, & in illam  
perginus ciuitatem, in qua Dominus est, optime regius, vates  
dicit. In coelia ego sum in terra. Vbi alij transtulerūt ex Hebræo. 17  
Peregrinus ego sum in terra. Peregrinus autem (vt Beatus Ber-  
nardus in quodam sermone ait) via regia incedit, non declinat  
ad dexteram, nec ad sinistram, si forte iurgantes viderit non  
attendit, si nubentes, aut choros ducentes, aut quodlibet aliud  
facientes, nihilominus transit quia peregrinus est, & non perti-  
net ad illum, de talibus, ad patriam suspirat, ad patriam tendit,  
vestitum & victum habens non vult alijs onerari, ea, quæ in  
patria sunt, sperans ad ea toto animo tendit. Vnde Beatus  
Petrus prima epistola inquit. Obsecro vos fratres tanquam ad-  
uenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs; quæ  
militant aduersus animam, ad altiora pergitis: nam quæ in pe-  
regrinatione contingunt, aliena sunt, quæ in patria: ideo in sa-  
cra scriptura peccatores, qui huiusmodi bona querunt, prædo- 18  
nes, & fauces vocantur, de illis enim dicit Iob. Abundant taber-  
nacula prædonum. Et in Psalmo vbi nos legimus: Propter ver-  
ba labiorum tuorum ego custodiui vias duras; alia litera ha-  
bet, vias latronis, id est peccatoris. Fuit enim Christus Do-  
minus in cuius nomine hæc dicta sunt cum peccatoribus de-  
puratus, & tanquam peccator punitus propter æterni patris  
obedientiam. Ecce vbi peccatores vocantur latrones: subri-  
piunt enim huiusmodi bona, quæ aliena sunt ab eis, non pro-  
pria. Bona propria, ad quæ homo creatus est, illa æterna sunt.  
Quæ beatitudo vocatur hereditas iustorum, & merces eorum  
multoties in sacra scriptura, Iob quæ etiā causam peccatores vo-  
cantur

Psalma. 118.

B. Bern. ser-  
mo. 7. de qua  
dragesima.

1. Petr. 2.

Iob. 12.  
Psalma. 16.

19 cantur adulteri. Et iudicio adukerantium contendam tecum, dicitur in Isaia; quoniam iam alienis, ac extraneis fruuntur voluptatibus cum à pecudibus furentur eas, vnde in Proverbijs dicitur. Aquæ furtivæ dulciores sunt. Furantur enim peccatores has voluptates à bestijs. ¶ Cū enim iusti certissimè perfidem sciant paratam sibi civitatem cælestem, si usq; in finem in sua iustitia perstiterint, iam veluti, ad aliam regionem asciti tanquā hospites se in hac vita gerunt. Cum Rex aliquem episcopum extraneæ regionis nominavit, videlicet Indiae, & iam omnem suppellectilem suam illuc transtulit, domū propriā dimisit, vel locavit, vel vendidit; in aliena domo moratur tanquam hospes in omnibus se gerens, intelligens iam sibi alibi assignandam esse perpetuam habitationem. Iusti per fidem ad aliud perenne habitaculum destinatos sciunt se esse à Deo, iamque se expediunt illuc cōmeatum omnē, illuc suppellectilē suam transmittunt, vel omnia dimittendo sicut religiosi, vel pauperibus erogando, vel saltim sine affectu ea possidendo parati dimittere ubicunq; legis divinæ ratio postulaverit, cum Sancto David *Psalm. 119.* suspirantes. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est. Vnde B. Gregorius in *Moralibus* ait. Dū eadem res anima nostra modo appetit, modo fastidit, docet quod aliunde pendet: quia enim ad appetendū Deū formata est, iure ei nō sufficit, quod in se Deū est; divertitur autem nunc per multa, ut, quia qualitate rei satiari non potest, saltē varietate satietur. Et B. Augustinus super *psalmos* inquit. Amant homines diversas res, & quando quisq; quod amat habere videtur, felix vocatur: vere autē felix *B. Greg. libr. 26. Mora. c. 26.* est, nō si id habet, quod amat, sed si id amet quod amandum est. Multi enim miseri sunt magis habēdo, quod amāt, quam carento; amando enim res noxias miseri, habendo miseres sunt. Et propitius Deus, cum male amamus, negat quod amamus: iratus autem dat amanti, quod male amat. Hæc ille. *B. Aug. lib. 4. confel. Isaia. 46.*

¶ Ideo idem Doctor in libro confessionū nos admonet verbis Isaie dicentis. Redite prequatitores ad cor, & inherete illi; qui fecit vos stare cum eo & stabitis: quiescite in eo, & quieti eritis. Quo itis in aspera? Quo itis? Bonum quod amatis ab illo est, sed amarum erit iuste, quia iniuste amatur. Quō vobis adhuc & adhuc ambulare vias difficiles & laboriosas? Nō est requies, ubi queritis: amique quere quod queritis sed non ubi queritis.

Isai. 38.

Prove. 9. c.

simile.

Psalm. 119.

B. Greg. libr. 26. Mora. c. 26.

B. Aug. sup. Psalm. 26.

B. Aug. lib. 4. confel. Isaia. 46.

Psal. 12.

ritis. Vitam beatam quæritis in regione mortis, non illic est. <sup>22</sup>  
 Et mox. Exultauit Christus, vt gigas ad currendam viam. Non  
 enim tardauit, sed cucurrit clamans dictis, factis, morte, vita,  
 descensu, ascensu clamans, vt redeamus ad eum: & discessit ab  
 oculis vt redeamus ad cor, & inueniamus eum. Mira profecto  
 verba, & quæ sicut carbones accensi corda ea meditantia in-  
 flammabunt.

## Mundi contemptus.

Exod. 33.

B. Au. super.  
Psal. 36.

**V**Nius Dei possessio magis hominē beare quam totius mun-  
 diopes ac regna possunt: hæc enim singularia & priuata  
 bona sunt, Deus autē vniuersale bonū est, vnde ipse Dominus  
 Moyse ait. Ego ostendam tibi omne bonum. Hoc ipsum autē  
 Beatus Augustinus explicat his memorabilibus verbis. Au- <sup>23</sup>  
 rum, quod tibi est, non potest tibi esse argentum; vinum, quod  
 tibi est, non potest tibi esse panis: Deus autem tuus, totum ti-  
 bi est, manducabis eum, ne esurias, bibes eum ne sitias, totum  
 habebis, totum habebit, quia tu, & ille vnum eritis. Hactenus  
 ille. Vides igitur in Deo omnia esse, & ab eo omnia recipi. Hoc  
 autem intus in anima sua. Seraphicus, & Beatus Pater noster  
 Franciscus experiebatur, quē fert Diuus Bonauentura diutis-  
 sime & multoties hanc vocē in oratione repetisse: Deus meus,  
 & omnia, Deus meus, & omnia. Si quæras autem, quare hoc fie-  
 ri possit, ratio est, quia mirabili, & inenarrabili quodammodo  
 Deus electorum suorum corda longe maiori lætitia, & iocun-  
 ditate reficit, & recreat, quam si rerum omnium huius mun-  
 di compotes essent; & quo pacto id fieri possit, improbi <sup>24</sup>  
 nec suspicari quidem possunt, quod tamen pij quotidie ex-  
 periuntur. Non enim mentitus est ille, qui in prouerbis sa-  
 pientie donum commendans ait. Pretiosior est cunctis opi-  
 bus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent compara-  
 ri. Huius autem rei clarissimam imaginem virga illa nobis ex-  
 hibet, qua Moyses percussa petra largum fontem eduxit: consi-  
 derandum est enim quibus verbis Deus admonet Moysen in  
 libro Numerorum vt è filice aquas eliciat. Tolle, inquit, manu  
 virgam, qua fluuium percussisti, & ego consistam ante te supra  
 petram, quæ est in Oreb, percutiesque petram, & exibit ab ea  
 aqua, vt bibat populus. Quorsum tandem spectat illa admoni-  
 tio,

Pro. 3. c.

## Mundi contemptus.

333

25 rio, qua redigit in memoriam Sancto Moyſi vnum illud ex tā multis ſignum cum reliqua multo maiora prætermittat? Tolle, inquit, virgam, qua fluuium percuffiſti, vt doceat eiufdem prouidentiaẽ eſſe impios prope magnam aquarum copiam conſtitutos ardentiffima ſiti cruciari, & piorum hominum ſitim in arida regione, ſummisq̃ue ardoribus exuſta reſtinguere. Cum enim Moyſes Dei iuſſu Nilum percuffit, aquaẽ in ſanguinem verſaẽ ſunt, cumq̃; rurfus eadem virga ſilicem percuffit, ingens vis aquarum repente manauit. Vt appareat improbos homines, etiam cum videntur omnibus rebus abundare, ſumma inopia, reſumq̃; omnium indigentia, & multis curis, atq̃ue angoribus conſici (vt illi Aegyptij fluuium magnũ habebant, ſed verſum in ſanguinem) contra vero pios in rerum etiam humanarum anguſtijs omnibus bonis affluere, ſicut Hebræi de petra ſicca habuerunt abundantem, & ſapidam aquam: pios enim Dominus locupletat non cumulatione diuitiarum, ſed ſubtractione cupiditatum, quæ ex ſpiritualium deliciarum dulcedine manant. Huc ergo ſpectat, quod Salomon in prouerbijſ ait. Eſt  
26 quaſi diues, cum nihil habeat, & eſt quaſi pauper cum in multis diuitijs ſit. Sic & Beatus Paulus ad Corinthios ſcribens inquit. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Virga igitur illa hoc eſt diuina prouidentia, ex diuitibus pauperes, & ex pauperibus diuites facit. Hinc Beatus Auguſtinus merito inquit. In hac vita homines magnis laboribus requiem quærent, & ſecuritatem; ſed prauis cupiditatibus ſeducti non inueniunt, volunt enim requieſcere in rebus inquietis. Nam ſi in diuitijs  
27 velit homo requieſcere, magis ſuperbus efficitur quam ſecurus, & quietus. Non ergo o miſer homo hæc caduca tam anxie quæras, ſed ea toto cordis affectu contemne, Deum totis viribus in omnibus quærens. Nam (vt inquit idem B. Auguſtinus) ſicut tota vita corporis anima eſt; ſic vita anime Deus eſt.

Prou. 13.

2. Ad Co. 6. c.

B. Aug. lib. de catechizã dis. rudibus.

B. Aug. lib. de libero arbitrio.

## Mundi contemptus.

**C**onijciẽs regius Propheta Dauid oculos in nouiſſima peccatorum, poſtquam prosperitates eorum extulerat, ait veruntamẽ propter dolos poſuiſti eis, deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium, Domi  
ne

Pſalm. 72.

ne in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quæ 28  
omnia Beatus Hieronymus sic ex Hebræo vertit. Veruntamē  
in lubrico posuisti eos, deiecisti eos ad interitum: quomodo va  
stati sunt quasi non sint, quasi somnium euigilantis; Domine  
in ciuitate tua imagines eorum ad nihilum rediges. Imagi  
nem appellat dignitatem, memoriam, & nominis clarita  
tem, quibus rebus isti inflabantur, cum tamen hæ res nihil ef  
sent nisi vmbra quædam, & imago vana. Sic enim alibi dixit  
psalm. 38  
1. Ad Cor. 7.  
Lucæ. 4.  
Sapient. 17  
B. Aug. Sup.  
Psal. Simile.  
Hierem. 51.  
idem Sanctus Rex. Veruntamen in imagine pertransit homo,  
id est, velut vmbra quædam & inanis imago vita hominis tran  
sit. Et Beatus Paulus ad Corinthios scribens inquit. Præter  
rit figura huius mundi. Vanitas etiam harum prosperitatum  
temporalium apparet ex hoc, quod dicitur Diabolum in mo  
mento ostendisse Christo Domino omnia regna mundi. Tam 29  
breue enim est omne, quod in hoc mundo continetur, vt in  
momento ostendi possit, & ideo dicitur. Tanquam momen  
tum stateræ sic ante te orbis terrarum. Infelices ergo sunt, qui  
propter hæc, quæ in mundo sunt, Deum summum bonū amit  
tunt. Vnde Beatus Augustinus super psalmum admirans in  
quit. Ecce turbatus mundus, & amatur, Quid si tranquillus  
esset? Formoso quomodo hæreret, qui sic amplecteris fædū? Flo  
res eius quomodo colligeret, qui à spinis non reuocaret manum?  
Recte ergo admonemur à Sancto Propheta Hieremia cum in  
quit. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisq; animā  
suam. Vt aliquid videamus oportet esse aliquod interuallum in  
ter oculos, & obiectum. Sic, vt intueamur mundum, & vilita  
tem eius cognoscamus, necesse est, esse aliquam distantiam in 30  
ter nos, & illum. Cū autem homines nefarij sint mundus ipse,  
quomodo fieri potest, vt mundum despiciant cum inter eos,  
& mundum nullum sit interuallum? Eam ob causam mun  
dum non contemnunt quia perspicue eum intueri non valent.  
Quidam homo quæsiuit ab alio, quare mundus melior vide  
retur, quam re vera est? Et respondit alius dicens. Quia res  
mundi per conspicienda cōtemplamur, & aspiciamus: nam si eas  
pure & a motis obstaculis aspiceremus, certe nobis, quales ip  
sæ sunt, apparerent. Quare dignitas & publicus magistratus ti  
bi bonus ac maxime cōducibilis videtur? Quia illū per conspi  
cilia affectionis, & ambitionis contēplararis; si enim absq; affe  
ctione

31 Et tunc illud aspiceres, laqueum quendam esse tue perditionis apertissimum videres. Quare aurum, & argentum tam bonum, ac pulchrum tibi videtur? Quia illud conspiciis auaritie, & cupiditatis intueris; aliter namque; lutum tibi videretur. Ultio etiam tibi pulchra apparet, eo quod ipsam irae conspiciis aspicias; & sic de singulis. O homo perditae, & sceleratae aufer conspicias, & clarissime cernes qualiter omnia huius mundi, quae tu avidissime inquiris, magis sunt contemnenda, quam desideranda. Animaduertens hoc quidam prudens vir dixit que hazia Dios gran beneficio en descafar a muchos que pensauan que estauan bien casados, y no lo estauan. O quam bene & prudenter hic vir locutus est, si dictum eius recte intelligamus. Quam bien casado piensa estar vn auariento con sus riquezas; Deus autem, dum illis diuitijs eum priuat,

32 magnam in eum confert beneficium, ne videlicet fiduciam suam in illis collocet. Quam bien casado piensa estar vno con el fauor de vn Principe o de vn gran señor por que piensa de subir y medrar por alli y hazele Dios gran beneficio en descafarlo sacando del mundo aquel Principe en quien confiaua, para que ponga su confianza en su padre celestial. Plurimos etiam homines Deus vxoribus priuat, & plurimas mulieres viris; plurimos filios parentibus orbat, & plurimos parentes filijs, ut sic ab eis illam affectionem, qua forsitan plurima peccata committebant, euellat: atque; ita prudens ille vir prudenter dixit, que tenia Dios por officio muy ordinario descafar casados, y que en ello les hazia gran beneficio y aun a otros los descafa, no porque hasta alli auia viuido mal, no porque vio que si perseueraran assi vinieran a peccar, y a perderse. Quando tu

33 habes auem aliquam magne aestimationis, ne ipsa in remota loca aduolet, alas eius seindis. Sic Deus alas, videlicet diuitias, salutem filios, amicos, ac fauores, seruis suis abscindit, ne aduolent, & a conspectu eius discedant. Itaque; vult Deus, ut Christianus homo sic corde generoso, & ne ad vilia, ac parua huius mundi se abijciat. Aquila regia de paruis lacertis non curat, nec fortis leo falcatos ungues minimis cuniculis applicat: nec generosus Delphin paruas sardinias sectatur. S. Moyses filius erat pauperulae mulieris, sed nihilominus Pharaonis domus, nec magnitudo regni eius ipsi complacuit, imo (ut B. Apostolus ad Hebraeos scribens testatur) gradis factus negauit, se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere

Hebr. 11. c.

re iocunditatem, maiores diuitias estimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Pastor etiam David omnia huius mundi contenebat, ac tandem dixit. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Aegyptij hominem in dignitate positum vilibus rebus succumbentem, significabant per Elephantem habentem mu-  
 rem in proboscide ac si illum cepisset, hoc est, con vn raton en la trompa como preciandose de auerlo caçado innuetes hac pittura quod sicut indignum erat tanto animali se ad rem tam vilem qualis est musculus abijcere: sic multo magis indecens est generoso animo, rebus paruis, ac vilibus succumbere.

### Mundi contemptus.

simile.

**F**astidium, quod in nobis generant ea, quæ postquam plurimum desiderauimus, tandem obtinuimus, nos etiam inuitat ad contemnenda illa, & ad quærendum id, quod nunquam fastidiet. Si quis in Romam iter facit, & per Siracusas, aut Bar-  
 chinoniam transiturus est, antequam perueniat ad vnã quamque harum urbium, attente conspicit, & (vt aiunt) longis oculis contemplatur, an turre murorum eius appareant maximo desiderio illam videndi inflamatus: at vbi primum ab illa exit, statim cupit eam visu deserere id est, de se ea perderla de vista & ab ipsa longe abesse, & quam, antea maxime videre cupiebat, nunc minime videre desiderat: causa huius rei est, quia interitio eius non erat illic sistere, sed vltius vsque ad Romam progredi. Deus est ciuitas, in quam tanquam in vltimum finem hominẽ dit: omnia huius vite, quamuis ipsa homo vehementer obtinere cupiat, postquam obtenta sunt, tamen fastidium generant, illa enim non sunt finis, ad quem homo creatus fuit, sed solus Deus est finis, & scopus eius. Idcirco dicebat. S. David. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quando Hebrei iter faciebant in terram promissionis, clamores edebant & vociferabantur dicentes terram illam solitudinis esse malam, nec habere ficus, aut mala granata, nec esse aptam ad seminandum, idcirco dicebant. Melius essemus in Aegypto. Ostulti stulti quare conquerimini de terra, per quam duntaxat estis transituri, siquidem in ea nunquam habitaturi estis, id est, por que os que xays de la tierra por dõ de vays de passo y dezis que no tiene essas recreaciones pues que no auceys de morar en ella? Si terra, ad quam pergitis, & quã  
 habi-

Num. 14.

37 habitare deberis sterilis esset, iure poteratis conqueri, quin etiam diuina prouidentia factum est, vt vobis terra illa, per quā dum taxat transituri eratis, non placeret, ne illa amore capti detinere mini, & ad promissam nequaquam pergeretis. Hoc idem possumus eis dicere, qui de laboribus ac necessitatibus, quas in hoc mundo perferunt conqueruntur: pro certo enim habere possunt id omne diuina prouidentia constitutum esse ne videlicet ipsi amorem suum in his caducis rebus collocarent, sed omnia desideria sua in cælestibus constituerent: nam si cum mundus adeo laboriosus sit, vix est qui illum non diligat, quid esset si cōtra eueniret. Amor mundi est yelut hedera, quæ nascitur, & cre- scit, & per arborem ab ipsamet arbore adiuta ascendit, postea vero illam arefacit & destruit. Sic mundi amore crescit, & ascen- dit per cōsensum animæ, postea aut ipsam arefacit & interficit.

Idcirco prudēs homo vbi primū fenserit amorē sæculi in corde suo nasci, ipsum euellere debet, & in Deo cōlocare. Qui viuunt in regionibus, & populis, vbi plurimi fiunt terræmotus, in ma- gno sunt vitæ suæ periculo, idcirco cum terra contremiscit opti- mum consilium est à domo exire, & in planissimo campo habi- tare. Mundus hic locus est plurimis terræmotibus, hoc est dissen- sionibus, & contentionibus plenus, sicut quotidie experientia videmus in tot litibus, & discordijs, quæ inter filios Adam oriū- tur, ideo optimum remedium est nos omnia relinquere, & par- ui facere, atque in planissimum campum vitæ sanctæ confugere sicut B. Apostolus nos hortatur dicens. Exeamus ad eum extra castra. Magnus error est, fiduciam nostram in rebus huius mun- di collocare, si quidem tam caducæ, & instabiles sunt, qui enim hodie diues est, crastina die ipsum pauperem videmus. Sicut horologium arenarium, quod ad vnā quamque horam volui- tur, & id quod vacuum est in vna hora impletur, rursus in alia quod plenum erat, euacuatur. Aues, quæ in planicie terræ nidi- ficant, sunt in magno periculo filios suos amittendi, solent enim illuc reptare colubri, lacerti, atque alia animantia, quæ earum oua deglutiunt. Sic euenire solet hominibus, qui voluptatem suam & affectionē in terra constituunt: facile namque omnia in quibus animam posuerant amittunt. Acontece a algunos muchachos q̄ oyendo el sonido de los cascaneles se van tras el melcochero engolosinados. cō el desseo de las melcochas, el qua-

simile.

ad Hebr. 13.

simile:

simile.

simile.

con sus naypes falsos los combida a jugar, y sin que gusten las melchochas les gana esse poco dinero, que lleuauan, y los haze boluer tristes. Assi acontece a muchos, que siguiendo el ruydo del mundo, y su prouocatiuo, y alegre bullicio gastan sus haciendas en presentes, y seruicios, y su tiempo en procurar honras y dignidades, y muchas vezes se quedan sin lo vno y sin lo otro: porque con juego falso de promessas engañosas, & esperanças falsas se burla el mundo dellos.

simile.

Mundus mendax est, sed mēdacia eius tēpus aperit, & ostendit. De manera que es el tiempo con el mundo como vn rapaz trauieso cō su amo, esta el amo hablando y el rapaz esta de tras burlando del, y diziendo que no es assi, que miente. Sic mūdus dicit bonum esse homines diuitias, honores, ac dignitates quæ rere vt in senectute cum otio & tranquillitate viuant: tempus vero ostendit mille casus & infortunia: quæ plurimi diuites, & honorati huius mundi passi sunt. Ex quo aperte conspicitur, quam mendax sit mundus, & quanta infania sit in honore, aut in diuitijs, aut in iuuentute confidere: siquidem qui hæc possident, solent à morte subito, & in sperate præcipitari, vel alijs infortunijs cadere, & sic aperte ostendit tempus quam insane homines in caducis & momentaneis rebus mundi fiduciam collocent quanque mendax sit mundus.

B. Bern. sermo. 1. de aduentu. D. B. simile.

B. Bernardus in quodam sermone inquit. Sicut mersi in aquis periclitantur: videbis eos tentantes tenere, nec vlla ratione deserrere quod primum occurrerit manibus, quidquid sit illud licet tale sit, quod omnino prodesse non possit, vt sunt radices herbarum, cæteraque similia: nam & si qui forte ad eos veniāt, vt subueniant, non nunquam solent apprehensos inuoluere secum adeo, vt iam nec sibi, nec alijs auxiliū ferre perualeāt. Sic pereūt in hoc mari magno, & spatiofo, sic pereūt miseri dū peritura seclatates amittunt solida, quibus apprehēsis, saluare possent animas suas. Ita, inquit, pereūt qui amissis veris, & salutaribus studijs caduca, & trāsitoria quærunť, à quibus nequeunt diuelli. Philonius de sciētia bene moriēdi inquit. Pix est mundus, qui quolibet leui tactu tagētes inquinat. Viscus est mūdus q suos in modū aucupis peccati, & mortis eterne tegnis inuouit. Laqueus est mūdus qui voluptatibus, & opibus velut escis obiectis allicit atq; capit incantos, & secū trahit in nassā interitus. Vnde mihi

Philonius de sciētia bene moriēdi. simile.

43 vix possibile videretur, vt qui in mundi legibus viuit, purus ab inquinamentis mundi, & immaculatus hinc emigret, & euadat.

Quemadmodum mare ostræ, & conchilia, & torpedines, & alios projicit in litus extra aquam, sed non multo post iterum hæc omnia sorbet, & projicit in profundum: sic mundus modo nos expellit, modo recipit, & quando in litore tranquillo arbitramur esse, tunc nos deceptos aspicimus. & rerum discrimi-

et alia  
et alia  
et alia

simile

bus, magnisque calamitatum angustijs agitato.  
Si hirundines (vt ait Solinus) in domo minante ruinam non ædificant, imo fugiunt à male materiatis ædificijs: quanto magis homines debent à mundo recedere, quem sciunt esse caducum, & ruinosum, & sibi ipsis pericula molientem.

44 Mundus est veluti calculorum ludus, vbi sunt varia latruncu-  
culorum genera, & quemadmodum hoc in ludo euenit sæpe, vt ipsi ludentes veluti oculis capti ob nimiam confusionem non videant, quomodo latrunculos mouere debeant, vt pro eis stet ludus, cum illi, qui extra ludum sedent, ipsum foris considerantes id recte perspiciant. Sic qui inextricabilibus mundi negotijs implicantur, & sceleribus imbuuntur cæcutiunt mentis acie tenebris cooperta, cum illi, qui à mundo animum separarunt, seque in solitariam quietem receperunt, mundi dolos, labores, calamitates, varietates, & confusiones acute intueantur.

simile

B. Chrysostr. in quadam homilia ait. Anima quando diuino amore & desiderio vere corripitur, ad nihil huius vitæ se cõuertit, sed sicut mente moti contempnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelaga, & omnia: ita pii furore quodam maxime spiritua-

B. Chrysostr. hom. de profectu euangelij. simile.

45 li, ac honestissimè insaniunt deridentes omnia, quæ vident.

Mundi Contemptus.

Beatus Chrysostr. in sermone super illa verba apostoli, oportet hereses esse, inquit, Nemo quicquã suũ esse dicebat scilicet in primitiua ecclesia: & quasi hi, qui ad magnos quosdã principatus accersiti regias inhabitaturi ciuitates omnẽ substantiam suam in pecuniam cõmutant: ita & plane tunc faciebant homines illi ad cælum vocati, ad supernam metropolim, & ad regnum, quod illic est. Nam persuasum habentes illic esse patriam omni substantia suã in pecuniam cõmutata, pecuniam per apostolorum manus illo præmiserunt.

B. Chrysostr. in quodam sermone.

simile.

et alia  
et alia  
et alia

## 340 Mundi contemptus.

Nylus. in  
lib. Ascetico  
simile.

Nylus in libro Ascetico ait. A pueris discamus ad præstantio<sup>46</sup>  
ra contendere: nucibus exempli gratia, & talis, & pila ludunt, his  
illi se ludis oblectant, & sibi honori ducunt hæc comparare, quæ  
ad prudentiam sunt imperfecta. At cum aliquis eorum in virum  
euaserit, ea abijcit, & ad gerendam Rempublicam omne studiū  
confert. Nos autem in infantia persistentes ludicra, & risu digna  
suspiciamus, neglectisque melioribus prudentiam viris cōuenien-  
tem sumere recusamus, & terrenis in rebus studium, ac delecta-  
tionem nostram collocamus, risum mouemus his, qui natura  
duce recte iudicant. Quemadmodum enim turpe est virum æta-  
te prouectum in cinere, aut puluere confidentem puerilia de-  
scribere: ita turpe, imo longe turpius est, eos, qui de rebus alte-  
rius sæculi perfruendis deberent esse solliciti, in rerū terrenarum  
puluere volutari, & studiorum pulchritudine professionis suæ<sup>47</sup>  
fædere perfectionem. Idem ibidem inquit. Sicut illi, qui in ma-  
ri nauigant, sæuiente tempestate merces negligūt, & proprijs  
manibus onerā in mare proijciunt, & fortunis vitam antepo-  
nunt, ac, ne naus pondere oppressa demergatur, eam subleuāt,  
& pretiosissima quæque vel in profundum iaciunt. Cur nos  
etiam propter vitam præstantiorem ea non despiciamus, quæ  
animum in profundum demergunt? Cur idem non potest Dei  
timor, quod potest timor mortis? Illi caducæ vitæ cupiditate alia  
rum rerum iacturam leuem putant, nos, qui ad vitam æternam  
aspiramus, propter illam nihil quamuis abiectum contēni-  
mus, sed malamus simul cum onere perire, quam illo proiecto  
seruari. Agite exuamus omnia: nudus enim consistit ad-  
uersarius. Nunquid induti luctantur pugiles? Nudum vero<sup>48</sup>  
& vnctum quempiam oportet certare, nuditas enim facit, vt  
ab aduersario luctator apprehendi non possit, vnctio autem  
vt si quando fuerit apprehensus elabatur. Propterea luctato-  
res puluerem aduersarijs conantur aspergere, vt olei leni-  
tatē pulueris iniectioe exasperent, atque ita facilius eos ap-  
prehendere valeant. Iam quod illic est puluis, id in nostro  
certamine est in terrenis rebus occupatis, & quod illic est  
oleum, hic est quietis studium ab omni sollicitudine va-

simile.

B. Euch. in  
epistola ad  
Valerianum  
simile.

B. Eucherus in quadam epistola ait. Non vides, vt etiam  
in hac vita quisque prouidus locum, aut agrum in quo diutius  
se com-

se com-

49 se commoraturum putat, copiosis in vsum faciat impedijs, & vbi paruo quis erit tempore, parua prouidet, & vbi maiore, maiora procurat? Nobis quoq;, quia in praesentiarum breuissimū coarctantibus angustijs tempus est, & futura saecula erunt competētib; copijs vitam exaugeamus aeternam, competentibus instrua mus exiguam, ne prouisione peruersa impendamus breui tempori curam maximam, & maximo tempori curam breuem.

Mundi contemptus

50 **O**Mnes res mundi (vt inquit Plato) sunt veluti quaedam bonorum verorum imagines: nos vero tanquam bruta animantia nescimus inter vera bona, & inter apparentia, quae non sunt vera differentiam constituere. Atque ita nobis contingit id, *simila.* quod catulis seu hoedis paruulis evenire solet, quibus si ad os digitum admoveas, ipsi statim illum fugere incipiunt cogitantes esse vbera matris, aliquantulum enim illis similis est, & quamuis plurimum fugant, nihil ab eo, quod gustum eis praebeat educere possunt. Quae igitur maior miseria esse potest, quam hominē brutis animantibus similē existere, y no tener mas discrecion, q̄ las bestias, que no saben hazer diferencia de la apparencia de las cosas, y la existencia dellas? Y que mayor miseria que tomar el hombre plazer con las figuras de los bienes como si fuessen verdaderos? Dic mihi o miser homo, qui per omnes creaturas voluptates quaeris, quam satietatē, quam pacē, & quod lac in his omnibus vberibus, quae fugis inuenisti? Quantas vezes donde buscauas leche hallaste azibar, y donde miel, hallaste hiel? Quoties in diuitijs, in dignitatibus, in matrimonio, vbi otium inuenire cogitabas, tormentum, & occasionem laborum, & curarum inuenisti? Hoc lac in omnibus mūdi vberibus reperitur. Sic à Deo Propheta Oseas *Oseas. 2.* postulat dicens. Da eis vbera arentia: Relinquamus ergo fratres, haec vbera, & fruamur sponsi vberibus, de quibus sponsa in *Cantic. 1.* Canticis ait. Meliora sunt vbera tua vino.

Mundi contemptus.

**D**iuitibus huius saeculi praecipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitarum suarum, sed in Deo viuo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum: Bene agere; hoc est, docere bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cō-

2. ad Timo. 6

simile:

est. h. 2.

simile.

B. Chryso-  
stom. homi. 8. sup.  
Ioan.

munitate, thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurū, ut ap-  
 prehendant bonam vitā, inquit B. Paul. ad Timoth. eius discipu-  
 lum scribens. O cælestem doctrinā! Dñs eam in cordibus predica-  
 torum imprimat, ut ipsam populū, & præcipue diuites huius sæ-  
 culi doceant, ne spem suam in diuitijs collocent. Si estu uies sedes  
 en vna tierra dōde tu uiesse en por moneda las guijas, y pedrezuelas  
 y alli no se tu uiesse en nada el oro, y las piedras preciosas, y ouies-  
 sedes de boluer a España, dōde es vuestra naturaleza, y teneis vue-  
 stra casa y familia, no seria disparte cargar d̄ aqllas guijas, y pedre-  
 zuelas, q̄ son de ningun precio y valor, y dexar el oro, y plata, y  
 piedras preciosas, que corrē y son de mucho valor en España? Si  
 por cierto. Quis ergo dubitat aurū, & argentū quibus in hac vita  
 utimur in alia esse velut lapilli nullius momenti? labores autē, vi-  
 gilijs, orationes & ieiunia in cælo esse plurimi valoris? Todo esto  
 es moneda q̄ corre y vale mucho en el cielo: hæc sunt quæ vos in  
 celum comitabuntur nā vox illa, quā B. Ioannes de cælo audiuit  
 sic dixit. Beati mortui, qui in Dño moriuntur, opera enim illorū  
 sequitur illos. Parū, ergo faciūt homines in hoc mūdo dum aurū  
 & argentū relinquunt siquidem in cælo non estimatur, id est, no  
 corre alla, y con todo esto la mayor liga, y embaraço del camino  
 del cielo, son las riquezas. Aut ergo D. Paul. discipulo suo. Præci-  
 pe diuitibus huius sæculi non sperare in incerto diuitiarū suarum.  
 Pomaria viridantia, & oculis gratissima, alta, & sumptuosa ædifi-  
 cia, vanæ, ac falsæ voluptates cum omnibus diuitijs, & prosperi-  
 tatibus huius sæculi sunt velut alūbres que no atraen a si el hier-  
 ro duro, sino las pajas liuiatas, hoc est, no sacā de su sentido, nulle-  
 uan tras si a los hombres fuertes, y constantes, sino a los flacos, y  
 miserables. Atq; ita dixit Theophrastus pulchritudinem mundi  
 esse fraudem mutam. Et Socrates ait hanc pulchritudinē esse bre-  
 uissimam tyrannidē. Itaq; alter illam tyrannidē appellat, alter ve-  
 ro fraudē. O q̄ de engañados, y tiranizados ay entre los Christia-  
 nos, cum in baptismo dixerint. Abrenūtio Satane, & pōpis eius.  
 B. Chryso-  
stomus super Ioannem inquit. Profecto innumeris  
 sunt lachrymis prosequēdi. qui tanta proposita gloria, desidia &  
 somno sibi ipsijs deficiunt. Et si gehenna non esset adhuc omniū  
 essent miserimi, quibus cum licet vna cum Dei filio regnare, &  
 glorificari, tantis se ipsos bonis defraudant. Nonne si laboribus  
 confici, si innumeras mortes mori, oporteret, nonne inquam  
 omnia.

55 omnia pro tanta gloria ponēda essent: sed nos neq; pecunias cō-  
 temnimus, quas vel inuiti paulo post relinquemus. Non contem-  
 nimus inquam pecunias, quæ nos tot malis exponunt, quæ non  
 nostræ sunt, sed hic remanebunt: ministramus enim, quæ nostra  
 non sunt, et si à maioribus nostris relicta. Cum vero etiam gehē-  
 na nos maneat, & vermis perpetuus, & ignis inextinguibilis, &  
 stridor dentium, quomodo hæc feremus dilectissimi? Quovsq;e  
 hæc non consideramus, sed in bella, & contentiones, & inania  
 verba, omne tempus consumimus, terram nutrimus, corpus sagi-  
 namus, animam vero contemnimus? Rerum necessariarū nullam  
 rationem, superfluarum & inanium plurimam habemus. Magni-  
 fica instruimus sepulchra, splendidas domos ædificamus, seruo-  
 rum caterua constipamur, & varios excogitamus dispensatores  
 56 agrorum, domus, & pecuniarum. Animam omnino desertam re-  
 linquimus, & quis horum modus? Nonne ventrem saturamus?  
 Nonne vnum corpus induimus? Quæ hæc tanta rerum pertur-  
 batio? Quid tandem vnam quam accepimus animam, diui-  
 dimus, & in tot rerum curas distrahimur, molestam nobis ser-  
 uitutem excogitantes? Qui multis indiget, multorum seruus est,  
 et si ea possidere videatur. Nam & seruorum seruus Dominus est,  
 & magis, quam illi seruitium subit. Præterea sine seruis in fo-  
 rum ire non audet, nec in templum. Seruis autem sine domino  
 liber est aditus: quo placet. Sed qui dominus videtur, nisi serui  
 adsint, exire domo non audet, & si exierit ridiculus sibi esse vi-  
 detur. Nunquid non est hæc miserabilis seruitus? Fortasse aliqui  
 nos irident cum hæc dicimus, qui propterea magis deplorandi  
 57 sunt. Nam quod hæc seruitus sit libenter te interrogarem, an  
 velles egere aliquo qui ori tuo panem, vel poculum admoue-  
 ret? Nonne hoc miserabilem duceret seruitutem? Quid ergo si  
 indigeres qui te semper deferrent, nonne te miserum, nonne in-  
 foelicem prædicares, nonne & hoc simile est? Nihil etenim re-  
 fert, an homines te an iumenta ferant. Quid quæso nonne in *simile.*  
 hoc ab angelis differimus, que non egent vt nos? Igitur quanto  
 paucioribus indigemus tanto magis illis appropinquamus quāto  
 pluribus tanto magis ab illis distamus, & ad hanc caducam vitam  
 deflectimus. Liberemus igitur nos ab hac graui seruitute, & tan-  
 dē in libertatē nos vendicemus. Quid tot & tam varia nobis vin-  
 cula excogitamus? Non sufficit vbi naturæ vinculum, & vitæ  
 necessitas.

necessitas, & tot rerum turba, sed & alijs te rebus intricas? Et quando poteris de caelo cogitare, & eius altitudinem speculari, satis erit, si his omnibus præscissis vinculis, supernam ciuitatem adire poterimus, tot alia restant impedimenta, quæ, vt superemus, paupertatem amplectamur.

Dementia quidem est spem suam atque fiduciam in hominibus, & in rebus mundanis confixam, atque collocatam aliquem habere. Damascus enim, in qua Israel confidebat, vastata fuit. Iudæa etiam confidebat in Aegypto & pariter diruta est. Aegyptij in Aethiopia fiduciam habebant & illa quoque destructa est, atque deleta ab Afsyrijs. Item Afsyrij à Babyloijs, hi rursus per Persas, & Medos expugnati sunt. Persas vero & Medos Alexander magnus deuicit. Alexander denique magnus veneno interijt, & regnum eius diuisum fuit. O quam merito regius vates exclamat dicens. Filij hominum vsquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mandaciũ? Quemadmodum apparentia nobis in nubibus castella, arces, turres & alie huius modi figuræ, leuissimo quodam, & rapidissimo Boreæ flatu maxima celeritate dissipantur & euanciscunt: ita spes nostra, si penitus in rebus humanis, & caducis confixa fuerit, tandem irrita fiet, vana, & inanis.

Quemadmodum etiam in mari ipso varietas maxima in fluctibus vndique cernitur, ita vt interdum extollantur, & intumescant; nonnunquam vero deiciantur, & deprimantur: ita in rebus mortaliũ accidere videmus, vt nonnunquã prospera afflante fortuna floreat, & vigeant; nonnunquam vero aduersante, & contraria marcescant: & conturbentur. Et sicut idem mare nõ nulla quidem ad ima deicit & demittit, alia vero foras expuit: ita etiam mundus quosdam quidem deprimit, atq; contemnit, alios vero effert, & extollit, sic tamen, vt paulo post sit eosdem depressurus, & penitus abiecturus.

Manifeste quidẽ mutabilitas, & inconstantia rerũ mundanarũ in crudelissimo illo Nerone apparuit, qui cũ vsq; adeo sibi omnes subiectos haberet, vt parte etiam quadã vrbis eius iussu succensa nullus illi auderet obloqui, & obmurmurare, adeo tamen fortuna eius postea mutata est, atque reflauit, vt ab vrbe fugiens suis se tandem manibus interfecerit.

Vale. Max.  
lib. 6.

Stab. in li. 14.

De Polycrate refert Valerius Maximus, & Strabo, quod tam

prosperè

61 prospere ei cuncta succederent, vt cum aliquando annulū etiam quēdam pretiosissimū data opera proiecisset in mare vt aliquo modo aduersis etiam vteretur, eundē tamen paulo post in pisce ante se posito, qui annulum absorbuerat, inueniret. Sed cum tanta sit in mundo instabilitas & inconstantia, non passus est vt in tanta prosperitate ē vita decederet. Siquidem captus est ab hostibus, & obscurata, amissaque gloria sua omni, & regno, in crucem, & patibulum actus fuit cadauerque eius expositum & obiectum auiibus, canibusque dilaniandum, ac deuorandum.

Quam caducæ, & fallaces res huius mundi sint, appositissimo exēplo declarari potest: æstiuo nanque tēpore solent defatigati viatores ad vmbra arboris alicuius se se recipere, ac tandē somno corripiti: cæterum, cum à somno excitantur, se ad solis radios expositos vident, opprimente caput dolore, febre plerunq; corpus vexante, sudore vndecunq; manāte: atq; ita qui ad vmbra illam fugacē releuandi sui causa aufugerāt, delusi grauius vexantur: eodē modo qui fidūt secundis rebus, voluptatibus se dedūt, genio indulgent; seq; in his omnibus, quæ fugacissimæ vmbre instar sunt, recreandos arbitrantur, cū tandē aliquādo experge fiunt in morte, illorum fallaciam & inconstantiam experiūtur. Hinc sanctus Iob peccatores sub vmbra requiescere ait. Vnde Iob. 40. in parabola illa villici non dixit ille miser: Dominus auferet villicationem loquens de futuro, sed de præsentī loquitur dicens, dominus auferet villicationē: quod enim proxime sequitur, certumq; est, tanquā si esset præsens reputatur. Cum igitur mors, quæ nobis omnē facultatem merendi, & negotiandi, omniaque Luc. 16. bona ista temporalia creptura est, adeo propinqua sit, vt nesciamus, an horā vnā simus victuri; statuamus nobis iam esse præsentē, sic beatus Paulus Philippenses vocat mortuos dicens: & nos mortui sumus, quia morti appropinquamus. ad Philip. 3.

## Mundi Contemptus.

**B**Eatus vir, cuius est nome Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas, inquit regius Propheta. Psal. 39. Vbi inanem mundi gloriam, fallacē eius spem, & incertas diuitias appellauit vanitates, & insanias, & non quascunque, sed insanias falsas. Voluit sapientissimus Propheta suadere mortalibus esse immortalitatem quærendam, & ad Deum summa cum

fiducia confugiendū, fallacem verò mundi felicitatem non esse<sup>64</sup>  
 in bonis commemorandam, cum vana sit, & infana, & mendax.  
 In humanis historijs scriptum legimus fuisse tempore Octaviani  
 Augusti quendam insignem pictorem, qui tabulam manu sua  
 depictam & singulari industria elaboratam obtulit Imperatori,  
 in qua erant omnes illi principes depicti, qui illustri laude cele-  
 brari nomen suum immortalitati commendauerant, quorum res-  
 gestæ fuerant annalium monumentis consignatæ, & posteritati  
 propagatæ: inter quos in loco eminentiore erat idem Octavia-  
 nus imperator, tanquam eorum princeps, collocatus. In parte ve-  
 ro inferiore tabulæ erant omnes tyranni immanitate notati, &  
 scelerum maculis imbuti, quorum princeps erat Phalaris impius  
 Siciliæ rex. Cum autem Augustus oculos in tabulam sibi dedica-  
 tam coniecisset, miris laudibus extulit eius picturam, non autem<sup>65</sup>  
 inuentionem. Dixit enim non esse æquum, vt Phalaris illic pone-  
 retur, tanquam tyrannorum princeps, cum sapientes viros pro-  
 secutus fuisset fauore & amore insipientes vero minime. Preter-  
 ea non decere se ipsam imperatorem adhuc viventem principem  
 constitui mortuorum, qui ob res præclare gestas eam memoriam  
 reliquissent, de qua nulla ætas conticesceret: nã durante vita nul-  
 lus erat homo, quamuis in excelso dignitatis gradu constitutus,  
 qui non posset & à sublimi mundi gloria, & ab insigni virtute  
 præcipitari. Ecce qualiter hic homo ethnicus intellexit fallacem  
 & vanam esse mundi gloriam. Vnde prudentissime inquit Psal-  
 mographus: & non communicabo cum electis eorum, quod ita  
 verri potest: & non comedam de voluptatibus eorum. Aeth dice-  
 ret diuinus psalter: Velim nunquam delectari his delicijs triunda-<sup>66</sup>  
 nis, quibus impij homines pascuntur. Vtinam animus meus nul-  
 la pestifera mundi voluptate deliniatur, sed ea firmo proposito  
 repudiem & contemnam, ad quæ scelerati homines nepharia aui-  
 ditate incensi rapiuntur.

2015. 10. 10. D. IL. NUM.

¶ Omnia quæ habentur litera. R. titulo, renuntiatio  
 deseruiunt huic materia.

NATIVI

347

# NATIVITATIS

## VIGILIA.



**S**ECUNDUM magnitudinem personæ, quæ expectatur, sic solent se præparare secundum possibilitatem suam illi, qui eam recepturi sunt. Quis poterit explicare magnificos sumptus, quos præci illi Romani faciebant arcus sumptuosos fabricantes, & currus triumphales, atque alias plurimas inventiones formantes ad celebrandum illos famosos triumphos, quando duces, qui in aliquo bello victoriam de hostibus reportabant, honore condecorare volebant? Quæ igitur persona dignior omni honore esse potest, quam verbum æternum, princeps cælorum, & æternitatum hæres. Quas ergo præventiones spirituales, ac præparationes oportet nos in animis nostris habere, hoc tanto principe in habitu mortalitatis nostræ, & ad remedium nostrum veniente ut vigilias eius digne celebremus? Hoc multo melius, quam nos intellexerunt patres antiqui, qui mori volebant absque eo, quod prius hanc vigiliam celebrarent, & in spiritu verbum æternum factum hominem adorarent. Contigit sancto patriarchæ Jacob, quod cum morti appropinquaret (ut ait sacer textus) adoraret Dominum conuersus ad lectuli caput. Genes. 47. 271 **M**ysterium, quod hic inclusum est, ostendit Diuus Paulus in ea quam ad Hebræos scribit Epistola, ubi translationem septuaginta interpretum sequens in hunc modum inquit. Fide Jacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adoravit fastigium virgæ eius. Quod perinde est, ac si diceret. Mortuus est senex Jacob cum fide desiderati Messia, atque ita cum illa filios Ioseph benedixit: Quo finito maxima cum deuotione summam virgæ, quam Ioseph filius eius tanquam gubernator Ægypti habebat in manibus, adoravit. Ad expositionem huius loci nobis interpret est sanctus Isaias, qui dixit. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Tertulianus, D. Hieronymus, ac B. Augustinus, & alij plurimi sancti doctores aiunt, illam virgam esse sacratissimam virginem Mariam, quæ fuit ex progenie Iesse: florem autem, qui ex hac virga natus est esse Iesum

Christum.

Christum filiū Dei. Quid ergo aliud significauit, sanctum Iacob  
 adorare summitatem virgæ, quam in spiritu adorare hunc florē,  
 que nacio de la cumbre desta virgen sanctissima, adorare inquam  
 in spiritu florem, hoc est, verbum æternum factum carnem. Nam  
 cum ipse sanctus patriarcha filios Ioseph in fide Messia venturi  
 benediceret intuens virgam, quam filius suus in manibus porta-  
 bat, hinc occasionem sumpsit ipsum adorandi, quoniam per vir-  
 gā sacratissima virgo, & per summitatem ipsius virgæ vnigenitus  
 filius eius Iesus Christus significatur. Ecce igitur fidē, & deuotio-  
 nem, qua hic sanctus Patriarcha vigiliam aduentus Domini cele-  
 brat. Quid autem dicam de sancto rege Dauide? Quo spiritu, &  
 qua deuotione dicebat. Ostēde nobis Domine misericordiā tuā,  
 & salutare tuū da nobis. Sed quomodo postulas o rex sancte, vt  
 nobis æternus pater vnigenitū filium suum ostendat factum ho-  
 minem, siquidem tunc eum humanitate operuit? Quando sol in  
 toto suo nitore nobis ostenditur, & in omnes mūdi partes radios  
 suæ claritatis diffundit, ipsum tunc præ magnitudine lucis & cla-  
 ritatis eius videre non possumus: at vero si nubecula cooperiatur,  
 cum tunc cernere valeamus. Itaque cum sol discoopertus est, tunc  
 nobis, & oculis nostris opertus est, cum vero nube aliqua con-  
 tegitur tunc visui nostro detegitur. Si tales hic materialis sol  
 splendores habet, quales, obsecro, erunt nitidissimi solis iustitiæ  
 Dei splendores? At vt homines ipsum videre possent, nube hu-  
 manitatis se contegit: y assi el encubrirse fue descubrirse. Hoc ip-  
 se dominus per Iob mystice significasse videtur, cum ait. Vbi  
 eras, cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent om-  
 nes filij Dei? Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat qua-  
 si de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius,  
 & caligine illud, quasi pannis infantia obuoluerem. O diuina  
 verba, & maximis plena mysterijs? Quinam sunt hi canto-  
 res, de quibus hic Dominus loquitur, nisi exercitus angelorum,  
 qui in temporali nostri diuini Salvatoris natiuitate (vt D. Lucas  
 refert) magna cum melodia cecinerunt dicentes. Gloria in excel-  
 sis Deo. Sed quare angeli hanc diuinarum laudum musicam, &  
 concentū faciebant? Propter illud quod statim Deus inquit: vide  
 licet. Quis conclusit ostijs mare quando erumpebat, quasi de vul-  
 ua procedens? Nam quis est qui rem tam admirabilem fecit, qua-  
 lis est detinere impetū maris, & occludere illud, quasi quibusdam  
 ianuis,

Psal. 34.

Iob. 38.

7 ianuis, quando ipsum suo impetu erūpere volebat, veluti si è ventre mulieris exiret? Cui, obsecro, potest melius hoc mirabile applicari, quam mari diuinitatis verbi æterni vndiq; ab ipsis terminis debilis humanitatis circumdati? Antequam verbum æternum carnem sumeret, erat eius diuinitas quoddam mare per quod fere nullus nauigare poterat, & vbi magnæ ac fortissimæ naues submergebantur, vt apparet ex pluribus erroribus, in quos magni Philosophi circa altissimi Dei diuinitatem ceciderunt: At postquam hoc æternum mare ex ventre virginali exiuit circūdatum terminis humanitatis, est tan nauegabile, que qualquier vergantillo, qualquier fragatillo, qualquier batelillo del entendimiento de vna vegezuela Christiana nauega, y passa por los attributos diuinos creyendolos, y confessandolos firmemente, & ob hanc rationem illum laudant astra matutina, & iubilant omnes filij Dei. Et etiam propter illud, quod inferius sequitur. Cum ponerem nubē vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantia obuoluerem. Quid autem est hoc, nisi id, quod inquit Euangelista Lucas, videlicet, quod postquam sanctissima virgo verbū humanatū peperit, ipsum pannis inuoluit, y el encubrirse el sol de la diuinidad de la nuue de la humanidad y de los pobres pañales, y ser embuelto como niño muy necesitado, fue descubrirse para que le pudiessemos ver. Et ideo sanctus David postulabat dicēs. Ostende nobis Domine misericordiā tuam, & salutare tuum da nobis, Hæc erant desideria illius sancti regis, & hoc modo hanc sacram vigiliam celebrabat, Sed quid immoror quemlibet horum sanctorum referens? Siquidem de omnibus veteris testamenti patribus loquitur D. Paulus, cum ait. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes. Quasi dicat. Omnes illi sancti patres antiqui obierunt cum fide aduentus Messia, & quamuis plurimas haberint promissiones, illum esse mittendum, tamen ipsum in mundo minime viderunt, sed duntaxat à longe salutarunt, & sic hanc vigiliam celebrauerunt. Sc' nos in hoc sceliciores quidem illis fuimus, siquidem ipsi vigiliam solummodo celebrauerunt, nos autem festum iam habemus. Quomodo hoc explicare poterō? Farditatē linguæ meæ suppleat eloquentia illius sapientissimi sancti Petri Chrysogoli, qui sic ait: Dulcis epistola, sed vsque dum veniat ipse, qui eam misit, necessarium chirographum, sed vsque dum

Ad Hebr. 11.

# 350 Natiuitas Dñi nostri Iesu Christi.

dum soluitur debitum, gratæ sunt flores, sed vsq; dum veniat fructus. Hæc omnia dicebat sanctus vir loquens de aduentu filij Dei. De lo qual facamos que quãto es mas agradable la presencia del esposo que la carta, y la paga de la deuda. que la obligaciõ della, y la fruta que las flores: tãto somos mas dichosos nosotros, que los padres antiguos, pues ellos tuuieron las cartas misiuas que fuerõ las prophcias, y nosotros tenemos la presencia del esposo. Ellos las promessas: nosotros la paga: ellos las flores: nosotros el dulce fruto. Si ergo illi tot tantisq; suspirijs, ac lachrymis hanc vigiliam celebrarunt, quid nos, cum iam in festo simus, facere oportet?

## N A T I V I T A S

### DOMINI NOSTRI

#### Iesu Christi.

Luc. 2.



R I M V M, quod in hoc sacratissimo mysterio perpendere & considerare possumus, sunt verba illa quæ Beatus Euangelista Lucas ait, videlicet, quod obediens sanctus Ioseph edicto Augusti Cæsaris ascendit (vt ait sacer textus) à Galilæa in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de dõmo, & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Perpendit Caietanus quodnam mysterium fuerit sanctum Euangelistã vocare hic sacratissimam Angelorum reginam sponsam, & vxorem siquidem videbatur sufficere, eam altero horum nominum scilicet aut sponsam, aut vxorem appellare. Et respondet Caietanus ita fuisse ab spiritu sancto constitutum ad significandum, quod, quamuis erat vxor prægnans, erat tamen viro incognita, & hoc significat verbum illud, desponsata. Altissimum hoc mysterium multis antetemporibus vaticinatus est Isaias Propheta dicens. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: & paulo antea dixerat loquens cum Rege Achaz Pete tibi signum, vel miraculum, id est: pete tibi miraculum, quod tibi fidem meæ prophetiæ confirmet in profundum inferni, siue in excelsum supra, hoc est, pete vt Deus faciat tibi aliquem ex mortuis, vel faciat, vt sol & luna stent in celo, si-

Isai. 7.

cut

## Natiuitas Dñi nostri Iesu Christi. 351

3 cut in tempore Iosue. Et dixit Achaz. Non petam, & non tenta-  
bo Dominum, quasi dicat: nolo perdere operam tentando il-  
lum, quia scio illum non posse præstare, quæ dicis. Et dixit Isaias.  
Audite ergo domus David, id est Achaz, & omnes principes Iudææ.  
Nūquid parū vobis est molestos esse hominibus, id est, Pro-  
phetis, contemnendo illos, quia molesti estis & Deo meo? Dum  
molestia siue tædio afficiebant, quando eum debilem, nec satis po-  
tentem, qui eos à suis inimicis liberaret, existimabāt. Propter hoc  
dabit Dominus vobis signum, id est, idcirco ad conuincendum  
incredulitatem vestram, & gloriam Dei reuelandam miraculum  
grande faciet Dominus in terra, & signum admirabile suæ miseri-  
cordiæ vobis dabit. Hæc signum contigit annis supra 500. à pro-  
phetia Isaiæ, quæ erat de futura Iudææ à peccato & morte, & in-  
ferno liberatione datum Mariæ sacratissimæ, & Ioseph, & cre-  
dentibus. Dabit vobis signum, id est nepotibus tuis, ò Achaz  
4 dabit Dominus hoc signum, quasi diceret. Tu cogitas Deum non  
satis esse potentem, vt liberet te ab inimicis tuis, at falleris, nam  
longe maius argumentum suæ potentiz daturus est tuis nepoti-  
bus, faciet enim, vt ex virgine nascatur Messias, qui liberabit po-  
pulum à multo perniciosioribus hostibus peccato scilicet mor-  
te, & Sathana. Ecce virgo, vbi septuaginta dicunt. Ecce virgo il-  
la concipiet, & pariet filium, &c. Butyrum & Mel comedat, ci-  
bos scilicet illos, quibus vescuntur homines, inter quos nascetur.  
Terra enim promissionis manabat melle, & lacte, ex quo bu-  
tyrum fit. Vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Qua-  
si dicat, non habebit phantasticum corpus, sed verum præditum  
5 omnibus sensibus, vt homines reliqui, vt si quando efuriat cibos,  
gustu possit discernere mali sint, an boni, & quos malos gustu  
perceperit, eijciet, & fugiet: bonis vescetur, cuiusmodi est Mel &  
Butyrum, quibus & cæteri homines. Quia antequam sciat puer  
reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra qua  
tu detestaris à facie duorum Regum suorum, id est. Antequam  
puer ille à virgine nascatur, assumpto enim corpore abijcere ci-  
bum amarum, & suauem eligere sciet. Periphrasis est, vt in-  
culcet verbi Dei incarnationem. Quasi dicat: Non statim  
puer iste nascetur, sed ante eius ortum multa contingent.  
Primum continget, quod Syria & Samaria desolabuntur, quas  
tu odio prosequeris propter duos eius Reges, qui te obsident.

Isai. 13.

Etiam hoc mysterium prophetauit idem sanctus propheta inferius dicens. Ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Pro sitienti in Hebræo est (Thiah) quæ dictio significat rem sitientem, desertam, & inuiam. Et Pagninus vertit. Sicut radix de terra deserti. Aquila vero sicut radix de terra inuia. Admirabilis profecto interpretatio: nam quæ est hæc terra absq; via per quam nemo vsquã ingressus est, ex qua hæc diuina radix exiuit, nisi virgo ista gloriosa Dei genitrix, ex qua natus est diuinus noster Emanuel? De hac terra intelligitur id, quod in cap. quarto dixerat idem Isaias. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis. Maxime etiam perpendendum est, hæc verba: Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, ex Hebræo reddi posse ad verbum. Ascendet sicut puer lactens facies eius. Audiatur ergo vniuersa Catholica Ecclesia planis & apertis verbis dictum sine vlla circuitione Deū venisse in facie pueri sugentis vbera. Beatus Paulus aperte hoc docuit cum dixit. In similitudinem carnis peccati. Sed Isaias certe multo dilucidius, longeq; planius, cum tam perspicue dixerit B. Paulus, magis plane Propheta Isaias, cum enim dixisset: Brachiū Dei cui reuelatum est? & Christum Deum toto capite superiore ostendisset, & pro brachio Domini Hebraice legatur, brachium Dei; subiicit statim. Ascendit sicut puer sugens vbera in facie eius. An non planius dictum. Ascendit brachium Dei, & Deus vt puer lactens in facie eius, venit in similitudinem carnis peccati? Quis ergo neget Isaiam Euangelistam esse. Synodo sexta Constantinopolitana, in fine actionis octauæ tam admirabile dicitur esse quod futurum erat vt Deus puer fieret, vt postquam factus esset à pluribus nō crederetur, & ideo præmissos esse Prophetas, qui id prædicerent. Inter alia vaticinia subiicitur hoc quod prædixit Isaias. Vidimus eum vt infantem tanquam radicem in terra sitienti. Terram sitientē vuluam virginalem appellat eo quod non susceperit semē hominis, neq; coitu frueretur, sed absq; mixtione eum ex spiritu sancto congenerauerit. Et iterum: Puer natus est nobis, &c. Quibus verbis Concilium hæc duo vaticinia idem significare docet. Quamuis autem illa dicendi forma: Ascendet corā eo, vel in facie eius, multa significet, sic explanari debere ex Hebræa lectione apparet, vt sit sensus. Euangelizauimus quod ascēderit sicut puer lactēs habitu, & figura, id est, venit Deus

Isai. c. 4.

synod 6. Cō-  
cil. Constan-  
tinop.

9 testus forma pueri sugentis vbera. Maximum mysterium est  
 Sanctum Isaiam hic mentionem particulariter fecisse, qualiter  
 Deus factus puer nutriebatur sanctissime virginis matris suæ  
 vberibus, & non qualiter ex ea natus fuerit. Sicut etiam admi-  
 randum est sanctam Saram, quando reuelationem habuit se  
 esse in senectute concepturam, dixisse. Quis auditurus crederet GENE. 21.  
 Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam se-  
 ni. Non ait, Quis auditurus crederet quod Sara peperit, sed  
 quod Sara lactaret filium? Hoc dixit quoniã (vt Beatus Chry-  
 sostomus perpendit) licet Patriarcha Abraham diceret. Saram  
 peperisse, dicere possent homines puerum illum apposititium  
 esse, & non filium eius: cum autem viderent ipsam suis vberi-  
 bus lactantem puerum infallibile suæ conceptionis, & partus  
 10 testimonium erat. Similiter & hic Isaias propheta mentionem  
 facit, quod sanctus puer Iesus sacratissimæ virginis vbera lacta-  
 bat, quod infallibile testimonium erat eum ipsum concepisse,  
 ac peperisse. Non potuit autem cognosci, nec in conceptione,  
 nec in partu ipsum puerum esse filium eius, etenim illa om-  
 nia supernaturalia fuerunt, nec signum, aut vestigium aliquod  
 humanum in conceptione, vel in partu potuit inueniri. Idcirco  
 Sanctus Propheta peculiarem mentionem facit de sacratissi-  
 mi pueri lactatione quippe cum hoc apertum esset testimoniũ  
 eã ipsum peperisse. Cũ vero res creditu difficillima esset virgi-  
 nem concepisse & peperisse (vt supra concilium illud sacrum  
 testificatum est) Deus multis ante temporibus disposuit mun-  
 dum, & assuefecit ad alia plurima mirabilia efficienda, vt hoc  
 11 admirabile, & stupendum factum etiam crederet. Atque ita B. B. Chry. sup  
Gen.  
 Chryostomus annotauit diuina prouidentia factum fuisse, vt  
 tres mulieres trium maiorum amicorum, quos Deus olim ha-  
 buit, videlicet Abraham, Isaac, & Iacob (de quorum amicitia tã-  
 tum se iactat, vt B. Paulus ad Hebræos scribẽs dicat. Nõ cõfun-  
 ditur Deus vocari Deus eorum) steriles essent: nam (vt in Ge-  
 nesi dicitur) Sara, Rebeca, & Rachel, multo tempore antequã  
 conciperent, steriles fuerunt. Hoc autem ideo factum fuit, vt  
 homines videntes mulieres steriles post multa tempora Dei  
 beneficio concipientes, & parientes addiscerent credere etiam,  
 virginem per potentiam Dei posse concipere, & parere. Ete-  
 nim, (vt idem Sãctus Doctor perpendit) vt mulier qualis erat

Sara conciperet duo impossibilia erāt, alterū nimia, & longa senectus, alterum vero sterilitas eius: Deus vero vtrumque abſtulit: Vt autem virgo puerpera conciperet vnā tantum difficultas erat videlicet defectus viri. Qui ergo in Sara duas illas difficultates ſuppleuit, bene poterat in virgine vnā ſupplere. Atq; ita cum Angelum interrogaret: Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco: ipſe Angelus reſpondit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Et adiecit, Et ecce Elifabet, cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua & hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis. Hęc autē tam magnę difficultates ab ea per diuinam potentiam ablataę fuerunt. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbū, hoc eſt, nihil eſt Deo impoſſibile aut difficile.

Lucę. 1.

## Natiuitas Domini.

13

Sed quęro, cum ſancta Eccleſia glorificans, & laudans hanc ſcæleſtem Reginam dicat: In æternum permanes virgo; quomodo inquit B. Matthæus, Ioseph non cognouit eam, donec peperit filiū ſuū? Ad hoc reſpondeo quod ſimilis loquendi modus inuenitur in alijs locis ſacrę ſcripturę, vt patet in libro ſecundo Regū vbi dicitur. Michol filię Saul non eſt natus filius vſq; in diem mortis ſuę. Diētio ergo illa, donec, & illa, vſque, aufert dubitationem pro eo tempore, quo poterat dubitari: ſuſpicari poterant homines Chriſtū eſſe filiū Ioseph: quare vt hęc ſuſpicio tolleretur, ait Euangelista quod Ioseph non cognouit Mariam donec peperit filium ſuum. Ex quo fit eum non eſſe filiū Ioseph nō tamē inde ſequitur eū poſt ſacraſſimū partū ipſam cognouiſſe, ſed ſcriptura narrat id quod factum fuit. Dubitari etiam poterat, an Michol habuiſſet aliquos filios. Et vt ſacra ſcriptura tolleret hoc dubium, ait quod non eſt natus ei filius vſque in diem mortis ſuę. In Pſalmo etiam inquit regius Prophetæ. Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Non ſequitur tamen quod filius non erit à dextris patris, poſtquam pater poſuerit inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum.

Matth. 1.

2. Regū. 6. c.

Pſalm. 109.

14

Gene. 15.

Ex his omnibus, quę dicta ſunt, ſequitur legitimus intellectus illorū verborū, quę Dñs dixit Abrahe, ſcilicet, Generatione quarta reuertetur huc. Quę dicta fuerūt à Deo (inquit Galatinus)

nus)

15 nus) cū Abrahę AEgyptiacā captiuitarē nūtiaret, quę animarū  
 captiuitatē in inferno præfigurauit. Nōnulli Iudæorū iuniorū  
 exponūt has quatuor generationes annos fuisse quadringētos,  
 asserentes vnāquamq; earū annorū fuisse centū. Quorū quidē  
 expositio nulla prorsus est; quoniam vel computāt hos annos  
 à tempore prolationis prophetiæ, vel ex quo cępit captiuitas  
 AEgyptiaca, quod vtrumq; falsum est. Nam si ab eo tempore  
 computent, quo prophetia prolata fuit, multū tēpus supra qua-  
 dringentos annos decurrisse inueniēt: si vero à principio ipsius  
 captiuitatis, non cōplebitur prædictus numerus annorū, cum  
 captiuitas ipsa pluribus, quā decē & ducentis non durauerit an-  
 nis. Quidā vero alij volunt præsertim Rabi Salomō ipsas qua-  
 tuor generationes fuisse patrē, filiū, nepotē, & abnepotē: quo-  
 16 rum quoq; expositio falsior est prima. Quia quatuor hę gene-  
 rationes, aut à tempore Prophetiæ numerādę sunt, aut à captiui-  
 tatis ipsius exordio: quod si eas à tempore prophetiæ numerau-  
 rimus, septem & non quatuor inueniemus generationes. Quę  
 sunt Abraham, Isaac, & Iacob, Iudas, Phares, Soron, & Caleb. *Gene. 45.*  
 Si autem eas ab initio ipsius captiuitatis computauerimus, vt  
 Rabi Salomon facit, qui computat Iudam, Phares, & Soron, &  
 Caleb, pauciores quam quatuor erunt: nam Iudas & Phares fi-  
 lius eius multo tempore, antequam AEgyptum ingrederen- *Exod. 1.*  
 tur, nati erant & mortui sunt ante quam Hebræi in captiuitate  
 positi essent. Quare subtiliore indagatione à nobis vidēdū est,  
 quid quatuor generationes istę significēt. Pro quo notandū est  
 quatuor inueniri hominū generationes. Prima fuit Adę qui si-  
 ne viro & muliere procreatus est, secūda vero Euę, quę ex viro  
 17 absq; muliere producta est. Tertia generatio est, qua omnes cō-  
 munitex viro & muliere generātur. Quarta datur generatio,  
 qua Messias absq; viro de muliere nasciturus erat. Quapropter  
 sic exponēda sunt verba ante dicta. Generatione quarta reuertē-  
 tur hūc. Idest adueniēte Messię generatione ex captiuitate in-  
 ferni liberabuntur, & ad patriam cęlestem à qua propter Adę  
 peccatū expulsi fuerant, ipso Messia duce reuertētur. Quę qui-  
 dē libertas per libertatē ab AEgyptiaca libertate figurata fuit  
 Quęres fortassis cur filius Dei non ex limo terrę, aut ex nihilo  
 sed ex Mariā sacratissima carnem sumere voluerit? Ad hęc  
 respōdet tibi B. Agustinus contra Faustum dicens. Si voluisset  
 filius

B. Aug. li. 26.  
contra Fau-  
stum. c. 7.

filius Dei inde sibi humanam carnem, veramque formare vn. 18  
de formauit & illi primo homini, quoniam omnia per ipsum  
facta sunt, quis eum non potuisse audeat affirmare? Non ergo  
ideo eum credimus natum ex virgine Maria, quod aliter in ve-  
ra carne existere, atque hominibus apparere non posset. Ex fa-  
mina ergo nasci voluit, quod vtrumque sexum, quem creauit  
etiam hoc modo commendandum, honorandumque iudi-  
cavit; assumendo formam viri, & nascendo de foemina. Hec ille.

## Natiuitas Domini.

**F**Actum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, vt pare-  
ret. Perpendite obsecro, quanta poteritis animi attentione  
aduerbium illud, ibi, vt corda vestra hac ponderatione molles-  
cant, & liquefiant, perpendite, inquam, qualiter diuina prou- 19  
dentia constituit, vt tempus virginalis partus sacratissimæ vir-  
ginis Mariæ in tam vili, & abiecto loco, qualis erat stabulum il-  
lud vrbis Bethleem, adimpleretur. Hoc autem cōsiderantes vos  
iplos confundite, qui diuitias temporales, & pompas ac sæculi  
maiestatem diligenter inquiritis, posthac vero omni studio il-  
lum imitari contendite tanquam veri huius sacratissimi Docto-  
ris discipuli, qui in mundum venit, vt nos humilitatem, & pau-  
pertatem doceret, & pro gymnasio stabulum, pro cathedra ve-  
ro præsepium elegit. Quid enim nobis proderit Deum morta-  
lem carnem induisse, seque tantopere humiliasse; si nos, qui ter-  
ra ipsa, ac puluere viliores sumus, super nos ipsos ascendere vo-  
lumus ad competendum cum Deo? ya hazernos vnos Dioses  
engreydos en vanidad viuendo por la regla de nuestra volun- 20  
tad, y aun queriendo, que los otros se rijan por ella, y nos obe-  
dezcan en todo? Quid nobis proderit, Deum se ita humiliasse,  
vt sacratissimæ matri suæ subditus esse voluerit; si nos sacrosan-  
ctæ matri nostræ Ecclesiæ inobedientes sumus, ipsamque no-  
stris prauis exemplis confundimus? Quid nobis proderit, Deū  
in carne humana tam cito crucem in humeros sumpsisse; si nos  
tam cito deficimus, etiam antequam incipiamus ipsam hu-  
meris nostris portare? Quid nobis proderit, Christum Redēp-  
torum nostrum peregrinum pro nobis in terra sua fieri voluis-  
se; si in exilio, & in terra, quæ nostrā minime est, perpetui volu-  
mus esse incolæ, sepultandos en vida en los desiertos deste si-  
glo?

21 glo? Quod gaudiū nobis vilitas huius stabuli afferet, si sumptuosa ædificia, & pretiosos tapetes diligimus, cum peristromata, & panni serici huius superni imperatoris sint telæ aranearum? Quem fructum, & vtilitatē ex præsepio eius educemus: si cogitationes, & desideria nostra in primatu, & præexcellencia locorū constituimus, & primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in templis diligimus, nequaquā dissimulantes nostras in religionibus antiquitates, videntes antiquissimum Deū sedentem in inferiori loco, postquā illum plurimis suspirijs & desiderijs antiqui patres ad nuptias incarnationis inuitarūt? Magnā cōfusionē ex illis pauperimis pannis nobis educemus, licet nō simus Serico panno, aut purpura induti, si nō secundum nostrū statū, sed pro libito induimur. Quā consolationē nobis sanctissimi Iesu infantia, vel sacratissimæ eius lachrymæ præstabit; si risus vanos, & loquacitatē, ac mūdi voluptates cōcupiscimus? Quo circa licet profundissimā eius humilitatē, singularissimā paupertatē, & ineffabilem charitatē omnino sequi, aut imitari non possimus, debemus tamē nos terrę vermiculi id, quod in nobis est, omni cum diligentia præstare, diuinum eius fauorem continuo implorantes. Vt autem vno verbo dicam, quod plurimis cōprehēdi, & explicari non potest, Ille, qui omnē curā suā in amore huius diuini sponsi collocat, eumq; toto corde, viribus, ac visceribus diligit, se ipsum totū ei, absq; eo, quod sibi aliquid relinquat, vero, ac seruido spiritu offerēs, & in hoc diu noctuq; euigilat se omni sollicitudine eleuās à segnitie, ignauia, atq; tepiditate, in quā suamet natura eum impellit, hic proculdubio magnam vtilitatem, & vberrimos fructus à sacratissima Iesu Christi natiuitate, atque ab altissimis eius mysterijs, quæ in tota ipsius vita, & sanctissima morte continentur, educet.

## Natiuitas Domini.

*Et peperit filium suum primogenitū, & pannis eum inuoluit.*

**H**OC nomen, filij tribuitur diuinis literis plurimis in locis Christo reparatori nostro: inter quæ illud Regij Prophetę in Psalmo septuagesimo primo celebre est, vbi sub nomine Salomonis S. David plurimas Iesu Christi excellentias, ac conditiones, & refert, & celebrat. Hoc, inquam, nomen ei eleganti, & cæ lato, atque cooperto modo tribuitur. Nam vbi nos legi-

mus. Erit nomen eius benedictum in secula, ante solem per-  
 manet nomen eius: pro eo quod nos dicimus, permanet, ver-  
 bum originale cui hæc verba correspondent, propria habet id,  
 quod nos Hispani non vno verbo, sed plurimis dicimus vide-  
 licet, el adquirir vno en naciendo el ser y el nombre de hijo, o  
 ser hecho y producido, y no en otra manera que hijo. Ansi que  
 dira desta manera. Y antes que el Sol le vendra por nacimiento  
 el tener nòbre de hijo. In quo rēgius vates aperte ostendit Chri-  
 stum Redemptorem nostrum non solum esse filium, sed dicit,  
 quod nomen eius est, esse filium; & non tātum inquit, eum ita  
 vocari, quia ei hoc nomen impositū fuerit, sed esse nomē, quod  
 ei a natiuitate, pro sapia, & origine cōpetit, id est, es nòbre que le  
 viene de nacimiento, de linage, y de origē, o por mejor dezir q̄  
 nace en el, y con el esse nòbre non solū autē nascitur in eo nūc, 29  
 aut natū est cū eo in tēpore illo, quo ex purissima virgine matre  
 sua natus est, sed natū est cū eo etiā, quando sol non oriebatur,  
 id est antequā sol esset, & antequā secula fuissent. Vnde glorio-  
 sus Apostolus Paulus ad Hebræos scribens cōparans Christū Rē-  
 demptorē nostrū cū angelis, & cū cæteris creaturis, ipsamq; ab  
 eis discriminās, & omnibus antepōnēs, vtitur hoc nomine filij  
 ab eiq; argumētū sumit ad ostēdendū, nō solū Christū Rēdep-  
 torē nostrū esse filiū Dei, sed quod inter omnia nomina ei hoc  
 proprie cōuenit. Nā de Christo Domino nostro sic ait S. Apo-  
 stolus. Tāto melior angelis effectus, quanto differētius præ illis  
 nomē hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius  
 meus es tu, ego hodie genuite? Vbi obseruandū est secundū S.  
 Apostolū, Christū nō solū vocari filiū Dei, sed vt antea dice-  
 bāmus, vocari sic per hæreditatē, y q̄ es heredad sua, y como su  
 legitima el ser llamado hijo entre todos. Nā licet verū sit, quod  
 in sacra scriptura Deus aliquos homines filios suos appellat, vt  
 apud Isaiā Iudæos filios nuncupat his verbis. Filios nutriui, &  
 exaltaui, ipsi autē spreuerunt me. Et apud Oseā ait. Ex Agypto  
 vocaui filiū meū, angelos etiā multoties vocat filios, vt in libro  
 Genesis, & in libro Iob videre est; licet, in quā, hoc verum sit,  
 tamē B. Apostolus pro re certissima, & indubiyabili inquit Deū  
 nemine nisi solū Christū plēnō iōe filij appellare. Filij enim  
 vocamus eū, qui ab alio nō vt cūq; factus est, sed, qui nascitur  
 ex substantia alterius, & qui natura similis est ei, a quo est gen-  
 tus,

Ad Heb., 1. c.

Isai. 24.  
 Osee. 1.  
 Gene. 4.  
 Job. 1.

27 tus, & ita similis, vt ipsamet natiuitas eū similem faciat, id est q̄ el  
 mesmo nacer se haze semejate: de manera q̄ el mesmo ser engen  
 drado sea recebir vn ser no como quiera sino hecho a la imagen  
 del q̄ lo produze. Et hoc modo solus Christus, in quantū Deus,  
 est filius eterni patris. Et quamuis spiritus sanctus est Deus sicut  
 pater, & habet eandē diuinitatē, & essentia, quā pater, tamē quia  
 ex modo suæ processions nō couenit ei esse similem patri, & esse  
 exemplar, & imaginem patris, eo quod procedit à uoluntate, & nō  
 à intellectu, ideo non est filius. Hęc admirabilis filiatio uerbi  
 diuini representatur in sole. Nihil enim ex uisibilibus nobis cō  
 28 similes.  
 similes nature Dei, & huius generationis apertius, quā sol ostē  
 dit: nā sicut sol est corpus habens lucē, quæ per omnia diffundi  
 tur: sic natura Dei in nēsa per omnia extēditur; & sicut sol illu  
 minans efficit, vt res illæ, quas tenebræ contegebant, & quæ, dū  
 29 similia.  
 ibi erāt, uidebantur non habere esse, appareant: sic uirtus Dei, si  
 applicetur, attrahit res de nō esse ad esse lucis. Et sicut sol suapte  
 natura ad nostros oculos uenit, & quantū ex parte sua nūquā de  
 litefcit: ipse namq; est lux, & manifestatio omniū, quæ uiden  
 tur: Sic Deus semper nobis ante oculos proponitur, & per ia  
 nuas nostras ingreditur si nos eas ipsi non claudimus, & radios  
 claritatis ex se emittit per qualquiera res quicquid que halle. Et si  
 cut solē simul uidemus, & contēplari non possumus: uidemus,  
 inquam, quia in omnibus, quæ cernimus lucē eius aspiciamus: &  
 contēplari nō possumus, quia si in eū aciē oculorū intendimus,  
 statim ipsa acies obtunditur, & obscuratur: sic possumus dicere  
 de Deo, quod clarus, & obscurus est: occultus & manifestus: il  
 29  
 lū etenim in se non uidemus, & si intellectus acumen dirigimus  
 ad illum perspicendum, ipse nos obcæcat: uidemus illum in  
 omnibus rebus, quas facit quoniā in omnibus lux eius enitefcit.  
 Et sicut sol uidetur fons manans, & producens continuo ad  
 mirabili quadam celeritate claritatem: sic Deus infinita boni  
 tas est, semper quasi ebulliens, vt nobis benefaciat, y nos embia  
 como a borbollones bienes desi sin parar. Et vt redeamus ad  
 id, quod ad nostram materiam ipestat, sicut sol generat suum  
 radium (omnis enim splendor & lux, quæ diffunditur, & ope  
 rit cælum, ac terram vnus duntaxat radius est, quē sol ē se emit  
 tit:) sic Deus generat ex se vnū tantummodo filium, qui su  
 per omnia regnat & per omnia extēditur. Et sicut hic radius so  
 30

lis habet in se omnē lucē, quam sol habet; & ipsamet lux, quā habet, est sol, & ita imago solis est radius eius: sic filius, qui ex Deo nascitur, habet omnem substantiam Dei, & est sola & perfecta imago patris. Y assi como enel Sol, que es puramente luz, el produzir de su rayo, es vn embiar luz de si: sic pater æternus figurans suum esse in semetipso suum generat filium. Et sicut Sol semper producit radium suum, non enim produxit heri, & hodie cessauit, sed semper producit, & cum illū semper producat non producit per partes, sed semper, & cōtinuo exit ab eo integer, & perfectus: sic Deus semper à tota sua æternitate genuit, generat, & generabit filium suum, & semper integre. Et quemadmodum cum radius solis in suo loco sit, sol ipse illū nobis presentem facit, & in eo, & per eum extenditur per omnia, & videtur, & cognoscitur: sic Deus (de quo Beatus Ioannes ait: Deum nemo vidit vnquam) in filio suo, quem generat, nos illuminat, & ipse est, qui nobis patrem suum ostendit. Deniq; quemadmodum sol vitute sui radij operatur vbicunq;: sic Deus omnia creauit, & omnia gubernat in filio suo, in quo (hæc ita dici potest) sunt omnia semina rerum.

Christo etiam in quātum homini conuenit particulariter nomē filij Dei, eo quod Deo quā simillimus est, id est por parecer se mucho a Dios y ser casi otro el, por razón de los infinitos thesoros de los celestiales bienes, q̄ Dios en su sacratissima humanidad puso. Vnde ipsemet apud D. Ioannē dixit. Philippe, qui videt me, videt & patrē meum. Hic igitur singularissimus filius Dei est etiā filius sacratissimę virginis Marię, siquidē illū vere, & realiter genuit, ac virginali integritate peperit. Hoc sapientissimus Salomon vidit, cū in Prouerbijs dixit. Tria sunt mihi difficilia, & quartū penitus ignoro, viam aquilę in cęlo, viā colubri super petrā, viam navis in medio mari, & viā viri in adolescentula. Hic per comparationē, & similitudinē triū rerū, quę postquā trāseunt nullus scire potest, per quā partē transferūt (non enim sui reliquere vestigiū) insinuat Sapiens hūc sacratissimum puerum, de quo agimus, quando ex sacrario virginali suę sanctissimę matris exiuit, nullū in ea corruptionis vestigiū reliquisse, sicut in aere nullū vestigiū relinquit auis, nec serpens in lapide, nec navis in mari. hoc est, significa el sabio que quando salio este año vaio, de quien tratamos, del sacrario virginal de su madre

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Prou. 30.

33 sanctissima falio sin quebrar el sagrario, y sin hazer daño en el, ni dexar de su falida señal como ni la dexa de su buelo el aue en el ayre, ni la serpiente de su camino en la peña, ni en el mar la nao. Quando ergo. S. Euāgelista ait: Peperit filiū suū primogenitū, intelligere & firmiter credere debemus, ipsam illum peperisse manēdo virginē, & tam integrā, ac si nunquam peperisset, & quod hic primogenitus, atq; vnigenitus eius est etiā vnigenitus filius Dei: in eo etenim vnita sunt diuinitas, & humanitas vnione hypostatica & personali. Si autem quæritis quomodo Deitas est in carne humana? Respondet gloriosus Basilus, illam exillere in carne humana, sicut ignis est infero, non qui dem mutādo locū, sed bona sua diffundendo. ignis enim nō pergit in ferrū, sed dū in eo est qualitātē suā in ipso ponit, & absq; eo, quod de se aliquid minuat illud ex se toto implet, ac sui totius particeps facit. Sic verbū diuinū in nobis habitauit, & domiciliū fecit absq; aliqua sui mutatione, & absq; eo, quod suum domiciliū mutaret, id est, hizo morada en nosotros sin mudar la suya, y sin apartarse de sí. Sed quomodo caro nostra eam deitatem non inficionauit? Sicut nec ignis recipit in se proprietates ferri: ferrum enim nigrum ac frigidum est, postquam autem igne inflāmatur, induit & assumit figurā eiusdem ignis videlicet lucē y no le ennegrece, ni le comunica su frialdad. Sic caro hominis recipit in se diuinas qualitates, sed tamē diuinitas nō inficionata fuit miserijs, & fragilitatibus ipsius carnis, id est,

34

35 auñq; in carne del hōbre recibio qualidades diuinas no pego a la diuinidad sus flaquezas. Quare ergo nō concedemus, Deum operatū fuisse id, quod ignis operatur? Hęc B. Basilus. Itaq; natus est Deus (sicut ait hic S. Doctor) vt mortem præberet morti, quæ in carne delitescibat. Nam sicut medicinæ antidotales, & quæ veneno sunt contrariæ, si corpori iungātur, id quod venenosum est, & mortale vincunt: & sicut tenebræ quæ domū occupāt a luente luce evanescent: sic mors, quæ homini prædominabatur, Deo cū ipso homine se coniungente in nihilū reducta est. Et quemadmodū gelu, dū noctis obscuritas permanet, in aqua prædominatur, vbi vero sol oritur, & illam calefacit, statim illud radius solis liquefacit: sic mors regnauit eo vsque tempore, quo Iesus Christus venit in mundum. postquam autem gloria salutaris altissimi Dei apparuit, & postquā sol iustitię or

B. Basi. serm.  
de Natiuitate,  
Domini.

Simile.

Simile.

tus est, absorpta est mors in victoria eius. O magnitudinē Dei, 16  
O summam bonitatem, & altissimum amorem erga homines,

## Natiuitas Domini,

Gene. 2.  
simile.

Beatus Am-  
bro. sermo.  
de natiuita-  
te.

**P**eperit filium suum primogenitum. Quando prima Eua exi-  
iit à primo Adam emisit Deus in eam soporem, postquam  
autem è somno euigilauit, & eam coram se vidit dixit. Hoc nūc  
os de osibus meis & caro de carne mea. At quando secundus  
Adam Iesus Christus, R. N. ex secunda Eua, videlicet sacratissi-  
ma matre sua exiuit, dedit illi Deus somnū altissimę contēpla-  
tionis mysteriorū diuinorū, ac redemptionis mundi, & solauit  
illam ab hoc somno dulcissimo, sacratissimus puer sine dolore  
natus plorando suscitaret, ipsa, vero tunc diceret. Hoc nūc os de  
osibus meis, & caro de carne mea. **B.** Ambrosius inquit. **Nomi** 37  
partus noua merentur obsequia. A deo nouus fuit hic virginis  
partus, quē hodie celebramus, vt omnes alios partus inueterane-  
rit. Partus enim, in quo vir non interuenit, & in quo puerpera,  
videlicet illa, quę peperit virgo atque integra remanuit, & qui  
natus est Deus fuit, adeo nouus extitit, vt omnes alios partus  
præteritos, præsentēs ac futuros inueterauerit. Nulli mulieri pa-  
rienti gratulari possumus de partu suo absque eo quod pudor  
aliquis & confusio interueniat id est. A ninguna parida se le pue-  
de dar la nora buena de su parto sinque interuenga alguna ver-  
guença y confusión: quamuis enim partus sit excellentissimi  
alicuius viri geniti, tamen semper mater plurimum amittit in  
modo, quo concepit. Hinc orta est in sancta ecclesia illa laudabi-  
lis consuetudo operiendi sponsas, quando in ecclesia velantur, 3  
& in facie earum velum ponitur: in quo significatur confusio, &  
pudor in quo se ipsas visurę sunt. Atque ita quidam venerabilis  
Senex nefarijs hominibus, qui hospitem suū contaminare vole-  
bant dixit. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubi-  
nam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, tantum obsecro, ne  
scelus hoc contra naturam operemini. Vbi aduertendum est, &  
perpendendum verbū illud, vt humilietis eas, magna enim hu-  
miliatio est illa, quam mulier à viro recipit. Idcirco nulli mulieri  
parienti gratulari possumus de partu suo, quin certus quidā inter-  
ueniat pudor, & confusio. Quod quidē intelligitur licet partus  
sit ex legitimo matrimonio in lucē editus, porq̄ de otra manera

no se les ha de dar la nora buena, antes merecē la nora mala. Soli autē sacratissimæ virginis Mariæ iure optimo possumus de par- rasio gratulari, absque eo quod interueniat pudor aliquis, aut ignominia, siquidem ante partum, & in partu, ac post partum uirgo extitit, & in eternum erit. Sea pues señora sacratissima mu- cho en hora buena vuestro parto, porque es el mas nueuo parto, y el mas honrrado parto, y el mas prouechoso parto, y el mas sancto parto: q̄ jamás fue y será; y pues soys tā poderosa cō Dios y tan coniunta a el, que soys su madre, hazed q̄ nazcamos oy to- dos por gracia con vuestros sacratissimos ruegos y intercession.

Natiuitas Domini

**E**T reclinauit eum in præsepio. Dicitur Chrysostomus in ser- mone de natiuitate Domini explanans hæc uerba ait, hoc fa- ctum esse, ut compleretur uaticinium Isaïæ. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Significat ergo hic, S. Doctor uaticinatum esse Isaïam his uerbis, ponendū esse Dominum recentem natum in præsepio: quod fa- ctum testatur S. Lucas, cum dicit Reclinauit eum in præsepio. Et Beatus Augustinus contra Iudæos, & Paganos eodem modo hæc referre uiderur, qui quidem inquit. In præsepio iacuit, agnouit bos possessorem suum. Ergo Beatus Augustinus hæc uerba, Agnouit bos possessore suum, retulit ad illud, In præsepio iacuit. Et Dicitur Ambrosius de natiuitate Saluatoris ait. Audis infantis uagitus, & non audis bonis Dominam agno- scentis mugitus? Et Origenes ait. Venerunt pastores, & iacue- runt Mariam, & Ioseph, & puerum ipsum Iesum iacentem in præsepio: illud erat de quo Propheta uacinatedus est dicens. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Idem sensu B. Athanasius in libro, quem inscripsit de uer- bis euangelij.

B. Chry. ser. de natiuita. Domini. Isai. 1.

B. Aug. con- tra Iudæos, cap. 13.

B. Ambrosij li- br. 2. c. 21.

2. Orig. hom. 13. super. Lu- cam. c. 2.

Nec huic sanctorū patrū interpretationi obstiterit, quod He- braea lectio præferat. Agnouit bo possessore suū, & asinus præ- sepe dñorum suorū, quod receptū sit apud Hebræos plurali nu- mero uti pro singulari, nisi intelligas, dñorum suorū Emanuēlis, & Deigenērici. Nam quāta sit dignitas Mariæ sacratissime in- uentis laicis quis explicare poterit? Cognouit ergo asinus præ- sepe Christi Iesu, & beatus uiræ matris eius dominorū suorum.

Et cum

Et cū hoc sanctorū patrū sensu mirifice congruit lectio Hebræa. Agnouit bos possessorē suū, & asinus præsepe dominorū suorū: Israel autē me nō cognouit; populus meus nō intellexit. Nō est enim pronomē illud, me, Hebraice, sed perspicuitatis causa adiectū est à septuaginta interpretibus. Et B. Hieronymus inquit. Positus ergo fuit Dñs inter duo animalia recens natus in præsepio, vt vulgo depingitur. Sic enim veteres patres interpretantur vt dictū est. Et agnitus fuit ab animalibus: Israel autē nō cognouit; & populus Dñi non intellexit: subaudi eundē Dñm positū in præsepio admonitus hoc vaticinio Isaie & etiā vaticinio Abacuc dicētis. In medio duorū animalium cognosceris. Dominum ergo positū in præsepio (quē cognouerunt bos, & asinus) vaticinijs Prophetarū admonitus Israel, & Angelorū de cælo tanto concentu, ac tam aperta denuntiatione facta pastoribus, & tot iustorum testimonio, Magorumq; aduentu, & eorū stella duce, totq; rerū miraculis non cognouit: vt asinis stolidiores, bobus stupidiores esse conuincatur Iudæi. Quia autem Dominus noster nostrū est pabulum, & alimentū, voluit esse positus in præsepio; vbi iumenta pabulū accipere solent. Quia homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis: ergo sicut iumentum in præsepio habuit pabulum. Beatus Augustinus contra Faustum Manichæum tam planum huius loci sensum hunc esse putat, vt virgere soleat Iudæos, hoc vaticinio Isaie. Idem facit Beatus Cyprianus aduersus Iudæos.

Psal. 48.

B. Aug. li. 13.  
contra Fau-  
stum. c. 11.  
B. Cypri. li. 1.  
aduersus Iu-  
dæos. c. 3.

Et pastores erant in regione eadē vigilantes &c. Et dixit illis Angelus. Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnū, quod erit omni populo. Hoc verbū, euangelizo, est nimis dulce, ac delicijs plenū: & ait quidā interpretes verbū Hebræū quod hic in originali ponitur, oriri à quodam verbo significāte carnē. Atq; ita iuxta hoc, euangelizo vobis gaudiū magnū, significat, nō solo os doy nueuas de Dios, sino q̄ Dios se ha hecho carne. O nuntiū singularis lætitiæ, & consolationis filijs Adæ? Nā licet Deus factus caro nascitur plorās, & tātis miserijs circumdatus, id omne in nostram cedit vtilitatē, & remediū. Atq; ita Beatus Ambrosius super Lucam inquit. Me illius infantis Christi vagientis abluunt fletus: illæ lachrymæ mea delicta lauerunt. Plus igitur Domine Iesu debeo iniurijs tuis, quibus

46 redemptus sum, quam operibus tuis, quibus creatus sum. Non prodesset nasci nisi redimi profuisset.

Natiuitatis Domini fructus.

**Q**uemadmodum cum vere nouo ad nos redit sol, omnia vi simile. rere incipiunt, terra parturit, arbores frondibus vestiuntur, & tota terræ facies innouatur, & reuirefcit: ita adueniente ad nos per Natiuitatem sole iustitiæ Christo tota mundi facies spiritaliter innouata est. Surgunt virginum chori, monachorum cætus, exercitus martyrum, confessorum & pontificum ordo, ac denique illud impletum est quod Propheta Isaias Isai. 35. vaticinatur. Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron, qui montes pinguisissimi, & fertilissimi sunt.

Christus Dominus in Canticis flos campi appellatur, partim quia sine personarum acceptione omnes eum capere volentibus in communi positus est (quod hortorum flores non habent) partim, quia solo cælestis spiritus influxu sine vlla humani cultus opera in castissimis sacrosanctæ virginis visceribus, velut in campo quodam satus, & altus est. Dignitas autem istius beneficii admirabilis colligitur ex illis Moyse verbis, qui ait. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die, quo creauit Dominus Deus hominem super terram, si factum est Deut. 4. c. aliquando huiusmodi res, aut vnquam cognitum est, vt audiret populus vocem Domini Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & vidisti. Si ergo adeo magnum fuit, Deum per Angelum loqui de medio ignis quid ipsum Dei verbum, ac verum Deum in assumpto homine in præsepio videre, & toties inter homines confedentem, eosque cælestibus disciplinis imbuentem cernere? Hoc est enim, quod Beatus Paulus ad Hebræos Ad Heb. 1. amplificauit dicens. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Fructus autem huius superni beneficii est, vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibiliu amorem rapiamur. Cuius autem felicitatis sit hæc ipsa cognitio, declarat dulcissima illa verba Sapientie. Nosse enim te, consummata iudicia est, & scire iustitiã & virtutem tuam radix est immortalitatis. Sapient. 15.

Beatus

ad Titum. 2.

B. Paulus ad Titum scribens inquit. Apparuit gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria sobrie, & iulle, & pie viuamus in hoc sæculo. 48

Ad Heb. 2. c.

Ilii. 9.

Ilii. 9.

Ioan. 1.

Ad. Gala. 4.

Psal. 97.

Sic profecto, decebat altissimam tuam maiestatem, vt sicut omnia, o diuinum verbum per te pater creauit, per quem omnia facta sunt sic fuisses causa reparatrix omnium, quantum est ex parte tua. Hæc ratio de prompta est ex eodem Apostolo ad Hebræos scribente. Decebat (inquit) eum in quo omnia, & per quem omnia autorẽ esse salutis eorum. Loquitur hic B. Paulus mysteriose dicens. Apparuit gratia Dei. Sed certe Isaias Propheta de hoc mysterio apertius locutus est, cum ait. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam, habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis, & ostẽdẽs, quẽ lux hæc esset, ait paulo inferius. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerũ eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, Princeps pacis. Apertius etiam, quam. D. Paulus de hoc locutus est B. Ioannes Euangelista cum dixit. In principio erat verbũ &c. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et idẽ D. Paulus de hoc mysterio clarius loquutus est cum scribẽs ad Galatas dixit. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Quare ergo hic adeo obscure locutus est dicens: Apparuit gratia Dei: Digo quãssi cõuenia, quãllamasse a este altissimo beneficio, quãle pusi esse nõbre de gracia absolutamente, dõde Dios se mostro tan gracioso, Esto que estaua tan occulto, y escondido apparuit. An si lo dixo tambien Daud. Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Nota como quadra el, apparuit, con el Notum fecit Dominus. 50

Id autem quod D. Paulus gratiã vocat regius Propheta iustitiam appellauit: nam eum Deus homo fieri voluit, & in tanta paupertate nasci, & tantis laboribus viuere, ac tam crudelẽ mortem pati dignatus est, apertius quã villo tẽpore infinita Dei iustitia manifestata fuit. Idcirco quẽadmodũ hoc altissimũ mysteriũ, quia sub merito cadere nõ potuit, & quia tantũ ac tã singulare beneficiũ fuit, merito per Antonomasiã gratia nuncupatur. Sic quia pater æternus se seuerũ & rigurosum ostẽdit in sumẽda satisfactio-

satisfactione pro peccatis hominum, per Antonomaziam etiã hoc  
 sacrum mysterium iustitia appellatur. Satis conuenienter possumus  
 hic afferre verba illa eiusdem Apostoli dicentis. **F**ratres hor-  
 tamur vos ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis; ingens enim ma-  
 lum, & magna iactura esset nos ab hac tanta gratia Dei commo-  
 dum, & vtilitatem non educere. Est autem valde notandum. **S.**  
 Apostolum in hoc loco clementissimum Iesum tribus nomi-  
 nis nuncupare videlicet Deum, Saluatorem, & magnũ Deum.  
 Vbi significauit, quod quia pauper pro amore nostro apparere  
 voluit, ideo in hac paupertate & humilitate illum amplius lauda-  
 re, honorare, & glorificare debemus. 2. ad Cor. 6.

Lux est, & in tenebris nascitur, vt inde peccator intelligat,  
 quod licet nimis tenebrosus sit, si se disponere voluerit, in eo lux  
 diuina nascetur.

Nascitur in tenebris, quando hora quieta, & tranquillã est, &  
 dum mediũ silentium teneret omnia, ac nox in suo cursu mediũ  
 iter perageret: vt ostendat quantum valeat quietudo ad hoc vt  
 ipse in anima illam habente nascatur? Nascitur inter animalia  
 quasi afrentando a los hombres y significando, que mas seguri-  
 dad ay entre los brutos domesticos, y aun entre las fieras del mō  
 te, que entre los hombres.

Et reclinauit eum in præsepio; quia non erat ei locus in  
 diuersorio. Ille, qui fecit cælos, vt essent sedilia stellarum: ille  
 qui dedit locum omnibus animãtibus, in quo habitarent, ille  
 qui angelis æternam gloriam largitus est, non habet domum, in  
 qua nascatur, quin etiam cum tam pauper esset, in illo di-  
 uersorij præsepio angelici chori canentes audiuntur, ad signifi-  
 candũ quod puer sanctissimus Iesus pauper nasci gaudebat, ipsa  
 q; pauperie delectabatur. **B.** Paulus ad Galatas scribens inquit. ad Galat 6.  
 Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Chri-  
 sti. Sic nos etiam dicere possumus. Mihi autem absit gloriari  
 nisi in paupertate Domini nostri Iesu Christi: & quia Deus  
 pauper nascitur, vt me peccat rem diuitijs adimpleat. Quidã  
 sensus illorum verborum: Gloria in excelsis deo, potest hic esse.  
 Nascitur qui gloriam, & honorem daturus est Deo. Quando  
 Isaias Propheta vidit Dominum in throno eius inquit. Plena  
 erat omnis terra gloria eius, hoc est no se trataua en la tierra  
 de otra cosa sino de quien era Dios, y de sus obras. Tantum  
 beneficium

Iſai. 41.

beneficiū Deus hominibus contulit, dum in mundo apparere<sup>54</sup> voluit sedens in illo throno videlicet in illa sanctissima humanitate, quā sibi vniuit, & copulauit, vt homines obligauerit ad hoc, quod semper de summa eius gloria agerent, tractarent & loquerentur. Atque ita loquens æternus Pater cum Christo in quantum homine, ei dicit. Seruus meus es tu quia in te glorior. Vultis fratres mei altissimum Deum, qui summum bonū est, magnopere glorificare? Considerate Iesum Christum filiū eius, atque id, quod pro vobis facere, & pati dignatus est: hoc enim vos ad id maxima cum fidelitate faciendū commouebit. Adiecerunt etiam Angeli dicentes. Et in terra pax hominibus. Nā re vera nihil in Christo Redēptore nostro fuit, ex quo magnus honor, & gloria Deo, hominibus autē summa pax & vtilitas non resultaret. Natiuitas eius, & vita, ieiunia, paupertas,<sup>55</sup> prædicatio, mors, ac denique omnia Iesu Christi in gloriam Dei, atque in vtilitatem hominum fuerunt.

Si Reges in die Natiuitatis suæ seruis suis munera & beneficia conferre solent, & si impius Rex Herodes (qui ad tantam infelicitatem, ad tantumque malum natus est) sui infelicissimi ortus diem solemniter celebrans dimidium Regni sui puellę saltanti promisit, quas obsecro diuitias summus Rex cæli, qui ad tantum bonum natus est, ijs qui deuote Natiuitatem eius celebrauerint largietur? Non igitur fratres mei tam bonam occasionem amittamus, sed corda nostra præparemus ad immensas & imperuestigabiles diuitias accipiendas, quas hic vniuersalis Rex in mundum affert. Et qui hodie habitationem animæ suæ præparat ad recipiendum eum in sacrosancta Eucha<sup>56</sup>ristia, non minus ei placebit, quam si tunc quando natus est, ipsum in domum suam reciperet. Sed, heu, heu, & millies heu, & quantum hodie (qui dies maximę lætitię est) deplorare possumus vidētes ipsum nobis hoc est in nostrā vtilitatē, & cōmodū venientem, & sic firmiter credētes illū recipere nolumus. Quo circa de nobis etiam illud dici potest. In propria venit, & sui eū nō receperūt. Hodie etiā liberalissima est cęlestis Regina, & ad fauores nobis erga eternū regē præstādos paratissima. Tria sunt quę homines liberales facere solent videlicet lætitia, lucrum, & præsentia bonorū virorū. Lætitia est causa liberalitatis: etenim manus & cor in eadem, cōsideratione sunt, id est manus y cora

Ioan. 1.

Et conanda en vna mesma consideracion. Quando cor contrista  
 tur, manus etiam colliguntur, quando autem cor lætum est, ma-  
 nus largæ & extensæ sunt, ac beneficia abundanter impartiũ  
 tur: qui enim tristis est vix de alio, quã de se compassionẽ habe-  
 re potest. Lucrũ etiam homines efficit liberales vt videre est in  
 ludentibus, qui liberaliter ijs, qui adsunt ex illis, quę lucratur,  
 largiuntur hoc est danbarato a los presentes, & ita nummi con-  
 sumuntur ab: que eo, quod aliquis eorum qui ludunt ditescat:  
 nam hodie lucratur quidam, & oblitus eorum numerum, quos  
 heri amisit, lucrum hodiernũ largiter impartitur: alia vero die  
 alius lucratur, & lucrum etiam præsentibus distribuit: alia deni-  
 que die alius lucratur, & etiã ex lucro ijs, qui adsunt, gratis do-  
 nat, & sic lusores sine pecunijs remanent, quia per eos, qui ad-  
 erant consumptæ fuerunt paulatim. Præsentia bonorum virorũ  
 solet etiam esse liberalitatis causa, atq; ita aliqui quãdo ab alio  
 quidquã postulare volunt, illud corã personis magnæ authorita-  
 tis exposcere procurãt. Profecto sacratissima domina, non cre-  
 do aliquã puram creaturã has tres liberalitatis causas aliquando  
 habuisse, sicut tu sanctissima virgo hac nocte habes, nec scio tẽ  
 pus magis opportunũ: quo ad te possimus accedere, vt benefi-  
 cia, & fauores petamus, de te namq; Isaias propheta dixit. Ger- Isai. 35.  
 minans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Si vel  
 etiã, quę cũ dolore pariunt lætitiã habent, quia (vt ait summa ve- Ioan. 16.  
 ritas) homo natus est in mundo; quando magis tu ô sacratissi-  
 ma virgo, quę nullũ dolorẽ in tuo sacratissimo partũ habuisti,  
 videns in mundo natum hominẽ, & talẽ hominẽ, qui plus, quã  
 omnes homines valet, exultabis, & gaudio afficeris? Et non so-  
 lũ lætitia perfunderis ô domina, sed etiã magnũ hodierna die lu-  
 crũ recepisti. Aueys jugado a los dados, y echastes vn dado ma-  
 ravelloso. Filius datus est nobis: echastes tres, dos, y as en este da-  
 do, tres sustãcias cuerpo, alma, y diuinidad, dos naturaleza diui-  
 na y humana; y vn suppuesto; y persona diuina; cõ esse dado ga-  
 nastes singulares mercẽmentos. In præsentia etiã bonorũ es,  
 estaysen presencia de buenos y entre gẽte de mucha autoridad:  
 portãto no conuiene a vuestra honra ser escassa. Deus in vlnis  
 tuis, angeli in stabulo, & Sãctus Iosephus coram te est, y anũen  
 presencia de tan honrada gente mucho os conuiene mostrar li-  
 beridad, y a nosotros llegar oy a vos cõ mucha cõfianza. Acce-

damus ergo fratres per memoriã tantarũ rerũ, siquidẽ illud scire  
 nõ potuimus, & forsan hoc altissimũ mysteriũ in spiritus ele-  
 natione videbimus, sicut deuotissima illa fœmina Paula, teste  
 B. Hieronymo, vidit, quæ, quia pro Domino omnia reliquit, to-  
 ra illius summi boni sit ibunda, ac diuino amore flagrans in Be-  
 thleẽ se contulit, & ibi, quod tam opere desiderabat, videlicet pne-  
 rum Iesum nascentẽ, & sacratissimam virginem Mariã matrẽ  
 eius illo fruente, nec non angelos, pastores ac reges ipsum ado-  
 rantes, videre meruit. Quid benignissimus Deus pro seruis suis  
 non faciet? Quid fidelibus suis amicis non elargietur? B. Bernar-  
 dus hoc etiã singulare beneficiũ accipere meruit. Quod si nos  
 illud tam plene non receperimus, saltem imaginatione hunc san-  
 ctissimũ puerum Iesum contẽplari studeamus, & his omnibus  
 diebus stabulũ illud iam memoriã reuocemus, & fortissimũ il-  
 lum Sansonẽ in brachijs sue amicę positũ contẽplemur. Quis,  
 obsecro, potentẽ ac validum Sansonẽ ligauit, torõdit, & in ma-  
 nibus suorũ inimicorum posuit? Pulcherrima Dalida. O deuo-  
 ta & pia anima contẽplare fortissimum Sansonẽ, hoc est om-  
 nipotentem Deum ligatum, debilem, tonsũ, & manibus in-  
 micorum suorũ traditum, vt illũ irideãt, & subsannẽt, propter  
 amorẽ pulcherrimæ virginis. Contẽplare illũ in sinu pulcher-  
 rimę sue amicę recubantem. Vbi sunt, quęso, perpulchri illi ca-  
 pilli sui diuini capitis, illa videlicet attributa, illa sapientia, illa  
 eternitas, illa immensitas, atq; illa omnipotentia? Todo parece  
 q̃ esta tresquilado de tal manera esta como si no tuuiesse estos  
 cabellos. O sanctissima virgo quã læta, & gaudio perfusa hodie  
 de potentissimo Sansone triumphas! ò quam dulciter illum am-  
 plecteris! O quanto iubilo illũ pannis inuoluis, & dulcissimo  
 lacte tuorum virginalium vberum lactas & nutris. Quanta læ-  
 titia S. Ioseph hodiernadie affectus fuit vidẽs se pastorem esse  
 illius innocentissimi agni, (qui ad auferenda peccata mundi ve-  
 nit,) & illius mansuetissimæ ouis, quæ illum peperit. His sac-  
 tis considerationibus oportet, nos sacros hos dies infume-  
 re, vt festiuitates nostræ diuinæ maiestati sint acceptæ: hoc  
 enim illi placet, & non comestationes, ludus, profanitates,  
 quæ omnia magis ad offendendum Deum, quam ad seruen-  
 dum illi inuenta sunt à mundanis. Accedite igitur fratres  
 magno animo, & omni gaudio, ac uerordia sublata, siquidem  
 hodie

hodie diuinus Redemptor in domo sioniana nascitur, vt ad eum nemini aditus sit interclusus, sed quacunq̃ue hora nullo prohibente quilibet ingredi possit.

Hodie adimpletum est desiderium mundi per regium Prophetam manifestatum, cū dicebat. Quis dabit ex Sion salutare Israel, id est quis, & qualis erit dies ille, qui tantam lætitiā mundo allaturus est? Salutare, id est Christus Iesus, qui iter in celum aperuit, & nos æterno patri reconciliauit. Cum igitur hoc sacrū salutare iā venerit, quid obsecro nos facere oportet, nisi id quod S. Rex adiecit dicens? Cum conuerterit Dominus captiuitatē plebis suæ exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Quādo ille, qui in aliquam urbem Maurorū ad captiuos redimēdos nauigat, & è navi descendens ad portum peruenit incredibili

lætitiā afficiuntur ij, qui redemptionem illam expectabant videntes suū redemptorem ad portū peruenisse. Quā ergo lætitiā nos hodierna die accipere oportet, siquidem redemptionē nostrorū peccatorū tā propinquā habemus, si, vt decet, nos ipsos ad illam recipiendam disponimus? Sed infelices illos, qui in suis vitijs, & sceleribus captiui esse volunt. Suspiria etiam fudebat olim Sanctus Dauid cū maximo cordis sui desiderio, & dicebat. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea, in terra deserta, in uia & in aquosa. Veruntamen de hoc homines iam conqueri non possunt, quando quidem iam terra nō est deserta, sed sanctissimam Iesu Christi societatem habemus, verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Iam terra non est inuia, siquidem hūc cælestis socius noster inquit. Ego sum via. Iam terra non est in aquosa, siquidem ipsemet ait. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Flumina de ventre eius fluent aqua: viue. Non appellatur Dominus fons vini, sed fons aque: vt inde aperta colligas, quā paruo pretio se hominibus præbet, sicut fons aquam affluenter omnibus elargitur. Quis ergo feruido amore non inflammatur audiens hæc summa beneficia, quæ Deus hominibus confert? Si per considerationem ad stabulū Bethleē peruenissetis, & ibi sanctissimum puerum recenter natum interrogaretis. Quid facis hic Domine in presepio reclinatū tanta paupertate frigore, ac miseria oppressus? Respondere vtique poterit. Quāuis me hoc pauperrimo habitu indutū videretis, pro comperto tamen habete, me esse cuiusdam magni, ac

Psal. 13.

Similiter

Psal. 62.

Ioan. 7.

et. iust. l. 1.

potentissimi regis filium, qui habebat quandā ouem, quæ quæ 66  
niā in prato vetito pascua est, captā fuit, & nunc in potestate eu-  
iusdā tyrāni est, ac per montes & valles errat, & pater meus mi-  
hi præcepit vt eā quærerem, & cum alijs nonaginta nouē, quas  
habet coniungere, & eius pastor sim: idcirco in hac paupercula  
casa me ad pastoris officium præparo, id est, esto me aora curtiendo  
en esta cabaña para pastor. Dic mihi quæso Dñe si pater tuus  
tā potens, ac diues Rex est quid sua interest, vt vna ouis amitta-  
tur? Quam iacturam recipit potentissimus Rex si vnam ouem  
amittat? Responderet ille. Tantus est amor, quo eam profequi-  
tur, vt licet ea non opus habeat, (alium enim plurimum gregem  
possidet) tamen sine illa esse non vult, no mas de por el pro-  
prio bien y regalo de su oueja. Si igitur eam tantopere diligit,  
& ipsam non vult amittere, quare alicui seruorum suorum non 67  
præcepit, & non tibi, qui vnigenitus filius es, vt eā diligenter  
quærat? Plures famulos pater meus habet, qui eam inuestigare  
possint, sed vt ostendat amorem, quo illā profequitur, mihi vni-  
genito filio suo imperat, vt illā quæram, & postquam inuenero  
pascā, & pastor eius sim: para lo qual me estoy aqui curtiendo.  
Quid si cū illā quæris per montes, valles, & cacumina incidis in-  
ora, atq; vngues leonū, qui te dilacerent? Quomodo ergo pater  
tuus, cui sis princeps & hæres omnium regnorum suorum, te tāto pe-  
riculo exponit? Scio equidē fratres mei, hoc negotiū mihi non  
minori pretio, quā vita staturum esse, id est bñe se q̄ no me ha de  
costar esta empresa menos q̄ la vida: pero yo doy por bien em-  
pleado el perderla, por hallar esta oueja, y ponerla en poder de  
mi padre. O benedictus & glorificatus sit rā clemens, ac miseri 68  
cors Dñs! O beatas oues, quæ talē meruerūt habere pastore! Eia-  
igitur, oues ad hunc singularem pastorem, & episcopum anima-  
rum vestrarum cōfugite, siquidē vos tanto profequitur amore.

### Natiuitatis Domini sublimitas.

**A** Deo admirabile est hoc altissimæ natiuitatis Dñi mysteri-  
um, vt omnem linguā obmutescere, & omnē intellectū  
humanū, atq; angelicū sistere, & perhorrescere faciat. Atq; ita  
**B.** Apostolus ad Timotheū scribens ait. Manifeste magnū est  
pietatis sacramētū, quod manifestatū est in carne. Quod verbum  
diuinū imago, & splendor patris æterni, ac naturalis filius eius.

vifi-

69 visibilis homo fieri, & naturalis filius virginis esse dignaretur, secretum profecto, & sacramentum est tam stupendum, ac tantæ pietatis, vt figura duntaxat, & vmbra eius, (quam Dominus Exod. 3. Sancto Moyse in rubo igne inflammato, viridi tamen, & amœno, ac si ignem non haberet, ostendit) ipsum obstupescere fecerit: y confessando estar en ella Dios, le hizo esconder el rostro, y poner la vida en tierra: sicut ait sacer. textus. Abscondit Exod. 4. Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum. Et paulo inferius. Ex quo locutus es ad feruum tuum impeditioris, ac tardioris linguæ sum; hoc est, non solum Domine turbatus sum, & non audeo oculos ad te leuare, sed etiã lingua impeditus sum; Soy tartamudo, y no acierto a hablar. Visio hæc non nisi quædam vmbra fuit illius, quod hodie Deus pro 70 hominibus facere dignatus est, baxando el mesmo Dios, fuego vehementissimo a tomar nuestra carne aspera, y llena de espinas como çarça que lastima, y punça. Y ardia la çarça igne diuinitatis y echaua llamas: y aquel fuego no quemaua las espinas, que son las penalidades. De esso pues comiença a tartamudear Moysen confessando, que ni lo podia ver los ojos de su entendimiento, ni lo podia declarar: con la lengua siendo sola la figura, y sombra deste altissimo mysterio. Pero la vezindad, q̄ el verbo tiene ya cõ nuestra carne ha dado palabra a la carne para poder dezir. Verbum caro factum est. Antea S. Moyses vel ipsam vmbra huius altissimi mysterij, nec aspicere, nec de ea loqui audebat: nunc autem etiam simplices pastores se se ad inuicem inuitant dicentes. Transeamus vsque Bethleem, & videamus 71 hoc verbum, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Videamus, inquit, hoc verbum. Non clausurunt oculos suos, sicut Moyses Propheta, sed videntes cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Non fuerunt facti balbi, sed eloquentissimi prædicatores. Reuersi sunt laudantes, & glorificantes Deum publicantes id, quod viderat. B. Apostolus, etiã post quã dixit: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri &c. cõcludit dicēs. Hęc loquere, & exhortare, cū omni imperio. Hoc enim est quod Christiani ad inuicem loqui, & de hoc agere debebamus, nos ipsos exhortātes, & animātes ad tantum, itaq; ineffabile beneficium gratificandum. Considerate ergo fratres, qualiter sacratissima virgo prægnās, atq; heredem totius vniuersi in vtero portās in

Ad Titum. 2.

urbem Bethleem pedestris proficiscitur. O inmensum amorē  
 eterni filij Dei, qui se sic voluit humiliare. Ea señor vays o lleuā  
 os? lleuo y lleuā me; yo lleuo a esta purissima vrgē madre miā  
 esforcada, y consolada con mis fauores; y ella me lleua a mi en  
 su purissimo vientre. Gozad señor mio esso poco, que os cabe  
 de tan buena posada, della camara llena de mil olores, que pre-  
 sto estareys en vn pobre portal al frio, y al sereno. Gozad de  
 essa cama florida, que presto os pondran sobre heno en vn pe-  
 febre. Nauegad aora en essa barca sagrada, que presto caereys  
 en el mar tempestuoso de las fatigas deste mūdo. Caminad vir-  
 gen sagrada a pagar el tributo, q̄ nadie dara tan buena moneda  
 como vos, q̄ en vna moneda dareys todo el thesoro del cielo,  
 y de la tierra. Hancigitur monetā dedit sacratissima virgo, quā-  
 do peperit filium suum primogenitum. Merito, atque optimo  
 iure Sanctus Euangelista dicit. Filium suum primogenitum, si-  
 quidem nulla alia pura creatura præter sacratissimam virginē,  
 in eo partem habuit. Quod eleganter significauit Hieremias  
 Propheta cum dixit. Mulier circumdabit virum. Solent homi-  
 nes agros seu possessiones suas sepe, vel pariete circum valla-  
 re: nullus enim id, quod suum proprium non est, circumdat: &  
 quoniam Iesus Christus in quantum homo totus erat sacratissi-  
 mæ virginis matris sue (non enim habebat in terra patrē) idcir-  
 co S. Propheta inquit, virginem sacratissimam circumdedisse  
 filium suum tanquam rem suam, & ideo Sanctus Euangelista  
 ait. Peperit filium suum, Domino autem nato, & in præsepio  
 posito angeli maximo eum gaudio, & lætitia descendunt, vt ip-  
 sum ibi humiliter adorent. O corda obdurata filiorū. Adē. Nas-74  
 citur Deus vester factus homo, & omnes hierarchie angelorū  
 ad illum reuerenter adorandū descendunt, quamuis (vt inquit  
 B. Paulus) nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham:  
 tu vero o homo miserabilis nec ad vnū passum te propter hūc  
 celestem Dominū, qui te tantopere dilexit vis mouere? Sancti  
 pie perpendunt, quod seruitium, & munus, atq; recognitionē  
 facerent Angeli Christo Saluatori mundi, si, sicut puer natus  
 est, nasceretur Angelus. Dominus autem non Angelus nasci-  
 tur, sed pro te nascitur homo: & tu homo nullam mutationē in  
 hac sacra festiuitate in recognitionē tui beneficii fecisti. Nō er-  
 go sis tā duro corde, sed per cōsiderationē accede. Si corē plures  
 quæ-

Histe 3 r.

simile.

simile.

75 qualiter sacratissima mater purissimis vberibus suis virginitū filium lactans ipsum intuens, & attente considerans lachrymanis ita perfundebatur; vt in facie pueri Iesu in viginalibus vberibus lactantis distillant, atque ita sanctissimus puer lachrymas, quæ ab oculis sanctissimæ virginis fluebant, in vbera eius simul cum lacte sugerat. O quā dulce le seria este lectuatio, et qual si con la consideracion buelues en tu pensamiento, iustamente con lo que alli passo, atque seas vna dura piedra, no dexaras de enternecerte, y ablandarte.

Legitur quædam deuota persona singulari deuotione in puerum Iesum Christum atque in sanctam eius pueritiam fuisse affecta, & multo magis hac affectione in festo sacratissimæ natiuitatis eius inflamabatur: cumq; de more in Ecclesia oraret, 76 vidit ibi puerum pulcherrimum, quem interrogauit, an sciret recitare Aue Maria, puer autem respōdit. Recita tu mihi prius hanc angelicam orationem; & cum hæc deuota persona precibus infantis obediret, cum ad illum locum peruenisset qui ait: Benedictus fructus ventris tui, dixit puer. Ego sum iste fructus & statim amplius non apparuit: illa vero iubilo quodā, & interna dulcedine clamare cepit, dicens. Reuertere, reuertere dulcissime, & amantissime puer, quod per triginta dierum spatium incessanter fecit: quibus finitis venit puer dulcissimus Iesus, & eam sic allocutus est, Ego vocatus venio ad te, quia tu me in uocasti: nunc autē ego te uoco. Veni ad me vt mecum regnes. Quæ felicissima persona hoc immenso gaudio, & animi iubilo felicissime expirauit, & animā suam ei, qui eam uocauit, reddidit.

## 77 Natiuitatis Domini paupertas.

ET reclinauit eum in præsepio. Quando volumus exaggerare, & amplificare alicuius paupertatem, dicere solemus. Ille Similitudo. tam pauper est sicut Aegyptius, id est, est tan pobre como vn gitano. Aegyptiū puerū mater sua parit in vijs, siue in locis abiectis aut in porticis dirutis & turbatis: quia propriā domū nō habet. In Exodo narratur, filias Ietro patri suo sic dixisse. Exod. 2, Vir Aegyptius liberauit nos. Ille autē vir Aegyptius, de quo iste femine loquebantur, & dicebant eius opera fuisse liberatas, erat S. Moyses: qui figura fuit Christi Reparatoris nostri, qui cōuenienter appellari potest Aegyptius, eo quod sicut Aegyptiū pe-

perit illū sanctissimā mater suā sub porticu diruto, sine lectulo, 78  
 & in summa paupertate, id est, cō. multa conueniēcia se puede  
 llamar Christo nuestro Redemptor gitano porq̄ como a gitano  
 lo pario, su sanctissima madre en vn portal derribado sin cama  
 y sin abrigo; y con suma pobreza; y como los gitanos dizen la  
 buena ventura: así este diuino señor declaro la buena ventura  
 a sus discipulos diziēdoles. *Gaudete, quod nomina vestra scri-*  
*pta sunt in cælis, y a Iudas declaro la mala ventura, quando di-*  
*xo. Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum*  
*erat ei si natus non fuisset homo ille. A Egyptij sunt magni sal-*  
*tatores: sic hic cœlestis reparator saltauit è sinu patris æterni in*  
*viscera sanctissimę matris, & inde in stabulum, & ex stabulo*  
*in mundum, & ex mundo in crucem, in qua nos redemit, & no-*  
*bis meruit gratiam, qua nos etiã saltaremus: hæc enim est aqua,*  
*de qua ipse apud Diuum Ioannem dixit. Aqua, quam ego da-*  
*bo, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. Nam gra-*  
*tia efficit, vt cor iusti semper saliat, & ebulliat, da vn salto a los*  
*hospitales, otro a las carceles, otro a las Iglesias; denique gratia*  
*efficit, vt iustus in sanctis exercitijs nunquam saltare desinat,*  
*quousque ad cælum perueniat. A Egyptij semper se exercent*  
*in rerum commutationibus, id est en trocar vnas cosas por*  
*otras. Sic bonus Iesus in hunc mundum venit, vt nos doceret*  
*commutare famem pro saturitate, lachrymas pro consolatio-*  
*ne, ignominias pro honoribus, laborem pro otio, ac denique*  
*bona terrena pro bonis glorię sempiternis. Idcirco sicut filia*  
*Ietro dixerunt. Vir Aegyptius liberauit nos, sic nos dicere*  
*possumus. Vir Aegyptius liberauit nos: siquidem clementissi-*  
*mus Iesus, qui in star Aegyptij nasci, & pauper esse voluit, nos*  
*redemit, & misericorditer liberauit.*

### Natiuitatis Domini manifestatio.

**C**VM filius Dni in præsepio Bethleem natus esset, appa-  
 ruit angelus patoribus, & dixit eis. Euangelizo vobis  
 gaudium magnū, quod erit omni populo: quia natus est  
 vobis hodie Saluator, & hoc vobis signum. Inuenietis infan-  
 tem pannis inuolutum, & positum in præsepio. In Exodo  
 legitur Dominus ad Moysen Prophetam sic fuisse loquutus.  
 Descende, & contestare populum ne forte velit transgredere  
 ters

Si terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. O Deus infinitæ maiestatis, quod nam peccatum committitur, cum quis videre conatur, vt tam graui poena, videlicet priuatione vitæ mineris ei, qui te videre intenderit: quin potius, vt homines te diligenter, videbatur bonum esse, vt te viderent? Nullus enim te poterit aspicere, qui tui amore non inflammetur, y que no quede captiuo de vuestro amor, siendo vos Dios nuestro summo bien, y por configuiente muy comunicable como soys tan esquiuo, que no os dexays ver, ni tratar de vuestras criaturas? Quin etiam seruo tuo Moyse dixisti. Contestare populum &c. O profunda mysteria, ò altissima sacramenta, ò admirabiles effectus, quos aduentus filij Dei in mundum operatus est. Ante incarnationem verbi diuini non erat Deus: 82 satisfactus de offensis, quas Adan, & filij eius aduersus ipsum Deum commiserant, y assi no se careaua con los hombres, sino teniales buelto el rostro, y poniales ceño y no se dexaua ver de illo. Intelligentes hoc antiqui patres in cælum clamores tollebant dicentes. Veni Domine, & noli tardare relaxa facinora plebi tuæ. Sciban que en te nando Dios carne humana, se auia de dexar ver, y tratar de los hombres: & ideo maximis clamoribus, suspirijs, ac lachrymis aduentum eius postulabant: atq; ita eo nato mittuntur Angeli, qui tantum bonum hominibus annuntient, vt ad ipsum videndum tractandum, & adorandum veniant. O felicissima tempora! Olim promulgata erat lex, qua præcipiebatur, ne quis in montem ad Deum videndum ascenderet: nunc vero contrarium penitus promulgatur, videlicet 83 quod sub poena mortis spiritualis, & æternæ octo dies non transeant absque eo, quod quilibet Christianorum in templum veniat ad videndum Deum humanatum, sub accidentibus panis, & vini coopertum: atque ita quando populus Christianus ad audiendam missam in templum confluit, dicere solet. Eamus ad videndum Deum: illū enim re vera oculis fidei sub illis accidentibus videt. Ideo Dominus cum discipulis suis loquens *Lucæ. 10.* dixit. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Nos etiam dicere possumus, Beati illi, qui, postquam Deus carnem humanam sumpsit, in hac vita nati sunt, vident etenim, quod antiqui videre cupierunt, & non viderunt

Iob. 6.

derunt videlicet ipsam altissimum Deum in figura humana. 84  
 Nunquid mugiet bos, habens præsepe plenum? O quã plenum  
 extat præsepe, in quo clementissima mater reclinauit infantem  
 Iesum. Et quidem non est quod amplius iagemiscat orthode-  
 xus, plenum est præsepe, nam in ipso iacet ille, in quo habitat  
 plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc est, verè & realiter, velu-  
 ti apostolus, per pulchre testatur.

Iud. 16.

Extat huius altissimi mysterij eximia figura, licet in affectu  
 carnali, in illo fortissimo Sansone pulcherrimæ Dalilæ amore  
 capto ligato, tonso, irriso, & illiso, hoc est inimicis tradito. Qui  
 vir à sæculo potentissimus, & in fortitudine corporis, nemini  
 cõparandus, post tot patratas victorias, post tot res bene gestas,  
 post tot mille hostes asini mandibula calcatos, mirabile dictu,  
 huius puellæ pulchritudine victus est, ligatus, & confusus, inimi- 85  
 cisque suis ad illudendum expositus. Quis vnquam vidit virtu-  
 tem viri, & fortitudinem in capillis. Quis vnquam audiuit ho-  
 minem per solam capillorum tonsionem infirmari, debilem-  
 que, & sine viribus reddi? In musculis & nervis robur esse solet,  
 non in capillis. Non dubium est magnum aliquid portendere  
 hanc capillorũ fortitudinem, & grande aliquid in portetoso vi-  
 ro latere mysteriũ. Neque enim humana fortitudo erat vnus  
 mandibulæ telo exercitus cuneum superare. Agnosco fortissi-  
 mum Sansonem in egressu populi ab Aegypto asini mandibu-  
 la cuneos principum superantem. Quid enim populo illo He-  
 bræorum debilius. Quid infirmius? Nunquid non mandibula  
 asini est vsque hodie? Et tamen ô incommutabilis Deus, quan-  
 tas gentiũ, & populorum strages hac debili mandibula illo tem 86  
 pore perpetrasti? Quot regna, quot reges illi populo subiugasti?  
 Vt per hoc brachij tui potentiam, & nimiam fortitudinẽ tuam  
 ostenderes, qui tam in firmo populi instrumento tales, ac tantas  
 victorias obtineres, & degente alioquin fortissima toties tam  
 mirificè triumphares. Hic ergo ipse, qui tantæ fortitudinis & vi-  
 goris magnitudinem ostenderat, qui toto orbe terribilis, & for-  
 midabilis apparuerat, vnus virginis amore apprehensus, hodie  
 infans, infirmus, ligatus, & tonsus, æmulis exponitur, illuden-  
 dus: neque enim teneretur, nisi homo, neq; illuderetur nisi ho-  
 mo, neque crucifigeretur nisi homo; quæ ergo eum carne ve-  
 stiuit ipsa illum ligauit, ipsa eum ludibrio & morti expo-  
 suit.

-fuit, Vide igitur anima deuota inſpice Sanſonem illum poten-  
 tiſſimum inſignatum ligatum, & conſum in dilectæ ſux Dalile  
 gremio recubentem. Vbi nũc capilli, qui de capite eius, id eſt,  
 diuinitate profluunt ab æterno, in quibus virtus eius tota confi-  
 ſtit? Vbi ſapiẽtia, vbi potentia, vbi eternitas, immenſitas, immu-  
 tabilitas: infinitas, & virtutes aliæ diuinæ, quibus illud ſacrum  
 caput inundat? Tõsus eſt noſter Sanſon, tondente eum Dalila.  
 Non eius crines euulſi ſunt, ſed detoñſi, intus in capite radices  
 manent, ſed aliquando prodibunt. Expeſta me inquit, in die re-  
 ſurrectionis meæ: expeſta modicum, vt noſter Sanſon adiun-  
 gatur ad templi columnam, id eſt, fortiſſimam crucem: ſi enim Ioan. 12.  
 ipſe exaltatus fuerit à terra omnia trahet ad ſeipſum, & morietur  
 Sanſon, & omnis ſimul æmulatio diſſoluetur: plures enim  
 ¶ 89 moriendo, quam viuendo poſternet, & in morte, quam in vita  
 potentior apparebit. O ſacram Dalilam, ò fæliciſſimam virgi-  
 nem, quæ fortiſſimum alligaſti, & omnipotentem Deum no-  
 ſtris commodis inſirmaſti, quam lata, quam iocunda hodie de  
 Sanſone triumphas: quis tuam valeat explicare lætitiã? Quis  
 tuos poſſit gaudiorum fluctus exprimere? quæ Deum ac crea-  
 torem tuum gremio foues, pãnis inuoluis, vberibus paſcis, oſcu-  
 lis, & amplexibus lenis? paruulus enim natus eſt nobis: mitis  
 & humilis. Accedamus igitur ad hunc paruulum fratres, qui no-  
 bis datus eſt. Paruulorum mores omnes agnoſcitis, vna lachry-  
 mula placatur offeñſi, vno ſuſpirio grauiſſimas dimittunt offen-  
 ſas & iniuriarum non recordantur: ſic hic diuinus paruulus vna  
 ¶ 89 lachrymula placatur offeñſus, vno ſuſpirio grauiſſimas dimittit  
 offeñſas, iniuriarum non recordatur, pro exiguo ſeruitio, cæle-  
 ſtia regna condonat, neminem deſpicit, neminem obijcit, omni  
 volenti ſe tradit. Accedite ergo ad eum peccatores nunc,  
 dum paruulus eſt in ſancta eccleſia repræſentatione,  
 dum generis, & maietatis videtur oblitus. Ac-  
 cedite, nolite timere: iracſi nescit,  
 ferire non nouit.

**NOBILLI**

1019.5.

optima regione natus sit? Mas quis ro-  
 muela podrída. Improbis Hebrajs Christus Redemptor poster  
 dixit. Quomodo potestis credere, qui gloriam ad inuicem ac-  
 cipitis, & gloriam, quæ a solo Deo est, nõ queritis? Nobis autem  
 merito dici potest. Quomodo potestis boni Christiani esse, si  
 quidem gloriam Dei non quæritis, sed vestram duntaxat, & pu-  
 tatis vos, ex eo quia ex bonis, ac nobilibus parentibus nati estis  
 omnibus præferendos esse cum opera vestra deprauata contra-  
 rium profus merentur?

Philo. lib. de  
 Nobilitate.  
 simile.

Philo Iudæus de hac materia agens inquit. Malis hominibus  
 prognatis ex honestis maioribus nullus locus esto inter nobi-  
 les. Quid enim prodest oculis orbo suo maiorum perspicaci-  
 tas hereditaria? Quid prodest ad dicendum elingui paterna, vel  
 auita eloquentia? Quid conferunt ad vires tabe diuturna cõsum-  
 ptas, principes generis propter athleticum robur ascripti Fastis  
 Olympicis? Certe nihil ea de causa decedit vitijs corporis, nullã  
 opẽ ex præterita familie felicitate sentiẽtibus. Ad eundẽ modũ  
 iniustus liberis iusti patres, luxu perditis sobrii, & an vniuersum  
 malis boni vtilitatẽ nullã afferunt: sicut nec iura, iuris violatoribus  
 ad quorũ contumaciã pænis coercendã inuentæ sunt leges, exẽ  
 plaque sectantium virtutẽ hominum. Ideo puto ipsam nobilita-  
 tem, si Deus ei formam, vocẽque daret humanã, sic allocuturam  
 istos contumaces posteros. Gentilitas non sanguine solo æsti-  
 matur apud veritatis iudicẽ, sed factis, studijsq; similibus. At vos  
 in contrariũ tẽditis, quæ odi, amatis, quæ probo, improbatis &  
 auersamini. Apud me honor est pudori, veritati, moderationi,  
 modestiẽ, innocentiẽ inferuire, vos hæc in nullo pretio habetis. 79

simile.

Vir nobilis virtutum ornamentis decoratus est, veluti serene-  
 num cælum pulchrorum siderum varietate distinctũ. Et quem  
 admodum densæ nubes splendida obscurant sidera: sic posteri  
 degeneres maiorum splendorem extinguunt.

Poggius.  
 simile.

Poggius libro de nobilitate inquit. Quanto maioris habetur  
 ædificare domum, quam habitare, aut ornare ædificatam, tanto  
 præstabilius est, atq; excellentius à se partã nobilitatẽ possidere,  
 quã seruare ab alijs acceptã, cum alter suis viribus, & lumine re-  
 splendat, alter præ se ferat alienum. Quare soli virtuti palma  
 nobilitatis tribuenda est. Arria vero maiorum imaginibus refer-  
 ta, porticus signis ac tabulis ornata, magnificæ villæ, templi  
 costru-

constructa, varia domus ornamenta plus admirationis aspicientibus: quam nobilitatis secum ferunt. Hunc Antisthenes secutus scripsit eisdem sibi videri nobiles, & virtutis studiosos in sola virtute nobilitatem constituentes.

Stoyci hanc Platonis sententiam complectuntur, & solos sapientes nobiles esse volunt.

Ludovicus Viues in introductione ad sapientiam ait. Iam nobilitas quid est aliud, quam nascendi fors & opinio à populi stultitia introducta? Aut quæ sepe numero latrocinijs queritur? Socrates apud Stobæum sermone primo de prudentia inquit. Quemadmodum equus non generosus vocatur, aut iudicatur, qui instructus apparatus magnifico fuerit, sed qui natura sit egregius: ita nec vir bonus, qui dominus est pretiosæ suppellectilis, sed qui animum generosum possidet.

Ludovicus Viues in introductione cap. 3.

socrates. simile.

Plutarchus in Moralibus ait. Ut fugitiuis ab altaribus, ac

templis reuulsis nihil superest præter mortuorum sepulchra: sic qui vera, suaque gloria destituti maiorum imaginibus se se esse runt, minimè erant, quos pinnoteræ vocant, quo tutiores sint manuum concharum testis se condunt, & cum accretierint; migrant in alias capaciores: ita quidam maiorum suorum titulis se se tuentur, cum suis diffidant virtutibus.

Plutar. in Moralibus.

Simile.

Ut lampirides non sunt conspicua nisi noctu, aut in obscuro: ita quidam non sunt illustres nisi inter humiles, & idiotas oblectantur: uterque inter egregios.

simile.

Ex terra fertili producitur aliquando cicuta venenosa, & ex terra sterili pretiosum aurum: ita ex nobili patre aliquando filius ignobilis procedit, & ab ignobili patre filius nobilis.

simile.

## Nobilitas generis sine virtute

parum prodest.

Eccles. 10.

**S**I te superbe interroget verus Ecclesiasticus: quid superbis terra, & cinis? Respondebis, quia sum ingenuus, & nobilis genere. Audi ergo quid dicat beatus Chrysostomus super Matthæum: Quid enim prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham: nam quis nocet illi generatio ista, quem mores adornant? Quid profuit illi Cham, quod filius sit Noe? Nonne separatus

B. Chrysost. hom. 3. operis imper.

de medio filiorum, qui secundum carnem frater natus fuerat, secundum animam factus est seruus; Nec familia eius sancta potuit defendere impios mores. Aut quid nocuit Abrahæ quod patrem habuit Thare luteorum deorum cultorem? nonne separatus à genere suo positus est in caput fidelium, ut iam non dicatur filius peccatorum sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius sordidare paterni extores. Nã & aurum de terra nascitur, sed non est terra, sed illa multo preciosius, & aurum eligitur, terra autem contemnitur. Et è contra stannum de argento egreditur, sed non habet argenti valorem.

Cum aliquando rogaretur Democritus, (ut refert Sthobæus) in quo tandem consisteret vera nobilitas, respondisse fertur: in pecudibus veram nobilitatem consistere in corpore; in hominibus verò in moribus animi candidis, ac lau-

Exemplum.

14  
dabilibus. Aristoteles verò referente Laertio, eos verè nobiles esse dicebat, qui essent virtutis Archadij studiosi, atque amatores. Archadij olim in signum nobilitatis suorum maiorum depictam lunam in calceo gestabant, significantes se nobiles quidem esse, verum eam nobilitatem crescere posse, atque decreſcere instar lunæ. Quam consuetudinem postmodum imitabantur etiam Romani, ut scribit Plutarchus. Cæterum Solon dicere solitus erat, pulchritus quidem esse, ac laudabilius, nobilem aliquem fieri virtutis stemmatis, quam generis & maiorum suorum splendore. In Epistola præterea quadam imperatoris Maximii ad senatum Romanum missa, referente Herodiano, scriptum legitur: parum admodum prodesse generis, & corporis nobilitatem, ubi deest animi vera nobilitas, virtus scilicet atque probitas. Videmus siquidem passim fieri, ut sicut ex eadem radice rosa, item, & spina enascuntur: ita ex nobilibus parentibus oriuntur non solum studiosi, verum etiam & vitiosi liberi.

Herod. lib. 5.

Ad Gala. 6.

Non debent nobilissimi hi filij appellari, qui in perpetua versantur ignominia, sed nefariorum potius hominũ, quorum vita imitari contendunt. In Christo Iesu (ut ait Beatus Paulus) neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura significans videlicet Sanctus. Apostolus veram apud Deũ nobilitatem esse anime renouationẽ per fidem charitate formatam, quæ nõ in stemmatibus maiorum, & generis amplitudine

1<sup>c</sup> consistit, sed in nouitate vitæ, & in dominici nominis imitatio-  
ne. Omnes, qui ex gentibus originem ducunt, potius filij Abra-  
hæ sunt, si illius fidem referant, quam ij, qui se ortos ab illo pu-  
tant, nec tamen domesticæ exemplo à sceleris, & impietate reuo-  
cantur. Cum enim in diuina cognitione omnia sint à sensu cor-  
poris ad mentis dignitatem conferenda, non multum refert cu-  
ius sanguine procreemur, sed cuius vestigijs ingressi vitam insti-  
tuamus, inquit Orosius Episcopus Algarbiorum in libro de no- Orosi, Epif.  
bilitate Christiana.

### Nobilitas generis sine virtute parum prodest.

1<sup>a</sup> Magna profecto cæcitas est, quod in oculis mundi non  
tantum valeat nec tanti fiat propria alicuius virtus, quan-  
tum respectus maiorum seu proauorum eius. Hæc est statera  
per quam mundus homines ponderat, & æstimare solet: non esti-  
ma la perla por su fineza, sino solo por su engaste. Ille procul-  
dubio magnam errorem committeret, cui cum perfectissima,  
atque optime depicta imago iudicanda cõmitteretur, vt ipsam  
approbaret, ille perfectiones imaginis non attenderet, sed solũ  
animaduerneret ea, quæ eandem imaginem circumstāt & extra  
illam sunt, hoc est: pusiesse los ojos en lo que esta lexos y fuera  
del cõas de la imágen, y por no fer aquello tal negalle el voto  
de su aprobacion a la imágen; pues no es menor que este el  
disparate del mundo el dia de oy, qui oblitus propriarum virtu-  
1<sup>a</sup> tum alicuius hominis solum attendit ad maiores, & proauos  
eius vt ipsum iudicet, & approbet: quando autem isti ei nõ pla-  
cent perfectam imaginem contemnit, & pro nihilo ducit. Cum Eccle 6, 8.  
Ecclesiasticus dixit: Non communices homini indocto, ne ma-  
le de progenie tua loquatur, aperte insinuauit magnam  
inconsiderationem, & recitatem esse eorum qui  
solent de generatione seu de nobilitate alicu-  
ius tractare, virtutes vero eius, vt par, &  
æquum est, non æsti-  
mant.

# O B E D I E N T I A

## M A N D A T O R V M.

Matth. 19.



Simile.

Psal. 118.

I vis ad vitam ingredi, serua mandata, inquit summa veritas. Pro horum verborum declaratione maxime perpēdendum est, vnamquamq; rem secundum valorem, & conditionem suam, sic debere seruari, & custodiri. Currus, quia parui valoris est, in via seruatur, & nemo illum furatur. Truncus alicuius quercus ante ianuam ponitur, & ibi custoditur, vestis tamen intra domum reponitur, si vero vas aureum est, maiori custodia seruatur, marsupium autem aureorum in arca clauibus, & seris magna cura custoditur. Utinam tale discrimen in bonis animarum, & corporis à nobis fieret. Fratres mei bona omnia temporalia, quid nisi paleæ, aut truncus, & quercus sunt, vt quid tanta sollicitudine ea seruatis, & tanto animæ dispendio acquiritis? Mandata vero Dei super millia auri, & argenti à sancto Rege David dilecta. & super aurum, & Topazion pretiosiora, qua sollicitudine, & in qua arca recondita seruatis, ne inimicus ab animabus vestris per aliquot peccata mortalia illa tollat? O sinistra hominum electio! O peruersa filiorum Adæ commutatio! Paleas & sterçora sub septem absconditis clauibus, & margaritas pretiosas, videlicet mandata Dei in ianua aperta, nempe in ore vestro effrænato non timetis reponere? Ibi ea ponitis, siquidem in ore tantum ea habetis. Certe in loco magis tuto præcepta Dei seruabat sanctus David, vt ipse fatetur dicens. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Ita vt qui voluerit à me tollere vnum de mandatis tuis inuitando me ad illius transgressionem, potius obtineat à me, vt cor à corpore meo cani proijciendum extrahat, quam vnius mandati tui violationem committere, hoc est potius mori patiar, quam frangere præcepta à te mihi tradita, & qui voluerit illa auferre à me prius sinam, vt tollat vitam meam. Vt quid ita ea, o sancte vir in loco sic recondito abscondisti? Quia tu mandasti, mandata tua custodiri nimis. Fratres mei per viscera misericordiæ Dei nostri vos obsecro, vt vnusquisque vestrum firmissimo proposito cum hoc sancto Rege dicat. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem

4 peccem tibi Domine, vt qui voluerit aliquod illorum à me per peccatum extorquere, tollat cor meum, mandatum autem tuum minime, id est, vt potius moriar: quia sine corde nemo viuere potest: bene sine oculis, ac manibus quis potest viuere, non tamen sine corde, & ideo in illo, & non in alijs membris abscondi eloquia tua, & potius vitam quam illa perdam. Fœlices vos si sic feceritis. Sed vt magis ad hoc moueamini, audite quid Spiritus sanctus per Ecclesiastem dicat. Finem loquendi, scilicet omnia, quæ ad vtilitatem omnium dici possunt, illorum, inquam, finem pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Talem finem loquendi audiamus omnes fideles, & mente illum retineamus, & opere adimpleamus: certe vtilissimus finis est iste, cum doceat vnico verbo finem desideratissimum nostrum nempe Dei visionem. Est igitur sensus istius sententia. In hoc vno, scilicet in mandatorum Dei obseruatione consistit, esse & bene esse, & officium & exercitium vniuscuiusque, qui vere hominem agit, & fidelem seruum summi Dei. Hoc est omnis homo, id est perfectus homo, quia ex Aristotele in 5. lib. Metaphy. Totum, & perfectum idem sunt, & dictio Hebræa, quæ hic ponitur, perfectum significat. Atq; ita perinde est ac si diceretur cõsummatum homo coram Deo, & hominibus. Quod alius interpres reddit paulo lucidius dicens. Deum timeto, & mandata eius obserua, quia in hoc consistit omnium hominum perfectio: quod perinde est ac si diceret: Quæcunque à Deo huc vsque dicta sunt, & quæ in libris scripta, alijsque innumeris libris scribi possunt cõprehenduntur sub his verbis. Deum time, & mandata eius custodi. Si tamen immaculata Dei mandata ob magna com-  
6 moda promissa, & ob æternam vitam custodire non vultis, saltem ea obseruate, vt conscientia iurgium compescatis, quod sola mandatorum Dei obseruatione fit, teste Diuo Joanne in sua Canonica: & vt euitetis terribilem illam maledictionem. 1. Ioan. 3. Ite maledicti in ignem æternum: quia (vt ait regius vates) maledicti (scilicet erunt omnes) qui declinant à mandatis tuis. Tremenda certe res est audire aliquorum factorum dicta prope mortem existentium, qui tamẽ plenissime mandata Dei obseruauerunt: cùm vidissent se iam esse prope rationem reddendam. Quid dicam de illo S. Hilarione, qui cùm in deserto sanctissime à quinto decimo ad octogesimam ætatis suæ annu vixisset in huius in horto iacebat:

Eccles. 12.

Aristot. 5. lib. Metaphys.

1. Ioan. 3.

Psa. 118.

B. Hiero. in  
vita. Hilarion  
I. tomo, fol.  
252.

nam modicus color in pectore tepebat, nec præter sensum quidquam viui habens supererat, & tamen (vt refert B. Hieronymus) apertis oculis loquebatur. Egredere quid times anima, egredere, quid exire dubitas o anima? Septuaginta annis Christo seruisti, & mortem times? Et in hæc verba exhalauit spiritum. O confusio peccantiū! O duritia legis Dei transgressorum, qui cum omnia Dei mandata per totam vitam dissipent, & concalcent non timent horam mortis, cum sancto isto Hilarione.

### Obedientiæ mandatorum perfectio.

B. Aug. Super  
Psalm. 118.

**P**erfectus obediens est, qui cum. S. David audeat dicere. Tuus sum ego. Super quod Beatus Augustinus inquit. Non leuiter transeundum est quod ait. S. David, Tuus sum ego. Quid non est Dei? Cum alibi ipse dicat. Domini est terra, & plenitudo eius. Quid est ergo quod iste ira quodam modo familiari se Deo comendandū putauit, vt diceret; tuus sum ego: saluū me fac, nisi intelligi volens, quod malus malo suo suus esse voluerit? Quod est inobediētię primū & maximū malū & tanquā dicēs. Meus esse volui, & perditū me feci. Sed sanctus David Tuus sū, inquit, saluū me fac quia iustificationes tuas quæsiuas, nō voluntates meas, quibus fui meus, sed iustificationes tuas, vt essem iam tuus. Deus non præcipue nostra, sed nos vult, vt B. Paulus ad Corinthios scribens docet dicēs. Nō quæ vestra sunt, sed vos querimus. Quintus Fabius maximus Romanorū Imperator, cū ad eū auri, & argenti munera per legatos ex quadā prouincia ciues misissent, vt eū placarēt, respondit. Populus Romanus nō aurū, sed dominos, ac possessores auri sub suo vult esse dñio. Sic omninū Imperator Deus non nostra, sed nos, hoc est nō bona temporalia nostra, sed cor, quod dominatur eorū, sibi donari petiit. Quo nihil multitudo victimarū vestrarū? Plenus sū, inquit ipse met. Dñs per Isaiā prophetā. Ideo in prouerbijis dicit. Fili præbe mihi cor tuū. Quod ei præbebat David, siquidē etiā alibi ait. In me sunt Deus vota tua: hoc est in me ipso sunt, quæ tu Dñe vis: nimirū cor, & anima mea præparata sunt ad tui obsequiū. Quæ paucisunt, q. vere possint dicere. In me sūt De⁹ vota tuā & Tuus sum ego. Hoc efficacissimis verbis asseuerat B. Ambrosius super hunc locū dicēs. Facilis vox, & cōmunis hæc videtur. Tuus sum ego sed paucorū est. Satis rarus est, qui Deo dicere possit. Tuus sum

2. ad Cor. 12.

Hai. 1.  
Prouerb. 23.  
Psalm. 55.

10 sum ego: ille enim hoc dicit, quia adhæret Deo totis sensibus, qui aliud cogitare non nouit. Ille hac voce utitur, qui potest dicere. Dñe ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nunquid hac voce utitur auidus pecuniæ, honoris, potestatis? Multis non est satis Deū scire, & quid pluribus? Tanti populi, tantę nationes, tãti diuites paupertatē putant Dño seruire, & qui supra omnes est, illis exiguus, & angustus est, illis non satis est Dei filius, in quo sunt omnia. Ille diues cui in euangelio dictum est: Si vis perfectus esse, vade, & vēde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, Deū sibi sufficere non iudicauit: siquidē (vt ait sacer textus) contristatus est, quasi plus esset, quod relinquere iuberetur quā quod præcipiebatur eligere. Ille ergo solū dicere potest: Tuus sum ego, quid dicere potest: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

11 Hæc verba Apostolorū sunt, non tanten omniū apostolorum: nam & Iudas Apostolus fuit, & in cōiunio inter Apostolos Christi recūbebat, dicebat & ipse: Tuus sum ego: sed voce tantum & non corde: venit enim, & intrauit in eū Satanas, & cœpit dicere: Non est iste tuus o Iesu, sed meus. Nā iste quæ mea sunt cogitat, quæ mea sunt, pectore suo voluit: tecum epulatur, tecum bibit, & mihituum sanguinem vendidit: tuus est Apostolus, & meus est mercenarius. Non potest dicere secularis: Tuus sum, plures enim dominos habet. Venit libido & dicit: Meus es, quia ea, quæ sunt corporis concupiscis, in illius adolescentulę amore te mihi vēdicasti. Venit auaritia, & dicit: Argentum & aurum, quod habes seruitutis tuæ pretium est: possessio, quam tenes venditio libertatis tuę est. Venit gula, & dicit: Meus es: quia vnus diei conuiuū pretium vitę tuę est. Veniunt deniq; omnia vitia, & singula ei dicūt.

12 Meus es. Quē igitur tã multi repetunt, vile mancipium est. Quomodo ergo tu, qui huiusmodi es, poteris Christo dicere. Tuus sum ego. Respōdebit ille. Nolo habere seruum pluribus dominis seruientem: nam quomodo meus es si verbis mihi dicas: Tuus sum, operibus autē me ipsum neges? Nō est meus, quē libido succēdit: quia mea castitas est. Non est meus, quē cura spoliandi minores exagitat, quia mea est largitas. Non est meus, quem aura mobilis inquietat, quia mea est tranquillitas. Non est Christi, nisi qui alienus est à crimine. Et ideo regius vates, vt ostenderet qua ratione quis dicere potest Christo Domino: Tuus sum ego, adiungit. Iustificaciones tuas exquisiui. Quasi dicat. Ille vere tuus est, qui ni-

hil aliud extra te quærit, solum quærit iustificationes tuas, id est, 33  
mandata tua perficere. Hæc Beatus Ambrosius.

### Obedientiæ mandatorum Dei fructus.

**S**I quis diligenter omnia Dominica præcepta consideret, inue-  
niet plane non minus illa ad hominis pacem, & incolumitatē  
quā ad Dei gloriam pertinere: sic enim diuina bonitas ferum or-  
dinem instituit, vt gloriam suam cum nostra salute coniunxerit,  
quemadmodum B. Eucherius in epistola ad Valerianum probat:  
Quod cum ita sit dubitari merito potest, cuius rei gratia Deo ma-  
gis obstricti simus, an propter præmia quæ cultoribus legū suarum  
constituit, an propter ipsas leges, quas tulit. Vnde in Canti-  
cis pro eo, quod nos legimus: Surge prope amica mea, & veni,  
alii ex Hebræo vertunt: Surgit tibi amica mea, & formosa mea, 14  
& ito tibi. Quo verbo admonemur, operam omnem, quam in di-  
uinorum mandatorum obseruatione ponimus, non in vllū Dei  
commodum (qui bonorum nostrorum non indiget) sed in no-  
strum redundare: Quod si his adiungas gratiæ ipsius Dei munus  
esse, quod eius præceptis obtemperemus, inuenies illū, cum merita  
nostra præmiat, cōferre nobis gratiam pro gratia. Vnde est illud  
B. Augustini in lib. confessionum. Quisquis tibi enumerat merita  
sua, quid enumerat, nisi munerata? Ioseph patribus suis in  
Egyptum profectis non modo frumentū, quod quærebant, de-  
dit, sed pecuniam etiā, qua frumentū emere debebāt in ore sacco-  
rum concludi iussit. Sic Dominus Iesus verus secundum carnis  
successionem frater noster & foelicitatem ac saturitatem æternā,  
quam homines quærunt, cōfert, & gratiam item, qua illam com- 15  
parare debeant. Itaque adepta sempiterna pacis foelicitate cum  
sancto Propheta Isaia dicemus, Domine dabis pacem nobis:  
omnia enim opera nostra operatus es in nobis.

### Obedientiæ mandatorum efficacia.

**R**es quidem aperta est medium, quo regnum, ac respublice  
gubernantur, esse legem, cuius adimplerione, & executione  
consequitur Rex si tyrannus est, & lex ipsa tyrannica quam fert,  
seipsum diuitem facere: si vero iustus ac bonus est lege iusta bo-  
nos, ac potentes subditos suos fieri curat. Sæpenuero autē eue-  
nire solet, vt propter debilitatem, & infirmitatem hominis, atque  
pronam

Cantic. 2.

B. Augu. lib.  
9, confessio-  
num.

Isa. 26.

16 pronam ad malum inclinationem leges plerunque secum magnum inconueniens afferant, videlicet quod cum intentio legislatoris sit, per illas docere, quid faciendum, & quid præcipiendum sit, & homines à malo auertere, & in bonum inducere, cōtrarium penitus multoties euenit, quia cum res prohibetur, excitatur appetitus eius. Atq; ita leges condere, easq; hominibus dare plerūq; occasio est cōfractionis eorū ac maioris, & grauioris peccati: sicut B. Apostolus ad Romanos scribens testatur, solent namq; homines legibus quibus meliores reddendi erant, deteriores fieri. Quā ob rem Christus supernus Rex noster in gubernatione sui regni nouum modum legis liberam ab his inconuenientibus inuenit, quo suos docebat nō solum ad bonitatem sectādam, sicut alij legislatores docuerunt, verum etiam ipsos de facto bonos reddēdo, quod nullus alius rex aut legislator vnquam facere potuit, & hoc proprium est ac præcipuum legis euangelicæ, & in quo ipsa ab alijs legibus & sectis differt. Pro cuius intellectu obseruare oportet, quod quia officiū, & ministeriū legis est homines in bonū ducere, & à malo auertere sicut hoc fieri potest duobus dissimilibus modis, videlicet aut intellectum docendo, aut voluntatem attrahendo: sic leges sunt in duplici differentia: quædam sunt, quæ cum intellectu loquuntur, atq; lucem præbent in his, quæ secundum rationem fieri, vel relinqui debent: aliæ sunt leges, quæ intellectum non illuminant, sed voluntatem attrahunt imprimentes in ea quandam inclinationem, & appetitum earum rerum, quæ ut bonæ merentur appeti, & gignentes in ea quoddam odium rerum turpium, & pessimarum. Prima lex consistit in regulis, & 18 præceptis, secunda vero in quadam salute, & qualitate cælesti, quæ voluntatem sanat, & gustum amissum in ea reparat, ac non solum ipsam rationi subiicit, verum etiam cum ea reconciliat, & amore legis capi, detinerique facit. Quoniam autem lex Moysi hoc non faciebat, ideo Beatus Augustinus dicit eam in seruitute obseruatores suos posuisse, legem vero gratiæ in honore, & vera libertate constituere: Moyses enim nec alius legislator non potuit uti secundo legum genere: at vero Christus Redemptor noster, licet verum sit quod in suo euangelio aliqua præcepta posuerit, & alia renouauerit, & alia, quæ deprauatus vsus male intellexerat meliorauerit, præcipuum tamen suæ legis, & illud in quo ab alijs legislatoribus

Ad Rom. 5.

B. August. li.  
de spiritu &  
vita.

differebat, fuit, quod tanquam verus Deus sanauit sua gratia 19  
voluntates, ea que allexit, vt bonum diligenter, & malum odi-  
rent, quanto vero magis hæ voluntates disponuntur, tanto am-  
plius in eis hic amor augetur. Quapropter breuiter signanter  
& compendiose B. Ioannes dixit. Lex per Moysen data est: gra-  
tia, & veritas per Iesum Christum facta est. Quod Propheta  
Hieremias multis retro temporibus vaticinatus est dicens. Ecce  
dies venient dicit Dominus, & feriã domui Israel, & domui Iu-  
da fædus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cū patri-  
bus vestris &c. & paulo inferius. Dabo legem meam in visceri-  
bus eorum, & in corde eorū scribā illā. Postulemus ergo, & sum-  
mis precibus obsecremus hunc cælestē legislatorē, vt in nos hoc  
tam singulare beneficiū conferat cum regio Propheta dicentes.

Ioan. 1.

Hierem. 31.

Psalm. 118.

Psalm. 24.

Inclina cor meum Deus in testimonia tua: hoc namque diuino 20  
dono diuinæ suæ legi dulci præpitudine obediemus, & quomo-  
do iugū eius suaue sit sentiemus. Quod autē lex diuina homines  
probos faciat, constat ex illis verbis regij Prophetæ dicētis. Dul-  
cis, & rectus Dominus, propter hoc legē dabit delinquentibus in  
via. Vbi alia litera sic habet. Benignus, & bonus, procliuius ad bo-  
num faciendū. Y como este celestial señor tiene vna condicion  
tan buena propter hoc legē dabit delinquentibus in via, hoc est,  
lo que le mouera a dar ley, y euangelio a los hombres es la condi-  
cion tan suaue, que tiene. Et quibus obsecro legem dedit? Delin-  
quentibus in via, id est ijs, qui peccatores sunt. Si ò fratres mei  
cum in oratorijs vestris orationi vacatis proprijs oculis vide-  
retis schedulam è cælo cadentem, quæ sanguineis literis con-  
scripta erat cumque eam legeretis hoc scriptum continere vidis-  
setis, Christiane magnopere desidero, vt ego, & tu amici simus,  
opto etiam meum tibi regnum, & quidquid habeo, tibi dare:  
idcirco pæniteat te me offendisse, & post hac firmiter propone  
emendam & meam legem exactissime te seruaturum esse pro-  
mitte, ego enim gratiam, & fauorem ad eius obseruantiam tibi  
dabo, & si in hoc perseueraueris, vitam æternam me tibi da-  
turum polliceor. Quæ omnia meo nomine subscribo, & con-  
firmo Iesus filius Dei viui. Quæro à te ò peccator, quid hac per-  
lecta schedula faceres? Certe hoc dicerem. O Deus infinitæ cle-  
mētix & bonitatis! cū ego in lethali sim peccato, & cū in infer-  
num me iure optimo præcipitare posses, ad me ipsum schedu-  
lam

22 lam veniæ mittis, & me ad gratiam, & gloriam inuitas, benedicta sit tua infinita pietas, & misericordia. Quis obsecro ad cœdum atque adamantino corde præditus est qui hoc non proferret, & qui in posterum bene viuere, atque ab hoc tam singulari beneficio commodum, vtilitatemq; educere non proponeret? Dic ergo ô execrande, & ingrate peccator, quid aliud tibi sacrosanctum Euangelium, nisi hanc veniam, & condonationem peccatorum virtute sanguinis Iesu Christi Redemptoris nostri promittit? Et hæc diuina lex, quæ in sacro euangelio scripta continetur firmata & stabilita est ineffabili veritate, & sacrosancto nomine Iesu Christi veri Dei, & veri hominis. Quare ergo illam omni cura, & sollicitudine non obseruas? Quare te ad altissimum Deum non conuertis atque ad tam singularia beneficia recipienda, qualia tibi in euangelica lege promittuntur, te ipsum non disponis? O cæce, & tanti boni, tamque immensi beneficij cõtempnor. Dominus cor tuum illuminet, vt posthac in meliorem frugem te recipias, & in melius resipiscas.

### Obedientiæ mandatorum sublimitas & altitudo.

TV mandasti mandata tua custodiri nimis, inquit regius vates cum Deo loquens. Custodiri nimis, id est super omnia Pfalm. 118. alia mandata, quod idem Dominus insinuauit dicens. Tollite iugum meum super vos. Super vos ait, id est super capita vestra, super oculos vestros, super omnes alias leges: mandata, & traditiones hominum, & omnes per hanc debent modificari. Sed heu 24 miseri mortales prorsus inuerso proceditis ordine, plura præcepta mortalium, quam Dei viuentis facitis: si ad eorum voluntatem explendam opus est Dei volûtati contraire centies, vel millies, nihil pensi habetis. Principum mandata qui tantum occidunt corpus, & non habent amplius quid faciant, collocatis super legem Dei viuentis, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem corpus, & animam mittere in gehennam. Præcipit iudici ecclesiæ Dei, vt dimittat clericum, vel immunitatē seruet ecclesiæ excommunicationis iaculo eum ferit, pulsantur campanæ, extinguuntur candelæ obmutescunt diuinæ laudes, crucēs nigro velo cooperiuntur, & iudex nihil pensi habet, irridet, irascitur, contumax in sua inobedientia perseuerat: sed ve-

## 394 Obedientia mandatorum.

Exod. 32.

mit regale mandatum à consularibus regis, vt obediatur ecclesie, restituat, quem vi ab ea eduxit, se à causa inhibeat, capit literas, de osculatur eas, super caput imponit, & cedit statim. O miser incredulus, & infidelis Deo, & eius ecclesie obedire ei contumaciter repugnasti, calcasti literas eius, & hominum præcepto statim acquiescisti? Non tollis iugum Dei super te, sed sub te, onera vero hominum imponis super te. In Exodo legitur quod tabula, in qua Dominus digito suo legem scripserat à Propheta Moyse confracta fuit: illa vero, in qua Moyse scripsit, non fuit fracta. In quo significatum fuit leges, & statuta, atque constitutiones humanas in mundo magis obseruandas fore, quam leges, ac præcepta diuina: nam plurimi sunt executores, qui humanas leges, & constitutiones obseruari faciunt, per pauci vero, qui leges diuinas obseruandas esse studeant. Si Rex pragmaticas, ac leges sancit ad vniuersum, & integre ab omnibus obseruatur. Et quamuis hoc bonum sit, tamen damnabile est non esse homines, qui tantam curam, & diligentiam in obseruatione legis Dei habeant, quantam in obseruatione legum humanarum adhibent.

Aristotel. in Ethicis.

B. Tho. 2. 2. q. 82. Ezechiel. 1. & 10.

Notandum etiam hic est secundum sententiam aliquorum diuinationem, nimis, veluti modum imponere præceptis Dei, non tamen intelligo per modum, mensuram, sed, per modum, intelligo promptitudinem, & deuotionem, qua præcepta Dei custodiri debent. Hoc est, non solum vult Deus, vt præcepta eius custodiamus, quantum ad substantiam, & materiam, sed vt in modo ea præcepta, & delectabiliter adimpleamus. Hoc Philosophus in suis ethicis docet, ait enim. Operari iusta non est difficile, sed operari vt iustus operatur, hoc difficillimum est, scilicet præcepta, deuotè, & delectabiliter quasi ex habitu: deuotio enim est præcepta quædam ad diuina obsequia, & est effectus charitatis, & est veluti causa conseruans eam, & augens, vt docet B. Thomas. De quatuor illis mysteriosis animalibus Propheta Ezechiel inquit, quod vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur: ait etiam. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt. Quatuor alæ vni. Et aspectus eorum quasi scintilla eris candentis. Vbi etiam B. Hieronymus inquit. Erant omnia plena luminis. Mysterium quare vnumquodque animal eorum habebat quatuor facies, & quatuor alas, erat quia cū ipsa animalia impetum diuini spiritus secutura erant, para que en dandoles

28 el espíritu de vna parte, y soplando de vn lado, o de otro no tu-  
 uessen, que boluerse hazia aquella parte, sino que como teniã ca-  
 ra para alli, y alas para alli luego sin ninguna dilacion seguian aq̃l  
 impulso. O maravillosa presteza, y velocidad, que ni aun tanto  
 tiempo como era necesario para boluerse de vn lado a otro lado,  
 o de vna parte a otra parte no se detenian. In quo quidem signifi-  
 cata fuit promptitudo, ac diligentia, qua iusti, qui per illa anima-  
 lia significantur, diuinam voluntatem adimplent, & per placidam  
 viam sacrorum mandatorum Dei gradiuntur. Dum autem dicitur,  
 quod omnia erant plena scintillis insinuatur, quod iusti in ocu-  
 lis, & in facie, in manibus, & in modestia totius corporis sui ostē-  
 dant bona exēpla, que sunt scintillæ valde nitentes, & coruscan-  
 tes. Sed vt sic seruemus mandata Dei ab ipso patre misericordia-  
 rum auxilium petere debemus, quod egregie docet regius vates,  
 29 qui postquã accepit a Deo quod eius mandata debent custodiri  
 nimis in huiusmodi desiderio exarsit dicens. Vtinam dirigantur  
 viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Id est. Vtinam ego  
 sic faciam Domine Deus, vt nimis custodiam mandata tua. Vti-  
 nam quod præcepisti, fiat mihi. Super quod ait Beatus Augusti-  
 nus. Vbi audis, vtinam, vocem optantis agnosce, & cognita voce  
 optantis deponere superbiam præsumentis. Quis enim se dicat op-  
 tate, quod sic habet in arbitrij potestate, vt nullo indigens adiu-  
 mento id possit facere? Ergo si optat homo, quod præcepit Deus,  
 vt det in se quod præcipit rogandus est Deus. Cui sententiæ astipu-  
 latur B. Tho. qui asserit tã in statu naturæ integræ, quã in statu na-  
 30 ture corrupte indigere hominẽ speciali Dei auxilio ad hoc, quod  
 meritorie, & in ordine ad vitam æternã præcepta Dei adimplat.

B Tho. 1.2.  
 q. 109. arti. 4.

Obedientiæ sublimitas.

Vbi nos legimus: Iniquos odio habui, alij transtulerunt. Ex-  
 leges odio habui, id est eos, qui sine lege Dei ex sua vana vo-  
 luntate tanquam lege ducuntur. Vnde Beatus Bernardus in quo-  
 dam sermone ait. Cesset voluntas propria, & infernus non  
 erit. In quem enim defæuiet ignis ille, nisi in propriam volunta-  
 tem? Nam propria voluntas Deum impugnat, & aduersus eum  
 extollitur: ipsa est quæ paradysum spoliat, infernum ditat,  
 sanguinem Christi euacuat, & ditioni Diaboli mundum sub-  
 iugat. Et ibidem inquit. Grãde malum propria voluntas, quæ fit,

Psal. 118.  
 B. Bernard.  
 sermon. 3. re  
 surrectionis  
 Domini.

vt bona tua tibi bona non sint. Propria voluntas est, quæ non est communis cum Deo, & hominibus: sed nostra tantum, quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum sed propter nos metipfos facimus non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere proprijs motibus animorum. Hæc Beatus Bernardus. Non sic ille, qui dicebat. Et legem tuam in medio cordis mei, id est, cura seruandi legem tuam o Deus, in medio cordis mei (hoc est in summo cordis mei loco) sita est: cetera vero non in medio, sed velut in angulis quodammodo, & lateribus mei cordis hærent? Dignitas autem obedientiæ vel ex eo colligi potest, quod in ea salutis nostræ summam in statu innocentiae Dominus constituit, dum certæ arboris fructu primos parentes interdixit, non quod noxius ille esset (nullam enim nocentem stirpem genuerat) sed vt habere se Dominum intelligerent, mereri que studerent, illius præceptis obtemperando, & ab eo, quod nec malum per se nec nocens esset, tamen quia vetitum abstinendo.

### Obedientiæ integritas.

Perfecti viri est non solum legem Dei seruare, sed ardenti etiã amore ipsam diligere, & in ea obseruanda oblectari. Vnde Iudith hoc nomine commẽdatur, non solum quod casta fuerit, sed etiam quod castitatem amauerit. In Malachia Propheta quoque nobis præcipitur, non solum vt misericordes simus, sed etiam vt misericordiam diligamus. Similiquoque ratione animus contra vitia formandus est vt non solum ea fugiat, verum etiam detestetur: quale est illud. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Ietro quoque Moyse socer quærit iudices, non solum, qui pecunia non corrumpantur, sed etiam qui auaritiam vt monstrum horrendum oderint, & detestentur. Ex amore vero legis Dei prouenit, vt voluntariè, & non coacte ei seruiamus. Hanc autem Christiani populi esse præstantiam expressisse videntur verba, quæ (iuxta quorundam translationem) pro eo, quod nos legimus: Tecum principium in die virtutis tuæ, sic habent. Populus tuus aderit voluntarius in die virtutis tuæ; hoc est, non inuitus, & coactus, sed humana voluntate parebit imperio tuo, vt si pro nomine, & gloria tua sint omnes cruciatus perferendi, & mors millies oppetenda.

Psal. 39.

Malach. 6.

Psal. 113.  
Exod. 18.

Psal. 119.

Ad pulcherrimi muneris loco ducant. Quam vero sit diues in qua  
libet virtutis actione bona voluntas, ex his Beati Augustini ver-  
bis libro de bono coniugali poterit æstimari, ait enim. Sicut non  
est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & in Ben-  
ne, qui passus non est: ita non est impar meritum continentie in  
Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios  
generavit. Et licet voluntariè, non tamen oscitanter, & segniter,  
sed studiosissimè, & diligenter esse Deo. feruendum insinuant  
verba illa. Viam mandatorum tuorum cucurri: sed addit, cum di-  
latasti cor meum. Ex quo patet maxime ad hoc claritiam spiritua-  
lem conducere. Hanc autem lætitiã idem Propheta à Domino  
postulat, pro eo enim quod nos legimus: Suscipe seruum tuum  
in bonum; alij legunt, oblecta seruum tuum in bonum: hoc est sic  
animum meum amore pietatis, & virtutis inflammã, & gaudio  
spirituali reple, vt per viam mandatorum tuorum currã. Sed  
qui hoc gaudio, & oblectatione frui vult, dicere cum eodem Pro-  
pheta debet. Renuit consolari anima mea (scilicet in rebus terre-  
nis) memor fui Dei, & delectatus sum.

B. August. de  
bono coniu-  
gali.  
Simile.

Quo etiam studio diuinæ legis obedientiæ incumbere debca-  
mus, declarant illa Dauidis verba. Hereditate acquisiti testimo-  
nia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Quemadmo-  
dum enim homo, qui ex vinea, quam possidet, sibi, suisq; omnia,  
quæ ad vitæ cultum pertinent, suppeditat, omne studium suum  
in ea excolenda infundit: ita vir iustus tota animi contentione in  
diuinorum mandatorum obedientiam incumbit, ex qua sibi bo-  
na cuncta, & in hac vita, & in futura pollicetur. Idem significant  
hæc verba. Hereditate acquisiti testimonia tua in æternum, &c.  
significant enim hæc esse hereditatem suam, hoc patrimonium,  
cui vni deseruiat, & à quo opes omnes suas expectet, nihilq; pre-  
tereacuret.

simile.

Obedientiæ integritas.

**C**Um Deus nefandas illas vires Sodomam, & Gomorrhã  
in incendio inflammare vellet, misit angelos ad sanctum Loth,  
qui eum hortarentur, vt in montem aufereret, si vitam incolu-  
mem seruare vellet: ipse autem in sua sententiã perseverans dixit.  
Est ciuitas hæc iuxta, ad quã possum fugere parua, & saluabor in  
ea, &c. Angeli vero id, quod sanctus Loth postulabat ei concesserunt.

Genesi 19.

runt. At ipse ad urbem perueniens non se securum reputauit, for-  
 sit quia videns vrbes illas fumigantes, & scintillantes timuit in  
 ea vrbe, ad quam confugerat, concremari: atq; ita ascendit de Se-  
 gor & mansit in monte. Itaque in monte, vbi angeli prius ei dixe-  
 rant esse locum saluationis, sanctus Loth ab illo incendio, & in-  
 fortunio se liberauit. In quo aperte ostenditur, nos non posse se-  
 curitate inuenire in eo loco, vbi nos cogitamus, sed in eo loco, in-  
 quem nos Deus dirigit, & ire precipit. Idcirco eius diuinæ volun-  
 tati oportet nos continuo obedire. Tanta est obedientiæ præstan-  
 tia, vt orationis præcipua cura esse debeat, vt præceptis domini-  
 cis obsequamur magis, quam spiritali dulcedine oblectemur.  
 Hinc regius vates dicebat. Vnam petij à Domino, & hanc requi-  
 ram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.  
 Quorsum hoc? Nimirum, vt videam voluntatem Domini, hoc  
 est, vt audiendis ibi, meditandisq; diuinis legibus intelligam vo-  
 luntatem eius, quam videlicet studiose sequar.

B. Gregorius in Moralibus super illud Ioannis, si cor nostrum  
 non reprehenderit nos fiduciam habemus, &c. Sic ait. Si quod  
 præcipit facimus, quod petimus obtinebimus: habet enim ora-  
 tio fulciri operatione, & oratione operatio. Cum hic sanctus Do-  
 ctor dicit, quod petimus obtinebimus, intelligendus est, si nobis  
 expedire viderit Dominus: quia (vt Beatus Augustinus in libro  
 Sententiarum inquit) fideliter supplicans Deo pro necessitatibus  
 huius vitæ, & misericorditer auditur & misericorditer non audi-  
 tur. Quod enim infirmo sit vtilius, magis nouit medicus, quàm egro-  
 tus. Quanta vero sit hominis inobedientis pertinacia vel hoc ar-  
 gumento colligi potest, quod inter accipitres ij etiam, qui viri-  
 bus, & corporis magnitudine præstant quamuis feri, & syluestres  
 sint, triginta tamen dierum spatio, aut paulo plus ita ad homines  
 alluescunt, vt in sublime, ac pene super nubes volantes, aduocan-  
 tis manum, & vocem securi aduolent adeo naturalem feritatem  
 paucorum dierum consuetudine deponere discunt: homo au-  
 tem post triginta, & eo plus annos euangelica doctrina edoctus  
 vix voci Dei obtemperare nouit. Attende ergo obsecro homo  
 pertinax, quod Beatus Augustinus super Ioannem te docet di-  
 cens. Vis, vt seruiat caro tua animæ tuæ? Deo seruiat anima tua:  
 debes regi, vt possis regere.

Psal. 26.

B. Grego. li.  
 18. Moral. c.  
 3.

B. August. in  
 lib. tentat.  
 Prosp.

simile.

B. August. su-  
 per Ioan.

## 40 Obedientiæ mandatorum integritas.

**I**N corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, inquit regius vates. Postquam dixerat: In toto corde meo exquisiui te, quia vanum est rem quærere diligenter, nisi eam in tuto collocaueris, ne subripiatur, subdidit. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, ac si diceret. Non solum ingenti cura tua mandata quæsiui, sed etiam grandi diligentia seruaui in penetralibus cordis mei. Sunt enim, qui verba ore tenus seruant, tantum prædicant, scribunt, legunt cum nihil remotius à corde habeant, contra quos Propheta Hieremias inquit. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum. Verbum Dei semen est: & terra vbi seminandum est, anima est: non caro, non lingua. Psal. 118,

41 Christiane verba Dei ore tenus profers, cum animæ tuæ terra plena sit spinis? Similis es paludibus, quæ ripas habet plenas her- Simile.

bis virentibus, & diuersi generis floribus, ipsæ autem intus sunt refertæ serpentibus, & immunditijs, & lutuosis, & falsissimis aquis. Sic lingua tua lasciuit verbis omni decore Rhetorum virentibus, intus autem plena spurcitijs. Non igitur in ore, sed in corde seruanda sunt verba tua Domine, vt non peccem tibi. Hac potissimum de causa vir iustus in corde recondit verba Dei, vt habeat vnde respondeat Diabolo, & propellat illum, sicut Christus Dominus tribus Sacræ scripturæ verbis respondit Diabolo in deserto, & vicit illum, atque à se profligauit, & deterruit. Matth. 4. c.

42 est, inquirendo, & scrutando legem Dei, & custodiendo eam in corde suo, adhuc desiderat Dei operam, qua in obseruatione eorum instruaturo modo, quo iustificetur. Ideo addit. Benedictus es Domine doce me iustificationes tuas, id est, doce me facere mandata tua, vt iustitiam, quæ ex Deo est, per eorum obseruationem consequar. Vnde prius blanditur Deo dicens. Benedictus es Domine, vt statim postulet: Doce me iustificationes tuas: nam qui de acceptis beneficijs gratus extitit, maiora, & plurameretur percipere, secundum quod in quadam collecta dicit Ecclesia. Vt de perceptis muneribus gratias referentes, beneficia potiora sumamus.

## Obedientiæ mandatorum stimulus.

43

Ad Hebræos

**A**D Hebræos scribens Beatus Paulus inquit. Propterea abundantius oportet nos seruire ea, quæ audiuius, ne forte per effluamus. Quomodo B. Paulus inquit. Ne forte? Nunquid non terrissime peribunt quicumque; Christum non audierint? Quomodo ergo, ne forte, inquit Beatus apostolus? Ne forte, posuit propter arbitriam libertatē quod reparari potest per poenitentiam dū uiuit homo, & ei conceditur respirare super terrā, qui si illam nō egerit, terrissime peribit; imo & pereffluet: fluius enim, quia sic ut fluius in defluxu, & mutabilitate sumus, de infantia ad pueritiam de pueritia ad iuuentutē, de iuuentute ad senectā, & deinde ad decrepitam ætatē. Effluimus autē, cum in morte anima dissoluitur à corpore, pereffluimus uero, si à Dei cōspectu perpetualiter separati per varia tormenta sine fine deficimus. Propter grande hoc malum docet Beatus Apostolus obedire maxima obseruatione legi Dei: quia enim maiora beneficia, quā antiquitus Hebræi receperunt, nos recepimus, propterea abundantius oportet nos (inquit sanctus Apostolus) seruire ea, quæ audiuius, ne forte pereffluamus. Hieremias Propheta de Hebræis loquens dixit, eos fuisse sine aribus, & sine naribus. Quam obsecro speciem, & figuram præferret homo, aut foemina, quæ nares atq; aures nō haberet? Quam deformis apparet? O miser peccator, cuius anima coram diuino cōspectu turpior, & deformior apparet, siquidē nec nares habes ad olfaciendum id, quod bonum est (omnes nāque uirtutes malum tibi odorem præbent, uitia uero bonum) nec etiam habes aures, ex eo enim quia naribus cares, prouenit tibi, ut aures non habeas. hoc est, de no te oler bien las cosas sanctas que Dios te manda vienes a no obedecerle, y por esto eres tan feo delante sus ojos.

## Obedientiæ stimulus.

Math. 10.  
Actuum 9.

**C**ertant inter se hoc uerbum Christi, quid tibi vis faciam quod cuiusdam exco dixit, & uerbum B. Pauli, quod ipse Christo Redemptori nostro dixit. Dñe quid me vis facere? Sed uincit illud, Quid tibi vis faciam? & non uincitur: Quid me vis facere? Imo coronatur, & glorificatur. Dic tu o homo cum B. Paulo ex toto corde tuo. Domine quid me vis facere? & audies; Quid tibi

46 tibi vis faciam? O hominis mortalis obedientiam! O creatoris immortalis liberalitatem, sed maiora, & sublimiora Deus, & vniuersorum Dominus largiri potest charismata, quam homo eidem impendere obsequia, ei, inquam, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, & in omnes generationes saeculi saeculorum amen. Dic ergo tu o homo cum Sancto Apostolo, Domine quid me vis facere? Si desideras cum caeco audire: Quid tibi vis faciam? Audi quid B. Isidorus libro de summo bono dicat. Non erit caro subiecta animae, nec vita rationi, si animus non est subditus creatori. Tunc autem recte nobis subijciuntur omnia, quae sub nobis sunt, si nos subijciamur ei, a quo nobis illa subiecta sunt. Et 47 B. Hieronymus in epistola ait. Tantum virtuti adjicies, quantum propriae voluntati detraxeris.

ad Eph. 3.

B. Isido. libr. 7. de summo bono.

B. Hiero. in epist.

Fides tunc maxime commendatur, cum nullum ad credendum argumentum adest, vt cum Dominus in Numeris dixit. Loquimini ad petram, & illa dabit aquas. Et etiam spes in desperatissimis rebus praecipue laudatur, qualis Susannae fuit. Sic etiam obedientia laudem maximam promeretur, in qua non alia obediendi ratio, quam sola imperantis voluntas est.

Numer. 10.

### Ad Obedientiam mandatorum auxilium Dei necessarium.

48 Mirabile dictu est, quoties S. David loquens cum Deo legis mentionem facit, vt vix sit versus, in quo legem non nominet, praecipue in psalmo centesimo & decimo octauo. Hoc nimirum fecit, vt insinuaret necessitatem auxilij diuini non solum ad singula praeccepta seruanda, sed ad singulas actiones, quibus lex Domini adimpletur. Toties ergo loquens cum Deo repetit legem, vt eius auxilium ad singulas actiones impleret, ac si diceret cum B. Augustino. Dñe da quod iubes, & iube quod vis. Quod nos etiam facere maxime oportet. Tanta vero est vis obedientiae apud Deum, vt maxima dona, & praesidia obedientibus polliceatur, quod verba illa Exodi declarant. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiarium de cunctis populis terrae: mea est enim omnis terra. Quae verba dulcedinem maximam praeserunt: quidem enim haec

Exodi. 19.

Psal. 32.

paterna cura dulcius: Quid amatius? Foelices profecto pij omnes qui sic à Deo custodiuntur: nam quamuis David inquit. Beata gens cuius Dominus Deus eorum populus, quæ elegit Dominus in hæreditatē sibi: plus tamen in peculio, quā in hæreditate designari videtur: hæreditas enim potest esse diuitum, peculium autem fere semper pauperum est, qui cum nihil habeāt aliud, quo vitam tueantur, omnem operam suam in illo excolendo ponūt. Similē ergo curam, & prouidentiam Dominus obedientibus pollicetur.

**Obedientia Christo Domino, in quantum homo, est debita.**

Ad. Heb. 1.

**D**E Christo redemptore nostro inquit Beatus Paulus. Quem cōstituit (scilicet pater æternus) heredem vniuersorū: hoc est, cui, in quantum homini, concessum, & communicatum fuit à patre æterno imperium, & dominium super omnes creaturas corporales, spirituales, terrenas, & celestes. Quod si quæras quodnā dominium hoc fuerit, vtrū temporale, aut spirituale? Ad hoc dico non fuisse dominium temporale, nam ipse Dominus Pilato interroganti, An Rex esset, respondit. Regnum meum non est de hoc mundo, hoc est: non est temporale. Atque ita noluit in causas civiles se intromittere, vt in ipsis tanquam iudex diffinitiuam sententiā ferret. Cum enim aliquando quidā homo ab eo, tanquam à domino temporali, in quodam negotio iustitiam postulasset dicens. Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem ipse responsurum præbuit, se non esse temporalem iudicem, & dixit. O homo quis me cōstituit iudicē, aut diuisorē supra vos? Quod si Christus filius Dei fuisset Dñs temporalis, non inficiaretur, se esse iudicem causarū: quas domini tēporales solent diffinire. Hanc sententiam tenet B. Augustin. sup. Ioann. Restat igitur, vt dominium, quod Christus Dñs super vniuersas creaturas tam spirituales, quā corporales habuit, fuerit quædam eiusdictio spiritualis, sicut illa, quam prælatus supra subditos habet. Et si quæritis, quā in re hoc dominium Christi Redemptoris nostri super homines manifestatū fuerit? Respondeo, illud manifestasse Christū in legibus, quas hominibus condidit obligans trāsgressores earū ad penā mortis, fecit namq; in quantum homo leges, quibus vniuersum mundam obligauit vt ipsum Deum, & hominē reparatorē vniuersi recognoscerent, & hanc fidē Catholicā signis exterioribus

videli-

52 videlicet sacrosanctum baptismum recipientes confiterentur: quod sic esse ex eo patet, quoniam cum in caelos ascendit discipulis suis praecepit dicens. Prædicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Has leges sancti baptismatis, & sacrosanctae fidei catholicae Dominus in quantum homo instituit, in quibus omnes homines obligauit, ut eum tanquam Dominum confiterentur, eique obedirent: atque ita hae sanctissimae leges vniuersum mundum, & omnes nationes obligant, siquidem latae, & positae sunt à praelato in subditos, & à pastore spirituali in proprias oves. In quo quidem aperte cognoscitur, quantum lex gratiae legem scripturae excellat: nam lex scripta solum his, qui ex domo Iacob originem trahebant, dedita fuit, & illos tantummodo obligabat iuxta id, quod in Deuteronomio scriptum est. Pars Domini populus eius, & Iacob funiculus hereditatis eius, id est. De todos los hombres la parte, que cabe à Dios à quien hasta agora tiene puestas leyes solo es el pueblo Israelitico, y la casa de Iacob es la medida y termino de su hazienda. Etenim licet omnes creaturae essent ipsius Dei ratione creationis, conseruationis, gubernationis, & prouidentiae, tamen soli descendentes ex domo Iacob vocabantur diuitiae Dei, quia eos dumtaxat, & non alias nationes lex scripturae obligabat, at lex gratiae omnes ad sui obseruationem obligatione astringit: ideo dominium Redemptoris nostri penes vniuersum extèditur, iuxta id, quod in Psalmo dicitur de Messia. Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Christo etiam, in quantum homini datum fuit dominium super omnes angelos. Et quoniam verbum diuinum, cui vnita est humanitas, potest illa uti tanquam instrumeto ad transformandum supernaturaliter quasdam creaturas in alias, & ad faciendum de illis quidquid voluerit, ideo D. Paulus inquit. Quae constituit heredem vniuersorum. Magna profecto est huius beneficii consideratio ad prouocandum altissimum Deum in misericordiam nostrorum, siquidem voluit, ut sui iam singulari, & particulari modo essemus. Sed haec eadem consideratio nos commouere debet, ut huic vniuersali heredi, quem pater aeternus nobis Dominum, & praelatum dedit, obedientissimi simus. Hic fuit titulus, quo olim filij Israel temporibus Hieremiae Prophetae misericordiam à Deo postulabant dicentes. Tu autem in nobis es Dñe. Non est aliqua natio,

Marci. vii.

Deut. 32.

Psal. 71.  
D. Tho. 3. p.  
q. 13. art. 2.

Hierem. 14.

cui ò Domine cognitus sis, nisi nobis dūtaxat: nā cæteri omnes  
 idololatræ sunt: & nomē sanctū tuum inuocatum est super nos  
 hoc est, particularmente nosotros nos llamamos de vuestro nō-  
 bre, scilicet Israelitas, del Dios de Israel. Sic enim cunctæ natio-  
 nes nos vocant: quod cum ita sit iusto titulo dicere possumus.  
 Ne derelinquas nos Dñe Deus noster. Hoc idem quod olim fi-  
 lij Israel dicebant, nūc sacrosancta ecclesia quotidie canit dicēs.  
 Tu autem in nobis es Dñe &c. Ac si diceret. Nulla est natio, in  
 quatu Dñe honoreris nisi in populo Christiano: omnes enim  
 alię infideles sunt, solus Christianus populus te credit Principē,  
 & legitimū heredem patris æterni. Hic te quotidie patri eterno  
 in vero sacrificio offerimus: hic quotidie præclara & prodigiōsa  
 opera tua canimus: hic tuū sacrū euāgeliū recipimus: hic te Deū,  
 & Dñm confitemur, & tuis diuinis mandatis obedimus. Qua-  
 propter merito dicere possumus. Tu autem in nobis es Dñe, &  
 nomē sanctū tuū inuocatū est super nos: hoc est, ex tuo sanctis-  
 simo nomine Christi, nos Christiani appellamur. Nō solet hoc  
 parū amoris pignus esse, nam communiter videmus, quod si  
 quis partes, & factiones alicuius sequitur, & nomine eius nun-  
 cupari vult, fauorem in eo inuenit. Cum igitur nos Christiani  
 vocemur, & hæreditas tua simus, ne derelinquas nos Dñe Deus  
 noster? Quando iratus fueris effunde iram tuā in gentes, quæ te  
 non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuū non inuocauerunt.  
 Dex ad señor correr vuestra ira contra los Reynos, que ni os co-  
 nocen, ni inuocan vuestro nōbre, ni confian en vos, sino en sus  
 fuerças naturales, y en sus falsos dioses. Huius etiā beneficij me-  
 moria Deus improbos Christianos confundit, eis dicens, se vo-  
 cari Deum eorum, & eos in populum suum elegisse; & eis leges,  
 ac sacramenta ad conseruationem gratiæ, & ad medicinam con-  
 tra ægritudinē peccati dedisse: ipsi autem præuaricati sunt leges  
 Dñi, & diuinæ maiestati terga vertunt, passiones suas Deos fa-  
 cientes. Quo circa merito nūc dicere potest, quod olim per Hie-  
 remiā Prophetā Iudæis dixit. Iudicio contendā vobiscū: transi-  
 te ad insulam Sethim, & videte, mittite in Cedar, & considerate  
 vehementer, & videte, si factum est huiusmodi, si mutauit gens  
 Deos suos, & ipsi nō sunt Dij: populus autem meus, quem ego  
 tantis beneficijs affeci, mutauit gloriam suam in idolum. Obstu-  
 pecite cæli super hoc, & portę eius desolamini vehementer.

Hierem. 2.

Obediētia Dominis temporali-  
bus debita.

**D**Ozens Beatus Petrus omnes fideles primitiue Ecclesie, & in illis omnes Christianos inquit. Subiecti estote omni humane creature propter Deum, siue Regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam quidem malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei. Peccatores proterui nec Deo, nec hominibus obediētiā præstare volunt, dicuntque se liberos natos fuisse, & in libertate viuere velle. Verum est Deum velle, vt simus liberi ea libertate, de qua Diuus Paulus ad Galatas scribens inquit. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit: vult etiā Deus vt à seruitute culpæ fugiamus, sed vult quidem, vt captiui simus ab eius diuina obediētia. In Leuitico præcipiebatur, vt summus sacerdos sumeret duos hircos, quorum alterum Deo super prunas ignitas offerret, eiusque sanguinem diffunderet: alterum vero liberum mitteret in desertum, imponens tamen prius super ipsius caput omnia populi Israelitici peccata, & ita oneratum liberum dimittebat. Vbi significatum est id, quod summus sacerdos Iesus Christus Redemptor noster agit, et qual offrece la consagracion de los buenos, y de cada vno de ellos, a su eterno padre, y permite, que como animal que ha de ser sacrificado lo desuellen quitandole su buena fama, y su hacienda, y aun ordena, que el mesmo la dexa, y la ponga encima de las brasas de la persecucion, y derrame su sangre, para que del todo sea ofrecido a la diuina Magestad. Nam ( vt ait Diuus Paulus ) omnes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Hoc animal nullam ad malum habebat libertatem, totum enim Deo consecrabatur. At vero animal illud, quod peccatis oneratum dimittebatur ibat quocunque vellet. Etenim de omnibus improbis, ac peccatoribus, quorum illud animal typum gerebat, ait Dominus per Regium Prophetam. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ibunt in adinventionibus suis. Vanse libres, mas con su pena, sicut hircus ille, qui, licet dimittebatur libere per deserta vagari quocunque vellet, ibat tamen expositus periculo incidendi in crudelissimos scoporum dentes, & in falcatos aliorum animalium ungues, ita, vt

1. Pet. 2

Ad Gal. 4

Leuitic. 16

2. Cor. 11

2. ad Tim. 3

Psal. 10

1. Cor. 13

mortem euadere non posset. Sic peccatores corpore quidē liberi & incedunt, anima autem captiu; & sceleribus onerati atq; semper periculo expositi incidendi in rabidos Dæmonis dentes, id est, Andan muy a punto de dar muy presto en los dientes del demonio, y en la eterna condeñacion del infierno. Magnum discrimen erat inter principia, & fines horum duorum animalum, porcuē el que era de Dios, luego lo començaua a degollar, y degollar, y su fin era ser quemado en fuego, y sacrificado à Dios: y el otro que començaua con libertad, acabaua en los dientes de los lobos, y de otras bestias fieras. Sic iusti incipiunt à laboribus, & subiectione, & seruitute spiritali, & tandem igne diuini amoris inflammati vitam finiunt temporalem, vt cum Deo in æternum spiritaliter viuant. Improbi vero & scelerati à libertate incipiunt, & in morte atque æterna damnatione finiuntur.

### Ad obedientiam inuitatio.

Exod. 1

**I**N libro Exodi legitur sic præcepisse Pharo obstericibus Hebræarum. Quando tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, interficite eum. Timuerunt autem obsterices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum Regis Egypti, sed conseruabant mares. Pluris fecerunt hæ gentiles mulieres mandatum Dei, quam Regis, & magis timuerunt Deum quam damnum quod illis Rex inferre poterat propter imperij inobedientiam, & contrafectionem. Plurimi sunt Christiani, quibus si Rex diceret: Exit mihi gratum si interficiatis quendam mihi infestum, proculdubio se hoc Regis imperio foelices reputarent. Latitia afficiuntur miserii homines ex eo, quia dominis temporalibus cum offensione Dei creatoris sui seruitium exhibeant. O malitiam præsentium seculorum! Obsterices illæ ignorantes, & insipientes erant, atq; inter idololatrias semper uixerant, nec aliquis timorē Dei eis prædicauerat, sicut modo à concionatoribus, & fidelibus quotidie prædicatur, nec etiam habebat aliquam poenæ æternæ, aut gloriæ notitiam, sicut modo habemus, sed se in illam quædam naturalem, quæ vniuersam taxat Deum esse cognoscebant. Tantamq; reuerentiam Deo habuerunt, vt potius vitam amittere, quam ipsum offerdere constituerint. Nondum Christus Saluator in ossibus prædicauerat illam doctrinam. Nolite timere eos qui occidunt

Mark. 10.

Et corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius time-  
 eam, quia potest & animam, & corpus perdere in peccatum: ipsa  
 vero carnis iam adimpleuerunt. O malitiam huius temporis: quae  
 nescit, qui faciat, quod haec mulieres fecerunt: quin potius  
 plerumque contrarium faciunt, porque eu diziendo vn cavallero:  
 No tengo yo en casa de mi casa, por que si los tuviere no se atre-  
 uera a ofender a hazer tal cosa. En oyendo esto los criados olvida-  
 dos de Dios obedecen a su señor temporal por aquella palabra  
 que dixo: Quod autem Deus illis praecipit sub poena aeternae  
 damnationis, & promittens gloriam sempiternam facere nolunt,  
 vel si faciunt, ita faciunt ac si non crederent. O intolerabilis filiorum  
 Adipueritas, quibus verbis te amplificare & detestari potero.

Obsequantia mandatorum Dei

modus.

Quaenam potest quomodo oporteat praecipia Dei observa-  
 re, an scilicet fecisse opus praecipiti satis sit? Ad quod res-  
 pondetur satis quidem esse ad hoc, ut culpam novam non quis con-  
 erahat opus praecipiti fecisse: sed interim manet seruus inutilis ne-  
 que promeretur sibi quidquam eorum bonorum, quae observatori-  
 bus legis Dei promittuntur: siquidem certa est sententia saluato-  
 ris nostri, quam non solum pronuntiat, sed, & aptissima parabola  
 demonstrat, dicens: Quis autem vestrum habet seruum aran-  
 teum, aut pascentem boues, qui regressus de agro dicit illi: statim  
 veni, & recumbe, & non dicit para quod coenam, & praecinge  
 te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam, & post haec su-  
 manducatis & bibes, nisi quid gratiam habet seruo illi, quia fecit  
 quod ei imperauerat? Non puto. Sed & vos cum feceritis omnia,  
 quae praecipita sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debu-  
 imus facere, fecimus. Vides quam exacte inculcat saluator, solum fe-  
 cisse opus praecipiti pro ut serui faciunt, nullam mereri gratiam,  
 nullamque ad te re vult aem. Nam seruo est de seruis, qui solum id  
 faciunt, ad quod iure seruitutis obligati sunt, & de exempta aliqua  
 gratia, qua quis reponitur in eminentiori statu quam antea erat.  
 Inquit enim: dicite: Serui inutiles sumus, quod facere debui-  
 mus, fecimus. Quid enim praestitistis super alia Dei manci-  
 pata nonno & animata omnia, & inanimata hoc faciunt? Sol  
 obsequitur Deo suo, & eidem obtemperat luna: Bruta quoque

Lue. 17.

animantia prestant imperatum seruitium. Quare? Vt cum illis<sup>67</sup>  
 Deus, ita sane & tecum aget; sit tantummodo opus præcepti fe-  
 ceris, vt serui faciūt, absque affectu dicitur filiali. Quid igitur nobis  
 agendū est, vt vtiliter obseruemus mādata Dei? Qui serui esse  
 volunt, non solū faciunt opus præcepti, quia præceptū est, idq;  
 more seruorū, qui solū timore aguntur, nihil autē agunt ex amo-  
 re, sed hoc in primis curant, vt huiusmodi spiritu adoptentur in filios  
 domus, atque sic in ipsis præceptis facere voluntatē suę bene-  
 placitū Dei patris, qui in cælis est, more filiorum, hoc est ex af-  
 fectu amoris. Voluit igitur Christus Redemptor noster per pa-  
 rabolam inductā docere non sufficere hominibus facere seruiti  
 animo, quæ præcepta sunt illis, more populū Iudaicū; altius enim  
 quid requiritur, nempe vt spiritu fidei efficiantur filij Dei, & sic  
 amore filiali faciant præcepta eius tanquam patris ipsorum, qui<sup>68</sup>  
 in cælis est. Si quidem hoc prodest, & vtilitatē adfert, dicente  
 saluatore, non omnis, qui dicit mihi Dñe, dñe, intrabit in regnū  
 cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est.

Maxime hic animaduertendū duxi, quod antequā Deus præ-  
 cepta populo Hebræo daret, vt ad obseruantia eorū eos mode-  
 ret, dixit eis: Ego sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegy-  
 pti: de domo seruitutis, & statim prosequitur dicit. Non habe-  
 bis Deos alienos corā me &c. Quasi diceret: ecce ego ille benefa-  
 ctor tuus, qui te citra meritum tuum stupendis signis, & prodigijs  
 eduxi de terra Aegypti, per mediū maris Rubri submersis  
 omnibus inimicis tuis. Attende ergo, diligēter ad præcepta mea,  
 vt custodias & facias illa. Mirū est huius particule, qui eduxi te  
 de terra Aegypti, & de domo seruitutis, nullā fieri mentionē in<sup>69</sup>  
 Euangelijs, cū toties, tanque solēnter, passim inculcetur in lege  
 veteri, & prophetis. Quando Deus, non solū vnā vnus familia  
 populū, sed vniuersam humanam naturam cepit educere, non  
 per mare Rubrū, sed per pretiosissimam sanguinem, vni genitū filij sui  
 non de Aegypto ad Palestinam tā breuē terrenę in habitationis  
 provinciā, sed ad supercælestia, & ad thronū vsque glorię Dei  
 non de domo seruitutis, qua homo homini seruit temporaliter,  
 sed de seruitute peccati sub obligatione interitus, & damnationis,  
 quę finē non habet (quarum rerū testimonia sunt manifesta per  
 omnem scripturā, quando, inquam, Deus hæc fecit tunc capit  
 comparatione, huius educationis, quasi nihil esse illa educatione de

70 Aegypto, quæ olim tam illuftris & admiranda erat in auribus patrum: meritoq; flet, iacet, fitq; proffus obfcura, dum comparatur ad illam, quæ facta eft per Iefum Chriftum faluatorẽ no- ftrum. Erat quidẽ illa typus illius, at ceffat figura adueniente ve- ritate, & vmbra cedit corpori. Ideo illius non fit mentio in fa- crofancto euangelio. Hæc autẽ eductio quædam Chriftus dñs pe- regit, nufquã non inculcatur per totũ nouum teftamentum, ve- lit ea, quæ alio modo mente reposita eſſe debet, dicente Hieremia Hierem. 23.

Propheta. Popter hoc ecce dies veniunt, dicit dñs, & non dicent vltra, viuit Dñs, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: fed vi- uit Dominus, qui eduxit, & adduxit ſemen domus Iſrael de ter- ra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eiecerant eos.

### Obedienciæ Dei perſeuerantia.

71 **V**bi nos legimus in Pfalmo, reuela Domino viam tuam, B. Hieronymus ex Hebræo tranſtulit: volue ſuper Dominũ Pfal. 35.

viam tuam. Hoc eſt, committe Domino, & commenda illi inſti- tutum vite tuæ, & omnes tuas deliberationes & actiones: atque proice ſuper ipſum omnem tuam curam, ſolicitudinem, & pon- deris ſubleuationem. Vel vt tranſtulit Felix: circumuolue ſecus Dominum viam tuã. Ideſt, quicquid egeris, dixeris, & cogita- ris, non recedat à Dño, & quocunq; ambulaueris, ſemper perma- ne cum Deo ne diſcedas ab ipſo, adhere illi, & ita ſecurus per- manebis. Quandiue nim circa eum circumuolueris viam tuam, in tuto eris. Quemadmodum pulli ſecuri ſunt ab accipitre, quan- ſimilit.

72 diu circumuolunt circa matrem viam ſuam, ab ea autem lon- gius diſcedentes facile capiuntur: ſic qui à Deo non diſcedunt, ſed circa ipſam ambulant eius voluntati obediẽtes, ab eo custo- diuntur, ne à dæmone rapiantur, ſi autem Deum relinquunt, & ab eo ſe longius ſeparant, incidunt in voracem illum accipi- trem tartareum, qui circuit quærens quam deuoret, vt beatus Petrus ait. Huic ſententiæ concordare videtur illud quod in 1 Petrus 5.

Canticis ſponſus cum ſponſa iuens ait. Pone me vt ſignacu- Cant. 8.

lum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuũ. Qui- bus verbis ſponſus non ſolum amorem, ſed etiam obedientiam ſponſæ poſtulat: ac ſi diceret: nec me ſepares à corde tuo, nec à manibus tuis. Omnia quæ feceris conforma meo diuino bene- ſimilit.

placito. Quemadmodũ anulus, quo literę ſigillantur, non remo-

# 410 Obedientia Prælatorum.

uctur a manu figillantis: he nec tu me separet a te. Quicquid cogitaueris corde, & feceris manibus, sit in me ipsum directum. Ideo ait spōsa, vt eum in manu portet loco anuli figilli, quia solet scriptura rē dilectam nomine anuli in manu significare. Apud Hieroniam enim ait Deus: Si fuerit Iechonias filius Iosacim regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Quasi dicat. Et si mihi Iechonias ante fuerit dilectissimus, & si eum fuerim admirabili amore profecutus, & tanquam anulum signatorum pretiosissimum in manu mea dextera gestauerō, tamen si in mortifera scelera inciderit, illum proiciam a me.

## O B E D I E N T I A P R A E L A T O R U M.

S. Hieron. in  
epist. ad Heliodorum.



**B**EATVS Hieronymus in quadā epistola sic ait: In lege veteri quicumq; sacerdotibus non obtemperabat, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruicē subiecerat contemptum expiabat cruore, huius vero inobedientis

Num. 17.

crone truncatur, aut de ecclesia eiectus rabido. De ambnū ore discerpitur. Cū Deus S. Iosue dūce, & principem populi sui constitueret, dixit ad Prophetā Moysen. Tollet os tuū filijū Nānarē rērum, in quo est spiritus Dei, & plorē mahū tuū super cūm p̄nsta: bit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei praecepta cunctis videntibus, & partem gloriae eius. Quod aliqui sic exponunt. Lauda, & honorifica eum coram populo, vt maiorem auctoritatē acquirat, & vt aludiat illum totius synagoga filiorum Irael: Pro hoc, si quid agendum erit Eleazar, sacerdos cōsus let Dominū. O admirabile ordinem. Populus (ait Dns.) obediat principi: Puliceps autem sacerdoti: & sacerdos consulat Dominum. In quo Dns. docuit, quomodo velit Prælatos, ac Principes a subditis honorari, & obediri, & quod principes saeculares Ecclesiasticis prælati obtemperēt, eosq; in negotijs arduis, & difficillimis tanquā patres spirituales consulant, & quod prælati sacra sapientiae, ac prudentiae non fidant, quin potius Deum consulant eius diuinum auxilium precibus, & orationibus implorantes.

Obe-

# Obediencia Prælatorum.

411

## O B E D I E N T I A P R A E-

latorum.

**F**ons, & origo obedientiæ est humilitas, sicut opere docuit summus mundi magister Christus Reparator noster, de quo Beatus Apostolus ad Philippenses scribens sic ait. Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus factus obediens usque ad mortem. Ecce qualiter sanctus Apostolus testatur caelestem Reparatorem nostrum, quia se humiliavit, idem usque ad mortem obedisse. Vnde Beatus Cyprianus super illa verba: Inclinato capite tradidit spiritum, ait. Bonis Iesus præcepto æterni patris sui promptissima voluntate consensit, & cum in cruce esset non respondit verbis se obedire, sed inclinavit caput, & tradidit spiritum. Vbi maxime ponderandum est sacrum textum non asserere, Dominum Iesum Christum prius æterno patri tradidisse spiritum, & postea caput inclinasse, sed prius inclinasse caput postea autem spiritum tradidisse. In quo aperte ostendit, quod si æternus pater id ei per obedientiam non præcepisset, ab hac vita non discederet, non obstantibus plurimis, & innumerabilibus laboribus, quos in ea patiebatur. O felix anima, quæ ad imitationem huius diuini magistri usque ad postremam horam omnibus rebus, quæ ei præcipiuntur, caput inclinat, & humiliter obtæperat. Legitur in vitis Patrum, quod cum monachus iam iam vltimū vitæ spiritum efflare vellet. S. Abbatem Arsenium sibi fuit allocutus. Te obsecro Pater, ut, si quidem vides pœnam, quam hic patior mihi per obedientiam mori iubeas, ut etiam in morte mereri possim: nam sexaginta anni sunt transacti in quibus ego altissimi Deum deprecor, ne quando humanitas mea voluerit, sed quando mihi meus Abbas præceperit, ego moriar. Ego (inquit sanctus Abbas) tibi o frater Rogeri iubeo per sanctam obedientiam, ut statim ab hac vita discedas, animamque tuam ei, qui eam creauit, tradas, & faxit Deus, ut sacratissima eius passio, & hæc mea benedictio tibi profint, & proficiant. Mirabile dictus. Cum S. Abbas finem profereudi hæc verba fecisset, finiuit etiam vitam, & mortuus est monachus ille, qui eademmet nocte eidem Abbati apparuit dicens plus aestimasse Iesum Christum Regem celi & terre mortem illam, quam ipse per obedientiam sui prælati e vita discesserat, (sicut etiam ipse Christus per obedientiam Patris æterni mortuus fuit) quam aliud bonum opus,

Numer. 16

opus, quod in vita sua fecisset. O quantum metetur ille, qui vsq; ad mortem prælatis suis obedit: Multū erigimini filij Leui, ait Sanctus. Et us Moyses in Numerorū libro. Dixitq; rursus Moyses ad Core. Audite filij Leui. Nunquid parum vobis est, quod separauerit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis corā frequētia populi, & ministraretis ei? Maxime perpendendū est hos execrandos homines Datā, Abiron, & Core (quos hic S. Moyses increpat) fuisse primos, qui prælato suo Moyse inobediētes extiterūt, seq; cōtra ipsum rebellarunt, quos oēs terra viuos absorbuit, & in internū simul cū corpore & anima descenderunt: sicut ibi refert sacer textus. Alia peccata filij Israel ante hoc perpetrauerāt: sed nunquā à Deo tā acriter fuerunt puniti: vt hinc aperte colligamus, quā perniciosum, ac nefariū crimē in Republica sit inobedientia, & cōtra maiores rebellatio? Vt autē homo se se ad obediēdū prælatis inclinet, nō debet attēdere, cui obtēperat, sed quē representat ille, cui obedit, & propter quē ille obedit. Refert Herodotus antiquissimus historiographus, q̄ cū vilis & plebeius homo nomine Amasis in regiā dignitatē ascenderet, & ibi ab aliquibus despiceretur, vt pote vili, & abiecto genere natus: ipse, vt erat prudēs, contēptum illū ac despicatū intelligens iussit fieri statuā cuiusdā idoli, cui Ægyptij reuerentiā adhibebāt, atq; in summa habebāt veneratione. Hanc autē statuā præcepit fieri ex pelui, in qua ipse, & hospites ei⁹ pedes lauabant, efflata vero statuā ex illa pelui, & in loco publico posita ab omnibus tā magnatibus, quā vilibus totius populi adorata fuit. Quo facto rex iussit omnē populū cōgregari, eosq; sic est allocutus. Vos scitis statuā, quam in publico adoratis ex pelui, in qua pedes lauabātur, fuisse conflatā, nec ad id attēditis, sed ad id, quod representat, eamq; adoratis ex eo, quia imago est vestri Dei. Sic nō oportet vos animaduerrere ad vile genus vnde originem trahit, sed attendite dignitatē quam representat. Tātam vim habuit hæc comparatio, vt rebelles illos Ægyptios, qui Regi suo obtēperare volebant & iā iam aduersus illum rebellare decreuerāt, mitigauerit. In hunc modum religiosus & quilibet alius Christianus non debet oculos figere in illo, quod quondam suus prælatus fuit, si pot ventura seruia como bacia de lauar los pies en ella, sed debet animaduerrere quem modo representat, videlicet Iesum Christum verum Deum, ac Dominum nostrum.

Herod. lib. 2  
historiarum.

O B E D I E N T I A D E I.

**B**eatus Chrysoſtomus in quadam homilia inquit. Si non aliter, ſaltem vt famuli nobis noſtri, ita Deo ſeruiamus. Nonne vitam illi omnem in hoc exponunt, vt nobis requiem parēt? Et hoc illis opus eſt iſtud ſtudium, vt dominos curēt. Nōne illi, quæ domini ſunt, tota die curant, ſua vero diei vix exigua parte? Contra vero nos noſtra quidē ſemper, quæ Dominus vix vnquā curamus. Et quidē cum noſtris Deus nō egeat obſequijs, vt domini famulorum, ſed hæc omnia noſtris cedunt cōmodis. Illic famuli miſterium domino prodeſt, hic ſerui obſequium Domino nihil, ſeruo multum confert. Dic enim, quaſo, ſi ego iuſtus ſum, quid inde Deus lucratur? Quid perdit ſi ſuero iniuſtus? Nonne natura illi immortalis, inuiolabilis, & omni labe ſuperior? Serui, ſi graua eis imperentur, nec ſic quidem indignantur: nos autē grauer plurima ferimus. Erubescamus igitur ſi, vt nobis famuli ſeruiant, ita nos Domino ſeruire non ſtudeamus. Seruis herus nihil tale pollicetur, quale nobis Deus. Sed quid pollicetur herus? libertatē præſentem omni ſæpe ſeruitute duriorē, & vbi fames inualuerit acerbiorē, pro ſummo tamen munere id habetur: apud Deum vero mortale nihil, aut corruptibile. Sed quid? Non vos, inquit, dicam Ioan. 15. ſeruos: vos amici mei eſtis. Famulantur illi neceſſitate coacti, nihil plus accipientes, quam victum, ac veſtitum neceſſarium, plerunque etiam minus, vix duntaxat veſcentes. contēti ſeruili toro parum dormientes, & vitam reliquam ſumma cum vilitate ducētes: nihil ſæpe delinquentes cum fuſte, & iniurijs anguntur, nec tamen interim contradicunt, non criminantur, non indignantur, tantum deprecantur, & philoſophos omnes ſuperant ſilētio: nos autem inter delicias iniurij ſumus.

Idem homilia de poenitentia ait. Eum equum laudarem maxime, qui vlla ſine habenarum vi pro nutu cōpeſcitur: ſi vero frænno cogēte eum cōmode ſubegeris nequaquam mirum, nec enim pecudis generoſitate, ſed frænno neceſſitate ipſa modi obſeruatione reputabitur. Idem & in homine licet intueri, qui imminente timore ſi tranquillè perſeuerat, nequaquam mirum, cum vero tētatō ipſa quieuerit, ac timoris quis amouerit frænnum, tunc vim mihi philoſophantis animæ, modeſtiamque omnem oſtendit. Idem homil. 4. de poenit.

Laurentius Iuſtinianus ait. Sicut ſine Duce non confiditur de victoria ſimile. Laurent. Iuſtinia. de lig.

B. Chryſoſt. homil. 16. in prima ad Ii moth.

Ioan. 15.

Idem homil. 4. de poenit.

ſimile.

Laurent. Iuſtinia. de lig.

eo vitæ. c. 3.  
de obedientia  
simila.

B. Bern. ser-  
mone. 1. de  
omnibus san-  
ctis.

Lactantius  
si s. c. 19. in-  
dicitur.

victoria, ac sine gubernatore non peruenitur ad portum: ita & ita  
absque obedientia impossibile est in huius vitæ pelago non pe-  
riclitari.

Beatus Bernard. in quodam sermone ait. Ut Adæ indignamur  
merito omnes, quod vxori suæ potius obedierit, quam Deo: ita  
nobis displiceamus quod carni nostræ, aut quibuslibet alijs crea-  
turis magis, quam Deo placere studeamus.

Lactantius Firmianus inquit. Quod si seruorum nequissimus  
habetur, qui dominum suum fuga deserit, isque verberibus, vin-  
culo, ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur: &  
si filius eodem modo perditus, atq; impius existimatur, qui patrē  
suum dereliquerit, ne illi obsequatur, ob eamque causam dignus  
putatur, quod sit ex hæres, & cuius nomen de familia perpetuo  
deleatur: quanto magis, qui Deum deserit, in quem duo vocabi-  
la Domini, & patris æquè veneranda conueniunt? Nam ille, qui  
seruum pretio comparat, quid in eum beneficij confert præter ali-  
menta, quæ illi vtilitatis suæ gratia subministrat? Et qui filium  
generat, non habet potestatem, vt concipiatur, vt nascatur, & vi-  
uat. Vnde apparet non esse illum patrem, sed tantummodo ge-  
nerandi ministrum. Quibus ergo supplicijs dignus est desertor  
eius, qui Dominus verus, & pater est nisi quæ Deus ipse consti-  
tuit, qui spiritibus iniustis æternum parauit ignem? Quod Deus  
ipse per vates suos impijs ac rebellibus comminatur.

## Obedientia Dei & prælatorum.

B. Dionysius  
de diuin. c. 4.

Ad Galat. 2.

BEatus Dionysius in libro de diuinis nominibus docet, diui-  
num amorem extaticum facere hoc est, amatoi est sic extra se ra-  
pere, vt non sinat eum sui ipsius esse, sed eius, quem amat: vnitiuus  
enim est amor, nec cessat, donec effecerit inter amantem, & ama-  
tum vnum velle, & vnum nolle, cor vnum, & animam vnam;  
quo tãdem cum Apostolo dicat: viuo autem, iam non ego: viuit  
vero in me Christus. Cuius affectu, & arbitrio periinde feror, ac si  
ipse non haberem affectum, aut arbitrium. Quæ licet habeam  
tamen amore rapiente, illius, quem amo, fiunt, illiusque esse vo-  
lo firmo immobilique animi decreto. Hoc autem est obedire vs-  
que ad plenam sui ipsius abnegationem. Fons igitur talis obe-  
dentiæ est amor extaticus, quo velut liquefcit anima in Deum  
cunctis,

# Obediētia Dei, & prælatorum. 415

15 cunctis, quibus eximie colitur Deus, conglutinata. Ad hanc perfectam obedientiam Christus Dominus inuitans discipulos salutari suo consilio dicit. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me. Abneget, inquit, semetipsum, non sua aut suos tantum, sed semetipsum, hoc est propriam arbitrij sui voluntatem, qua nihil homini æquè proprius, nihil intimius, nihil amabilius. Per hanc ipse homo brutis animalibus præstat, per hanc frui, & uti valet, per hanc sui ipsius potens, suarum actionum Dominus constituitur: ut agendo bene, laudem mereatur: male autem operando vituperio, ac punitione dignus sit. Quapropter recte se ipsum abnegasse dicitur, quicumque arbitrij sui libertatem sibi adimit statuens nihil deinceps pro sua voluntate gerere, sed in omnibus dicere cum Christo Iesu: veruntamen pater non mea voluntas, sed tua fiat: atque ex animo precari: fiat Matth. 16.  
16 voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Qualem autem esse debet in omnibus, qui imitatione saluatoris nostri sectatur eam perfectionem obedientiæ, quæ est consilij euangelici, ad quam inuitat idem Dominus in hoc loco dicens: Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam. & sequatur me, exactius declarat adiungens ibidem. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, hoc est, conteret omnes affectiones viuendi, quæ diuinis placitis exequendis remoram præstant. Qui autem perdiderit hoc pacto, animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? filius enim hominis Luc. 22.  
17 venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Quibus promissis velut calcariis incitat suos ad consilium abnegationis sui ipsius, per perfectam obedientiam fortiter subeundum. Si autem dixeris, Putabam ego verba illa Christi saluatoris nostri habere vim præcepti, & ad vniuersos pertinere Christi fideles. Respondeo, quod forma dicendi sub conditione declarat non dicta esse per modum iussionis, sed doctrinæ aut adhortationis: quæ quidem doctrina aliqua ex parte omnibus necessaria est, & communis: in sua vero plenitudine non proponitur, nisi per modum consilij, & inuitationis, ijs, qui spontanei sunt ad ardua illa perfectionis euangelicæ cacumina superanda. Amans enim, ut diximus, non remanet

## 416 Obedientia Dei & praelatorum.

net sui ipsius, sed amati. Debet ergo quisque seipsum abnegare, 18  
animamque suam odisse, quatenus id requirunt amati iussa, quæ  
præcipiendo præcepit. Est quidam gradus diuini amoris, quo  
Deus diligitur propter se, & super omnia: quem ut attingas, om-  
nia tibi & cuiuslibet abneganda sunt. Qui enim amat patrem aut  
Matth. 10. matrem plus quam me, inquit summa veritas, non est me dig-  
nus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dig-  
nus. Deinde qui non curat abluui, & sanctificari, & iustificari in  
nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri ab  
illis sceleratis, & monstruosis malis, quæ enumerat Apostolus  
Ad Cor. 6. ad Corinthios scribens. Item in quo adhuc regnat peccatum  
Ad Galat. 5. per opera carnis, quæ numerantur in Epistola ad Galatas, nec  
incipit virescere in fructum aliquem spiritus sancti, de quibus  
ibidem agitur. Hic non attingit nec infimum quidem gradum 19  
præfatae doctrinæ Christi, ut aliquomodo discipulus eius fiat.  
Igitur qui vult venire post Christum debet in primis abnega-  
re, quod erat, quatenus Christo, & eius diuinis iussionibus ad-  
uerfatur. Debet præterea & id, quod sequitur præstare, nempe,  
qui non tollit crucem suam, & sequitur me non est me dignus.  
Sequitur, (inquam) saltem hæctenus, ut malit cuncta tormen-  
torum genera, & qualiacunque incommoda sufferre, quam ad  
vetustatem in baptismo depositam redire, quamq; nouitatem  
in Christo inchoatam non persequi. Porro antedictam Christi  
sententiam secundum intentum, ac eminentem charitatis gra-  
dum, quem ipsemet præeundo prosequutus est, sic persequi de-  
bes abnegando te, ut etiam in licitis tibi tuum arbitrium dene-  
ges, ne vlla carnis repugnantia patiaris animi tui obsequium di-  
uelli à placitis Dei, etiam si tantummodo consulta fuerint, aut  
ut te sponte offeras ad functionem euangelij, ita ut ante tribu-  
nal tyrannorum prodeas ne dum citatus acclamando: Christia-  
nus sum. Quo sanè genere seipsum abnegare, ad summam per-  
fectionem vitæ euangelicæ pertinet. Neque iniungitur cui-  
piam, sed velut eximum gradum, atque præcellens cum verbo  
Christi tum exemplo suadetur vniuersis: Persuadetur vero si-  
de illustribus, ac præcellenti charitate ardentibus. Et vocatur  
perfecta obedientia verbo Dei longe & quasi genere distans ab  
ea, quæ vocatur praelatorum obedientia, tantummodo imper-  
rium & iussiones respiciens. Obauerunt autem hac perfecta  
obe-

21 obediencia fidei nostræ duces sancti Apostoli, qui dimissis omnibus, firmiter adhæserunt doctrinæ saluatoris in omnibus tam consultis, quam iussis, vt liber Beati Lucæ de Actis Apostolicis, & fideles insuper historix luculenter testantur. Post Apostolos vero eodem genere perfectæ obedienciæ valde eminuerunt primitiæ credentium, supra quos cecidit igneus ille Spiritus sanctus in die Pentecostes, de quibus sic scribitur. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & orationibus. Perpende quod dicit: In doctrina Apostolorum. Hoc est in omnibus, quæ ab Apostolis velut consona pietati euangelicæ docebantur, ad omnia admiranda quadam animi promptitudine aduolant s. nihil ultra cogitantes de rebus, de solita agendi libertate, de vita denique conseruanda. Omnia enim abnegabant, omnia longe Christo posthabebant, inhærentes perfecta obediencia doctrinæ susceptæ. Post hos surrexerunt sanctorum martyrum innumeri, qui velut diuino amore ebrij prosiliebant ad agones fidei abnegantes vitam propriam, & proflus omnia ac suæ voluntatis libertatem, quo sanguine testimonij sui, & veram religionem illustrarent, & falsam obscurarent, & suos insuper commilitones præeundo ad agones sacros inflammarent. (De illis hoc loco non loquor, qui adducti in medium, vt aut Christum negarent, aut mortem subirent, fortiter elegerunt mori magis, quam ipsum negare: quia hoc est necessariæ obedienciæ, dicente Domino. Qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei.) Neque inferiores fuerunt in hac professione luminaria illa magna confessionem, qui inhærentes vestigijs Ioannis Baptistæ secessus quærebant in montibus, in speluncis, & cauernis terræ, adeoque se ipsos abnegabant, vt ne summis quidem necessitatibus naturæ satisfacerent, ob intensum mortificandæ carnis studium, solo pane, aut solis radicibus herbarum alijs ve syluestribus fructibus incitantes magis, quam refocillantes famem, quibus terra pro lecto, solitudo pro paradiso, cilicium aut aliud magis vile pro indumento erat. Fuit autem, & hoc genere abnegationis sui ipsius siue perfectæ obedienciæ mirè illustrata sancta Ecclesia sub diuo Basilio in Græcia, sub diuo Hieronymo in Palestina, sub Diuo Augustino in Africa, sub Diuo Benedicto in Italia, sub Diuo Martino in Gallia, ac longe postea sub beatissimo

Actuum. 27

Lucæ. 12.

## 418 Obedientia Dei, & Prælatorum.

3. Ioan. 1.  
Esai. 50.  
Esai. 61.

simo Dominico, & beatissimo Francisco in vniuersa terra vi-  
risanctitate, & miraculis claris, vt ex permanente in hodie-  
rum vsque diem eorum propagine, luce clarius constat. Nam  
extant monasteria sine numero, in quibus post habita ea,  
quæ non ex patre, sed ex mundo est, concupiscentia carnis,  
concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, firmissimo animi  
decreto subiiciunt se singuli obedientiæ gubernationem te-  
nentis: adeo vt nihil in otio, aut negotio, nihil in vsu rerum, aut  
abstinentia, nihil in consuetis peragendis, nihil in nouis in-  
choandis attentent, sine scitu, & placito superioris vicem Dei  
gerentis. Quales profecto merito vocandi sunt iuxta Esaiam sab-  
bathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & quod ma-  
gis proprium est, vocaberis voluntas mea: Eo quod in ipsis non  
est facere vias suas nec inuenitur voluntas propria in eis. Et li-  
quidem sic per votiuam professionem in cõuentibus monasticis  
pulcherrime exprimunt euangelicum perfectæ obedientiæ con-  
siliium. Quod nihilominus faciunt & alij quam plurimi, singuli  
seorsum in loco habitationis suæ. Vt fecit beatissima Elisabeth  
filia regis Vngariæ, vxor Lantgrau Thuringiæ multo illustrior  
virtute, & miraculis, quam sua regia profapia esse potuit, obli-  
gans se per votum ad præstandam perfectam obedien-  
tiam in omnibus, quæ fidei, & religionis sunt

magistro Conrado fratri  
Minori.

O B S E R.

419

# O B S E R V A N T I A L E G I S.



**V**M Beatus Apostolus Paulus doceret, quāto ma-  
iori obligatione nunc Christiani alstringantur ad le-  
gis euangelicæ obseruantiam, quā olim Iudæi ad ob-  
seruationem legis antiquæ inquit. Propterea abun-

Ad Heb. 1.

dantius oportet obseruare nos ea, quæ audiui-  
mus, hoc est, porque podria ser, que del todo eternalmēte pe-  
reciessimos y nos perdiessimos sin elperāça alguna de remedio,  
como se suele perder el liquor quando todo se sale por vn resqui-  
cio del vaso y se derrama y consume en la tierra sin esperança de  
reparo: vel sicut folia arborum quando in terram cadunt, & con-  
sumuntur, & arefiunt absq; eo, quod amplius virescant. Hoc signi-  
ficat verbum illud, peressfluere, que segun su propria significaciō  
es derramarse del todo algun licor de vn vaso, o deshojarse todo  
vn arbol. Sic transgressores legis euangelicæ (inquit sanctus Apo-  
stolus) forsan peribunt omnino æternaliter & absq; aliqua spe re-  
medij. Hic est sensus literalis huius loci, vbi gloriosus apostolus  
per metaphōrā nobis significat æternam præuaricatorum le-  
gis gratiæ condemnationem. Et obseruandum est dictionem il-  
lam, per in compositione significare totum sicut perlegere signi-  
ficat totum legere.

Sed inter alias huius loci difficultates vna est, quæ sit ra-  
tio, quare loquens Diuus Paulus de sacrosancti euangelij trans-  
gressoribus dubitat de condemnatione eorum dicens. Ne forte  
peressfluamus, & non absolute inquit, peressluimus? Ad hoc res-  
pondetur, quod sanctus Apostolus hic non loquitur de his, qui  
in peccato è vita discedunt: nam de fidei articulo habemus, hos  
æternaliter condemnari, sed loquitur de his, qui in peccato vi-  
uunt & hi forsan non condem- abuntur, quoniam ante obitum  
suum possunt poenitentiam agere, per quam peccata remittun-  
tur. Alia difficultas super eisdem verbis est. Si transgressores le-  
gis scriptæ in damnationem æternam incurrebant, quare illam  
S. Apostolus peculiariter euāgelij præuaricatoribus tribuit dicēs.  
Ne forte peressfluamus? Ad hoc respondetur, quod per hoc ver-

bū, pereffluere, non solum voluit sanctus Apostolus significare æternā improborum Christianorum damnationē, sed etiam ingratitude circumstantiam, quæ culpam aggrauat, & ex cōsequenti pænā auget. Nam licet Deus in vltimo die iudicij de plurimistibus a transgressoribus legis scriptæ, aut legis naturalis rationem exigere possit id est. Aunque a los trãsgresores de la ley escrita o de la ley natural les pueda Dios poner cargo de muchas cosas alomenos este cargo de auer venido el mijo de Dios en persona a darnos ley, y morir por nosotros, no lo pondra sino a los que hã sido despues q̄ este beneficio fue hecho al mundo y particularmente a los inieles y malos Christianos. Idcirco loquens sanctus apostolus de condēnatione eorū inquit, eos omnino perituros esse, quia omnino inexcusabiles erunt, cum Deus ipse suo ore eis suauissimam legem gratiæ tot sacramētis adornatam, & tot fauores, atque auxilia dederit. Quæ omnia illi, qui in lege scripta aut in lege naturali vixerunt, minime recepere. Ideo Christus Redemptor noster perfidiam Pharisæicam condemnans apud Ioānem inquit. Nolite putare, quod ego accusaturus sum vos apud patrem: est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis: si enim crederetis Moy si, crederetis forsan & mihi: ille enim de me scripsit. Pharisæi aduersus Christum Redemptorem nostrum se protegebant dicentes, quod, cum ei resistebant, legem Moy si, quam ipse destruebat, & ritudines die sabbato curando defendebant & tuebantur. Dominus autem eis respondit dicens. No penseys que lo aueys de auer conmigo solo porque en el tribunal de mi padre no tengo yo de ser fiscal solamente contra vosotros, mas el que os ha de condenar es Moysen, en quiẽ vosotros teneys toda vuestra esperança. Ipse enim vobis præcepit vt me reciperetis, & in me crederetis, sicut in Deuteronomio patet vbi ex nomine Dei inquit. Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorum simiẽ tui nõ exterũ, sed Israeli ticũ, & erit legislator, sicut tu es: & ponã verba mea in ore eius: qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego existam vltor. No lo ha de auer cõ el sino conmigo, ego puniã maiori cũ rigore transgressores legis euãgelicæ institutz per illũ nouũ Prophetam legislatorẽ, qui erit filius meus, quam transgressores legis scriptæ per Moysen publicatæ. Hoc idem docet in præsentiarum. D. Paulus, & arguens a minori ad maius inquit.

Io: 8. 5.

Deut. 18.

inquit. Si autem qui per angelos dictus est sermo factus est firmus, &c. quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Vocat hic sanctus Apostolus salutem non ipsam vitam æternam, sed media, per quæ ipsa comparatur videlicet incarnationem filij Dei, & eius Evangelicam doctrinam.

Observantia legis euangelicæ.

**C**um Dominus Hebræos olim ad legis antiquæ observationem inuitaret, eis plurima bona temporalia promisit, dicēs. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo vobis pluuias tēporibus suis, &c. Non solum ad inclinandū eos, ad seruitium suū, ipsis temporalia bona promisit, verū etiam illis magna supplicia corporalia minatur, si præcepta eius nō seruauerint, dum ait. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, visitabo vos velociter in egestate, & ariditate, &c. Magnam admirationem affert considerare, quod cum præmium æternum bonis operibus, tormentum autem sempiternū malis respondeat, Deus non de malis, & bonis æternis, sed de temporalibus duntaxat ibi faciat mentionem: Ratio huius fuit, quia Deus se humanæ accommodat fragilitati, quæ magis id, quod præsens est, quam quod futurum est, diligit & pertimescit. Præmiū æternum, quod bonis operibus correspondet futurum est, nec oculis corporalibus nūc videtur: præmium vero tēporale præsens est & statim homo illo fruitur, cumq; tēporale tam paruū sit; æternū vero tam magnū, humana fragilitas talis est, vt potius temporali, quā æterno præmio moueatur. At cum Deus fragilitatem illius populi cognitam haberet, cuperetq; magnopere eis celū dare, ipsos per via duxit, quæ eis magis profutura erat, videlicet per timorem, & amorem rerū præsentium. Sic Propheta Oseas testatur his memorabilibus verbis. In funiculis Adam traham eos: vel secundam aliam translationem. In funiculis hominum traham eos. Agebat Dominus cum illo sancto Propheta de conuersione populi Iudæici, & dicit. Ego scio, quomodo faciam eos in meam seruitutem deuenire: trahā eos funiculis quibus filij Adam trahi, & ligati solent videlicet cupiditate, & timore: homines enim cupidi sunt temporalium bonorum, & ea amittere pertimescunt. Secundum hoc, bonū remediū erit ad præcepta mea seruanda, plurimas de præsentibus prosperitates executoribus legis necesse, & plurimas ad-

Leuitic. 16.

O cę. 17.

ueritates transgressoribus eius promittere. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui sic ostendit desiderium saluationis hominum, siquidem adhuc effectum tot media & inuentiones querit.

Verum ex hoc medio, quo Deus erga Hebræos usus est maxima sequitur difficultas videlicet. *Quæ est ratio quare modo in lege euangelica Deus amicos suos non inuitat tēporalibus bonis, quin potius eos plurimis malis, & laboribus, quos pati debet præuenit? Apud Ioannem eos præparat dicēs. Si mundus vos odit, scitote quia me priorē vobis odio habuit. Et alibi. Hęc locutus sum vobis vt non scandalizemini. Quasi diceret. Volui vos ipsos præparare, ne tēpore persecutionū deficiatis: absq; synagogis facient vos, hoc est, veniet tēpus, quo tanquā excommunicatos vos a templis eijcient, & non solum hoc fiet, sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. O Deus inimicæ maiestatis quæ nā hæc sunt mysteria? Sectatores veteris testamenti ad seruitutē tuā, bonorum tēporaliū abundantia pronocas, eos autem qui sunt in nouo testamēto ad eandē seruitutē amissione vitæ, ac diuitiarū incitas? Maxima sunt secreta & profunda sacramenta, & effectus incarnationis filij Dei. Antequā verbū diuinū carnem sumeret, homines non adeo obligatos habebat, ideo eos non tantopere constringere volebat, sed ad obferuantiam legis per viam planam videlicet. promissionibus, & elargitionibus tēporalibus adducebat. Non eis dicit, quod si præcepta illius seruauerint, eos inimici persequerentur, sed eis dicit, quod si mandata eius seruauerint, de hostibus suis triumphabunt, sectatores autem noui testamenti mortē præparat dicēs. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, &c. Eos per viā asperā adducit, & in procliuē ascendere facit, & ratio huius est quia vt diximus nō adeo obligatos habebat homines: atq; ita non multū in rebus, quæ ad eius seruitiū spectabant in ipsis confidebat. At post quā factus est homo, & cū hominibus conuersatus est, & pro ipsis mortuus, eos tam obligatos habet, & in eis tantopere confidit, vt eis præcipiat vitam pro se ipso pariuacere. De hoc agens D. Bernardus inquit, quod ante incarnationem plurima media ad prouocandum hominē ad suū seruitium Dei tentauit: videns autē nullū ad id inclinari, mediū efficacissimum, quo eos compedibus astringeret, querere decreuit. hoc autem fuit, nostram naturam sumere. Volens (ait hic sanctus Doctor) nobilem hominem Deus recuperare, dixit. Si inui-*

B. Bern. sermo de diligēdo Deo in 82. sermones paruulos.

# Occasio peccatorum fugienda. 423

3 inuitum coegero, asinum habeo, non hominem: quandoquidem non libens veniet, nec spontaneus, & quomodo dicet: Voluntarie sacrificabo tibi? Nunquid asinis dabo regnum meum? Visto que el hombre no deuia ser violentado, tomo le el pulso, y hallo, que podia ser mouido poniendole delante algunos grandes mules, y dixo. Terrebo eum, si forte conuertatur, & viuat, & cominatus. Et acerbiora, quæ cogitari possunt tenebras æternas, venies immortales, ignem inextinguibilem. Et suscitauit plurimos Prophetas, qui prædicarent terribiles pœnas, quæ impijs in inferno paratæ erant, inter quos fuit sanctus Iob, qui de illis sic ait. Ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccata illorum. Suscitauit etiam Isaiam, qui improbos terreret dicens. Verinis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Cumque hæc comminationes non profuissent (postea enim magna populis commisit idololatrias, propter quas in Babylonem ductus est) eundem Prophetam admonuit, vt eos æternis inuitaret dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Vbi alia litera habet. Oculus non vidit nec auris audiunt, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quis posset cogitare homines post tot, ac tales promissiones, aduersus Deum tam impudenter se esse erecturos: ex illis enim tam parum vtilitatis eduxerunt, vt Rex Manasses ipsum Isaiam Prophetam per medium ferrari iusserit. Videns autem Deus (inquit Beatus Bernardus) quod nihil proficeret, ait. Vnum restat adhuc. Homo suapte natura non solum timidus, & cupidus est sed etiam beneuolus, ac diligere solet eum, qui ipsum diligit. Cum ergo homo propter scelera sua debitor esset pœnæ æternæ, dixit Deus. Volo facere opus ingentis, ac pergrandis amoris, volo humanam carnem sumere, & pro hominibus mori, ac pro ipsis persolvere: atque ita eos ad me amorem obligabo. Factus est itaque Deus homo, & mortuus est pro hominibus, & ita homines hoc singulari beneficio se inflammarunt, vt ex eis erant innumerabiles propter illius amorem vitam profundere non dubitauerint, alij quidem lapidati, alij affati, alij cruci affixi, alij iugulati. Antequam Deus in mundum venisset, vix aliquis reperiebatur, qui pro eo vitam offerre vellet, nunc autem boni Christiani nihil magis desiderant, quam vt sibi martyrij occasio offeratur. Nemini

Iob. 24.

Isai. v. Isimo.

Isai. 54.

tantam inuidiam habemus, sicut martyribus, de quibus ecclesia canit. Cæduntur gladijs more bidentium: non murmur resonat nõ querimonia, sed corde tacito mens bene cõscia, cõseruat patientiam. De eis etiam canit. Mortis sacræ compendio vitã beatam possident. Hi omnes sunt admirabiles effectus incarnationis filij Dei, qui cum nos tam obligatos habeat, iam non nobis ante oculos promissiones aut minas bonorum vel malorũ temporalium, sicut veteris testamenti sectatoribus proposuit, sed propter singularem erga nos amorem per aliam viam nos ducit. *Matthæi. 5.* Atq; ita dicit: preparate vos ipsos, qui boni Christiani estis: nam si me persecuti sunt, & vos persequentur. Ut autẽ nos ad hoc magis animet, inquit. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint. & dixerint omne malum aduersum vos mētientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam *17* niam merces vestra copiosa est in cælis. Quod vëro sit maxima multitudo eorum, qui hac via diuinum ducẽ Iesum Christum secuti sunt, testatur Diuus Ioannes in Apocalypsi, qui postquam dixit: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis & palmę in manibus eorum, statim adiecit. Et vnus ex senioribus dixit mihi. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.

*Apoc. 7.*

## Obedientia mandatorum Dei.

**I**N prosperis & in laboriosis Deo obedire debemus, quod multi *18* tamen miseri homines non faciunt, non enim volunt Deo obedire, nisi in his, quæ palato suo satisfaciunt. Sanson utique ille fortissimus in omnibus Deo obediuit. Nam cum præciperet illi dominus vt tolleret portas Gazæ, & in montem eas ferret, iussis obediuit. Præcepit etiam, vt mandibula asini mille viros interficeret, & huic etiam mandato libenter obediuit. Eodem prætereamodo quemadmodum in his honorificis rebus Deo obtemperauit, ita in laboriosis obediuit. Nam cum iuberet illi dominus, vt columnas templi conuelleret, & vt ibi cum Philisteis illis interiret, vbi quidem de sua salute & discrimine vitæ agebatur, nihilominus tamen id mandatum spontaneus

*B Aug. lib. 1. de ciuit. Dei. c. 26.*

neus

19 neus impleuit. Etiam Beatus Paulus hanc diuinam regulam no-  
leus præterire, quemadmodum in honorificis obsequium præ-  
stitit, ita etiam in ignominiosis ab ea non discessit. Nam cum  
illi diceret Agabus, quod in Hierusalem ligandus esset mani-  
bus & pedibus, illis qui dolentes flebant, dixit: Quid facitis  
flentes &c.

Actum. 21.

¶ Omnia quæ habentur litera: E. titulo, euan-  
gelium, deseruiunt huic materiæ.

O C C A S I O  
P E C C A T O R V M  
E V G I E N D A.



V M filij Israel satis tristes captiui ducerentur in  
Babyloniam, y todos resueltos, y bañados en lagri-  
mas, y con poca disposicion para tocar instrumen-  
tos musicales, con todo esto para assegurar se de la  
importunacion, y persuasion de los que los combidauan a que  
los tocassen y tañessen los arrojaron de si colgandolos de los sau-  
zes como en su nombre dize David. In salicibus suspendimus  
organa nostra, no se atreuiendo, que hallandose con las arpas, y  
instrumentos musicales en las manos podrian abstenerse y dex-  
ar de tañerlos. Gran hazaña haze el que hallandose con la  
arpa del mundo en las manos importunado de otros se abstie-  
ne de tañerla, quierio dezir, que pueito en la ocasion y impor-  
tunado no caya. Aqui es por cierto donde no se basta el hom-  
bre asi solo, aqui es menester mano de Dios que le ayude podero-  
samente y le saque de la corriente del mundo como lo hizo a  
Isaias en su noble estado, sicut idem Propheeta testatur dicens:  
In manu forti erudiuit me; ne irem in via populi huius. Nec plu-  
rimū est, quod hic sanctus Propheeta hoc referat ad potentem  
Dei manum, & non ad vires suas, siquidem vel etiam magnos  
seruos Dei solet aliquando hæc mundi persuasio commouere.  
Idcirco nos D. Paulus admonet dicens. Nolite conformari huic  
seculo. Vbi alia litera habet: nolite conformari huic seculo, si-  
gnificando en esto, que ay muchos que se figuran y pintan de

Psa. 136.

Isai. 3.

ad Rom. 12.

## 426 Occasio peccatorum fugienda.

pies a cabeça, por la estampa, y figura del mundo haziendose cada vno dellos vn mapa mundi.

**Tob. 31.** Quantum sint fugiendæ malorum occasiones, nos docet sanctus Iob, dum inquit. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè. Hoc faciebat sanctus vir, quoniam sciebat pulchritudinem astrorum illorum plurimis vicinis suis fuisse occasionē idololatræ, dum ipsa vt Deos adorabant. Vbi valde perpendendum est in detestationem occasionis, quod si cum sanctus Iob pro certo, & indubitabili reuelatum haberet à Deo, solem, & lunam esse puras creaturas, tamen ea aspicere, & contēplari non audebat, quoniā alijs fuerant occasio cadendi in peccatū, quid tu facere debes, te ipsum debilē, ac miserabilē, & multoties te cecidisse cognoscens? Y mas que el demonio aguzza las mismas ocasiones dādoles fuerça para nos hazer caer cō mas facilidad. illas enim nobis maiori cum pulchritudine, & voluptate, quam ipse habet, repræsentat. **Quocirca D. Paulus** non sine maxima consideratione dixit. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates tenebrarū harum: quod quidem non ideo sanctus Apostolus dixit, quia caro, & sanguis, atq; aliæ huiusmodi occasiones nobis bellum non inferunt, & faciunt, mas porq̄ estos infernales principes son los que ataçandolas, y esforçandolas con sus afeytes y composiciones nos hazen la principal guerra. Et hoc est, quod alibi idem S. Iob de diabolo dixit. Halitus eius prunas ardere facit, hoc est, occasiones: porque no ay occasion, por muerta que sea, que soplandola el diablo, no sea viva y eficaz para derribar al pobre hombre.

## Occasio malorum fugienda.

**Orige homi.**  
77. tom. 2. folio, 123.

**O**Rigines in diuersos ait. Mulier caput est peccati, & arma diaboli. Caue ergo ò homo, ne huiusmodi arma aspicias. Stultus esset ille, qui sic arcus pulchritudinē aspiceret cuius sagittam contra se venientem attenderet, & siquidem arcus Dæmonis est mulier, ne taliter eam, ò miser homo, aspicias, quod peccati telo vulneratus occumbas. De qua in Ecclesiastico dicitur. Breuis omnis malitia super malitiā mulieris, id est, ferè nulla est malitia; respectu foemine malitiæ. Sors peccatorum cadat, id est, cadet super illam, hoc est, poena aliorū, multorum peccatorum est hominem super mulieris malitiam incidere, & ab illa decipi. Vide etiā.

**Eccles. 29.**

quid

## Occasio peccatorum fugienda. 427

6 quid Spiritus sanctus in Prouerbijs dicat. Potest homo abscon-  
dere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, aut am-  
bulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sic qui  
ingreditur ad mulierem proximi sui frequenter non erit mun-  
dus, cum tetigerit eam. Igitur sicut Deum tentaret, qui ignem in  
sinum misisset, & super prunas vellet ambulare, & non comburi:  
Sic qui occasionem probabilem peccandi non fugit, Deum tenta-  
tat, & vestimenta virtutum, quibus ornabatur, combusta videbit  
& plantæ affectionum concupiscentiæ igne ardebunt, & ipse su-  
per prunas ignitas infernales ardebit in æternum. Fuge ergo occa-  
siones ò serue Dei si saluari vis, & animam videre illæsam. A scin-  
tilla vna augetur ignis, dicitur in Ecclesiastico. Etiam si scintil-  
la vnicuique aqua extinguatur, si cito quis ei occurrat: ta-  
men si statim non extinguitur, augetur & domum, & omnia  
comburet. Sic & concupiscentiæ ignis scintilla cito extinguen-  
da est, quod facile fiet si ab occasione animam tuam separas: si  
vero illam statim non extinguas, ab vna scintilla augetur ignis  
culpæ, qui domum conscientiæ tuæ incendat, & omnia merita tua  
comburat, (quia vt inquit Beatus Chrysostomus in quodam ser-  
mone). Ignis mox vt calamus apprehenderit, non expectans  
aliquo tempore attractam materiam sua flamma accendit, ita &  
concupiscentiæ ignis, vt primum formositatem, & venustatem  
visu attigerit, animam statim accendit, & comburit, si con-  
sentit. Quid igitur erit, si non paruo tempore sed multo remo-  
rator homo in ipsis occasionibus, & in ipso igne? Et vt ipsemet  
sanctus Doctor ibidem ait, sicut cerua telum corpore fixum se-  
rens licet venatorum manus effugiat perit tandem, & moritur.  
Sic & anima telo concupiscentiæ ob imperatum & curiosum  
sua visum, etiã si discedat, perit tamen, & corrumpitur consen-  
su. Quis hæc audiens ò fratres dilectissimi non timebit, & omni  
cura non custodiet cor suum, & oculos suos? Que securitas potest  
esse sceno, quod non comburetur iuxta prunas existens? Nūquid  
non omnis caro scenum, dixit S. Isaias? Id est, omnis homo fœ-  
num. Quare ergo ò homo cum sis scenum audes iuxta ignem con-  
sistere? Combustus profecto, & mortuus manebis in culpa si non  
arripueris fugam, teste Beato Hieronymo: nam mulier ignis est,  
homo vero stupa, & dæmon sufflat, quomodo ergo non ar-  
debit? Accipe etiam ad hoc appositissimam similitudinem.

Prouerb. 9.

Ecclesi. 11.  
simile.

B. Chrysost.  
in sermone  
in Oziam.  
simile.

simile.

Isai. 40.

simile.

## 428 Occasio malorum fugienda.

*simile*  
In silice ignis latet, & tamen sine ferramenti excusorij ictu non  
comburit digitos, nec extra egreditur, imo etiam si percutiatur,  
& scintillas emittat sine aliquo fomite, aut esca non incenditur  
rogus, quo domus comburatur. Fateor in quolibet corpore hu-  
mano tanquam in silice ignem edacem concupiscentiæ latere. ta-  
men frater mi sine ictu ferramenti excusorij, id est, sine tentatio-  
ne, non exeunt scintillæ, nec comburitur domus, hoc est anima  
nostra, imo etiam accedente tentationis ictu, quo scintillæ con-  
cupiscentiæ excutiuntur, quæ animam cruciãt si non adsit occa-  
sionis esca scilicet mulier tanquam fomes, & esca, multoties do-  
mus conscientiæ non comburitur quia non præbetur illi consen-  
sus. Vnde merito in Ecclesiastico dicitur: In medio mulierum  
noli commorari. De vestimentis enim procedit tinca, & à mu-  
liere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quam benefa-  
ciens mulier. Legitimus horum verborum sensus est, quod licet  
improbis, ac nefarius homo te sua iniquitate persequatur, non  
tibi tantum nocebit, quantum mulier suis illecebris, delicijs ac  
voluptatibus nocere potest: improbus enim corpus quidã vexa-  
re potest, mulier autem mala animam tuam interficiet. Quis ergo  
hanc sententiam spiritus sancti audiens toto corpore non con-  
tremiscit, & in posterum firmissimam emendam non proponit,  
atque ab illa commodum se educturum non pollicetur? Deus  
vos illuminet, vt sic faciatis: siquidem in tantam animarum ve-  
strarum cedit vtilitatem. Perpendite obsecro, quid Beatus Au-  
gustinus circa hoc dicat, ait enim. Tandiu diabolus sopitum ignem sine vllis flammis occultat donec duas faculas iungens simul  
ambas accendat, & tandiu non cessat sequitiæ suæ tela supponere  
donec sicut peritus venator, quod occisurus est laquei vinculis  
alliget. Et quamuis omnibus fugienda sit malorum occasio, ma-  
xime mulieribus, quia (vt Beatus Hieronymus in quadam epi-  
stola ait) tenera res est in foeminis pudicitia, & quasi flos pul-  
cherrimus cito ad leuem marcescit auram, leuique flatu corrup-  
tatur maxime vbi ætas consentit ad vitium, & maritalis deest  
auctoritas, cuius vmbra tutamen vxoris est. Quid ergo fa-  
cit vidua inter familiæ multitudinem, & ministro-  
rum greges? Quos nullo modo contemnat,  
ne famulos, sed vt viros cru-  
descat.

Ecclesi. 42.

B. Aug. li. de  
singularitate  
clericorum.

B. Hierony.  
in episto. ad  
saluinam.

## Occasio malorum fugienda.

**A**byssum, & cor hominum inuestigauit scilicet Deus, inquit Ecclesiasticus. Per cor hominis non tã cogitationes hominis, quã maliciam humani cordis (quæ soli Deo nota est) intellexit, de qua idẽ Ecclesiasticus alibi ait. Quid nequius, quã quod excogitauit caro & sanguis? Tria igitur hæc inter se quodãmodo in infinitate cõparantur, Deus scilicet, abyssus, & malitia cordis humani, quæ per peccatũ contingit. Hæc autẽ consideratio verã cordis humilitatẽ, timorẽ castũ, & sollicitã sui custodiã parit, cũ talẽ intra se hospitem gerere pius homo animaduertit. Quẽadmodũ enim si rabiosus canis morfu hominẽ impetat, cũ similitẽ sui facit: ita cũ antiquus serpens morfu, & afflatu suo hominẽ infecit, sui similitẽ, hoc est in serpentẽ quodãmodo vertit, id est virulentissimũ, nocentissimũ, callidissimũ fecit. Hinc tot in hominibus doli, tot fallaciæ, tot fraudes &c. Hinc S. Iob ait. Frater sui Draconũ, & socius struthionum. Et ad Ezechielẽ Dominus inquit. Cum Scorpionibus habitas. Hæc omnia animaduertens pius homo summa cũ diligentia, se ab occasionibus malorum custodiet. Sicut enim intra venas silicis ignis quodãmodo latet, qui tamẽ ferro ictus foras erumpit: ita intra viscera nostra latet ignis concupiscentiæ; qui tamẽ oblatiõ occasionibus excitatur, dũ aut ea videmus aut audimus, siue tractamus, quæ hũc ignẽ excutiunt, vt. omittam interim eam esse cupiditatis nostræ malitiam, vt interdum etiã sine externo aliquo ictu vi sua excitetur. De hoc enim illud accipiendum videtur. Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim ferramentum, sic æruginat nequitia illius (hoc est ex se rubiginẽ producit.) Et si humiliatus vadat curuus, adijce animum tuum, & custodi te ab illo. A ptissima similitudine naturæ nostræ corruptelam significauit, quæ ita per peccatum læsa est, vt etiam si externa vi ad malum non impellatur, ipsa tamen ex se varium cupiditatũ ferruginẽ generet. Quod autem ait, non credendum esse huic inimico, hoc est corpori nostro, in æternum, significat, nunquam hominem in hac vita ad eum virtutis gradum pertingere posse, vt non illi ab hoc hoste timendum sit: cupiditas enim in hac vita minui potest, finiri non potest. Igitur ex his colligere poterit prudẽs,

Eccle. 42.

Eccle. 17.

simile.

Iob. 30.

Ezech. 21.

simile.

Eccle. 12.

## 430 Occasio malorum fugienda.

vir, quantum occasiones malorum fugere debet: si enim sine occasione ab ipsa deprauata natura impellimur, quid occasione adhibita faciet?

## Occasio malorum fugienda.

**I**Nter tres animæ hostes mundus numeratur, & hic mundus non terra, non mare, non saxa, non animalia, sed improborum hominum societas est, & quæ quantum ad vitæ corruptelam possit, declarat regius Propheta, cum ait. Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum, siue, ut alij ex Hebræo vertunt. Defecerunt fideles inter filios hominum, vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum. Qui locus sic potest explanari. Quoniam maximam vim habet ad pietatem, & virtutem probitas eorum, quibus cum viuimus, si inter homines impuros, & nocentes ætatē agamus, vix fieri potest, quin ad eorum mores traducamur: propterea Domine impensius oro, vt vitam meam ab insidijs inimicorum, quam vt animum meum à vitijs, & corruptela sæculi huius integrum, saluumque custodias, ne me corruptorum hominum perditumores, & exempla corrumpant. Hoc nos etiam oportet semper à Patre misericordiarum petere. Nam (vt inquit B. Augustinus.) Incerta victoria est inter hostilia arma pugnare, & impossibilis liberatio est flammis circumdari, & non ardere. Et B. Hieronymus ait. Nunquam intra vnā caue-  
nam habitans cum lupo tutus est agnus. Et contra eos, qui suspicio-  
sa appetunt contubernia allegat idem S. Doctor illud Salomonis. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius;

## Occasio malorum fugienda.

**R**es quidem notatu digna est, quod cum S. Euangelista Matthæus genealogiam Christi Reparatoris nostri enarrauerit, de plurimis foeminis mentionem facit: B. vero Lucas eadem generationē recensens de nulla foemina meminit. Ratio huius est, quoniam Diuus Matthæus aduentum cœlestis Domini, & descensum eius ad homines per generationem temporalem (ad quem etiam mulieres concurrerunt) enarrauit. At Diuus Lucas signifi-

Psal. 111.

B. August. de singular. clericorum.

B. Hieron. de cohabitatio. cleric.

1. i. i. u. c. 5. c.

18 *efficans generationem, per quam ad Deum ascendimus nullam de muliere aliqua mentionem facit : nam ad hunc ascensum plus nobis impediunt mulieres, quam adiuvant, siquidem nobis sunt plurimorum malorum occasio. Quam ob rem Prophetæ Elifeus ita mulierum familiaritatem fugiebat, ut vel hospitis suæ (quæ ipsum magna charitate in domum suam recipiebat) nomen penitus ignorauerit, cumque seruo suo Giczi præciperet, ut eam vocaret, ipsam proprio nomine minime nuncupavit, sed nomen civitatis (quæ vocabatur Sunam, in qua mulier illa nota fuerat) nominavit dicens. Voca Sunamitem istam, &c.*

4 Reg. 4.

19 *Quamvis autem hominibus maxime conducatur pravas occasiones præcipue carnales effugere: multo tamen magis meo iudicio convenit hoc mulieribus, quia debiliores sunt, ac infirmiores. Para apoyar vna casa, q̄ esta torcida, e inclinada para caer, son mester muchos puntales, y postes para que no caya, y si le quitan sola vna columna, daran con ella en tierra. Sic dicere possumus foeminas adeo debiles esse, ut vix mille custodibus possint observari, & minima quaq; occasione ruunt, & destruuntur. O quot fuerunt malæ, non quia voluerunt, sed quia se ipsas occasionibus exposuerunt, in quibus postquam positæ fuerunt, non potuerunt ferè minus facere, quam fecerunt. In manu mea est in præliū ingredi, sed nō est in manu mea victoriam comparare: sicut in manu mea est in mare ingredi, sed tamen non est in manu mea à periculo tempestatis evadere. Sic in manu foeminæ est occasione se exponere, sed postquā posita fuerit in ea, parcere potest, iā enim in manu sua non est, à culpa se eripere, siquidem in hoc solum, quia in illa se posuit, culpam commisit: sicut Ecclesiasticus testatur dicens. Qui amat periculum, peribit in illo. O sorores meæ, quæ non vultis hoc negotium attendere, & animadvertere, sed vos ipsas perditis, quia nimis in virtute vestra confiditis, atque id, quod æquum non est aggredi audetis, dicentes. Non cadam. Oculos ergo aperite, & hoc, quod vobis loquor omni attentione animadvertite. Te alloquor ò mulier, quæ nimis amica es exeundi è domo tua, y andays como la maiposa cabe el candil, ya aqui, ya aculla, ya en casa de hulano; ya en casa de hulana, no puedo pensar que tanto andar ha de parar en bien, sino en grandes caydas, y en grandes ofensas de Dios.*

simile.

Similia.

Ecclef. 3.

simile.

## 432 Occasio malorum fugienda.

Matth. 23.

In deserto, vbi panes non erant, docebat Diabolus illos è lapidibus educere dicens Christo Domino. Dic, vt lapides isti panes fiant. Sic etiam vbi foeminae non sunt, de luxuria tentat: vbi pecuniae non sunt, de avaritia: vbi dignitates non sunt, ibi de ambitione. Si ergo vbi hæc, quæ narrauimus, non sunt, diabolus tentat, quid quæso faciet, vbi mulieres, vbi pecuniæ, vbi dignitates, & magistratus abundant. Ergo summopere oportet talium occasiones fugere.

B. Chrysoft.  
in Platim. 50.  
Simile.

Beatus Chrysostomus super Psalmos inquit. Quid est speciosa mulier? Sepulchrum dealbatum nisi fuerit sobria, casta, pudica. Si ergo videris virum, aut mulierem speciosam, ne admireris: nam & roborea arbores, cū densæ sint folijs, & altitudine excelsæ, attamen non habent fructum hominibus aptum, sed porcis afferunt cibum. Vineam autem per terram repens maturum vuarum affert fructum. Quid ergo vis vineam habere, an arborem proceram? Puto te vineam eligere magis, quæ lætitia est ad hominum vsus, quam arborem animalium escam. Quid ape vtilius? Quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? Et apis quidem dulcedinem in se habet, & aculeum, pauo vero in pennis solummodo, non in fructu est decorus: formica vero contemptibilis hominibus, sed magistra virtutum est. Non ergo à pulchritudine exteriori sinamus nos miserè decipi, sed tanquam à peste ab illa fugiamus. Nam vt aiebat Philosophus quidam, animum oportet inspicere & non corpus.

Nilus orat.  
2. aduersus  
vitia.  
simile.

Nilus in quadam oratione ait. Mulierum aspectus sagitta veneno illita, quæ ferit animum, & venenum immittit, & quò diutius manet, eò magis vulnus cōputrescit. Qui vitare cupit huiusmodi vulnera is à publicis spectaculis abstinebit, nec in celebritatibus versabitur: satius est enim vt domi maneat. Nam cum putres, te celebritates venerari in manus inimicorum incidet.

simile.

Plutarch. in  
Moralib.  
simile.

Idem ibidem ait. Ad ignem potius ardentem, quam ad mulierem iuuenem iuuenis appropinqua: nam si ad ignem accesseris, dolore affectus resilies, at si foeminae verbis incensus fueris haud ita facile recedes. Florent olera prope aquam sata, & libidinis semina mulierum familiaritate excitantur. Plutarchus in Moralibus inquit. Vt nemo sentit, qua parte stringat calceus, nisi qui indutus est: ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui cum illa moratur, ideo vt hic calceus non te stringat, cum à pede affectio-

# Occasio malorum fugienda. 433

24 affectionis tuæ projice. B. Chrysoſtomus in quadâ homilia ait. Eo quod mulieres ſub vmbra culis degunt, quod oleo vnguntur, quod frequentibus lauacris vtuntur, quod aſidue vnguētis abundantibus, & aromatis perfunduntur, & iacent in ſtraminibus delicatis hoc eſt, quod facit eas debiles, & infirmas, & ex conſequenti fragiles in occaſionibus, imo & ſine occaſionibus. Et vt melius hoc intelligas, attende, quod dico: ex horto aliquo in eremo conſtituto qui ventis, & tempeſtatibus verberatur ſumme arbuſtum aliquod, & pone in opaco, & aquoſo loco, *ſimile.* & videbis quod multum à fortitudine, & dignitate ſua mutabitur, quam habebat in hoc loco, vnde conſtat eſſe tranſlatum. Attende mulieres, quæ in agris agunt vitam, fortiores namque viris ſunt, qui ſunt in ciuitatibus, & ſi eas permittas cum illis athletico more certare, multos huiusmodi *ſimile.* viros ſine dubio ſuperabunt: corpore autem molli reddito, & delicato, neceſſe eſt & animam participare ex corporis morbo. Sicut enim in chordis cum ſunt ipſi ſonitus molles & deli- *ſimile.* cati, & non conuenienter extenti etiam ars deprauatur, & cogitur vitio ſeruire chordarum: ſic fit in corpore, multas ab eo anima ſuſcipit læſiones, multasque neceſſitates: quando enim multa opus habet ad ſui curationem anima, amaram ſuſtinet ſeruitutem.

Plutarchus in Moralibus inquit: vt admonuit Socrates *Plutarchus.* cauendum eſt ab ijs edulijs, quæ illicerent ad edendum etiam non elurientes, & à potu, qui ad bibendum inuitaret etiam non ſitientes: ſic fugienda ſunt ſpectacula, ſermonesque, *ſimile.* & illa omnia, quæ pelliciunt ſui deſiderio eos, ad quos nihil attinent.

## Occaſio peccatorum fugienda.

**B**Eatus Paulus Hebræos exhortans inquit. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatū per patientiā curramus ad propoſitū nobis certant. Quibus verbis inſinuat peccatorum grauitatem, & eorū circumſtantias, & occaſiones. Vocat omne peccatum pondus propter facilitatem lapſus, & difficultatem reparationis: peccatores enim inſtar grauium facile ruunt, & difficulter reſurgunt. Nec ſolum peccata ſunt vitanda, ſed eorum occaſiones: ideo addidit. Deponentes circumſtans

*Ad Hebr. 12.*


# 434 Occasio malorum fugienda.

nos peccatum, idest, circumstantias, & occasiones peccatorum.<sup>27</sup>  
 Sed dicit aliquis. Apostolus non nobiscum loquitur, sed Christianis primitivæ Ecclesiæ quibus infideles certissimum minabantur martyrium, ideo subdit. Ut curramus per patientiam ad propositum nobis certamen, idest, ad martyrium. Dico, quod absq; dubio loquitur B. Paulus quibuscunque Christianis, quorum vita peculiari modo militia est super terrâ, continue enim impugnantur ab acerrimis hostibus, nunc à carne, qua cessante accedit diabolus vehementer eos concutiens varijs ictibus, quibus cessantibus honorum ambitio, & rerum terrenarum cupiditas acriter nos torquêt. Ecce quomodo propositum est nobis certamen, & verum martyrium: quod quidem ex diffinitione martyrii apertissime constat; est enim martyriû dictio Græca, & latine sonat testimonium. Nam si Christiani varijs tentationibus impugnati non vincuntur, sed ipsi eas pro Christo vincunt, apertissimum reddunt testimonium se Christianos esse. Olim fuit error arbitrantium martyriû sola sanguinis effusione consummarî, diuus tamē Hieronymus ad Heliodorum scribens diluit hûc errorē, & loquens Heliodoro de persecutione Christianorû dicit. Sed hoc ais in martyrio, erras frater, erras si martyriû tantû effusione sanguinis consummari putes, & si existimas vnquam Christum persecutionem non pati, & tunc maxime oppugnari, si te oppugnari nescis. Igitur quando Beatus Apostolus suadet, ut deponamus omne pondus, & circumstantans nos peccatum, ut curramus ad propositum nobis certamen, non loquitur solum martyribus, sed etiam omnibus

B. Hieron.  
 Episto: 1. ad  
 Heliodor.

Christianis, quibus ad superandas tentationes operæpre-<sup>26</sup>  
 rium est occasiones peccatorum præscindere,  
 quas certissime superabimus  
 hoc facientes.

OPF.



**V**M Dux sint iustitiæ partes, nempe declinare à malo, & facere bonum, primum est discessio à termino à quo, secundum autem accessio ad terminum ad quem. Itaq; qui mouetur, prius discedit à termino à quo, deinde per motum acquirit terminum ad quem: vt in motu locali magis manifestum est. Si enim simile:

ab hoc pariete ad illum moueri vis, prius discedis ab hoc pariete, deinde ambulans per motum localem accedis ad alium: non enim satis est discessio ab hoc pariete, si statim quiesceres, & non moueris aduersus alium. Similiter in motibus animæ prius est discedere à termino à quo, quod fit per declinationem à malo, per quam deseritur peccatum, sed nec hoc sufficit ad completam iustitiam nisi per motum, nempe per exercitiū mandatorum Dei, & bonarum operationum mouearis versus terminum ad quem, qui est Deus. Vnde non satis est, vt saluus fias, quod non pecces, nisi etiã bona opera, cum oportet, & vales, exerceas. Quare dicitur in Isaia. Quiescite agere peruerse: discite benefacere; quia si vtrunq; necessarium sit, & neminem ledere, & quibus oportuerit, benefacere. Multos homines inuenies, qui nemini vnquam iniuriam fecerunt, neminem dano affecerunt, nec vitam, nec substantiam, nec uxorem, nec famam alicuius vnquam per iniuriam abstulerunt: tamen nec bonum alicui fecerunt vnquam, nec vsui sunt proximis, nec in temporalibus, nec in spiritualibus: & mundus perfectionis, & iustitię ignarus tales statim cathalogo sanctorum ascribit, cum tamen dimidium facti teneant, potissimaq; pars iustitię eis desit, quæ est facere bonum. Qua propter ego eos valde timeo, imo plus, quam alios: nam, qui male faciunt eorum mala opera conscientiam eorum accusant, nec eos securos viuere patiuntur: isti vero, quia nemini nocent, securi viuunt, iamque metam perfectionis se existimant attingisse, cum tamen discessum fecerint, nec accessum protequantur. Contra quos Dominus in Apocalypsi ait, Utinam frigidus esses, aut calidus, Apoe. 31

sed, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Aqua Simile.

tepidam aliquid habet caloris licet minimum, & ideo non patitur eam stomachus, quia nec cum calore, nec cum frigidi-

tate

tate

tate

tate

tate

tate

tate

Matth. 23.

Psal. 118.  
simile.

rate satis conuenit. Sic isti parum habent admixtum iustitiae nempe declinare à malo duntaxat, cæterum nec cum frigidis, nec cum calidis conueniunt, quia nec opera charitatis exercent, nec se tanquam peccatores agnoscunt, idcirco non eos paritur Deus, sed euomit. In vltima retributione, post fulminatam terribilem illam sententiam contra impios ab omnium iudice Christo: Ite maledicti in ignem æternum, nullam aliam rationem tam rigidæ sententiæ contra eos adducit supernus iudex, nisi quia bona opera non fecerunt, non enim dicit; adulteri fuistis, homicidæ, blasphemæ, fures, sed Esuriui, & nō dedistis mihi manducare: sitiui, & nō dedistis mihi bibere, hospes erā, & non collegistis me &c. Quia quoties vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Ecce quam præcipua pars iustitiæ, est operari bonum. Ideo regius vates nō contentus est dicere cum Deo loquens. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, sed addit. In mandatis tuis exercebor. Exercitium in corporalibus (aiunt medici) & efficit & conseruat salutem in debilibus enim excitat calorem emortuū, & per mēbra disperdit, vt viuificentur: in his vero, qui recta valetudine gaudent, eam conseruat: nam malos humores consumit, & bonis vires suscitāt, vt præualeant, fæcesq; , & alia melius egeruntur. In spiritualibus etiam bonorum operum exercitium multo magis confert; nam per illud imbecillibus deuotio pene extincta excitatur, atq; per animæ potentias disperditur, vt viuificentur, perfectus augetur calor, scilicet charitas. quæ per exercitium bonorum operum calefcit, secundum illud celeberrimum dictum Diui Augustini. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, deinde fæces, immunditiæque melius egeruntur: nam per talia exercitia declinat a peccatis, & ea minora, quæ non possunt euitari per talem feruorem charitatis, & exercitium bonorum operum dilentur. Fælices ergo, qui in mandatis Dei exercentur: opera enim illorum sequentur illos.

Vt enim quando secundo vento, ac plenis sinibus fertur cymba aliqua, vel naus, videtur nihil præstare magister ipse nauis, & qui vela moderantur, quin potius videtur ventus ipse omni præstare: sed re tamen vera multum prodest illorū industria, sicut manifeste intelligeretur, si ipsi cessarent ab operibus suis. Ita planè quamuis vix iustus nauiget diuina maxime afflā-

7 re aura, nō propterea dicendum est nihil omnino necessaria esse eius opera, si enim is cessaret ab studiosis suis actionibus, naufragium proculdubio incurreret miserabile, ac infelicitissimum.

# O P E R A B O N A .



V M Aliquando quidam eques Thebanus interrogaretur, quid de vrbe Romana, & de Græcia sibi videretur, respondit. Nō reputo, nec iudico meliores esse ciues Romanos quam Græcos, nec è contra. Nam Græci gloriā suam in linguis, Romani autē in hastis, & ensibus collocant: nos vero Thebani in bonis operibus facilitatem ponimus: plus etenim valet vnum bonum opus, quam omnes hastæ Romanæ, & acutæ linguæ Græcorū. Quod si de hoc Thebani, cum fidei lumine caerent, se iactabant, quanto maiori cum ratione nos, qui Christiani sumus, de hoc iactare debemus? Ad hoc verba illa, quæ sponsus in Canticis ait spōsus nos inuitāt. Quā pulchri sunt gressus tui filia principis in calceamentis. Hæc filia principis est pia anima cuiuslibet iusti. Per gressus, seu passus intelliguntur desideria, super quæ anima ambulat. Calciamenta vero, quæ hos gressus pulchros reddunt, sunt bona opera. Itaq; id, quod desideria pulchra facit, sunt bona opera. Inquit igitur sponsus. O anima iusta filia principis superni, qui est Deus, quam pulchra sunt desideria tua, pulchra, inquam, quoniam illa bonis operibus cōtegis, sicut pedes calceamentis cooperiri solent. Ergo cum hoc ita sit, si Thebani de bonis operibus se iactabant, multo maiori cum ratione nos, qui Christiani sumus, & sacro sancto Iesu Christi Redemptoris nostri nomine insigniti, in illis nos ipsi gloriari debemus.

Cant. 7

Beatus Basilius de institutione Monachorū docet, quo feruore, & qua mente opera bona fieri debent his verbis. Quomodo facit dextera, quod nescit sinistra? Cum intenta mente, & fixo desiderio placēdi Deo agimus opera Dei, & omni sollicitudine cōstringimur, ne discedamus à via recta, & ab opere legitimo, tūc nullius prorsus extrinsecus, nec membri nostri recipimus cogitationem, nisi solius Dei, & eius operis, quod explemus tāquam si artifex faciens vas indefinenter & eius meminit, qui opus iniungit, & vas, quod versat in manibus.

B. Basili. de  
institutione  
Monacho.

B. Chrysoſt.  
Homil. 9: de  
pœnitentia  
Matth. 25:  
ſimile.

B. Chryſoſtomus in quadam homilia ſuper illa verba: Quæcunq; vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, inquit. Si forte Rex quempiam de populo appellauerit, atq; ad ſeruos ſuos dixerit. Reddite gratias huic meo nomine quam plures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tempore per multa contulit, nonne certatim eum omnes benedicerent, & ei benefacerent, cui Rex gratias dederit? Si ergo in homine tantum honoris res ipſa tribuit, cogita Chriſtum in illa die ad angelos dicentem. Hic me peregrinum exiſtentem conſouit multoties. Cogita de cetero fiduciam, quam benefaciens poteſt habere ingrediendi in angelorum gaudium.

Idem in c. 6:  
ad Gala.  
ſimile.

Idem in quadam homilia ait. Quemadmodum in ſemente, qui ſeminat non poteſt ex ordeo metere triticum, eo quod oporteat & ſementem, & meſſem eiſdem eſſe generis: ſic & in operibus, qui in carne depoſuerit delicias, temulentiam, concupiſcentiam abſurdam, quæ hinc proueniunt, metet. Quæ autem ſunt iſta? Supplicium, vltio, opprobrium, corruptio.

Fulgen. ad  
Theodor.  
ſimile.

Fulgentius ad Theodorum Senatorem ait. Oculus ſic factus eſt, vt videre lumen poſſit, ſe autem videre non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit. Ita bonum, quod facis, gratiæ aſcribendum eſt: nam quod videt oculos, beneficium eſt luminis, quo ſi careret, cæcus remaneret in tenebris. Ideo merito idem ibidem ait. Vti ſumma confuſio eſt, alienis ornamentis ſe extollere, ita inſaniæ eſt manifeſtæ, quemquam gratias, quæ à Deo ſolo profectæ ſunt, virtuti ſuæ attribuere.

## Opera bona.

Ricard. de ſta  
tu interioris  
hominis. p. 1:  
c. 7:  
ſimile.

Ricardus de Sancto Victore de ſtatu interioris hominis inquit. Quod eſt corpus ſine anima, hoc eſt opus ſine intentione bona. Quælibet ergo actio quamuis bona videatur quaſi mortua iudicetur niſi per conſilium ad intentionem bonam animetur. Et ſicut vita à corde procedit, & ſe per omnia membra diffundit: ſic & intentio bona de conſilio ſurgit, & virtutum opera ad meriti vegetationem animare conſuevit. Recte igitur per Sapientem præcipitur. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum.

Origen. lib. 3.  
Periar. c. 1:  
ad Rom. 9  
ſimile.

Origenes in Periarchon ſuper illa verba; Non eſt volentis, nec currentis, ſed miſerentis Dei, ait. Sicut cum bonos, atq; vberes fructus ad perfectam maturitatem pertulit ſeges, nemo pie & conuen-

nien-

6 nienter dicet, quia fructus ipsos agricola fecit, sed à Deo fatebitur præstitos: ita etiã nostra perfectio non quidem nobis cessantibus, & otiosis efficitur, nec tamen consummatio eius nobis, sed Deo, (qui est prima, & præcipua causa operis) adscribetur. Sic cū nauis superauerit marina discrimina, quamuis multo labore nautarum omnis nauticę artis opere impense, & gubernatoris studio atq; industria adhibita res agatur, ventorum quoq; aspiratibus flatibus, & astrorū signis diligenter notatis; si tamen nauis vndis, & fluctibus fatigata ad portū salua peruenit, nemo sani sensus nisi misericordię Dei salutem nauis ascribet: sed ne ipse quidem nauta vel gubernator audet dicere. Ego saluaui nauē, sed totum ad Dei misericordiam refert, non quod sentiat se nihil ad saluandam nauem, et artisa dhibu ille vel labores, sed quoniam sentit à se quidem laborem, salutem vero à Deo præstitam nauis: ita etiam in nostrę vitę cursu à nobis quidem dependendus est labor, & studium, atq; industria adhibenda; laboris vero nostri fructus à Deo speranda est salus.

7 Super illa verba Beati Pauli: Factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens, inquit quidam autor. Ut enim cymbalū tinniens omnes ad templum, & Ecclesiam vocat, ipsum autem illuc non ingreditur: sic ille, qui de virtute differit, ea autem caret, qui præclare loquitur, sed male agit, alios ad excellentes virtutis actiones hortatur, vbi est verę laudis domicilium: illuc autem ipse non vult transire, sed omnibus virtutibus, & bonis operibus nudatus in summa ignominia versatur. 1. ad Cor. 13.

8 Idem etiã ait. Ut qui in fluuiū incidit, si, nec brachia mouet, nec manus, nec crura, statim obruitur, & mortuus in profundū decidit, si autem natat, cripitur: sic qui sola fide nixus virtutis opera reliquerit in profundissimi barathri gurgitem megetur: qui autem manus, pedesque agitauerit, illis que remorum loco usus fuerit, & fidei coniunxerit opera charitatis, hic incolumis exiet in terram, & portum æternę securitatis obtinebit. simile:

Super illa verba Saluatoris nostri Iesu Christi: nemo accendit lucernā, & ponit eam sub modio, inquit quidā doctissimus vir. Non vacat mysterio, quod cū multis alijs instrumētis posset lux ipsa occultari, nihilominus tamen Dominus potissimū mentionem faciat ipsius modij, qui mensura quædam est. Quod, mea sentētia, eo fecisse videtur, vt scilicet intelligamus, Luc. 11.

nos non cum mensura debere nostra facere, sed potius quam 9  
 multa possumus exercere: non debemus ieiunare ad mensu-  
 ram, hoc est diebus tantum ab Ecclesia præceptis, neque au-  
 direrem sacram ad mensuram, hoc est, festis duntaxat diebus,  
 neque confiteri ad hanc mensuram, videlicet in extrema ne-  
 cessitate: neque consilium dare ad mensuram, videlicet quan-  
 do postulatur tantum: neque correctionem adhibere ad men-  
 suram, videlicet cum ex officio tantum id incumbit. Hoc enim  
 est ponere lucernam sub modio. Non igitur ita nos gerere de-  
 bemus erga proximos nostros, sed potius liberales esse, cum  
 tam liberalem erga nos Deum experiamur, qui sine modio, &  
 in mensura erga nos se gerit, & beatitudinem nobis æternam  
 paratam habet: aut si mensura nobiscum utitur, talis est, de qua  
 scriptum est: mensuram bonam, confertam, coagitatam, & su-  
 perfluentem dabunt in sinum vestrum. Non sufficit mala  
 non agere, sed oportet bonis operibus insudare.

Lucas

Matth. 23

Notandum ad hoc circa eum, qui è nuptijs eiectus est, tantū  
 fuisse reprehensum in eo, quod non haberet vestem nuptialem,  
 non autem quod vestē haberet fordida: vt intelligamus quā-  
 tum iudicium maneat eos, qui in Ecclesia non tantum non ful-  
 gent bonis operibus, sed malis plane sunt deformes: ac rursum  
 eos, qui mentē Domini non assident quieti, sed Ecclesie cōmu-  
 nionem, & nuptiarū delicias perturbāt, quando condemnatur  
 etiam is, qui mensæ assidet quietus, & de deformi veste non re-  
 darguitur, sed tantum quod vestem non habeat nuptialē. Itaq;  
 non satis alicui esse debet, quod sit intra Ecclesiam, nec rur-  
 sum quod in ea sic se gerat, vt toleretur à fidelibus, nec illorū<sup>II</sup>  
 conspectui displiceat, sed curandum est sic se gerere, vt oculis  
 etiam Dei placere possit. Hic enim qui regis oculis displicuit,  
 satis placuit reliquis conuiuis, à quibus eiectus prius fuisset si  
 perturbatorem se molestum exhibuisset, quemadmodū & Ec-  
 clesia eiecit manifestè criminosos, aut Ecclesiasticæ pacis, &  
 communionis perturbatores, reliquos vero peccatores occul-  
 tos, aut non ita scandalosos relinquens diuino iudicio.

Omnia, quæ habentur litera. m. titulo, me-  
 ritum, descriuiunt huic materiæ.

O P E

# OPERA FACTA IN GRATIA.



**D**octores Theologi in quarto sententiarum, & Beatus Thomas docent per veram poenitentiam redire opera, quæ antea fecerat homo, dum esset in gratia cum iustificatur, quæ tamen per peccatum mortale mortificata fuerant, in hoc sensu, quod sibi non imputarentur ad meritum

Theolo. in 4. d. 16  
B. Tho. 3. p. q. 89

secundum illam Domini sententiam per Prophetam Ezechielem promulgatam, Quod si se auerterit iustus à iustitia sua, iustitiæ eius in obliuione erunt, hoc est, quod sibi non imputabuntur ad meritum dum in peccato mortali fuerit; quia tamen Deo grata fuerunt eo, quod in gratia facta sunt, manent semper in acceptatione diuina, non tamen imputantur peccatori, quia extra gratiam, & amicitiam Dei est. Cum autem postea per veram poenitentiam ad gratiam Dei redit, titulus restituitur ei, quo imputentur ei opera eius, nempe ipsa gratia, & amicitia Dei. Hæc sententia nititur testimonio Prophetæ Ioelis, ubi Deus peccatoribus poenitentibus, & ieiunantibus pro peccatis suis dicit. Reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca. Sterilia tempora illa sunt, in quibus homo in peccato versatur, & quæ copiam bonorum fructuum exedunt: quoniam peccatum locusta, bruchus; ac erugo est, quæ bona opera rodunt, & deuorant; attamen cum ad gratiam reuertitur homo, redeunt opera illa, licet non in valore, quem tunc habuerunt, sed secundum proportionem gratiæ, ad quam resurgit. De quo consulendi sunt

2 zech. 18

1oel. 2

Scholasticæ Doctores

vbi supra.

ee 5

OPE-

# OPERATIO VIRTVTVM.

Ioan. 9.



4. Reg. 2.

Prouc. 3.

**M**E oportet operari opera eius, qui misit me, ait apud Ioannem vnigenitus filius Dei. Quod perinde est, ac si diceret, Tengo de hazer las obras como hijo de quien soy. Cada vno obra conforme al spiritu, que le rige, y gouierna. Qui spiritum Dei habet, & filius Dei est, opera facit pietate, ac sanctitate plena, id est, el que tiene spiritu de Dios y es hijo de Dios obra obras, como de tal spiritu y de tal padre, llenas de piedad y sanctidad. Quando Propheta Eliseus siccis pedibus voluit Iordanem transire, pallio Helix (vt ait sacer textus) percussit aquas, & non sunt diuisa. Et dixit. Vbi est Deus Helix etiam nunc? Percussitque aquas iterum, & diuisa sunt huc, atque illuc, & transijt Eliseus. Vbi alia litera habet. Percussitque aquas ipse, & diuisa sunt. Ex quo colligitur, quod primus ictus, quem aquis infligit fuit in nomine Helix, secunda autem vice percussit, aquas in suo nomine & tunc aperta sunt aqua. O rem admiratione dignam! Quare aqua non fuerunt diuisa quando Eliseus nomine Helix ipsa tetigit, quando vero suo nomine illas percussit, tunc diuisa sunt? Ad hoc respondetur Deum voluisse, vt Sanctus Eliseus in suo nomine aquas aperiret, vt intelligeretur aperte ipsum Eliseum Helix Prophetae spiritum habere: & ideo opera Helix Prophetae facere, & operari. Qui enim spiritum Satanicum habet, que alia opera, nisi Satânica videlicet inobedientie, superbix, irax, vltionis, & his similia operaturus est? Qui autem spiritum Dei habent & filij Dei sunt, opera Dei, videlicet pietatis, misericordix, iustitix, patientix, atque aliarum virtutum operantur, & his, etiam in hoc saeculo, vita beata promittitur. Nam in prouerbijs dicitur. Fili mi ne obliuiscaris legis meae, & praecpta mea cor tuum custodiat: longitudinem enim dierum, & annos vitae, ac pacem apponent tibi. Animaduertite, qualiter spiritus sanctus his verbis longam vitam, tranquillitatem, & quietudinem spiritualem, virtutum operatoribus pollicetur & quamuis aliqui iusti paucos dies

4 dies vivant, plurimi tamen dicuntur dies eorum: quia pleni  
 sunt, & bene impenduntur, sicut tibi dicitur. Cōsummatus in  
 brevi explevit tempora multa: hoc est implevit tempora sua  
 multis virtutibus, & meritis. Doctrina est angelici Doctoris  
 Divi Thomæ cum bonis operibus nostris, ieiunijs, elemosy  
 nis, ac sanctis exercitijs misericordiam Dei coniungi, & sociari  
 atque ita, esse Deo accepta, & favorem in diuino eius conspe-  
 ctu impetrare. Quæ quidem doctrina maximæ consolationis  
 causa filijs Adæ esse debet, vt videlicet ad bene operandum &  
 se in diuino seruitio exercendum, animentur. Si enim viscera  
 alicuius regis ponerentur in opere, & in seruitute, quam illi  
 exhibes, non posset non Rex ipse illa acceptare. Viscera Dei  
 nostri sunt sua misericordia, sua bonitas, sua pietas, & cle-  
 mentia, hæc autem viscera diuina orationes nostras, ac bona  
 5 opera comitantur. Magnam ergo fiduciam habere debemus illa  
 huic summo Deo gratissima fore. Adiecit etiam Sanctus Tho-  
 mas, quod ad huius rei confirmationem fuerunt factæ plurimis  
 sanctis revelationes: ad quod citat, & adducit B. Augustinum,  
 & Diuul Chryostomum. Imitemur igitur nostrum cælestem  
 magistrum Iesum Christū haziendo obras como hijos de quien  
 somos, y prouemos ser hijos adoptiuos de nuestro padre cele-  
 stial con nuestras buenas obras, sicut ipse factis ineffabilibus  
 probauit, se esse filium eius naturalem, & verum Messiam. In  
 Dialectica Aristotelis sunt plurima loca, quibus rerum veritas  
 probari potest, videlicet à diffinitione, à diuisis, à coniunctis, à  
 simili, & alijs multis. In Dialectica vero Christi vnicus est lo-  
 cus, quo fidelis seruus, & filius Dei adoptiuus comprobatur, vi-  
 6 delicet ab operibus.

D. Tho. 2. 2.  
 q. 33.

## Operatio virtutum.

**P**ropheta Isaias sic nos admonet. Discite bene agere: quod  
 perinde est, ac si dicat. Antequam bona opera faciatis, addi-  
 scite, quo pacto ipsi operari d' beatis, videlicet cum studio, &  
 meditatione, vt sic in cōmodum, & vtilitatē prodeant. Certissi-  
 mū est, nullū esse officiū seu artē licet infima, & abiecta sit, quæ  
 prius studio non exerceatur, & addiscatur. Sutor non prius fa-  
 cit calceos, quā artē illā faciendi calceos addiscat: sic de farcina-  
 tore, & alijs mechanicis artificibus: & cum hoc in hijs arti-  
 bus mechanicis contingat, homines solummodo bona opera  
 facere

Esa. 1.

simile.

facere volunt, absque eo, quod illa facere prius addiscant, nec intelligat. **O** terribile miseria, que aun las obras vanas, como es jugar qualquiera juego las aprendes primero, y que solo el obrar bien no lo quieres aprender? **Q**uid, obsecro, peccarunt bona opera, vt sic ea sine studio operari intendas? Nunquid illa sunt magis impertinentia, & quæ minus tibi profutura sunt? **M**inime profecto, sed tu illa minus æstimas: sino dime quando te pusiste à contemplar la vida de Iesu Christo para por ella aprender a perdonar las injurias, à mortificar la carne, y a hazer obras de misericordia? **N**unca. Idcirco iniurias non condonas, & alia opera bona tam imperfecte operaris. **O**b hoc sine dubio conqueritur Deus per Isaiam Prophetam de vinea sua dicens. **E**xpectaui, vt faceret vvas, fecit autem sabrucas. **E**xpectaui, vt vinea mea mihi dulces vvas, produceret, & præbuit vvas acetosas, significans per hanc similitudinem, quan desabridas, y quan sin sazon le damos nuestras buenas obras. **D**iscite ergo fratres bene agere, ensayaos primero en las buenas obras que las hagays. **D**e quolibet enim eorum qui hoc faciunt, inquit Regius Propheta, **O**mnia quæcumq; faciet prosperabuntur.

Isai. 5

Psalm. 1

O P E

# O P E R A T I O

## B O N O R U M.

operum in peccato.



Ona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudinem sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis: inquit Ecclesiasticus. Animadvertant hoc

Eccles. 34.

qui tota vita in peccatis perseverantes huiusmodi donis, & sacrificijs salutem sibi in morte pollicentur. Ut enim inquit Beatus Augustinus: sicut non impediunt à vita æterna iustum quædam peccata venialia: sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam non profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Verum sicut in regno Dei velut stella, à stella, in gloria differunt sancti: sic in damnatione poenæ tolerabilius erit Sodomæ, quam alteri civitati, & erunt quidam duplo amplius quibusdam gehennæ filij. Ceterum de sacrificijs, ac donis piorum idem Ecclesiasticus ait. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Verum est tamen quod (sicut Beatus Thomas eleganter docet) homo bonis operibus, quæ agit, dum est in peccato mortali, ad conversionem Dei disponitur: sicut ille, qui ultimæ ac diffinitivæ sententiæ morti propter aliquod crimen damnatus est, & in bellum Regis mittitur, atque ibi tam præclara facinora, & egregia facta edidit, ut ea audiens ipse Rex paulatim odium, quo eum prosequabatur à se expellat, & amittat, ac tandem illi scelera parcat, cum ab ipso venia postulatur. Sic licet peccator secundum præsentem iustitiam ad æternas inferni poenas damnatus sit, ta-

B. Aug. li. de spiritu & littera.

Eccles. 35

B. Tho. 1. 2. q. 21.

men propter bona opera, quæ facit, licet sit in peccato mortali, ad veram poenitentiam, atque ad summi Dei veniam disponitur.

O P E-

# O P E R V M M E R C E S.

B. Chry. ho.  
36. ad popu-  
lum Antioch.

simile.



**D**IVVS Chrysoſtomus in quadam homilia ad populum Antiochenū ait . Sed retributionem quæris? Multi quidem & hic receperunt, & modo non recipiunt. Sicut gulofi, insolentes, expertes honestatis, & ventris ferui ad regale vocat cōuiuium, nec congruā horam expectantes paruulorum infantium more suā. corrumpunt lætitiā præuenientes, & vilioribus se ipsos cibus saturantes: ita scilicet, & hi mercedem hic exquirentes, & accipientes, futuram dimittunt. Et fænerans quidem post multos annos fortem recipere concupiscis cū periculo nec fortem recipiendi, vt mora maius accipias fænus: hic vero statim repetis, & hæc cum non hic semper, sed illic continuo sis mansurus, non hic iudicari, sed illic pænas subire debeas. Et si quis tibi quidem domos, vbi manere non debeas, parasset, magnum existimares detrimentum id factum: nunc autem hic vis locupletari, vnde statim, & ante vesperam es migraturus.

Idē ibidem  
hom. 13.

Idem ibidem inquit. Si quis aurum tibi debens in altera moranti regione, nec seruos habenti, nec domum reportare valenti mutuum se dare promitteret, etiam atque etiam rogares, ne tibi peregre, sed domi potius id erogaret. Illa vero spiritualia, & ineffabilia vis hic accipere? Et quantæ sunt ista demētia? Nam si hic quidē ceperis, omnino corruptibilia recipies; si vero tempus illud expectes, incorrupta tibi, & immortalia: reddentur. Si recipis hic, plumbum recepisti: si vero illic probatum aurum.

OPERV M

# OP E R V M

## OSTENTATIO.



**B**EATVS Gregorius in moralibus inquit. Hostes ad rapinam prouocat, qui latronum notitiæ diuitias denudat. Quo vsque enim ab æternæ patriæ securitate disiungimur, per latronum insidantiū iter ambulamus. Qui ergo in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona, quæ portat.

B. Greg. lib.  
8. Moralium

Idem ibidem ait. Quo arbor altius ad superiora surrexerit, eo ventorum vim vehementius sentit: quo quisque plus in bonis operibus attollitur: eo amplius ab ore laudantium flatu fatigatur. Si arbor adhuc in femine est, metuendum, ne putrefiat, si ad huc virgultum prodijt, curandum, ne hanc manus elationis tangat, atque à viriditate suæ actionis arefaciat: si, valente iam robore, ad alta se subleuat, valde formidandum, ne hanc admotæ laudis vêtus grauiora radicitus euellat. Qui se, auditis suis laudibus, extollit quid aliud iste, quam aurum, vel argentum reprobum, fuit, quem videlicet linguæ fornax consumpsit? Arbor sæpe quæ vnus venti impulsu ita impellitur, vt ne iam posse crui videatur, alterius è diuerso mouentis flatu erigitur, & quæ hac ex parte in flexionem pertulit, ab alia ad flatum redit. Ita nos Dei moderamine, sæpe cum vox laudantis eleuat, lingua detrahētis humiliat.

Idem. lib.  
12. c. 8.

simile.

Plinius ait. Cameleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: ita quidam præter ostentationem, & ventosam iactantiam, nihil habent.

Plin. lib. 11.  
cap. 32.  
simile.


ORA-

## O R A T I O .

Psal. 128.

Actuum. 12  
Simile.

simile.



Xponens Beatus Augustinus verba illa: Os meū aperui, & attraxi spiritum, inquit. Os meum aperui in oratione, & attraxi, vel auxi spiritum. Oratio quippe, & auget, & ad se spiritū Domini attrahit: sicut Apostoli orantes Spiritum sanctum ad se traxerunt. Nam sicuti qui respirat interiorē quidē aerem calidū exterius efflat, rursumq; frigidiorē colligit: sic in oratione animus ex charitatis ardore suspiria, gemitus, vocesq; exterius emittit, lacrymas exprimit, sed ab extra rursus refrigerandum spiritum Dei, tāquam sui reciprocum munus trahit. Qui enim totum spiritum suum coram Deo deuote effundit, ipsius Dei spiritū pro remuneratione colligere solet. Vnde recte dicit. Os meū aperui, & attraxi spiritū. In orationis exercitio omnia virtutū opera miro quodāmodo in lucē prodeunt, est enim oratio veluti rota maior in horologio, ad cuius motū ceterę rotę mouētur, non maior est oratio, multę enim alię virtutes præeminēt, tamen, cū ipsa in opus exit, ceteras etiā in opus trahit. Fides ibi credit, fiditq; charitas etiā, tūc in chorum psallit, liquefcit quippe cor præ amoris teneritudine in oratione, spes autem in alta se iactat cum in oratione animus in Deū eleuatur, spe quippe, tanquam ala quadā vsq; ad conspectum Dei se extollit, in chorum hunc etiā humilitas exit, cursumque suū atque opus exercet, cum suam paruitatem, Deiq; celsitudinē fatetur: sic etiam patientia expectat, & denique omnes virtutes oratio quasi in lucē prodire facit in chorū, quas corā Deo, celestibusq; educit. Quod qui magis in tali exercitio expertus est, melius edocere valebit. O virtutū omniū conseruatricis oratio, fælix, qui te perpetuā sociam habet. Hęc mundū calcare, & omnia vt stercora reputare facit, demonem fugat, superbiam eliminat, deniq; omnia vitia in exilium agit. Quare Beatus Paulus ad Ephesios scribens, postquam Christianum hominem Christianis etiam armis induerat, pro lorica iustitiam, pro galea spem, pro scuto fidem pro gladio verbum Dei porrigendo, quasi vltimum colophonem addens subdit. Per omnem orationem, & obsecrationē orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni

ni in.

Ad Eph. 6. c.

4 ni instantia, & obseruatione, ac si aperte diceret. Singula vobis arma ad singulos hostes contuli; aunc autem accipite armaturam vnā, quæ omnium vicem gerit; Per omnem orationem, ac si oratio omnes debellaret hostes. Cæteris armis spiritualibus non semper uti poteritis, ut pote ieiunio, solitudine, infirmorum cura &c. hac vero semper, & vbiq; bellare valebitis; seiungit quippe oratio à terrenis mentem, cælestibusque copulat, ac vnit. Nam sicut cymba, quæ fune agitur, quanto plus funem versus aliam ripam agimus, tanto ab alia cymba deuiamus. Sic animam, quæ in hac corporis scapha inter cælum, & terram stat, si funi huic, qui oratio est, manum apponimus & à terra plus eam separamus, tanto magis Deo eam propinquiorem reddemus.

simile.

## Oratio.

6 **F**requenter in libro Canticorum myrrhæ, & thuris mentio fit quia Ecclesia ipsa, quò ad piorum cætum attinet, mons myrrhæ, & collis thuris est: ideo inquit sponsus. Ibo ad montem myrrhæ, & collem thuris. Et inferius ait. Veni in hortum meum soror mea, sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis. Veni autem in hoc loco præteriti temporis est, non præsentis imperatiui, ut Græca, & Hebræa lectio facile ostendunt. Myrrha autem mortificationem, thure vero orationem significari notissimum est. Harum autem præcipue virtutum inter omnes alias mentio fit: quia cum spiritualis vitæ scopus sit secundum meliorem nostri partem, nempe spiritum angelorum more viuere, & cælestia semper meditari, hoc officium oratio id est mentis eleuatio exequitur: cæterum quia cupiditatis nostræ, & mollis carnis educatio atq; indulgentia nos in hoc spirituali studio magnopere remorantur, & ascensum impediunt ideo mortificatio orationis comes adhibetur, quæ omnia hæc impedimenta amoueat, & abscindat, carnem ipsam crucifigens cum vitijs, & concupiscentijs suis. Qua mortificatione, qui carent, vbi primum orare, & mente in cælum conscendere nitentur, in ipso nixu, & conatu suo curarum agminibus impediti ad ima quodammodo inuiti sæpe, & reluctantes deiciuntur: quia sine scalis, aut adminiculis sublimia petere uoluerunt.

Cant. 4.

Cant. 5.

B. Chryf. lib.  
2. de oratio-  
ne.  
simile.

**B**eatus Chryſoſtomus libro de oratione ait. Quemadmo-  
dum ciuitas, quæ muris cinctæ non eſt facile venit in po-  
teſtatem hoſtium, propterea quod proſus abſit id, quo fuerat  
hoſtium incurſus arcendus: ſic & animam non munitam preci-  
bus diabolus facile in ſuam redigit ditionem, nec multo negotio  
omni ſcelere implet. Et alibi inquit idem Sanctus Doct̃or. Nō  
leonis rugitus beſtias ſic fugat, vt iuſt̃i oratio Dæmones.

Idem Hom.  
13. in acta  
ap̃oſtolorū.  
ſimile.

Idem libro ſecundo; De orando Deum ait. Si quis dicat ani-  
mæ neruos eſſe deprecationem, videbitur verum dicere. Quem  
admodum enim corpus neruis cohæret, currit, ſtat, viuít, & com-  
pactum eſt adeo, vt ſi neruos excideris, vniuerſam corporis har-  
moniam diſſolueris. Itidem animæ per ſanctas preces ſibi con-  
ſtant & compinguntur, ac pietatis curſum facile peragunt. Ibi  
demq̃; ait. Si re ipſum oratione deſtitueris, perinde feceris, ac  
piſcem ex aquis extraxeris.

ſimile.  
Idem Hom.  
24. in Mat-  
thæum.  
ſimile.

Idem in quadam homilia ait. Ab hominibus cum aliquid ex-  
poſcis, & moleſtus omnino, & oneroſus videris: Deum vero,  
quando id non facis, tunc amplius vt tibi indignetur accendis;  
ſi vero permanes poſtulando, etiam ſi non cōtinuo accipias,  
accipies tamen.

Idem Hom. 15.  
ope. impe.

Idem ait in quadam homilia. Sicut nec miles ſine armis eſt  
aliquid, nec arma ſine milite: ſic nec oratio ſine ieiunio, nec iei-  
unium ſine oratione.

Idem Homi.  
24. ad popu-  
lum Antio-  
chenum.

Idem in alia homilia ait. Non ita rubiginem excoquere ſo-  
let, ſicut oratio nocturna noſtrorum rubiginem peccatorum.

ſimile.  
Idem Homi.  
7. ad popu-  
Antioche.

Idem in quadam homilia inquit. Nō ita fontes aquarū hortos red-  
dunt fertiliores, vt orationis plantā lachrymarū fontes irrigātes  
ad maximā excreſcere faciunt altitudinem, & orantem coram  
Domino conſtituunt; hinc enim maxime fit, vt exaudiantur.

Idem ibidem ait. Et tu dicis. Quid mihi opus eſt oratione?  
Propter hoc indiges, quia indigere te non credis: nam ſi Deus  
noſtrū in orationibus torporē, & negligentiam exquirat, & quod  
in eius conſpectu poſiti orāntes, nec tantum ei præbemus ho-  
norem, quantum ducibus milites, quantum amicis amici, ami-  
cū enim alloquens, hoc cū attentione facis, Deo autem pro pec-  
catis occurrens, pro totq̃; criminibus veniam petens, & rogans  
tibi remiſſionem fieri torpes, & genibus tuis humi proſtratis cir-  
ca fo-

io ca forum, & domum mentem tuam vagari frequenter dimittis ore tuo frustra nugante, & in cassum, nec hoc semel & bis, verum & frequenter patimur.

Beatus Augustinus de perfecta iustitia inquit. Quemadmodum serpentis quoddam genus est, cum ad bibendum, priusquam ad fontem venit, omne venenum euomit. Ita Christianus, cum ad orandum accedit, omnem iracundiam, & odium proximi deponat.

B. Aug. de perfecta iustitia ad Iulianum. simile.

Idem in quodam tractatu ait. Sicut si velles implere aliquem sinum, & cognoscens quam magnum sit, quod dabitur, extendes sinum vel sacci, vel vtris, vel alius rei, ut extendendo facias capaciore. Sic Deus differendo petitionem, extendit desiderium, desiderando extendit animam, extendendo facit capacem eorum, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit.

11 Isidorus Clarius in quadam oratione ait. Quicumque hoc orandi dono præditi sunt, ingente privilegio sunt donati; similes enim sunt eis, quos Reges in familiares habent, ut eorum ingressus ad eosdem Reges non prohibeatur, quod summi honoris loco censetur, & quibus hoc permittitur, inter omnes beatissimi existimantur. At vero per hanc orationem in autoris omnium Dei familiaritatem venire quantæ dignitatis esse iudicandum est. Quod si quis moueatur, quod cum Deus sciat prius quam

Isidorus Clarius. simile.

petamus quid nobis opus sit, cur expectat donec postulemus? Quia in re sciendum est preces nostras non idcirco adhiberi, ut ad eas flectatur Deus, & inclinetur ad nos, qui paratissimus est ad nobis benefaciendum, ac nobis ultro se offert, sed est oratio (quæ admodum præstantissimi ante nos dixerunt) veluti aurea ca-

Quare oramus cum Deus sciat quid nobis opus sit ante quam petamus.

12 tena è celo in terram demissa, per quam qui ascendere velit, videtur quidem cathenam ad se trahere; re autem vera trahitur ipse ab illa in cælum. Non est ergo necessaria oratio ad permouendum Deum, sed ad nos illius donis suscipiendis præparandos.

## Oratio.

Petere beneficia à Deo, est, ipsum laudare, & glorificare, atque ita ipse Dominus ait. Inuoca me in die tribulationis: erua te, & honorificabis me. At cum Deus plurimum habeat, quod dare possit, & re vera plurimum dare desideret, vult, ut ab eo plurimum petamus. Atque ita Isaias Propheta ex nomine Dei ad Achaz dixit. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in pro-

Psal. 46

Isai. 7

fundum inferni, siue in excelsum supra. Quasi dicat. Postula 13  
 à Deo, & non vtcunque postules, sed postula rem aliquam per  
 grandem, postula, inquam, vt tibi infernum ostendat, vel, vt cæ-  
 lum aperiat, & angelos demonstret. Cumque Achaz esset idolo-  
 latra respondit. Non petam, & non tentabo Dominum. Vbi  
 alia litera habet. Non petam, & non glorificabo Dominum.  
 Sed Sanctus Propheta, vt nobilissimum Dei ingenium, & pro-  
 pensionem magnam, quam habet ad magnifice elargiendum,  
 ostenderet, dixit. Ecce virgo concepiet, & pariet filium, hoc est,  
 Pues tu no quieres pedir por no honrar à Dios, el hara como  
 quien es, y nos dara a su hijo hecho hombre. O immensam bo-  
 nitatem tam liberalis Domini, & quam merito de eo sacra spon-  
 sa in Canticis ait. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacin-  
 this. Et alia litera habet. Manus eius orbes aurei, habentes in- 14  
 clusum hiacinthum, hoc est manus eius sunt velut globi aurei,  
 & intra se gemmas, ac lapillos pretiosos habent, idest, sunt ma-  
 nus liberales, & quæ interius sunt magis mysteriosæ, quam ex-  
 terius. Hinc etiam appellatur Dominus Deus salutarium no-  
 strorum, qui videlicet non vnam, sed multiplices nobis salu-  
 tes largitur. Ex quo apparet ad illum nobis in omni pressura  
 confugiendum esse. Si enim suppellectili aliqua indigentes, ad  
 eius rei artifices pergere solemus, quid aliud cum salutis egen-  
 tes sumus facere debemus, quam ad eum confugere, qui salutis  
 autor, & velut artifex est? Sed aduertendum est regium Prophe-  
 tam dixisse. Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in  
 conspectu tuo. Incenso comparatur oratio: nam quemadmo-  
 dum in infirmantium cubilibus thus, aut vnguentum aliquod 15  
 suaue cremare solemus, quo cubilium eiusmodi fetorem com-  
 primamus: sic orationibus fetidis cor nostrum perfundimus,  
 hoc est, absumamus, vt male olentium desideriorum fet-  
 torem auferamus, quod nemo verum esse in-  
 telligit, nisi expertus  
 fuerit.

O R A-

# ORATIONIS COMITES.



**RATIO** Est velut delicatissima virgo. La oration es como vna dama muy delicada y assi es menester que la sustenten todas las virtudes, la piedad. Ideo namque scriptum est, Da te & dabitur vobis. Angelus Sancto Thobiaz dixit. Bona est oratio cum ieiunio & eleemo-

Thobiaz. 12.

syna magis, quam Thesaurus auri recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Hic ostendit Angelus admirabiles operum misericordiæ effectus, & ad hoc possunt adduci verba illa Isaïæ Prophetæ. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate; hoc est, confortate manus, & ad eleemosynam eleuate, quas auaritia ad terram submisit. Et roborate genua pauperum debilia ex necessitate eleemosynis vestris. Vel aliter, post eleemosynam roborate genua vestra ad orationem animabus vestris valde vtilem; habetis enim illa valde debilia ad orandum, quia rarissime illa orationi inclinatis. De animalibus illis mysteriosis, quæ vidit Ezechiel Propheta sic in sacra scriptura legitur. Manus hominis sub pennis eorum. Vbi significatum est, quod sub oratione, & contemplatione debet esse opus charitatis, & pietatis, quod has duas alas sustentet. Et in Apocalypsi dicit Beatus Ioannes se vidisse venerabiles illos senes, qui habebant phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Vocat Sanctus Apostolus orationes phialas aureas, eo quod orantium, ac deprecantium corda iam non debent apparere, aut reputari carnea, sed aurea; hoc est charitate feruida, idest los coraçones de los que oran ya no han de parecer de carne sino de oro de charidad. Quemadmodum ferrum in fornacem ignitam inclusum iam non apparet esse ferrum, sed ignis: sic cor per orationem in Deo immersum iam non debet apparere carneum, sed igne amoris inflammatum. In actibus Apostolorum legitur Deus Ananiam sic fuisse allocutus. Quare Saulum nomine Tarsensem;

Isai. 35.

Ezech. 1.

Apoc. 5.

1. Cor. 13.

Annum. 2.

ecce enim orat. Quid hoc est Domine? Raptus, & absorptus est  
 totus Paulus; & tu dicis illum orare? Ita plane, ad significan-  
 dum quod oratio, defectu beatitudinis est quedam gloria, idest,  
 Como señor teñeys lo arrobado y arrebatado en la gloria y de  
 zis que ora? Si, para significar que en ausencia de la bienauentu-  
 raga la gloria es la oració: atq; ita quoties quis perfecte orat, effi-  
 cit aliquo modo actus hominis beati: nam inter ea, quæ beatis  
 competunt, vnum est, habere semper cor suum in Deo. In sa-  
 cro Genesis libro legitur Patriarcha Iacob cum Deo fuisse lu-  
 ctatus, arma vero, quibus in status est, fuerunt oratio, & lachry-  
 mæ, vt Oseas Propheta testatur his verbis. Fleuit, & rogauit  
 eum, cumque Deus omnipotentia sua dimicaret, & Iacob ora-  
 tione, ac lachrymis contenderet, tandem ei Dominus dixit.  
 Dimitte me. Et non dimisit illum Sanctus Patriarcha, quous-  
 que ab eo benedictionem accepit. O admirabilem orationis  
 potentiam! Oportet etiam, vt oratione comitetur humilitas:  
 nam, vt ait Ecclesiasticus; Oratio humiliantis se nubes penetra-  
 bit: & donec propinquet non consolabitur; & non discedet do-  
 nec altissimus aspiciat. Pulchre hoc manifestatum est cum Do-  
 minus humili Moyse dixit. Dimitte me, vt irascatur furor meus  
 contra eos, faciamque te in gentem magnam. Super quo ait  
 Beatus Gregorius in Moralibus. Quid est dicere seruo, Dimitte  
 me, vt irascatur furor meus, nisi deprecandi ausum præbe-  
 re? Ac si dicat, cogita quantum apud me valeas, vt obtinere pos-  
 sis, quod exoras; & capite duodecimo eiusdem libri inquit. San-  
 cti, qui ira Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra eum op-  
 ponantur, & contra ipsum se cum illo erigunt; eosque diuina  
 vis sibi secum opponit: fouet enim eos intus gratia irascentis,  
 vt aduersus iram sauiantis exterius obtineant. Alia etiam so-  
 cia orationis debet esse efficax fiducia in Dei celsitate, atque  
 eius infinita bonitate, siquidem ipse nobis ait. Amen, amen  
 dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vo-  
 bis. Hoc verbum, Amen, est Hebraicum, & derivatur ab hoc  
 verbo Aman, quod significat esse aliquem fidelem, stabilem,  
 & permanentem. Atque ita aliquando aduerbium est iuran-  
 tis, & significat vere, fideliter. Aliquando etiam nomen est,  
 & significat fidem, aut veritatem: atque ita existimant ali-  
 qui quotiescunque hoc verbum amen, in Euangelio duplica-  
 tur,

tur, in primo loco esse nomen, in secundo vero aduerbiū, ita, vt sit sensus. Ego veritas (loquitur enim Iesus Christus Saluator noster) vobis certissime ac fidelissime hoc, vel illud dico. Qui modus loquendi dignitatem, veritatem, ac firmitatem sacrosancti Euangelij maxime cōmendat, siquidem Iesus Christus, qui summa veritas est nobis cum iuramento vere, fideliter, ac firmiter loquitur. Est etiam aduerbium petentis, & desiderantis maxima cum vehementia, vt aliquid fiat, & perinde est, ac si dicatur, fiat, ac fere significat id, quod nos vocabulo Arabico à nostro Hispanico idiomate accepto dicere solemus, Oxala, atque ita cum dicitur, amen, perinde est, ac si dicatur oxala se haga. Alia orationis comes est gratitudo, & ita Beatus Apostolus inquit. Cum gratiarum actione orationes vestræ innotescant apud Deum: nam qui se gratum Dei beneficijs ostendit, cum hoc disponitur, & dignus efficitur ad alia plurima recipienda. Sic idem Apostolus se obseruasse docet ad Ephesios scribens his verbis. Non cesso gratias agens pro vobis memoriā vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, reuelationis in agnitionem eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Vbi duo præcipue notanda sunt, primum qualiter Sanctus Apostolus non cessabat in orationibus suis gratias agere pro beneficijs non solum sibi, sed proximis collatis tanquam gratissimus. Secundum ad quid vult oculos nostros illuminari scilicet vt consideremus hoc mirabile legis nostræ, quæ sit spes vocationis nostræ, & quæ sint diuitiæ gloriæ hereditatis, quam speramus: talia enim præmia nulla lex suis obseruatoribus vnquam ita promisit. Quid sperat obseruator legis Dei? Hereditatem immarcescibilem, incontaminatam, æternam in cælis, videre scilicet Deum facie ad faciem. Alia comes orationis est attentio: sunt enim multi, qui ore tantum Deum honorant, & tantum ore orant, corde vero diuagantur, de quibus Dominus per Isaiam inquit. Absit vagus in via cordis sui: vias eius vidi, & dimisi eum. Vagus in via cordis sui vadit, qui leui cogitationum mobilitate, & affectionum ducitur non animaduertens, quid cogitat sicut homo vagus nescit, quo vadit. Nihil enim humano corde fugacius; vnde ait Beatus Gregorius. Cor foris vagat, & corpus solum in templo remoratur. Sic oran

2. p. 102. III

102. III

Ad Philip. 4.

Ad Ephe. 1.

ad per. 1.

102. III

Itai. 172

**Hierem. 48.** res maledictio illa, quæ apud Hieremiã habetur cõprehendit, 10  
 scilicet. Maledictus qui facit opus Domini fraudulẽter. Nõne  
 vobis maxima fraudulentia videtur, quod cum Deo cor, affe-  
 ctio, amor, & intentio debeat solum illi verba præbeatis. Pe-  
 te ergo à Domino, vt cor tuum foris dispersum, & profugum  
 ad se ipsum reducat, & tunc tibi etiam conueniet, quod Domi-  
 nus statim per Isaiam in supra dicto loco subiungit. Reduxi  
 eum, & reddidi consolationes eius. Vnde inferitur, quod quan-  
 do vagus erat, consolationes illi deerant: Quod autem hoc po-  
 stulandum sit à Domino verba regij Prophetæ declarant, qui  
 postquam dixerat: Cor meum dereliquit me, continuo subiun-  
 git. Complacat tibi Domine, vt eripias me. Quasi dicat; Meis  
 viribus cor meũ reuocare minime possum, nisi sim tuo adiuto-  
 rio suffultus. Non igitur voce tantum nobis orandum est, sed et  
 corde potius diuino amore inflammato. Maxime etiam oportet,  
 vt orationem obedientia subsequatur, & comitetur, vt Bea-  
 tus Gregorius in Moralibus inquit. Sæpe Deus eius precem  
 in perturbatione deserit, qui præcepta eius in tranquillitate  
 contemnit. Sanctos etiam in afflictione adiutores non habet,  
 qui habere socios in hilaritate contemnit. Denique tristitia, &  
 lachrymæ solent esse optimæ orationis comites. Vnde idem  
 Beatus Gregorius in Moralibus ait. Apud iudicem misericor-  
 dem sæpe tristitia, quæ orantem aggravat, ipsa subtilius  
 orat pro nobis. Ideo dicit; Cum te consump-  
 tum putaueris, oreris,  
 vt lucifer.

**Psal. 29:**

**B. Greg. li. 5.  
Mora. c. 30.**

**B. Greg. in  
Moral. libr.  
10. c. 15.**

# ORANTIS DISPOSITIO.



**TERTULIANVS** Inquit. Fideles die  
 Dominica solere stantes orare, quod quidem pre-  
 ceptum fuit in prima Nicena synodo, vnde or-  
 tu est nomen stationis: vocabat enim stationem  
 congregationem vbi stantes orabant. Oratio, que fit fle-  
 xis genibus, est proprie eius, qui veniam postulat, illa autem, que  
 fit ab eo, qui stat orans, est particulariter, & proprie eius, qui ve-  
 niam impetrauit. Ideo inter Pascha, & Pascha stantes oramus in si-  
 nuates nos per poenitentiam, quam in quadragesima egimus, ve-  
 niam consequutos fuisse. Cumque olim in primitiua Ecclesia  
 omnes Christiani prauia confessione sacratissimam Eucharis-  
 tiam in die Dominica acciperent, tanquam illi, qui veniam con-  
 secuti fuerant, stantes in illa die orabant. Et quamuis hoc ita sit,  
 vera tamen cordis humilitas iustum inuitat, vt se coram diuino  
 conspectu profundissime inclinet, atque ita prostratus, & humilia-  
 tus non postules o frater a Domino ultionem de hostibus tuis,  
 nec diuitias, aut voluptates; ipse enim tibi respondebit. Regnum  
 meum non est de hoc mundo. Pete ab eo pacem, quia ipse est  
 pax nostra, qui fecit vtraque; vnum. Postula humilitatem, & man-  
 suetudinem, quia ipse est mitis, & humilis corde. Postula regnum  
 eius, sicut fecit bonus latro. Postula, vt in domum tuam veniat, si-  
 cut venit ad domum Centurionis: postula, vt animam tuam sanet  
 sicut filiam Chanaanę sanauit; postula, vt tibi lumem præbeat, si-  
 cut illuminauit cæcum; postula, vt te spiritualiter resuscitet, si-  
 cut resuscitauit corporaliter Lazarum: postula, vt tibi peccata  
 condonet, & parcat, sicut Magdalenę pepercit; postula, vt sit  
 hospes tuus, sicut voluit hospitari a discipulis pergentibus in  
 Emaus: postula, vt tibi porrigat manum, sicut eam D. Petro por-  
 rexit, reque respiciat, sicut ipsum respexit: postula, vt te ad se at-  
 trahat, sicut attraxit Diuum Matthæum. Accede ergo cum fidu-  
 tia: ipse enim tibi hæc omnia concedet, si illa cordis humilitate  
 expostulas. Nam si cum ligatus esset ab impijs Iudæis, auri-  
 culæ Malchi recordatus est; & cum ad columnam ligaretur non  
 est oblitus Petri, & cum sacratissimam crucem in humeris

portaret, illius magis ponderis obliuiscens de mulieribus, que propter ipsum deplorabant, compassus est: si in cruce pendens, ac doloribus iammersus oculos in latrone fixit, eique regnū dedit, quomodo nunc, quando ad dexteram patris in gloria sedet, tecum non erit liberalis?

## O R A T I O N I S I M P E T R A T I O Q V A re differatur.

Psal. 36:



**R**E G I V S Propheta David quid agere debeamus, ut orationes nostræ valcant, & meritum habeant apud Deum, nos docet inquiring. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Delectari

Gen. 16.

in Dño hic, est actus purissimi amoris producere, dum de bonis, excellentijs, ac perfectionibus Dei cōplacemur, & quanto magis homo in hoc delectatur, tanto magis excellentiores sunt actus eius, magisq; ipse disponitur, ut Deus in illum beneficia conferat, & licet aliquando, ex differat Deus, non tamen ideo homo fiduciam amittat: solet etenim Deus ea differre pro maiori nostra utilitate. In Genesi dicitur: Sarai vxor Abraham non pariebat. Quæ verba magnam in se emphasim habent, atq; admirationem inducunt, quasi dicat sacer textus. Quamquam Deus Patriarchæ Abrahamæ promiserat, se ei daturum esse generationem, non ideo Sara non erat sterilis, ut antea, nec fecunda fiebat: id est, Por mas que Dios auia prometido a Abraham que le auia de dar generacion, no por ello Sara dexaua de estar esteril como de antes. Orem admirandam! Quando Deus primâ promissionem Abrahamæ fecit, erat ipse Patriarcha septuaginta quinque annorum, quando autē Sara concepit nonaginta annos nacta erat, Abraham vero centum annos adimpleuerat. Animaduertite quomodo, & quò tempore expectauit Deus hoc magnum beneficium illis conferre, ut videlicet aperte conspiceretur, & appareret, id opus Dni esse: nam si citius, & in minore ætate Sara peperisset non tam aperte cognosci posset hoc esse particulare opus Dei. Sic solet Deus promissiones, & be-

nefi-

# Orationis impetratio quare differ. 459

3 neficia differre quousque homo intelligat non posse sibi huma-  
na via auxiliū præstari, & subueniri, quando iam in nulla re huius  
mundi, sed in Deo tantummodo fiduciam collocat, at tandem aper-  
te cognoscit ab ipso solo altissimo Deo auxiliū sibi esse ventu-  
rū, vt cū regio Propheta dicat. Dñs firmamentū meum, & libe-  
rator meus, Deus meus virtus mea protectoremus. Perpedite ob-  
secro, quātam fidē, & spem Patriarcha Abrahā tam longo tem-  
pore habebat? Dios para con el tã callado, y tan tardio y el siem-  
pre con grande esperança. Videbatur Deus oblitus esse p̄omis-  
sionis, quam Abrahæ fecerat, ipse vero spem tam viuam habe-  
bat sicut quando illa sibi promissio à Deo facta fuit.

Psal. 17.

4 Propheta Habacuc inquit, Deum in ira suam ostendere mi-  
sericordiā, quod quidem aperte ostendit, quando gratissime of-  
fensus ab Hebræis, & rogatus à S. Moyse, vt eis parceret, dixit.  
Dimitte me, vt irascatur furor meus. Admirabile clementiam  
Deus hic manifestauit, significās his verbis posse inuictā poten-  
tiam suā ab hominibus impediri: atque ita maiore occasione  
Propheta Moyse dedit, vt ab ipso, quod volebat, postularet,  
quā vt ipsum à petitione auerteret. Quis ergo non orabit audiēs  
Deū posse capi, & impediri ab hominū orationibus, sicut re ve-  
ra captus fuit à deprecationibus sancti Moyse, vt testatur regis  
Propheta his verbis? Dixit, vt disperderet eos, nisi non Moyse  
electus eius stetisset in cōfractiōe (hoc est in corde humiliato)  
in conspectu eius. In hac cōfractiōe & humiliatiōe cordis do-  
cuit. S. Propheta, quomodo orare debemus. In libro etiā Nume-  
rorum orati pro populo Propheta Moyse Dominus dixit.

Ezod 32.

2. Reg. 1. 17.

2. Psalm. 105

Num. 14.

5 Dimisi propter nomen tuum. Sed quomodo ait, Dimisi,  
cum postea, vt ibi apparet, populum punierit? Ad hoc re-  
spondeo, ipsamet Domini verba se exponere: non enim ait Do-  
minus simpliciter, Dimisi, sed adiecit secundum verbum  
tuum, & hoc erat, quod præcipue Sanctus Moyse deprecā-  
tur, vt videlicet populum illum Dominus non destrue-  
ret omnino, sicut comminatus fuerat, vel dimisit eis culpam,  
sed non p̄nam, vel dimisit eis p̄nam æternam, quam me-  
ruerat. Patriarcha etiam Iacob nos orare docuit, de quo in  
Genesi legitur, quod postquam maximam diligentiam ad-  
hibuit, quando fratrem suū perimescebat, ad ipsum munera  
mittens, et videns que familiam suam per turmas, tandem post-  
quam

Gene. 32.

quam

quam omnia recto ordine disposuit, solas remansit, ut melius  
 posset orationi vacare. De manera, que lo vno y lo otro se ha  
 de hazer en los trabajos, haziendo por vna parte las diligen-  
 cias posibles, y por la otra acudir a Dios en la oracion. Deni-  
 que postquam orauerat. S. vir, & fratrem suum Esau cum qua-  
 dringentis militibus ad se venientem vidit, ipsum verbis dul-  
 cibus, & humilibus placare conatus est; Deus autem cor ipsius  
 Esau, qui iracundus contra fratrem suum venerat, ita mutauit,  
 ut non solum Sanctū Iacob non læserit, verum etiam ipsum  
 amplexus fuerit, & cum illo collachrymatus.

## O R A T I O N I S E F F I C A C I A.

Ad Philip. 2



**A**D Philippenses scribens Beatus Paulus in-  
 quit. In nomine Iesu omne genu flectatur, cæ-  
 lestium, terrestrium, & infernorum. Omnes  
 creaturæ, teste Sancto Apostolo, genu quidem  
 huic sacratissimo nomini flectunt, at vero pa-  
 ter cælestis caput illi inclinat libenter annuens, & concedens  
 omnia, quæ in hoc nomine petuntur. Animadversione ta-  
 men maximè hic dignum est, quod Christus Dominus vnum  
 nobiscum effectus est. Quo fit ut, cum propter illum peti-  
 mus, non modo nobis sed illi etiam quodammodo petimus, ne-  
 que modo tam nostram quam illius causam agimus. Illa San-  
 cta Ester, cum salutem, & vitam populi sui ab Assuero petit, sibi  
 petit dicens, Dona mihi animam meam, pro qua rogo. Quid er-  
 go mirum si, cum caput nostrum interpellat pro nobis, salu-  
 tem sibi petat, quam petit nobis, quando vnum nobiscum fa-  
 ctus est? Quod si toties in psalmis peccata nostra appellat sua  
 (quia videlicet in se expianda suscepit) quid mirum, si necessi-  
 tates quoque nostras appellet suas, & pro eis tanquam pro suis  
 interpellat?

Ester. 7.

Super illa etiã verba Psalmi. 2. Vbi ait pater æternus loquens  
 filio: Postula à me, & dabo tibi gentes, ponderandū est illud ver-  
 bum, tibi. Christo enim dat pater, quod nobis dat. Quare cum  
 tibi gratiã per Christum petis, Christo ipsi quodammodo pe-  
 tis,

3 tis, quia propter illum petis? Sicut enim Christus ipse ait, quod vni ex minimis meis fecistis, ( quia videlicet propter me fecistis) mihi fecistis: ita Christus dicit patri. Pater quod vni ex minimis istis donas, mihi donas, quando propter me donas. Quod beneficium confertur in pedes, caput recipit. ita Christo confertur, quod nobis, hoc est pedibus, & membris eius confertur. Hinc surgit in oratione fidelibus maxima fiducia.

Matth 25.

Orationis efficacia.

DE Christo reparatore nostro inquit D. Paulus ad Hebræos  
 4 scribens. Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesq;  
 ad eum, qui possit illū saluum facere à morte cum clamore vali-  
 do, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ora-  
 5 tiones diuini redemptoris vocat S. Apostolus supplicationes,  
 propter profundā humilitatē, qua Christus Redemptor noster  
 ad patrem orabat. Nā supplicare idem est, quod magna humili-  
 tate obsecrare. Et orabat ad eum scilicet patrem, qui possit illū  
 saluum facere à morte, atq; ita re vera eū eripuit ipsū resusci-  
 tans. Hęc autem oratio erat cum clamore valido, id est, in maxima  
 cū efficacia interiori, & magno cū desiderio obtinendū id, quod  
 postulabat, exposcebat enim iustificationem prædestinatorū.  
 Et exauditus est pro sua reuerentia, scilicet actiua, quam habe-  
 bat ad patrem propter magnum, & supremum respectum, amo-  
 rem, venerationē, & reuerentiā, quam ipse in quātum homo  
 ad patrem æternum habebat, meruit, vt oratio eius exaudiretur.  
 Illud autem, pro sua reuerentia, non intelligendum est passiue  
 5 scilicet pro reuerentia, & respectu, quē Deus habebat ad Chri-  
 stum in quantum hominem: nā de Deo dici non potest, quod  
 habeat respectum, & reuerentiā creaturis suis, quia habere reue-  
 rentiam alicui denotat recognitionem inferioris ad superiorē,  
 & non e contra. Ex his possumus colligere causam ob quā se-  
 penumero orationes nostrę non audiuntur, quia videlicet non  
 sunt conformes orationi nostri cęlestis redēptoris. Ipse namq;  
 orabat cū clamore valido, & lachrymis, videlicet cum efficacia,  
 & desiderio magno consequendi id, quod postulabat, & quo-  
 niam nos tepide ac segniter postulamus, & non cum efficacia,  
 ac si nihil nostra interesset, idcirco non obtinemus, quod in ora-  
 tione exposcimus. Quando aliquis à nobis rem aliquam segni-  
 ter,

Ad Hebr. 5.

Et 2. cor. 12.

ter, ac tepide pōstulat illam ei non concedimus, quia existimamus non serio, & vere sed ioculiter eam à nobis postulare, aut saltim quod illa res non multum ei interest: quando autem illam efficaciter expostulat, statim viscera nostra commouentur, & ad eius preces, si amicus est, inclinamur. Hoc modo se nobiscum Deus gerit: Si enim ab eo tepidè postulamus, vt videt nos parum desiderium eius, quod petimus, habere, id nobis negare solet. Hoc eleganter docuit Beatus Iacobus apostolus dicens. *Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis.*

Iacob. 4.

## Orationis efficacia.

**P**Aupertas, & fragilitas nostra cum beneficentia, & clemētia Dei (vt docet Beatus Thomas) deuotionem in corde nostro excitāt, vt in oratione perseueremus. Fælices qui toto mentis affectu ad illam aspirant, & vtilitatem ab ea elicere sciunt: quia (vt B. Augustinus ait,) oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus autem est flagellum. In quibus verbis efficacia orationis exprimitur. Tanta denique est orationis potentia, vt aliqui maximæ autoritatis viri existiment, illam posse iustificationis gratiam nonnunquam impetrare: si enim peccata actu displicent, quæ male placuerunt, adhuc tamen imperfecte, & quantum satis non est ad gratiam: vel si quis ideo non dolet de suis peccatis quia illa memoria exciderunt, aut alia aliqua ratione ea ignorat inculpabiliter, posse, aiunt, superueniente oratione peccatorū veniam impetrare: imo si commissa peccata actu non displiceant, sed virtute duntaxat & subito aliquo mortis periculo quispiam p̄uentus, conuersus toto corde ad Dominum feruenter clamet: Domine miserere mei, tantam esse virtutem orationis aliqui persuasi sunt, vt tunc vel solam orationem credant satis esse ad remissionem peccatorum omnium, & dicāt virtute displicere peccati illi, qui ita esset affectus, vt de illis doleret, si vel eorum meminisset, vel locum haberet p̄nitentiæ. Ego tamen vix crediderim posse ita feruidam orationem contingere absque p̄nitentiæ actu, ipsa namque cordis compunctio est, quæ sic cogit exclamare, & implorare Dei misericordiā: sed, si id contingat, orationem habere virtutem hanc ostendisse nobis videtur Christus Saluator noster, cum dixit. *Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.*

B. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2.

B. Aug. lib. 1. de sermone.

Magister V. 6. c. 38.

Matth. 7.

Et ne

9 Et ne iustis tantū hæc dici putaremus, cōtinuo subiicit. Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit: & pulsari aperietur. Et hoc B. Chrysostomus in Matthæum aliquando dilucidius fecit his verbis. Omnis, qui petit, accipit, siue iustus sit, siue peccator. Et ipse Christus mūdi Redēptor, vt ad petitionem, iustificationis, & remissionis peccatorum hæc intelligeremus referri testante B. Luca, mox addidit. Si ergo vos, cum sitis mali, nollis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? Atque ex his edoctus est B. Ioannes, quod postea vniuersę ecclesię tradidit dicens. Hęc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcūque petierimus secundum voluntatem eius, audiet nos. Quid autem magis secūdū volūtātē eius possumus petere, quā nostrā iustificationem? Omnes vult saluare, & neminem vult perire, & voluntas eius (sicut B. Paulus docet) sanctificatio vestra est. Ecclesiasticus etiam hanc potentiam orationis nobis olim expresse-  
 10 rat dicens. Fili peccasti? Non adicias iterum, sed & de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Nunquam ille ad orationem hortatus esset, ea tantum adiecta particula, vt tibi dimittantur, nisi certus fuisset orationē eius esse valoris, & meriti apud Deū, vt veniam queat peccatorum impetrare. Sed quid (inquies) beatus ille cæcus euangelicus ait? Scimus quia peccatores Deus non exaudit. Cæci nondum illuminati (dicit B. Augustinus) fuisse hæc verba, & de perseverantibus in peccatis ille loquebatur, non de actu, vel virtute illorum pænitentibus ea verba esse intelligenda. Docte admodum probat Cirilus ex Isaia, &  
 11 Threnis verissimumque est, Deum non exaudire peccatores, vt testimonium eorum sanctitati per miracula exhibeat. Quæ cum miracula illa eximia, de quibus cæcus, & Pharisei tunc agebant, in testimonium diuinitatis, & sanctitatis Iesu

Lucæ, 11.

1. Ioan. 5.

1. Ad Tim. 2.

1. Ad Thessa

loni. 4.

Ecclesi. 21.

Ioan. 3.

Isaie. 1.

Threnorū. 3

Christi fierent, optime cæcus potuit exinde

sanctitatem ipsius Saluatoris

tueri quod peccato-

res Deus non

exaudit.

ORA-

# ORATIONIS INTENTIO.

Exod. 32.



**N** Libro Exodi dicitur, quod cū populus Israe-  
liticus abominabilē illam idololatriam in adora-  
tione vituli commisisset, Dominus ad Sanctum  
Moysen sic loquutus est. Cerno, quod populus  
iste duræ cervicis sit: dimitte me, vt irascatur fu-  
ror meus contra eos, & deleam eos. Moyses autem orabat Do-  
minum Deum suum dicens. Cur Domine irascitur furor tuus  
contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti &c. 2  
ne quæso dicant Aegyptij, Callide eduxit eos, vt interficeret in  
montibus, & deleret de terra: quiescat iratua, & esto placabilis  
super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel  
seruorum tuorum &c. Placatusque est Dominus, ne faceret ma-  
lum, quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Duas San-  
ctus Moyses in oratione sua rationes adduxit ad iram Domini  
placandam, & in illis ostendit se magis præcipuè honorem  
Dei, quam salutem populi intendere. Prima fuit. Ne quæso di-  
cant Aegyptij &c. Quasi diceret. Iam Domine nosti ingenium  
Aegyptiorum, qui res omnes in deteriore partem sumunt, &  
inimici tui sunt; idcirco facile aduersus te falsum testimonium  
dicent, asserentes, quod callide eduxisti populum. Attendē, ob-  
secro, Domine honorem tuum; ne occasionem præbeas, vt huius- 3  
modi scelus de te, qui summa bonitas es, Aegyptij cogitent:  
non attendas Domine ad supplicium, quod populus iste mere-  
tur, sed animaduerte ignominiam, quæ inde resultare poterit  
nam gentes de te blasphemabunt dicentes, te esse seductorem,  
& neminem tibi, ac verbis tuis fidem esse adhibiturum, siqui-  
dem post tot fauores, quales Hebræis in Aegypto ostendisti,  
eos tandem in solitudine euertis, & consumis. Insuper honori  
tuo conducit, vt id, quod pollicitus es, adimpleas. Recordare  
Abraham, Isaac &c. quibus iurasti per temetipsum dicens. Mul-  
tiplicabo semen vestrum, sicut stellas cæli, & terram hanc dabo  
femini vestro. Si autem modo hos, qui ab eis descendunt, de-  
struis, quis posthac verbis tuis fidem adhibebit? Quibus verbis  
fan-

sanctus vir iram Domini placavit: ait enim sacer textus. Placatus est Dominus &c. Maxima admiratione dignum est videre, qualiter sancti id, quos precipue in suis rebus intendebant, erat honor, & gloria Dei, & non tantummodo bonum hominum, ut ex hac oratione sancti Moyfi aperte constat. Quod si nos in orationibus nostris erga Deum id, quod cupimus non consequimur, ideo est, quia postulare nescimus. Sic Beatus Iacobus testatur dicens. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Non ait, eo quod malum petatis. Vbi insinuat, quod quamvis res bonas, ac licitas postuletis, non eas bonis medijs Iacobi. 4. exposcitis. Bona est salus, bonus est honor, divitiæ, ac scientia, & alia quam plurima, quæ licite postulatis, & tamen ea non obtinetis, quia honoris altissimi Dei non recordamini, sed duratæ utilitatis vestræ. Intendite ergo fratres in omnibus precipue gloriam, & honorem Dei, & ipse vobis proculdubio in vestris necessitatibus fauebit.

## O R A T I O N I S P E R S E V E R A N T I A.

**B**EATVS Augustinus in Manuali inquit. Quoniam in medio laqueorum positi sumus, facile à cælesti desiderio frigesimus. Qua propter assidue indigemus munimento, ut expergefacti ad Deum nostrum verum, & summum bonum, cum diffluimus, recurramus. Hoc intelligens Beatus Hieronymus de orationis suæ perseverantia ad Lætam ait. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret Domino imperante tranquillitas. Et inferius. Si cubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus, vbi illud miserimæ carnis ergastulum deponebam, & (ut ipse testis est Dominus) post multas lachrymas, post cælo inhzrentes oculos nonnunquam videbatur mihi agminibus interesse Angelorum, & lætus, gaudensque cantabam. Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Fælices, qui huius sancti Doctoris perseverantem orationem imitantur. Qui excutere è silice ignem vult, non B. Aug. in Manuali.

B. Hier. ad Lætam.

simile

Loc. Com. Tom. 2. gg con:

Psalms.

Psalms. 95.

Psalms. 76.

contentus semel percussisse, iterum, atque iterum percutit, do-  
 nec tandem scintillam excutiat. Ita quisquis Dominum depre-  
 catur, etiam si illico ad votum non exaudiatur, perseveret tamen,  
 quonia si pulsans perseveraverit, voti tandem compos fiet. Hinc  
 vates regius ait. Mane astabo tibi, & videbo. Verbum, astabo,  
 perseverantiam significat. Pro quo Beatus Hieronymus ex He-  
 braeo vertit. Mane astabo tibi, & contemplabor. Vbi etiam in  
 verbo, contemplabor, perseverantia denotatur. Alius autem ver-  
 tit. Mane astabo, instituiam ad te orationem meam, & suscipiam,  
 hoc est, sublati ad Deum oculis perseveranter expectabo, dum  
 mihi perditio, & afflicto opem aliquam feras. Hinc etiam illud;  
 nam pro eo, quod nos legimus: Sanctimonia, & magnificen-  
 tia in sanctificatione eius, Beatus Hieronymus vertit. Fortitu-  
 do, & exultatio in sanctuario eius. Sanctuarium orationis lo-  
 cus est: orationis fervida comites sunt fortitudo, ad perseveran-  
 ter orandum, & ad labores subeundos, exultatio in Spiritu san-  
 cto; quae duo munera pondus totum vitae spiritualis inuictoro-  
 bore sustentant. Ad hanc orationis perseverantiam facit etiam,  
 quod idem regius vates inquit. Anticipaverunt vigilias oculi  
 mei. Vbi alia translatio habet. Tenebas vigilias oculis meis, id  
 est, oculorum meorum. Quasi dicat. O Domine tam grata est  
 tuae sanctissimae maiestati oratio, & vigilia, ac perseverantia in  
 ea; quae vos haziades que mis ojos velasse, vos quitauades el sue-  
 ño dellos, para que yo velasse, y orasse. Vnde Beatus Augu-  
 stinus inquit. Non ita extergit ignis æruginem, ut  
 nocturnae preces nostrorum pec-  
 catorum sordes ex-  
 purgant.

O R A-

# ORATIONIS NECESSITAS.



**V**IDEBITVR Forsan alicui exigua gratia illa, quam Dominus Christianis concessit, cum dixit. Tu autem, cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. At mihi videtur hæc gratia ex summis gratijs vna, quod enim Deus dignetur se tractari, adorari, & ad colloquiū nostrum venire, etiā in domibus nostris, etiam in cubiculis nostris, etiam secretissimis locis, licet valde abiectissimis: hoc verò infinite dignationis est. Ceterū nota, quā in præcepto, & velut ad manum orationem nostram Deus voluerit esse, dū ad eam exercēdam cubicula nostra designauerit. Pigritaris adire templum, si remotius est, pudet Ecclesiam ingredi, si vestem habemus abiectam: vt igitur omnis non orandi occasio cesset, prope est verbum in ore tuo, & in domo tua, intra in cubiculū tuum. Vbi simul etiam grauissimam orationis necessitatem indicauit Dominus, si enim necessaria non esset, aut si multū differri posset, non nisi in templo eam fieri permisisset. Demum nota, quod non dixit Dominus. Intra in cubiculum, claude ostium, & flecte genua, aut in faciē tuam procide. Sciebat equidem Dominus, quod moles corporis nostri diu super genua consistere nequit. Dictum est enim, corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ipse volebat nimis diu conuersari nobiscum, ideoq; non exegit, vt flecteremus semper genua.

## Orationis necessitas.

**T**Ractans Beatus Gregorius de conditionibus, quas oratio ipsa habere debet in moralibus dicit in hunc modum. Per Ioannem dicitur. Si cor nostrum non reprehēderit nos, fiduciā habemus apud Deum, & quidquid petierimus ab eo accipiemus. Hinc Salomon ait. Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, cum censura auertitur legis; quia dignum profecto est, vt ab eius beneficijs sit quisque extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus.

B. Grego. li  
10. Mor. c. 17

1. Ioan. 3.  
Prouer. 28.

Qua in re hoc est salubre remedium, ut cum se mens ex memoria culpæ reprehendit, hoc prius in oratione defleat, quod errauit quatenus, cum erroris macula fletibus in petitione sua cordis facies ab autore munda videatur. Sed curandum nimis est, ne ad hoc rursus proruat, quod se mundasse fletibus exultat, ne dum deplorata iterum culpa committitur in conspectu iusti iudicis, ipsa etiam lamenta leuigentur: solerter quippe debemus meminisse, quod dicitur. Ne iteres verbum in oratione tua. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet veniam petere sæpe, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: cum male gesta defleueris, nequaquam rursus facias, quod in precibus iterum plangas, ut ergo ad precem facies sine macula leuetur; ante orationis semper tempora, debet solícite cōspici quid quid potest in oratione reprobari.

Eccles. 7.

## O R A T I O N I S A T T E N T I O.

Danic. 9.



**M**ENTIONEM Orationis suæ faciēs S. Daniel inquit. Posui faciem meam ad Dominū Deū meum rogare, & deprecari in ieiunijs, sacco, & cinere, & orauī Dominum Deū. In eo, quod dicit, Posui faciem meā ad Dominū, magnā in oratione sua attentionē demonstrat: & in eo, quod in ieiunijs & non tantum in vno ieiunio orabat, perseverantiam orationis significat.

B Chryst. in  
sermone.

Qui hanc attentionē in oratione sua non habent, à B. Chrystostomo in quodam sermone obiurgātur his verbis. Tu nō audis orationem tuā, & Deū vis audire precem tuā? Flecto, inquis, genua: curuasti quidē genua intus, sed mens tua foris vagabatur: corpus tuū intus in Ecclesia, sed animus tuus foris: os quidē loquebatur, sed mens vsuras cogitabat. Non sic orabat, qui dicebat. Oratio mea in sinu meo conuertetur. In sinu suo orat, & oratio eius in eo conuertitur, qui summa cum attentione Deū orat. Vbi alia translatio habet; Oratio mea in sinu meo voluetur: intenta enim, deuota, ac profunda oratio animam, ac potentias eius, tanquam rota circuit, & ambit ut stragibus ipsius remedium adlubeat.

Psalm. 34.

Mul-

Multi conqueruntur dicentes. Quo tempore ad orandū accedo variæ imagines circumstrepunt, quæ mentem meam ad terrâ deprimunt. Fugite ergo fratres quantum potestis omnem strepitum inter orandum pro attentione, & deuotione retinenda; nam nihil delicatius, nihil magis vitreum, nihil magis cuilibet iniuriæ obnoxium. O Christe vitæ reparator, quâ leuibus de causis attentio mentis, & feruor ille, & calor diuini spiritus refrigerescere solet leui scilicet intuitu, & verbo otioso, & similibus. Ideo verus Dei seruus non solum debet diligenter se tueri, & custodire à grauibus delictis, verum etiam & leuia quantum potest cauere debet, atq; mentem suam ab inanibus cogitationibus, & vanis seruare illęsam. Qua in re venatorum solertiã imi- *Simile.*  
rari debet, qui accipitrũ, quos in manu gestant, oculos iniecto regumento operiunt, ne facile circum volantiũ auium, aut aliarum rerum specie exagitentur, hac enim arte omnes eorum inanes volatus, impetusq; coercent, & quietis illis, mansuetisque vtuntur. Quod vt commodius multi sanctissimorum virorum facerēt, turbis vrbium derelictis, inuias solitudines petiuerũt, ne quid esset, quod oculis, & auribus vsurpare possent, quo eorum mentes à iugi diuinarum rerum commentatione auocarent. Rem dicturus sum alicui fortasse incredibilem, sed non minus certe veram. Sanctus Antonius, Athanasio referente, viginti continuis annis in quadam domuncula, siue specu reclusus sic à omni rerum humanarum commercio semotus vixit, vt cum semel in anno familiaris quidam ei panes afferret, quibus solis vesceretur, ne vnum quidem verbum cum cibi illius delatore loqueretur. Quid hoc silentio mirabilius? Theodoretus præterea in historia religiosa aliud non minus mirabile refert, nempe sanctum quendam ex priscis illis anachoritis, in cuiusdam montis latere habitantem, quoniam incaute aliquando oculos in subiectam vallem demisisset, vt arantes agricolas cerneret, cathena ferrea collum ita ligasse, atque depressisse, vt nunquam postea quidquam aliud nisi subiectam pedibus terram videre posset. Abbas vero Siluanus, cum hortum suum foderet, sic cuculla oculos tegebat, vt nihil aliud, nisi terram, quam subigebat, cerneret.

## O R A T I O

## M V L T O R V M.

B. Ambr. lib.  
de pœnitentia.



**B**EATVS Ambrosius libro de pœnitentia inquit. Multi minimi, dum congregantur vnanimes, sunt magni: & multorum preces impossibile est contemni.

B. Dionys.  
de diuinis  
nominib. c. 3.

Beatus Dionysius libro de diuinis nominibus ait. Deus qui dem omnibus adest, atque ipsi non adsunt omnia: adsumus autem ei, vbi ipsum castissimis precibus, animoque purgato, atque ad diuinam coniunctionem idoneo, inuocamus. Itaque nos ipsos ad celsiorem diuinorum contuitum orationibus in primis comparamus.

## O R A T I O E F-

## F I C A X S A N-

## ctorum.

B. August. in  
medita. c. 23



**A**D S A N C T O S orare debemus, vt nobis in periculis, & necessitatibus succurrant: sicut Beatus Augustinus orabat dicens. Obsecro vos per Patris charitatem, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis. Securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de

nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit. Cum Rex Ezechias se, ac regnum suum in magna afflictione, & ingenti periculo immersum videret propter Regis Syrię potentiam, qui contra ipsum exercitum parauerat, & ad omnem Israel destruendum veniebat; ad Sanctum Prophetam Isaiam hoc nuntium misit. Leua orationes pro reliquijs, quæ reperiuntur sunt. Quibus verbis significauit, magnam orationis Sancti Prophetæ efficaciam, quæ vsque ad cor Dei ascendebat, & à diuina cle-

Isai. 37.

na clementia populo Israelitico remedium impetrabat. Vnde  
 Propheta Elifeus, quando Heliam in cælum ascendentem vi-  
 dit, in has voces prorupit. Pater mi, pater mi, currus Israel, &  
 auriga eius. Vbi alia litera habet. Currus, & eques Israel. In quo  
 significauit Sanctus Propheta orationem iusti viri ad defen-  
 sionem Israel magis potentem esse, magisq; valere, quam equi-  
 tem, aut ducem fortissimis armis munitum. Prisci & antiqui il-  
 li ethnici Philosophis fidem adhibebant, omnia, quæ ipsi de  
 diuinis rebus docebant credentes, & existimantes, quod cum  
 Deus sit summa sapientia, sapientes viri possent res diuinas al-  
 tius penetrare, quippe qui magis in contemplatione, & specu-  
 latione excellentiarum Dei versati erant. Quam ob causam (vt  
 Diodorus scribit,) Galatæ nunquam Deo sacrificabant, quin  
 prius aliquis Philosophus adesset, nec ab ipso Deo aliquid po-  
 stulabant, nisi per Philosophorum intercessionem, putantes,  
 & pro certo habentes illos, quia cum Deo magis familiariter  
 utebantur, & maiorem cum eo communicationem habebant,  
 posse cum ipso melius negotiari. Si ergo Gentiles hoc facie-  
 bant, multo maiori cum ratione nos sanctorum nec non etiam  
 piorum virorum fauorem, preces, atque intercessionem inten-  
 dere, & curare debemus: si quidem vere sunt amici Dei. In Apo-  
 calypsi legitur Beatus Ioannes vidisse angelum. Et stetit (ait sa-  
 cer textus) iuxta altare aureum, & data sunt ei incensa multa,  
 vt adoleret de orationibus sanctorum super altare aureum,  
 quod est ante thronum Dei. Hic angelus secundum glossam  
 Diui Thomæ est Christus Redemptor noster, altare vero au-  
 reum est sacratissima crux, quæ dicitur altare aureum, quoniã  
 licet ex ligno fuerit confecta, plus tamen habuit auri amoris,  
 quam ligni; plus enim hunc diuinum, & supernum angelum  
 suus amor, quam crucis materia crucifixit, & hic in manibus  
 huius cælestis Redemptoris fuerunt positæ omnes, quæ in mû-  
 do factæ, ac faciendæ erant orationes, quas ipse ibi suo æterno  
 patri obtulit, & ita ibi omnes receperunt efficaciam, quam ha-  
 bituræ erant. Quod quidem intelligens Sanctus Iob dixit, Cû  
 inuocantem me exaudierit, non credo, quod audierit vocem  
 meam, hoc est; Quando à summo Deo aliquod beneficium po-  
 stulo, & illud mihi concedit credo tunc illum non propter  
 orationem meam duntaxat votis meis annuere sed quia hæc

Diodorus  
lib. 6.

Apocal 8

Iob. 9.

## 472 Oratio in tempore tribulationis.

mea oratio cum virtute meritorum Iesu Christi filij eius con-  
sociata est. Vnde infertur, quanta fiducia ad æternum patrem  
per orationem possumus accedere, siquidem omnes orationes  
fidelium seruorum eius pretiosissimo sanguine vnigeniti filij  
sui tinctæ, & signatæ sunt, idest, van rubricadas con la sangre  
de su vnigenito hijo. Et quanto iustiores sunt ipsi orantes, tan-  
to orationes eorum magis de sacratissimo illo sanguine parti-  
cipant, & efficaciores sunt. Quo circa vtilissima, & fructuosissi-  
ma res est huiusmodi nos orationes procurare.

# O R A T I O I N T E M P O R E tribulationis.

Psalm. 141.



**E**FFUNDO In cōspectu eius orationem  
meam, & tribulationem meam ante ipsum pro-  
nūcio, inquit regius Propheta Dauid. Cum hic  
S. Rex ab inimicis suis se obsessum cerneret,  
nullum aliud remedium ad hoc inuenit aptius,  
quam ad Dominum confugere, & in diuino

4. Regum. 19.

eius pectore labores suos collocare. Maxime etiam obseruan-  
dus est modus negotiandi cum Deo, quem Rex Ezechias ob-  
seruauit, quādo se ab Assyrijs circumdatum vidit: nam (vt sacra  
refert scriptura) epistolam, quam Rex Sēnacherib ad eum misit  
in templum attulit, & coram Domino ibi eam aperuit, & expā-  
dit, como presentando se la, que la ley esse. In quo prudens rex  
ostendit, quod sufficit afflictionem cordis nostri Domino præ-  
sentare, vt ipse remedium adhibeat, y que no ay combate tan  
peligroso, que cō este defensiuo no se vença: qui enim ad Do-  
minum in suis laboribus non confugit, quod, obsecro, asilum  
aut refugium ei remanet? Figite oculos in Christo crucifixo, &  
in amore, quem tam peregrinum illud, atq; tam pium spectacu-  
lum repræsentat, ac perpendite vobiscum omnia, quæ ibi per-  
pessus est, non fuisse minus ad consolationem vitæ nostræ, quā  
ad animarum nostrarum remedium.

Deni-

# Oratio in tempore tribulationis. 473

Denique præcipuum, quod in oratione postulare debemus, est gratia Dei, vt diuinæ maiestati sit grata, & per eam vitam æternam consequamur. Super his autem postula id, quod magis ad seruiendum Deo, tibi conducit, & necessarium est, qualis est sapientia, & dispositio ad eius sanctam voluntatem exequendam. Potes etiam post hoc petere moderatam, ad vitam propagandam, sustentationem, perque de otra manera seria buscar afforro no teniendo paño para el sayo. El sayo y la ropa, que viste al alma es la diuina gracia, y todo lo demas es como afforro desta ropa: y ansi primero se ha de buscar la ropa, y despues el afforro. Hoc itaque præcipuum est, quod desiderare, ac petere debemus, videlicet altissimo Deo placere. De iustis namque dici potest id quod regius Propheta inquit. Non sunt fraudati à desiderio suo. Pro re magna dictum fuit Danieli Propheta, quod erat vir desideriorum, sicut dicere solemus de eo, qui vir fortis est: Ille magnis viribus pollet, ideo securus esse potest de victoria. Sic ille, qui feruidus fuerit in suspirijs, & desiderijs id, quod postulauerit ad bonum animæ suæ, atque eius vtilitatem consequetur: & de eo dicetur illud Hieremix Propheta; Desiderium autem eius attulit ventus amoris sui. Nam suspirium, quod à corde exit, est instar sagittæ velocissimæ, quæ ab arcu desiderij ad Dominum, qui in altissimis est, mittitur, nec sine ipso Domino reuertitur.

Psalm. 77.  
Danic. 9.

Hierem. 2.  
Simile.

# ORNATVS CORPORIS.

Matt. 6.



**D**E vestimentis quid solliciti estis (inquit summus Magister totius perfectionis apud Matthæum) considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, nec neunt. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes. Quo operiemur? Hac enim omnia gentes inquirunt. Testimonium euidēs huius diuinæ curæ est, quod dicitur in Genesi. Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Vbi maxime se prodit diuina bonitas vestiens delinquentes. Si ergo peccatoribus id non negauit, sed sua sponte etiam non rogatus concessit, multo minus pijs, & iustis ea negabit? Obseruandum autem est non sericas ipsis aut purpureas, vel auro textas, aut etiam mollitiem præferentes vestes dedisse, sed pelliceas: vt intelligamus vestium vsum non ad voluptatem, sed ad necessitatem datum esse, ad contegenda scilicet membra, & arcendum frigus. Vestibus igitur abutuntur, qui aliud in ipsis quærunt.

Gene. 3.

Clemens, Alex  
xandri. lib. 3.  
pædagog. c.  
12.  
1: ad Timot:  
2. c.

Clemens Alexandrinus super illa verba Beati Pauli: Mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut Margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona, inquit. Si sunt enim pulchræ mulieres, sufficit natura, non contendit ars contra naturam: sin autem sunt natura turpes, ex his, quæ sibi applicant quod non habeant, arguunt. Apelles pictor cum vidisset quendam ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornata inquit, ò adolescens, cum non posses pingere pulchram, fecisti diuitem? Tales sunt nunc plurimæ mulieres sicut illa depicta Helena, quæ non vere pulchræ, sed multis effictæ, & ornata diuitijs apparent. Eis prædicat Spiritus sanctus per Sophoniam Prophetam, argentum, & aurum ipsarum

similc.

Sophonie  
1. c.

ipſarum non poſſe eas eximere in die iræ Domini: eas autem, quæ à pædagogò Chriſto erudiuntur non auro, ſed ratione, & verbo exornari conuenit. B. Ambroſius de virginibus ait. Mulier ornata eſt domus omnium dæmonum infernalium. O ſu-  
penda verba, quomodo ea audientes mulieres non contremi-  
ſcant? Fragilitas carnis humanæ quæ in pænã primi peccati nobis ineſt, omnibus manifeſta eſt, & tamẽ quali pæniteat nos, quod parum miſeri ſimus, hanc inſitam concupiſcentiam ornari corporis, & oris cultu augemus. Hoc autem proinde eſt, ac ſi febribus, & ſitis moleſtia eſtuãti (cui frigida aqua valde noceat) multo ſale conditos cibos porrigeres, vt illi potus aquæ dulcior eſſet. quo quid dementius?

B. Ambro.  
lib. 1. de vir-  
gin.

Simile.

Clemens Alexandrinus vbi ſupra inquit. Quemadmodum apud Agyptios templorũ parietes lapidibus externis, & artiſcioſe depictis reſplendent, ita vt nihil deſit, ædes auro, argento, & electro collucent, ſed ſi pêntralia templi adieris, & imaginẽ, quæ templum habitat, quæ ſieris, inuenietur non Deus, ſed felis crocodylus, vel ſerpẽs indigena, vel aliqua eiufmodi bellua templo indigna. Ita mihi videntur fæminæ, quæ aurum geſtant, & in criſpandis crinibus exercentur, & in genis vngendis, oculiſque pingẽdis & pilis tingẽdis verſantur. Sed ſi quis velũ templi aperuerit, vittam, v eſtem, aurum, fucum tanquam veram iauenturus pulchritudinem, ſcio illum eſſe abominaturum, nec enim imaginem Dei intus inueniet habitantem, ſed loco eius fornicatrix, & adultera animæ aditum occupant, & vere eſſe beſtia conuincetur, non enim eſt mulieris, ſed meretricis nimium iſtud ornandi ſtudium.

Clemens  
Alex. li. 2. c. 1  
Simile.

Tertullianus inquit. Quid alteri periculo ſumus? Quid alteri concupiſcentiam importamus? Neſcio an impune abeat, qui alicui fuerit cauſa perditionis, perit enim ille ſimul in tua forma ſi concupierit, & admittit iam in animo, quod concupiuit, & factu gladius illi. Vt à culpa vaces, ab inuidia nõ liberaberis. Vt cum in alicuius agrò latrocinium geſtum eſt, crimẽ quidem dominũ nõ conſtringit, dũ res tamen eius ignominia notatur ipſe quoq; infamia aſpergitur. Expingamus ergo nos, vt alteri pereant. Vbi eſt igitur: diliges proximũ tuũ ſicut te ipſum?

Tertulia. lib.  
de cultu fæ-  
minarum.

ſimile.

B. Cyprianus de habitu virginum ait. Si quis pingendi artiſex vultum alicuius, & ſpeciem, & corporis qualitatem æmulo

B. Cypria de  
habitu virgi  
num.

colore

colore signasset, & signato iam, consummatoq; simulacro alius  
 artifex afferretur, vt iam formatam, iam pictam imaginem qua  
 si peritior reformaret: grauis prioris artificis iniuria, & iusta in  
 dignatio videretur. Tu te existimas impune laturum tantæ te-  
 meritatis audaciam & Dei artificis offensam?

Isido. Cl. in  
 oratione, 53.  
 Tom. 1.

simile.

Isidorus Clarius in quadam oratione inquit. Miror ita ve-  
 hementer obtusos fæminarum sensus, quæ cum pleraque om-  
 nes summum bonum speciem corporis arbitrentur ad illam,  
 quæ in euangelio promittitur comparandam non inflammen-  
 tur. Sic enim cogitare deberent, si quis mulieri cuipiam pollice-  
 retur fore, vt, si vno anno fucum omnem, & corporis ornatum  
 negligeret, centum postea annis omniũ mulierum, quæ vsquã  
 essent, pulcherrima appareret: profecto conditionem accipe-  
 ret libentissime. Rursus si diceretur ei. Permittitur quidem ti-  
 bi, vt vno anno omnibus fucis, omnique ornamentorũ genere  
 vtaris, verum eo peracto reliqua tota vita omnium mulierum  
 turpissima futura es. Nihil dubitandum est, hanc mulierem om-  
 nem oblatis illius anni ornatum recusaturam metu secuturæ de-  
 formitatis. At hæc omnia euentura sunt, atque tanto maioris  
 ponderis, quantum æternitas temporis antecellit, & tanta in re  
 tam oscitanter fæminæ se habent: fututum enim est, vt, quæ  
 in hac vita (quæ si æternitati comparetur non annus, sed vix exi-  
 guum est momentum) modeste, ac temperate, & sine fucis, su-  
 peruacuisq; ornamentis vixerint corpora sint habituræ clarita-  
 tem solis æquantia, atq; adeo glorioso ipsi Christi corpori quã  
 similia, idq; in sempiternum; quæ vero in hac vitæ scæna cons-  
 picuæ apparere voluerint obscænam deformitatem cum diabo-  
 lo, & angelis eius sunt cõsecuturæ. Hæc certe sciunt futura, &  
 pro æternitate non eligunt quod pro tẽporali forma, & vmbre  
 simili amplectuntur. Quis hanc stupiditatem satis admiretur?


Beatus Cy-  
 prius. de hab.  
 virgl.

similia.

Beatus Cyprianus de habitu virginum inquit. Quis non  
 id excretur, & fugiat, quod alijs fuerit exitio? Quis id appe-  
 rat, & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit, & te-  
 lo? Si hausto poculo moreretur ille, qui biberat, venenũ scires  
 esse, quod ille potauit, si accepto cibo, qui acceperat interiret,  
 scires esse lethale, quod acceptum potuit occidere, nec ederes in-  
 de, nec biberes, vnde interiisse alios ante cõspiceres. Nũc quan-  
 ta ignorantia veri est animi, quanta dementia, id velle, quod,  
 & no-

70 & nocuerit semper, & noceat, & putare, quod inde non pe-  
reas, vnde alios perijisse cognoscas? Nec enim Deus purpureas  
aut coccinas oues fecit, aut herbarum succis, aut conchilijs tin-  
gere, & colorate lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, &  
margaritis contexta serica, & numerosa compage digestis mo-  
nilia instituit, quibus cervicem, quam fecit, absconderet, vt  
operiatur illud, quod Deus in homine formauit, & conspiciat-  
ur id, quod Diabolus adinuenit.

O T I V M H O-  
N E S T V M.



**I**CERO In libro de oratore inquit. Quem  
admodum volucres videmus procreationis at-  
que vtilitatis suæ causa fingere, atque construe-  
re nidos: eadem autem, cum aliquid effecerint,  
leuandi laboris causa passim, ac libere solutas  
volitare: sic nostri animi negotijs, atque opere defessi gestiunt,  
& volitare cupiunt vacui cura & labore.

Cicero lib. 1.  
de oratore.  
Simile.

Seneca in quadam epistola ait. Quemadmodum cælator  
oculos diu intentos, ac fatigatos remittit, atque reuocat, & ( vt  
dici solet.) pascit. Sic nos animum aliquando debemus relaxa-  
re, & quibusdam oblectamentis reficere, sed ipsa oblectamen-  
ta opera sint: ex his quoque si obseruaueris, sumes quod pos-  
sit fieri salutare.

Seneca lib. 2  
epist. 59.

simile:

Plinius ait. Vt noualia licet alternis interquiescant annis ta-  
men eam cessationem vbertate compensant: ita relaxatio inge-  
niorum mediocris facit, vt ad studia reuersi plus efficiamus vi-  
gore animi licet breuiore temporis spatio.

Plini lib. 18  
c. 16.  
simile.

Plutarchus in Moralibus inquit. Vt sunt vices somni, & vi-  
giliz noctis, & diei, tempestatis, & serenitatis, belli & pacis: ita  
labores leuandi otij, & iustibus.

Plutar. in  
Moralibus.  
simile.

Idem ibidem. Lyram, & arcum remittimus, quò me-  
lius possint tendi: ita recreandus est otio  
animus, vt ad labores redda-  
tur vegetior.

## O T I O S I T A S.

Marci. 6.



E A T V S Euangelista Marcus refert, quod predi-  
cante Christo Domino in Nazareth patria sua, mul-  
ti audientes admirabantur in doctrina eius dicea-  
tes. Vnde huic hæc omnia, & quæ est sapientia,  
quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus

Mat. 13.

eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ? Apud Mat-  
thæum vero dicitur eos dixisse. Nōne hic est fabri filius? Vtrum  
que dixerunt faber, & filius fabri. Perpendite fratres, obsecro,  
& animo reuoluite, quam vere de illo dixit B. Paulus. Exinan-  
uit semetipsum formam serui accipiens. Et illud. Humiliauit se

ad Philp. 2.

metipsum: Ecce quemodo humiliavit se, quippe qui per tot an-  
norum curricula inter conciuies suos conuersatus est, ac si esset  
vnus ex illis, & non esset etiam Deus excelsus, & omnipotens.  
Oseruate etiam, quod non otiose trāsegit vitam à pueritia, vs-  
que ad annum circiter trigessimam, sed arti, & labori in domo  
sacratissimæ matris suæ erat secundum tempus intentus, & ma-  
nu propria, & in sudore vultus sui edebat sacratissimus Iesus  
panem suum: & in hoc non tam onerosus fuit pauperi matri,  
quam adiutor. Ne erubescatis dilectissimi hæc dicere, vel audi-  
re, quia vera sunt, certa sunt, & in euangelistis traduntur. Pro  
his omnibus quam redditis Deo vestro vicem? o ingrati homi-  
nes. Quas laudes, & gratiarum actiones? Hæc autem nec indig-  
na Christi Iesu humilitate, ita prædicamus, vt ipse fecit: labo-  
rauit tamen supernus Dominus, sicut orauit, non ad suffragium,  
sed ad exemplum. Ne talis labor in clementissimo Reparatore  
potuit remittere summum gradum intellectualis contemplatio-  
nis: & quanuis non laborando manibus suis nullomodo esset  
otiosus, habuissent tamen otiosi exēplum, vel causam ad suam  
culpam excusandam: scire enim non poterant, vtrum intentus  
esset contemplationi, an non: ad quod euitādum laborauit ma-  
nibus suis, & ad magnum nostrum exemplum. Quis obsecro  
tali consideratione, ac tali exemplo otiositatem post hac omni-  
cum efficacia non effugiet? Hanc etiam Gentiles fidei lumine  
carentes, tanquam rem maxime nociuam abhorruerunt. In vr-  
be etenim Romana, quando aliqui in ciues Romanos admit-  
tendi

tēdi erant, solebat Cato ille Censorius (ei namque propter singularē tam in literis, quam in virtute opinionem, quæ de ipso habebatur munus hoc recipiendi aliquem in ciuem ab ipsa Romana curia delegatum erat) manus eorum, qui admittendi erāt tentare, easque suis fricabat, quod si lenes ac molles inueniebat, ipsos tanquam otiosos in ciues admittere nolebat, si autē manus eorum duras esse, & callos obduxisse sentiebat, ipsos maxima cum lætitia in catalogo ciuium Romanorum scribebat. Si ergo vrbs Romana laborantes ciues admittebat, & otiosos repudiabat, quid mirum, si summus Magister Iesus Christus ad recipiendum ciues in cælestem urbem doceat homines laborare, & otiositatem fugere, eos autē qui otiosi sunt, tāquam indignos tanto bono expellat? Ex singulari exemplo, quod Dominus nobis dedit, sequitur aperte, sacerdotes omnes astricta obligatione teneri otiositatem vitare, nec debere illam excusare dicentes, non decere statum sacerdotalem operibus seruilibus vacare: nam si populus sciret eos, postquam sacerdotale munus rectè adimpleuerint, in aliquo manuali opere se exercere, & in domibus suis aliquo honesto labore se ad vitam sustentandam vel ad pauperes alendos occupare, magis proculdubio à Christiano populo æstimarentur, tantum abest, vt ab ipso propter hoc vilipendantur. Aliud etiam bonum ex hoc sequeretur videlicet, quod cum recollecti, & in domibus suis recepti essent ab otio, & à malis exemplis, quæ multoties de se præbent, nec non à peccatis, in quæ propter ipsam otiositatem incidunt per urbem vagantes, liberarentur. Hoc autem non solum est rationiconsentaneum, verum etiam iuxta ea, quæ aliqua sancta Concilia instituerūt, de quorum numero est Concilium Carthaginense, in quo interueniente B. Augustino dispositum est, vt clericus, licet eruditus esset, & literatus, quærat tamen aliquo honesto artificio victum, & sustentationem. Et hoc absque dubio tunc decretum est, quando magis honor & auctoritas status ecclesiastici zelabatur.

Concil. Carthag. 4. c. 51.  
q. 13.

### Otiositas fugienda.

**D**emens, atq; in sanus ab omnibus reputaretur ille, cui con- simile.  
cederet, vt omnem pecuniam, quam in hora vna nume-

Math. 12.

rare posset, sibi applicaret, demens, inquam, reputaretur, si otiosus, & (vt aiunt) manu super manum occasionem illam prætermitteret. Multo ergo infanior, & amentior à cælestibus reputabitur ille, cui cum dicatur, vt omnia, quæ de diuitijs Iesu Christi Saluatoris mundi sibi appropriauerit per totū temporis spatium, quo ei vita durauerit, sua erunt, vel minimum temporis spatium prætermiserit, quod non impendat in depromendis, & educendis illis summis, & inæstimabilibus thesauris quibus animam suam diuitem faciat, si quidem nescit, quando illa licentia, quam nunc habet, & illa optima opportunitate priuabitur, & quando exactissima ratio ab eo petetur de omnibus temporis momentis, quæ ipsi concessa fuerunt. Dominus enim apud Matthæum ait. Dico vobis, quoniam de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Itaque vnusquisque, quamuis sit valde amicus Dei, si tamen moriatur absque eo, quod de verbo otioso penitentiam agat, in terribilem, atque horrendum purgatorij ignem detruetur. Si ergo infinita maiestas Dei verbum otiosum tantopere abominatur, & de eo tam astrictam rationē exiget, quanto astrictiorē putatis ipsum exacturū esse de re tam pretiosa, quale est tēpus, cuius vel minima pars tanti valoris est, vt si cuiilibet dānatorum tribueretur, posset cū illa remedium, ac saluationē acquirere & cōparare? Et si quando anima alicuius dānati è corpore exit, ac se ipsam dānatam in æternum videt, posset illud minimum temporis spatiū emere, quid, obsecro, pro illo daret? Verū quamuis totum mundum dare posset pro eo, non sibi dabitur. Perpendite ergo fratres, & attente considerate, an æquum sit, vt magnificiatis rem, quæ si vobis è manibus labatur, pro nullo pretio, quantumcunq̄ sit maximū, ad vos ipsos redibit.

Efficax etiā ratio est ad euitādā otiositatē considerare, nullam rem alicuius valoris esse in mundo, quæ absq; labore comparatur: & hinc iam in Hispanicum prouerbiū abiit. Quien algo quiere, algo le ha de costar: nā id, quod multū est, nunquā parum stetit. Res quidem maxima cōmiseratione digna est, & maxime dolenda animaduertere, quam male impensus videatur aliquibus labor, qui in altissimi Dei seruitio suscipitur: ita enim ab eo fugiunt, ac si alio maiori labore remunerandus esset, vel ac si Dei promissiones vanæ esse possent, sicut solent

solent esse promissiones mundi: Magna confusio est videre homines, quanta segnitie & ignavia, atque incuria in virtutis operibus vivunt, ac si iam consecuti fuissent id, quod nunquam quis consequitur, quousque vita eius finiatur: alias vero tam profane vivunt, ac si ad id creati fuissent, y si algo les dezis, luego responden. El coraçon este bueno, que lo demas no haze al caso. Isti non animadvertunt, quod summa veritas inquit. Ex abundantia cordis os loquitur. Ex quo infertur prophanitatem exteriori a bono corde non procedere: non enim in tota Sacra scriptura perietis, Deum, id quod interius est, admittere, quando id, quod exterius est cum interiori non consonat. Idest, no admite Dios lo interior, quando lo exterior no conforma con el.

019. 1. 11. 2022  
M. J. A. C.

Lug. 6. 11. 2

Ociositas a sanctis Doctoribus detestatur.

Beatus Chrysostomus in quadam homilia inquit. Si servum habueris non ebrium, non contumacem, sed sobrium, modestum omni flagitio vacuum, hic si domi quotidie otiosus sedeat, & suo domino nihil efficiat, dic obsecro, nonne flagellabis eum? Nonne tormentis afficies? Et tamen nihil flagitij committit. Satis est igitur mali hunc ipsum nihil boni fecisse. Sat nobis est, vt agricola quidem nihil peculij nostridi siper, nec dolis furto ve subripiat: tantum suas manus compressas domi tenens sedeat, semina non spargat, rura non scindat, vites non colat, & quod ad agriculturam pertineat, nihil profus efficiat, nonne ab eo supplicium sumemus? Et tamen nihil intulit iniuriam, nec habemus omnino, de quo illum accusare possimus: Sed hoc ipsum arbitramur iniuriam. Et nostro quidem in corpore si abstineat manus, quanuis non linguam excidat, non oculos eruat, non denique tale quicquam mali faciat, otiosa tamen fuerit, nec sui, quidquid est, officij toti corpori sufficiat, nonne ipsam potius fuerit abscondere, quam nihil agentem, & inutilem toti corpori manum circumferre? In his igitur non modo aliquid fecisse mali, verum etiam aliquid omisisse boni, magna comprobatur iniuria. Porro diuinis in rebus id ipsum multo magis apparet.

B. Chrystost.  
hom. 36. de  
virtute, & vt  
tipe. similis

simile. ali

Similia.

Clemens Alexandrinus libro Stromatum inquit. Putei, Clemens Ale  
Loc. Com. Tom. 2. hh qui

Grand. li. i. stro  
matum.

qui exhauriuntur, emittunt aquam magis perspicuam, cor-  
rumpuntur autem hi, quorum nullus est particeps. Ferrum quo-  
que vsus seruat purius, vsus autem defectus ei generat rubigi-  
nem: sic exercitatio salubrem habitum ingenerat, & spiritibus,  
& corporibus.

B. Hieron.

Beatus Hieronymus in vita Malachiae Monachi ait. Qui na-  
turali praelio dimicaturi sunt, ante in portu, & in tranquillo  
mari sistent gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & vn-  
cos præparant (hoc est, las ancoras) & labente vestigio stare fir-  
miter consuecunt, vt quod in simulacro pugnae didicerint, in  
vero certamine non perhorrescant. Ita & ego, qui diu tacui, (sile-  
re quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerce-  
ri cupio in paruo opere, & veluti quandam rubiginem linguæ  
abstergere, vt venire possim ad latiore[m] historiam. Ecce quo-  
modo sanctus Doctor fatetur etiam linguæ otiositatem eloquen-  
tiæ officere.

Francisc. Pa-  
tricius lib. 1.  
de republica  
simile:

Cato ingenium hominis dicebat ferro esse simile, quod ex  
vsu splendet, at in otio rubigine obducitur, & damnificatur.  
Exercendum semper ingenium (otia enim vitiorum seminarium  
sunt) sed honesto aliquo, & pulchro opere velut eruditione, & vir-  
tute colendum est: nam flagitiosis, aut turpibus exercere, non exer-  
cere est, sed corrumpere.

Plutarch. de li-  
beris educan-  
dis. similia.

Plutarchus de liberis educandis ait. Quam expeditissima,  
quamque efficax sedulitas pariter, ac labor existat compluribus  
in rebus facile, fraduenteris discas. Aquarum guttæ lapides ca-  
uant: ferrum, & æs manuum tactibus obteruntur. Curuatas hi-  
strionum virgas nullo dirigere modo licet. Est ne quispiam in-  
fecundus & supra modum asperior ager? At cultus statim gene-  
rosos edidit fructus. Quæ nam arbores sunt quæ datæ neglectui  
non simul, & totæ pullulent, & steriles persistant, cum eadem re-  
ctè assecutæ patrociniū, fructuosæ sint, & magnopere fertiles?  
Quæ corporis fortitudo nõ obtunditur, & propter incuriā, mol-  
litiem, ac malam habitudinem non perit? Quæ autem im-  
becilla adeo natura, quæ per exercitationes, atque certamina  
ad maximas non augeatur vires? Qui vero equi à primis bene-  
domitiis suis non obsequuntur sessoribus? Qui autem in do-  
miti perstiterunt, nonne ceruice duri, & animo feroces euas-  
serunt.

et Aristoteli

Beatus

40 Beatus Chrysoſtomus in Acta Apoſtolorum inquit. Non eſt eo fabricata nox, vt eam totam in ſomno traducere debeamus, & vt eam otioſam degamus, præſertim cum multi propter humana commoda nocte inceſſanter laborent. In Eccleſia conſueuerunt etiam eius miniſtri media nocte conſurgere ad Deum laudandum: ita tu igitur gerere te debes, & contemplari ſtellarum choros laudantes factorem ſuum: tunc animus quietior eſt ad meditando in tanta tranquillitate, tunc paratior, & tenebræ illæ ad poenitentiam inuitare cum videntur. Conſidera caelos ipſos in ſua perpetua reuolutione, & in admirationem, & laudem venies creatoris, & in confuſionem tuæ otioſitatis. Si conſideras eos, qui tantum laſciujs, ſomno, & vitijs indulgent: nihil ferè à mortuis diſtantes eos tunc videbis, cognoſceſque qua ratione ſomnus ſit mortis quædam imago, & dormientes ſimiles mortuis ipſis. Si enim ad domos eorum accedis, ſtertunt omnes totis præcordijs. Hæc planè iuuabunt ad excitandum animum ad contemplationem æterni iudicij, & interitum rerum. Cum ergo cæteri ſomno vacant, tu interdum vigilabis, flebis, & orabis, tibi que propones illud Dauidicum. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Tametsi enim varijs detinearis curis non tamen multis occupaberis, quam multis rex ille Dauid occupabatur: neque ampliorem gubernationem, cui prouidere debeas, habebis. Qui tamen in tantis curis dicebat. Media nocte surgebam ad confiſtendum tibi. Tunc vanagloria non ita te punget, cum à nemine conſpiciaris, omnia quietè præſtabis. Si obijcis multum te interdum laborare, & occupari: ac propterea vigilare noctu non poſſe: certe quanuis multum defudes, quamplurimi plus, quam tu laborat & in nocte non otiantur. Nonne vides quod ſiquando occurrat aliquod graue temporarium negotium, quod die non perfeceris, noctem vel totam inſomnem ducis, vt illud perficias? Cur igitur non vigilabis intendens ſaluti animæ tuæ, quæ res eſt omnium vtiliſſima. quam de die negligis? Conſidera igitur tandem, & tibi ſemper ante oculos Chriſtum Ieſum propone, qui nocte vigilabat, & orabat. Aduerte quod quemadmodum vtiliſſimus eſt nocturnus ros, ad contemperandum diei æſtū: ita lachrymæ nocturnæ vtiliſſimæ ſunt ad emendandas diuturnas

B. Chryſoſt.  
homi. 26. tit.  
Acta Apoſt.

11. 12

Pſal. 6.

Lucæ: 61

concupiscentias, & ut nox excipiat, quæ diu perturbata sunt, & male acta.

Quod si quis querat, cur tanta solitudine urgeat omnipotens Deus hoc opus, cum bonorum nostrorum non egeat? Hæc mihi præcipua causa esse videtur: quod solus ipse clementissimus Dominus huius operis dignitatem, & necessitatem plenissime intelligat. Cum enim, ex eo æterna hominum vita, & æterna item mors pendeat: nemo autem duo hæc, qualia sint, comprehendat, nisi ille, qui solus æternitatem complectitur; nihil mirum si amator hominum Deus summa cura provideat, ne tantum illud bonum amittamus, ne ve in tantum illud malum incidamus. Si iuxta viperam periculi nescium paruulum filium assidere cerneret, quo impetu ei occurreret? Quibus vocibus, & clamoribus eum compelleret, ut ab eo loco fugeret, ne à vipera illius assidente impeteretur? Cum ergo nos sensibus paruuli simus, & huius tanti negotij pondus, & periculum ignoremus: non mirum si pater ille cælestis, qui exactissime omnia nouit, tanta cura nos ab hoc tam ingenti periculo reuocare contendat: admonens nos verbis prædicatorum, internis inspirationibus, laboribus, bonis proximorum exemplis, ut otiositatem fugiamus, & in bonis operibus nos continuo exerceamus.

simile,

PASSIO

# PASSIO DOMINI nostri Iesu Christi.



Nilla parabola, quam diuinus magister noster Iesus Christus Iudæis proposuit de rege, qui fecit nuptias filio suo, dicitur, quod rex ille iussit famulis suis vocare inuitatos ad nuptias, & præcepit, vt eis diceretur Tauri mei, & altilia occisa sunt. In quo significatum fuit prædicatores qui sunt muntij, ac serui Dei, & qui populos ad cælestia conuiuia inuitant, debere vocare, & inuitare omnes prædicando vnigeniti Iesu Christi passionem, ac sanctorum martyrum crudelissimam mortem, quam pro eius amore libentissimè oppetuerunt. Nam hæc tantæ charitatis exempla magnam efficiunt in cordibus audientium operationem ipsosq; ad sacrapœnitentiæ, & mortificationis exercitia, & ad laborum tolerantiam, atq; ad difficultates, quæ in via virtutis se se offerunt, maxime incitant, & commouent. Si alicui pictori iuberet imaginem Iesu Christi crucifixi depingere, & ipse responderet, se nescire depingere Christum crucifixum, sed duntaxat eo modo quo gloriosus transfiguratus est, valde profecto admirareris huiusmodi pictoris insolitam artem. Multo profecto amplius admirari debemus, quod prædicatores nesciant, nec soleant Christum crucifixum, sed tantummodo gloriosum prædicare? Ordinariamente los mas dellos predicando cosas de gloria, y de contento, y pocas vezes cosas que causen tristeza: & ob hanc causam sacratissima mysteria passionis Domini concionari recusant. Cum ergo, o patres prædicatores, beneficium illud tam ineffabile fuerit summa obligatione adstringuntur homines eius continuo recordari, & in sua memoria semper fixum habere, seque gratos tanto beneficio ostendere. Ad quod oportet, vt euangelici concionatores non solum curent hoc altissimum mysterium in illis diebus, qui de passione dicuntur vberime tractare, verum etiam illud multoties in annalibus concionibus repetere. Ad hunc finem, & intentionem aliqua notabilia præter alia, quæ in tabulis nostrarum concionum facile reperientur, hic etiam omni cura, & diligentia congregare curauimus.

simile.

# PASSI O D O M I NI NOSTRI IESV Christi eximia fuit.

Docto. Theo-  
logi in. 3. di-  
stio. 15.  
D. Thom. 3.  
p. q. 46. art. 6.



Isai. 1.

Isai. 53.

Isai. 53.

Exod. 33.

Heologi in libro tertio Sententiarum, & B. Thomas concludunt, & asserunt tam dolorem sensibilem exteriorem, quam interiorem Iesu Christi Redemptoris nostri fuisse maioris intensiois, & poenæ, quam omnines dolores, qui in hac vita perferri possunt, aut potuerunt. Et quidem ad dolores corporis Iesu Christi possumus adducere locum illum Isaïæ Prophetæ. *Omne caput languidum, & omne cor mærens à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quod ex Hebræo verti potest. Omniaum caput languidum, & omnium cor mærens. Hoc caput, & cor omnium est vere Iesus Christus Saluator noster, in quo à planta pedis vsque ad verticem capitis non fuit sanitas. Ad angustias autem animæ Iesu Christi potest etiam adduci locus ille eiusdem Isaïæ Prophetæ. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Vbi alia translatio habet, Incurrere fecit Dominus in eum iniquitates omnium nostrum; hoc est, constituit æternus pater, vt iniquitates omnium factæ velut phalanx, & exercitus sanctissimam eius animam aggredierentur, & affligerent, & ipse Dominus Iesus Christus eas ita sentiret, ac si illas commisisset. Quod hic cælestis Reparator passus est in tantam admirationem rapuit Isaïam Prophetam, vt cum id narrare vellet in suis sacris vaticinijs prius quandam præfationem faciat (id est, haze primero salua) cum eam non fecerit in capite sexto, vbi ait se vidisse Deum in summa gloria, & maiestate. Vidi Dominum, inquit, sedentem super solium excelsum, & elevatum, & plena erat omnis terra gloria eius. Y con ser esta vna cosa tan grande, y que buenos autores afirman, que fue esta la ocasion de que su sobrino el Rey Manasses con tanta crueldad le mandasse quitar la vida, hazien dole asserrar por medio, y diziendo que era blasphemio, porque affirmava que auia visto à Dios, qui inuisibilis est sicut in Exodo Sacra scriptura testatur. Cumque res tam magna sit Deum, in sua gloria videre, tamen sancto Prophetæ visum est,*

## Passio Domini nostri Iesu Christi. 487.

4 est, que excedia tanto ver a Dios humillado y padecer tales tormentos, que para dezir que lo vio glorioso, & admirable no haze salua, como para dezir, que lo vio escupido, abofeteado, y en poder de sus enemigos, hasta morir con graues tormentos en sus manos: atque ita incipit dicens. **Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Hoc est: Quis credet prædicationi, & prophetiæ nostræ? aut cui reuelauit Deus potentiam suam, quam ipse in mundi redemptione admirabiliter ostendet? Hoc dixit sanctus Propheta existimās, difficile esse creditu, & fere persuaderi nō posse hominibus, Deum humanā carnem esse sumpturum, & crudelissimam, atq; ignominiosam mortem passurum. Referens itaq; sanctus Propheta in illo capitulo tormenta, ac dolores excessiuos quos Dominus subiturus erat,**  
5 **statim adiecit inimicorum eius tyrannidem, & crudelitatem, qui media nocte illum comprehenderunt, & sequenti medio die ipsum cruci affixere. De angustia, ait, & de iudicio sublatus est: hoc est, nec fuit auditus, nec visus, no le dexaron reposar, ni vieron la hora de quitarle la vida, y ponerle en la cruz. Sed quarto quomodo hic sanctus Propheta in hoc eodem loco inquit. Oblatus est, quia ipse voluit, siquidem sacri euangelistæ testantur, illum ab æterno patre suo, in horto orando postulasse, vt ipsum à crudeli illa morte, quæ sibi parata erat, eriperet, dum ait. Pater si possibile est, transeat à me calix iste? Ad hoc respondetur, que dexo el celestial cordero dessecar à su sentido, lo que no queria que se le concediesse para sentir en si la pena, que nace del dessecar, y no alcançar lo que pide el desseo. Y no solo esto, pe-**  
6 **ro desnudò por vna parte à su sentido inferior de las consolaciones diuinas, y por otra parte le puso delante de los ojos vna representacion de los males de su muerte, y de las ocasiones della tan viua, tan natural, tan expressa, y tan figurada con vna fuerça tan efficaz, que lo que la mesma muerte en el hecho no pudo hazer sin ayudarle de las espinas, y de los clavos, lo hizo la imaginacion por si misma sin otros instrumentos algunos, que le abrio las venas, y facandole la sangre de ellas, baño el sagrado cuerpo y el suelo. O que cobdicia de padecer, pues no se contento con morir, sino que quiso experimentar, y probar tambien la imaginacion, y el temor del morir, y lo que puede doler. Vt autem dicam, quod de hac agonia**

sanctissimi Iesu sentio, non intelligo timorem, quem passus est, fuisse causam aperiendi sacratissimas eius venas, ita, ut illa sanguinis maxima copia sudando deflueret. Nam licet de facto timuit, quia timere voluit, & timendo probare aspera accidentia, quæ se cum timor affert, tamen non aperit corporis venas timor, nec sanguinem foras extrahit, quinimo intus attrahit, & circum circa correponit, atque frigidam relinquit exteriorē carnis partem, & eadem ratione poros eius comprimit. Atque ita timor sacratissimum Iesu Christi sanguinem non extraxit, mas (si se ha de dezir con vna palabra) fue el esfuerço, y el valor de su bendita alma; con que salio al encuentro, y resistio al temor, y se esfuerço con el teson, que puso de tal manera, que abrio todo el cuerpo. Porque quiso el diuino cordero hazer prueua en si de todos nuestrs dolores, y vècerlos en si, para que despues fuessen por nosotros mas facilmente vencidos. Armavit aduersus se in illa nocte, quidquid anxietas, & timor valent, y consentio, que todo como en vn esquadron hiziesse guerra a su sanctissima alma; porque figurandolo todo con marauillosa viveza, puso en ella como viuo, y presete lo que otro dia auia de padecer, assi en el cuerpo cō dolores, como en essa mesma alma con tristeza, y cō goxas, y juntamente con esto hizo le, q̄ cōsiderasse las causas, por las quales padecia, q̄ erā las culpas passadas, presentes, y por venir de todos los hombres con la fealdad, y graueza dellas, y con la indignacion grandissima, y la encendida ira, q̄ Dios contra ellas concibe. Considerauit etiā parū fructum, quē tam diuites, ac tam magni labores in hominū animis parituri erāt: atque hæc omnia simul, & distinctē, ac viuissime considerata eum simul congressa fuerunt, ipso Dño ita cōstituēte, & vires earū rerū non debilitante, quin potius, quantū possibile fuit augente. Nec etiā se ipsum impassibilitate ad non sentiendum armavit, imō sensus in se magis suscitauit; sin admitir las consolaciones, que pudiera admitir con solo el valor de su alma y persona: y cō la fuerça, q̄ ponía en su coraçõ, y cō el desseo de obedecer a su eterno padre, lucho cō todo, y lo vècio, por la fuerça, q̄ puso en el olo y el pelear la razon contra el sentido llamo a fuera los spiritus, y la sangre y la derramo con grandissima abundancia.

Satis aperte hic cælestis Dominus suā omnipotentia ostendit, siquidem eum ijs, qui eum ad comprehendendum veniebāt, diceret,

10 diceret, Ego sum: abierūt (vt ait sacer textus) retrorsum, & ceci-  
 derūt in terrā. Conuenientissimum quidē, ac nimis decens fuit, Ioan. 12.  
 vt ibi verbū Dei tam potens ostenderetur. In quo aperte osten-  
 ditur que el morir Iesu Christo no estaua en manos de los q̄ le  
 venian a prender sino en la suya, y q̄ no triūphauan los Iudios  
 del, sino su amor: quin potius ipse Dominus morte sua de infer-  
 ni potestatibus triumphauit, sicut B. Paulus ad Colossenses scri- Ad Collos.  
 bens testatur his verbis. Spolians principatus, & potestates tra- 2. c.  
 duxit eos confidēter, palā triūphās illos in se ipso. Vbi Græca  
 litera sic habet. Illos triūpho circundedit. Duces Romani, quan-  
 do de aliquo exercitu triūphabant, eos qui præcipuerant liga-  
 tis manibus ad triūphalē currū uehebant. Sic diuinus dux Iesus  
 Christus hostes suos crucis triumpho circundedit: qui autem il-  
 lum mori viderāt, si oculos spirituales haberent, aperte conspi-  
 11 cerent, qualiter etiam de ipsis triumphabat, nā mortuus est non  
 eo modo, quo ipsi vcluerunt, nec quando illis placebat, sed quo  
 modo & quando ipse voluit. Cum olim Deus dicebat, Ego sum  
 hoc dūtaxat verbo exercitus, & potestates huius sæculi destrue-  
 bat, en vna varilla, que lleuaua Moysen yua metido el, Ego sum  
 de Dios: & virga illa. S. Propheta flumina in sanguinem ver-  
 tit, ac mare in vias planas diuisit, pero despues que el, Ego sum  
 respondo a lo que los Iudios dixeron, scilicet: Quærimus  
 Iesum Nazarenum, dexose prender, quoniam hoc nomen  
 Iesus, id est Saluator, præmium est Crucis, & præmium est  
 obedientiæ, y para fer Iesus hoc est Saluator dexarse prender.  
 Et quemadmodum hic fuit hamus ad capiendum & com-  
 12 prehendum illum, sic hoc verbum. Iesus, est velut ha-  
 mus, quo humana corda capiuntur. Ibat. Diuus Paulus fu-  
 ribundus ad persequendum Christianos, qui habitabant Da-  
 masci, & ait Dominus illi. Saule, Saule quid me perseque- Actum. 9.  
 ris? Cui Saulus. Quis es, inquit, Domine? Et ille. Ego sum  
 Iesus, quem tu persequeris, y seruo esta palabra de anzuelo,  
 para rendirlo, y vencerlo. Et ita tremens, ac stupens dixit.  
 Domine quid me vis facere? O vtinam sic nos ipsos submit-  
 teremus, siquidem toties hoc sacratissimum nomen Iesus audi-  
 mus, & proferimus. Perpendite ergo o peccatores, quando  
 aliquod peccatum committere vultis, Deum vobis dicere.  
 Quem quæritis? Quo pergitis o proditores; animaduertite,

me esse illum, quem iterum vultis crucifigere: quod si apertam huius veritatis haberetis cognitionem statim vos ipsos à vestro malo proposito auerteretis.

In hoc eodem loco pijsissimus Dominus diuo Petro dixit. Mitte gladium tuum in vagina, porque los fieruos de Dios no se han de saber vengar sino perdonar. In domo armorum Salomonis erant plurima arma defensiva, pauca autem offensiva. Quid ergo esse debet in domo Iesu Christi Principis pacis, & veri totius patientiæ magistri, vbi Christianus homo proximum suum nulla occasione oblata, debet offendere Percussit Diuus Petrus gladio feruum illum, quoniam ministri iniquitatis ad Dominum cælorum irreuerenter accedebant. Animadvertite o vos qui ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum irreuerenter, aut mala conscientia acceditis, non defaturum esse gladium Petri aut altissimi Dei, qui vos percutiat. Ideo (vt ait Diuus Paulus) inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi.

## PASSIO DOMINI NIMIS SATISFACTORIA fuit.

Isai. 35:



VM Sanctus Propheta Isaias humanum genus bonis nuntijs consolari vellet, inquit. Dicite pusillanimis: Conuertimini, & nolite timere: ecce Deus noster ultionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit eos. Adducere, hic est ad se attrahere. Vocat autem ultionem retributionis (id est, castigo de recompensa) passionem, ac mortem Saluatoris nostri Iesu Christi, cum illa enim facta fuit retributio, & satisfactio iniuriæ, quæ Deo fuerat illata. Et inquit, adducet, quoniam licet passio, & mors Redemptoris nostri in hominum utilitatem fuerit, Deus tamen eam vocat utilitatem suam, quia in ipsorum hominum commodum dedit, & hoc propter nimium amorem, quo eos prosequitur. O quam æquum, & iustum est nos huic sacratissimæ passioni nimis deditos, & deuotos esse, siquidem

2 ex illa tantum bonum nobis promanauit. Aquæ amaræ omnes  
 sunt in mari, & ex his aquis amaris exeunt omnes aquæ dulces,  
 & lapidæ. Sic in Iesu Christo Reparatorē nostro fuerunt om-  
 nes amaritudines, & afflictiones simul, sicut ipse fatetur dicens.  
 Omnes fluctus tuos induxisti super me: Cumque eo tem-  
 pore cor eius esset quoddam profundissimum, & amplissi-  
 mum amaritudinum mare, ex eo mari consolatio, & dulcedo-  
 nis omnibus promanauit. Non solum autem consolationes iu-  
 storum ex illa Domini amaritudine fluxere, verum etiam ipsi-  
 met iusti ex illo vberissimo fonte prodierunt, siquidem per illum  
 renati, & regenerati fuerunt, sicut antea Isaias Propheta vati-  
 cinatus fuerat dicens. Si posuerit (scilicet Christus Dominus)  
 pro peccato animam suam, (id est, vitam) videbit semen lon-  
 3 gatum, hoc est iustos, qui exierunt ex vulneribus, & morte,  
 ac passione ipsius. Infelices autem, & execrandi peccatores ex  
 fumo gehennali prodeunt, sicut Beatus Ioannes euangelista in-  
 quit, qui in sua Apocalypsi testatur, se vidisse puteum abyssi:  
 & ascendit, ait, fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & de  
 fumo putei exierunt locustæ in terram. Hæ locustæ sunt pecca-  
 tores, qui ex fumo superbix, & inuidiæ Dæmonum, atque in-  
 fernorum exierunt. Possumus etiam dicere has locustas esse eos-  
 dem dæmones, de quibus ibidem Beatus euangelista inquit. Et  
 præceptum est illis ne læderent omnem arborem nisi tantum  
 homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Hæ lo-  
 custæ sunt dæmones, quibus Deus præcipit, ne mortales mor-  
 sus infigant illis, qui cruci, ac sacratissimæ passioni ita dediti,  
 4 & propensi sunt, vt id exterius ostendant. Omni igitur stu-  
 dio fratres mei contendite, ita animos ad sacratissimam cru-  
 cem, & passionem Domini inclinare, vt id in operibus  
 exterioribus, in pœnitentia, & in mortificatione ostenda-  
 tis, atque ita à dæmonibus nequaquam percuti mini. Equum  
 est etiam vos adnotare, sanctum Apostolum in eodem ca-  
 pitulo Apocalypsis dicere, se audisse vocem dicentem cuidam  
 cœlesti angelo. Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in  
 flumine magno Euphrate: & soluti sunt quatuor angeli.  
 Vbi ad literam de tempore Antichristi loquitur, quando  
 5 dæmones ad nocendum terrenis, & peccatoribus hominibus  
 soluentur. Atque ita statim subiungitur. Qui parati erant,

simile:

Psalm. 37.

Apocal. 9.

Apocal. 9.

ut occiderēt tertiam partem hominum. Et de hoc tempore loquitur etiam capitulum vigesimum vbi sic dicitur. Et cum consummati fuerint mille anni soluetur Satanas de carcere suo, & exiit; & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ. O in felicissima tempora, & quam ingentia, & execranda scelera in illis committentur: nam si nunc, cum dæmones ligati sunt, tanta mala perpetrantur, ac tot gentes ipsi peruertunt, quid, obsecro, facient, cum soluti fuerint? Si autem quæritis, quid per flumen Euphratem, vbi dæmones ligati sunt, intelligatur, respondet Diuus Thomas, hunc fluuium magnum esse sacratissimam cælestis Saluatoris nostri passionem: in hoc fluuio ligati sunt dæmones, ne omne damnum, quod cupiunt, hominibus inferant, & hic est etiã alius vberimus eius sacratissimæ passionis fructus: alius etiam idemq; excellentissimus est venia peccatorum. Quod Isaias Prophetæ expressit his verbis, Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. O peccatores consolamini, & animum ad penitentiam agendam capite, nam venia peccatorum vestrorum iam morti Redemptoris nostri Iesu Christi debetur, & quando vos ipsos à peccatis separatos, & per viam virtutis incedentes videritis, Christum Dominum glorificate, ac dicite. Hoc per passionem Redemptoris nostri Iesu Christi nobis concessum est: sit illa benedicta & glorificata per omnia sæcula sæculorum, amen. Quamuis autem omnium saluatio huic sacratissimæ morti, & passioni debetur, particulariter tamen inquit, diuites per illam esse saluandos: difficile est enim diuitem oneribus conscientie oppressum saluari. O que terribile y difficultosa cosa de remediar son peccadores metidos en hazienda, que antes se arrancara el corazón del cuerpo que dexarlo mal ganado, y la hazienda agena. Sed quamuis hoc difficile sit, tamen in hac efficacissima medicina huiusmodi peccatores remedium inuenient. Atq; ita sanctus Propheta inquit, Dabit diuites pro morte sua, hoc est, etiam diuites, qui propter cupiditatem suam in dæmonis potestate erant, virtute huius sacratissimæ passionis conuertentur, & ab æterno patre tandem possidebuntur.

## P A S S I O D O

## M I N I P L E N A

ignominia fuit.



**C** I C E R O vtens illa rhetorices figura, quam vocant incrementum in quadam oratione inquit. Facinus est vincire ciuem Romanum, scelus verberare, prope patricidiū necare, quid dicam in crucem rollere? Facinus est horrendum ligare ciuem Romanum: nam temporibus illis omnes Romani ciues per totum terrarum orbem magni fiebant, & maximè æstimabantur. Quod si Romanum ciuem ligare iniquum erat, magis iniquum seu maius malum erat ipsum flagellare: illum autem interficere perinde erat ac si patrem suum quispiam interficeret: etenim Romani ciues se ipsos mundi patres reputabant. Quid ergo esset ipsum cruci affigi; quod vltimum totius mundi dedecus erat, & tam grande malum, vt dicat Tullius id verbis explicari non posse. Quibus ergo verbis perpendere aut recensere quispiā poterit summum Deum comprehendi, ligari, flagellari, mortuum esse & cruci affigi? Quis hæc audiens extra se non exit sicut sanctus Moyses Exod. 34 fecit in monte, quando, ostensa sibi huius altissimi mysterij figura, vociferabatur atque dicebat, Domine Deus misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata. Videbatur. S. Moyses nihil aliud dicere, & proferre scire, quam vocibus ingentem illam misericordiam, quam Deus ibi ei ostenderat, proclamare. Quis hic oculos suos non claudit sicut sanctus Helias, quando animo euoluit, & cōsiderat Deum 3. Reg. 192 per viam montis Caluarie non passibus maiestatis, sed humilitatis transisse, non trastornando los montes, y quebrantando las piedras con su potencia, como se vio Helias, sino derribado ante los malos, y haziendo despedaçar las piedras de compasión? Quien no ceriara aqui los ojos de su entendimiento, y abra los senos de su voluntad, para que ella sienta la grandeza deste amor, y beneficio, y aue quanto pudiere sin tassa, y sin medi-

da, y agradezca tan gran beneficio como por el hombre se ofrecio. Nam si offensa commissa, fuit infinita ex eo, quia offensus infinitus est, satisfactio etiam fuit infinita, quoniam persona satisfaciens erat infinita. Et hoc est, quod Isaias Propheta dixit his verbis. Ponet iudicium in pondere, & iustitia, & in mensura. Todos los peccados cupieron en el pecho diuino deste celestial Redemptor. Fue como la Serpiente de Moysen, que peleo con todas las otras serpientes, y a todas las trago, y le cupieron en el pecho. Con todos los peccados como con serpientes peleo, y los trago, y los sintio, y todos cupieron en el, y por todos pago quanto a la sufficiencia. In lege veteri præcipiebat Dominus, vt omnes qui à patria sua vel à donibus exulabant, eo quod crimen aliquod commiserant, in morte summi sacerdotis ab illo exilio patriæ, & domibus suis restituerentur à commissis criminibus omnino liberi. Hac lege Deus aperte significauit meritum Summi Pontificis Iesu Christi filij sui, & gloriam, per quam crimina nostra mediante ipsius vnigeniti filij morte condonantur, & ad cælestem patriam nobis aditus patefit, si ex eius morte scimus commodum, & vtilitatem educere. Idem etiam significatum fuit in morte summi Sacerdotis Aaron: etenim illo eodem anno, quo ipse mortuus est filij Israel fertilissimam promissionis terram lacte, & melle manantem ingressi fuerunt. Atq; ita in libro Numerorum dicitur. Ascendit Aaron sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel de Ægypto. Atqui certissimum est filios Israel anno quadragesimo, postquam ex Ægypto exierunt, in terram promissionis, vt ipsam possiderent, fuisse ingressos. Et hoc fuit apertissima figura, quæ significabat vtilitatem, quam nobis summi sacerdotis Iesu Christi mors allatura erat. Aperi igitur o anima Christiana sinus voluntatis tuæ, & tenerrime senti fatigationes, quas Dominus in illo aspero itinere montis Caluarie passus est, dum pro te se ipsum in sacrificium ibi offerre dignatus est. Animo perpende, quod domus impij iudicis Pilati à cacumine huius Caluarie montis distabat mille octingentos, & septuaginta duos passus, porque veas quan larga cartera lleuo el Señor el peso de la Cruz por ti. Andronicus, cum sancti sacerdotis Onie amicitiam adiurasset, ipsam dolose interfecit, quod quidem facinus audiens Antiochus

Isai. 58.

Numer. 35.

Numero. 33.

7 chus Rex Gentilis, & idololatra commiseratione motus mortem Onix sacerdotis deploravit. O alma Christiana, que despectador tan grande es este parati! Quomodo plorante Gentili Rege pro morte summi sacerdotis, qui nihil cum tangebatur, tu pro morte summi sacerdotis Iesu Christi, qui pro te mor- simile.  
tuus est, magnam lachrymarum copiam non effundis? Si crimen aliquod commisisses propter quod pater tuus mortem subire cogere-  
retur, nunquid illum non deplorares? quare ergo non collachrymaris, & nimia tristitia afficeris pro morte non solum tui  
parentis, sed Dei tui, qui propter scelera tua crudelissime interficitur?

Refert Divus Matthæus in sacratissima Redemptoris nostri morte velum templi scissum, terram motam, & petras scissas fuisse. **Matth. 26.**  
8 Creaturæ insensibiles, pro quibus Dominus non est passus, magnum dolorem, & tristitiam in passione Domini ostendunt: homo vero rationalis, pro quo ipse Dominus patitur magis insensibilis, quam lapides remanet. O infernalem duritiam, & maxime ingratitude signum! Addit etiam ibidem Sanctus Evangelista, quod monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. **simile.**  
Quando hospes aliquis nobilis, & liberalis per multum temporis spatium in alicuius domo commoratus est, & ad aliam se transfert, hospites, qui illum domi suæ retinuerant solent tristitiam, & marorem ob discessum eius ostendere: illi autem, qui ipsum in domum suam recipiunt, quia tam nobilem, ac liberalem hospitem recipiunt, gaudio, & lætitia afficiuntur. Tringenta tribus annis filius Dei in hac miserrima vita cum vivis habitauerat, quibus peractis constituit tandem visere mortuos, eis-  
que remedium adhibere, cumque ex his triginta tribus annis plurimum temporis in sacro templo orans, & per montes, ac rupes contemplans insumeret, ideo præ nimia tristitia velum templi ac petrae scissæ sunt, & sepulchris mortuorum apertis ipsi mortui incredibilem gaudio, & alacritate Domineum suum **Marc. 14.**  
exceperunt. Et Divus Marcus ait, quod facta hora sexta tenebræ factæ sunt super terram vsque in horam nonam. Vbi significatum est, quod omnes creaturæ remanebant veluti pudore affectæ, & confusæ propter offensam, quam ingrati homines creatori suo intulerunt. Sicut quando religiosus quispiam.  
cri-

crimen aliquod publice committit, omnibus sui monasterij re-  
 ligiosis, qui omni culpa carebant notam, & injuriam infert. Sic  
 creaturæ, quæ in hominis societate sunt, videntes magnam of-  
 fensam, quam homo Deo infert, tanquam pudore affectæ se con-  
 tegunt, & tenebris, atque obscuritate solis se abscondunt. Pues  
 quanto más se hã de correr, y auergonçar los hombres de voluer  
 a crucificar otra vez con sus peccados a Iesu Christo? Quod si la-  
 pides, & creature insensibiles pro morte sui creatoris tantam tri-  
 stitiam ostendebant, quid esset videre eos, quos hic potentissi-  
 mus Dominus suscitauerat, cæcos, quibus visum restituerat, &  
 paralyticos, quos sanauerat, quanta, hi omnes tristitia afficeren-  
 tûr, cum viderant tanto vituperio, & crudelitate vexari clemen-  
 tissimum illum medicum, qui tam infinita misericordia ipsis  
 remedium adhibuerat? O quanto potius vellent oculos non ha-  
 bere, vita, & salute priuari, quam tam horrendam, ac triste spe-  
 ctaculum intueri! A mici Iob videntes ipsum in maxima tribu-  
 latione positum, per septem dierum spatium conticuerunt, &  
 obmutescens nullum verbum proferebant putantes nullam  
 consolationem tam graui vulneri, ac tam excelsiue angustia  
 posse sufficere, atque ita duntaxat silendo de ipso, cõpatiebantur?  
 Inclitus ille pictor Thimantes, cum mortem Iphigeniæ si-  
 liæ regis Agamænonis depingere vellet, & iam plurimos Græ-  
 corum duces, qui morti eius affuerunt, penicillo depingeret, &  
 tristissimum regem Menelaum auunculum eius, (con los sem-  
 blantes a tal calo conuenientes) etiam depingeret, cum patrem  
 eius, ac tristitiam vultus ipsius depingere conaretur, id est pre-  
 tendiendo de pintar el semblante de su padre, no atreuiendose a  
 pintarle con aquel genero de tristeza, que conuenia puñole vn  
 velo delante dexando al entendimiento de cada vno, que cõtē-  
 plasse, lo que las manos no auian acertado a pintar. Sic ego nũc  
 facere possum: nam cum verbis explicare nequeam, quam ma-  
 gnum fuerit pelagus tormentorum, & iniuriarum quæ cælesti  
 Redemptori nostro fuerunt illatæ, quando omnes mundi status  
 aduersus illum insurrexerunt (Pilatus enim nomine omnium  
 imperatorum ipsum morti damnauit. Annas & Cayphas in no-  
 mine sacerdotum, & prælatorum ipsum persecuti sunt, & accu-  
 sarunt. Herodes in nomine regum temporalium cum omni-  
 bus suæ curiæ ipsam subsannauerunt, Satrapæ in nomine litera-  
 torum,

torum, & sapientium huius sæculi populum concitarunt, eisque per suaserunt, vt maximis excitatis clamoribus dicerent: Crucifige, crucifige eum: milites ipsum flagellis ceciderunt, denique nullus remansit, qui ipsum non persequeretur, etiam latrunculus in cruce ipsum blasphemauit: ex illis vero, in quibus fauorem inuenire debebat, quippe qui ex familia sua erant, alius ipsum negauit, alius ipsum vendidit, alij fugerunt, & terga vertunt, quod ipse maxime sentiens dixit. Necessarij quoque mei recesserunt à me. Cum, inquam, hæc omnia verbis exprimere non possim, ea velo silentij contegere decreui, vt vnusquisque ea secum euoluens, & in intimo cordis sui recondens quanta poterit animi tristitia atque dolore ipsa consideret.

PASSIO DOMINI  
NIMIS AB IPSO  
DESIDERATA FUIT.



AM ingens, ac tam magnum fuit desiderium, quo vnigenitus filius Dei Iesus Christus Reparator noster ardebat pro nobis moriendi, vt aliqui

Matth. 26.

ma mea propter dilationem mortis. Sciens enim Dominus, quantum homines illa indigerent, ipsam subire vehementissime desiderabat. Atque ita Diuus Hilarius exponens verba illa Domini: Pater transeat à me calix iste, ait perinde esse, ac si diceret. Peto, vt cito moriar. Et Beatus Ambrosius dicit, quod cruciabatur diuinus Saluator mora nostræ redemptionis. Vnde infertur, vnum ex maioribus tormentis, quod pijsimus Iesus subiuit, fuisse, scire, quam pauci ex illa iacratissima morte, quam ipse pro hominibus tantopere pati desiderabat, commodum atque vtilitatem educturi erant.

Si, quando hic altissimus Dominus in Cruce pendeat, aliquis spiritualis vir ad ipsum accederet, eisque diceret verba illa Prophetæ Nahum. Vnde quæram consolatorem tibi? O bone Iesu,

Nahum. 5.

o gloria animæ meæ, quam desolatum, & omni consolatione  
 carentem te in hac cruce video? Solent homines in afflictionibus,  
 & necessitatibus amicos suos consolari, sed hodie tibi omnes, &  
 etiam tua propria membra deficiunt, siquidem tuis manibus la-  
 chrymas tuas extergere non potes. Quod si aliquis tibi consola-  
 tionē adhibere poterat, erat tua sanctissima mater, sed hæc maio-  
 rem tibi tristitiam, & desolationem affert, siquidē duo in eo Cal-  
 uario vides erecta altaria, in quorum altero propterea caro tua sa-  
 crificatur, in altero vero anima sacratissimæ matris tuæ immola-  
 tur. O Domine mi quot à te consolationem postularunt, quos  
 tu consolatione affluenter adimplesti. Nunc ergo quis te conso-  
 labitur? Quæram consolatorem tibi? Nunquid creaturæ tuæ, quæ  
 tanto opere mortem tuam sentiunt, te consolabuntur? Quin potius  
 ipse maiorem mihi tristitiam afferunt. O creaturæ meæ quis vos  
 sensibiles fecit, ego enim vos insensibiles creavi. Quæ bōl uio mis  
 criaturas al reuēs? A aquellos por quien yo padezco no tienen sen-  
 timiento, y las piedras por quien no padezco, se quiebran cō sen-  
 timiento. Magis ergo me consolaretur cor contritum, quam hæc  
 omnia. Igitur o Redemptor mundi si cor contritum te conso-  
 labitur, adest iuxta te bonus latro, qui peccata sua ac scelera recog-  
 noscens à te corde contrito veniam, & misericordiam postulat.  
 Quin potius dicet Dominus. Ego latronem consolatus sum, &  
 ipse me tristitia, ac desolatione adimplevit. Cum enim me grandi-  
 bus atq; excessiuis tormentis crucis oppressum videret, regē me  
 ipsum appellauit quid, obsecro, in me vidit, vt me vocaret hoc no-  
 mine, cum ego non haberem in quo caput meum reclinarem,  
 nisi in durissimo crucis ligno, & manus meæ cruci essent affixæ,  
 & ego sanguine conspersus ac plenus essem vituperijs, & op-  
 probrijs? Quanto igitur magis excellētias meas ostēdebat maio-  
 ri me dolore vexabat. Si ergo o Domine nec hoc te consolatur,  
 quæram consolatorem tibi. Filix Sion, quæ te plorantes per vi-  
 cos Hierusalem secutæ sunt, te consolabuntur? Tampoco ellas la-  
 grymas me consuelan que no se consuela vno porque otro llora,  
 por otra diferente cosa de la que él llora: que si vno con sus la-  
 grymas quiere consolar a otro no ha de llorar sus perdidas pro-  
 prias, sino las del otro, a quien quiere consolar, por las quales él  
 llora. Quid o filix Hierusalem, ait Dominus, deploratis? Ego  
 crimina vestra lugeo, vos autem passionem meam fletis, atque  
 lachry-

lachrymanis, & hanc ego non fugeo? O como me consolades  
 si llorades por vuestros peccados. Si ergo hoc o consolator cor  
 dis mei, te minime consolatur, quaram consolatorem tibi, & hic  
 erit fructus tuæ sanctissimæ passionis, ac sacratissimæ mortis, qua  
 humanū genus à dæmonis potestate eripies, & æterno Patri tuo  
 pijsime reconciliabis. Profecto hæc mihi parua consolatio est:  
 nam parum fructum, quem ex omnibus, quæ patior educturus,  
 & collecturus sum, optime cognosco, & intelligo: quin etiam hæc  
 est vna ex causis meæ maximæ tristitiæ, & desolationis: porque  
 que cosa es que baste el menor tormento de los innumerables, q̄  
 yo padesco para remedio de mil mundos, y que no auiedo mas  
 de vn mundo, los menos de los que en el moran, y moraran ay an  
 de aprouecharse de tan ineffables merecimientos? O intolerabi-  
 lem filiorum Adæ ingritudinem, & infernalem cecitatem!  
 Quam attonitus, & admiratus vir ille iustus maneret hanc Do-  
 mini responsionem audiens. Nos igitur de nobis admiremur, si-  
 quidem in hoc tam graui malo tantam culpam habemus, &  
 posthac nos ipsos disponere incipiamus, vt illorum ingentium  
 meritorum participes fiamus, siquidē illa omnibus, qui ea volue-  
 rint efficaci volūtate, exposita sunt atq; parata: atq; ita D. Paulus  
 agens de Christo Reparatore nostro inquit. Iesus, vt sanctificaret  
 per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Myste-  
 riosè voluit Dominus in campo videlicet loco communi omni-  
 bus mori, vt aperte significaret se pro omnibus mortem illam su-  
 bire, & omnes posse pretiosissimo eius sanguine frui, si ab eo cō-  
 modum elicere volunt. Etenim si intra urbem Hierusalem mo-  
 reretur, possent aliqui cogitare, ipsum pro Iudæis tantummodo  
 mori. Quando se haze vna justa o otro regozijo en vna calle par-  
 ticular dezis: Esto por alguna Dama particular que viue aqui se  
 haze: Pero quando se hazen las justas en la plaça comun, dezis:  
 Esta justa no es por alguna dama particular, sino para regozijar a  
 todo el pueblo. Afsi quiso Christo, nuestro Redemptor celebrar  
 aquella justa real en lugar y plaça comun, porque era para  
 contento y consolacion de todos por tanto.

Ad Hebr. 13

simile.

todos nos deuemos aprouechar

de ella.

PASSIO

# PASSIO DOMINI NI NIMIS AB IP SO desiderata fuit.

Ioan. 12.



**R**E FERENS sacer euangelista Ioannes, qualiter  
supernus mundi Redemptor ibat ad moriendum, in-  
quit. Et baiulas sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur  
Caluarix locus. Mysterosum profecto est hoc ver-  
bum, sibi, in quo sanctus euangelista insinuat Domi-

Ad Heb. 2.

nium super humeros suos onerosam illam crucem ad honorem  
suum, atque vtilitatem portasse: & cum hoc coheret etiam dictū  
D. Pauli, qui ad Hebræos scribēs inquit. Videmus Iesum propter  
passionē mortis gloria, & honore coronatū: decebat enim eū, pro-  
pter quem omnia, & per qui omnia qui multos filios in gloriā  
adduxerat, autorem salutis eorū per passionē cōsummari. Quā-  
uis Christus Redemptor noster pro vnoquoq; opere ex his, quæ  
operatus est, merebatur exaltari, tamen hoc magis tribui videtur  
operi crucis, quia opus maioris ignominix, ac dedecoris erat, &  
in quo magis amorē suum ostēdit. Atq; ita vbi nos legimus. Te-  
cum principium in die virtutis tuæ. alij transtulerunt. Tecū prin-  
cipatus in die crucis tuæ. Nam ibi voluit æternus pater, vt vni-

Psal. 109.

genitus filius eius principatum compararet. Et quantum verē  
dici possit sacram Euangelistam ob hanc rationem dixisse. Exi-  
uit baiulans sibi crucem: tamen verum est etiam ipsum dixisse,  
sibi, quia eam sacratissimis suis humeris in commodum atq; vti-  
litatem nostram asportauit: hoc enim præcipuē intendebat Do-  
minus, & pro hoc moriebatur. O admirabilis, & ineffabilis amor,  
qui in illo diuino pectore ardebat, que al tiempo que se vertia to-  
do por nosotros dize que cogia para si. In die illa adimpletum  
est, quod in eius nomine Regius Propheta vaticinatus fuerat di-  
cens. Sicut aqua effusus sum. Extrahit ancilla aliqua seu famula  
parum aque de puteo, & cum illa abhinc lactucas, rasanos, & alias  
herbas, postea cum eadem emundat discos, & patinas, ac tan-  
dem manus lauat, quibus finit ipsam aquam in vicum per fene-  
stram projicit, despues de auerse a provechado della. Hoc modo  
se gelsit sy nagoga illa dæmonis serua cum Iesu Christo aqua vi-

Psal. 117  
simile.

delicet

4 delictet sanctissima vitæ : que despues que se huuo aprouechado del, para sanar sus enfermos, y para dar vista a sus ciegos, para resuscitar a sus muertos arrojó esta diuina agua en la calle publicamente con muerte ignominiosa, para que assi como del agua vertida, y derramada no ay mas memoria: assi no la viuiesse deste celestial señor. Atque ita dixerunt. Eradamus eum de terra viuentium & nomen eius non memoretur amplius. Et tam singularis erat amor, quo pijsimus Iesus hæc omnia pro hominibus patiebatur, vt voluerit, quod hoc literis mandaretur videlicet : Exiuit baiulans sibi crucem. His etiam cohæret, & huc spectat id, quod quidam sanctus perpendit scilicet, que en la cruz donde tenia este celestial esposo bien proueida la mesa de muchos tormentos, dolores, vituperios, y afrentas, porque aun faltaua vn mñajar de maior inhumanidad que jamas se inuento que fue dar hiel y vinagre a vn hombre, que estaua para espirar, y morir, clamo por este manjar diziendo. Sitio. Y como se lo dieron, dixo: Consummaturum est. Como si dixera: Agora si, agora estoy contento. O mi Dios, y que hydropesia es esta de vuestro diuino amor, que diziendo vos à vuestro eterno Padre; Omnes fluctus tuos induxisti super me, no basta esse mar de afflictiones para os apagar essa sed de padecer?

Hierem. 11.

Cum Rex Ezechias ita ægrotaret, vt dicat sacer textus. Ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, inuisit eum Isaias Propheta, & iussit vt tollerent massam deficis, & cataplasma rent super vulnus, & sanaretur. Mirabile quidem fuit regem Ezechiam à feбри mortalis sanasse adhibita ei massa ficorum tali morbo contraria qui ca-  
6 lidissimi sunt. Sed in hoc Deus significare voluit medicinam, qua curanda, & sananda erat humani generis ægritudo. Ficus tam id, quod intus habet, quam quod foris solet manducari: alij fructus non omnino edantur vt ex daetilis id tantū quod foris. nō autem quod intus est comedimus: ex nucibus vero è contra id, quod intus est, & non quod foris, editur, ficus autem totus manducatur. Qua propter optime Christus Redemptor noster ficui comparatur, quia totus comeditur in gloria: fruemur enim diuinitate eius intellecta, & voluntate nostra: & corpore eius fruuntur sensus exteriores. Vnde ipse dixit. Ego sum ostiū, per me si quis introierit, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Hoc est, en-  
trara a la fruicion de la diuinidad, y saldra a la contemplacion dela

Isai. 38.

simile.

Ioan. 10.

humanidad. Hic igitur celestis ficus factus fuit massa in sacratissima passione sua, contritus, & calcatus fuit maximis tormentis, iatibus, ac crudelissimis flagellis, & cum hac massa egritudo generis humani curata fuit. Hac sacratissima medicina nos spirituales ægri tudines nostras curare debemus, eam per medium diuinorū sacramentorum animabus nostris applicantes.

## PASSIONIS DOMINI ADMIRABILIS PROPHETIA Abacuc.

Abacuc. 3.



ANTICVM Abacuc tantæ fuit difficultatis apud veteres patres Synagogæ, vt ab eorum magistris inter quatuor difficillima scripturarū loca censeretur, propter quod ab aliquibus Doctoribus Hebræorum titulus inscriptus erat huic Cantico: Pro ignorantijs, vel pro ignorantibus sic interpretatur, quia canticum istud talia, ac tanta contineat, & promat, quod difficillime à quouis possint intelligi, aut interpretari, donec ille veniret Messias, in cuius tempore ea sperabant referenda. Vbi vides quam inexpugnabile genus interpretationis scripturarum Prophetarum est impletio eorum, quæ in ipsis repromissa erant etiã si lingua taceat. Vnde Christus summa veritas discipulis Ioannis querentibus nunquid ipse esset? Quæ audistis, inquit, & vidistis, renuntiate Ioanni. Vbi tunc oracula re impleuit, & opere: tunc quippe quod reconditum, & obscurum latebat sub littera, lucidū, & credibile fit, apparetq;. Sicut Ionæ sacramentū obscurissimū, quod in Christi Domini morte, & gloriosa resurrectione apertū est: illud autem audierunt non semel ab ore Domini Iudæi, non tamen intelligebant, quæ ab ipso dicebantur. Similiter & mysterium duorum hircorū in lege Moyse descriptorum, quorū alter mactabatur, alter vero mittebatur viuus in desertū. In quibus Dominus Iesus secundū carnē moriens pro nobis, & secundū diuinitatis maiestatem illæsus, & viuus significabatur. Implens igitur Messias, quæ in Abacuc scripta erāt ob signata sigillo profundissimi sensus, & sententiarum lucidissima fiunt ante omnium oculos referata. Inter quæ singularia sunt illa verba: Egressus es in salutē populi

Ionæ. 1.

Leuitic. 26.

populi

populi tui: in salutem cum Christo tuo. Ad patrem Domini nostri Iesu Christi dirigit S. Propheta sermonem, qui erat in Christo mundum sibi reconcilians: nam filius in patre, & pater in filio est, sicut ipse manifeste docet. Cum ergo dixit B. Apostolus Paulus, Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians, non solum de persona filij erat sermo apud illum, que erat in Christo per unionem realem, & substantialem ad humanam naturam, sed & de patre est sermo. qui & secundum essentiam, & relationem, & secundum originem filij ab ipso est in illo. Est in filio pater secundum essentiam, quia pater est sua essentia, & communicat eam filio, non per aliquam suam transmutationem: & similiter cum filius sit sua essentia, sequitur, quod filius sit in patre. Unde Beatus Hilarius inquit. Naturam suam (vt ita dicam) sequitur immutabilis Deus immutabilem gignens Deus subsistentem, ergo in Deo Dei naturam intelligimus, cum in Deo Deus sit: Est & pater in filio secundum relationem cum manifestum sit, quod vnum oppositorum relative sit in altero, secundum intellectum, & secundum originem alter est in altero, quia processio verbi intelligibilis est, esse aliquid extra patrem, sed manet in dicente: & eadem ratio est de Spiritu sancto. Propter quod cum Beatus Paulus dicit: Erat Deus in Christo mundum sibi reconcilians, si velis interpretari nomen illud, Deus, essentialiter, ita vt comprehendat tres diuinas personas, quibus homo ex æquo reconciliatus est, non tibi contradicam dummodo personam filij per unionem realem ad carnem intelligas in Christo, ceteras vero per circumcessionem: De quo manifestè Christus Dominus dixit. Ego in patre, & pater in me est. Quod æquo iure de Spiritu sancto est interpretandum, quorum vna est diuinitas, vna essentia, vna & germana æqualitas. Vide quale fundamentum nostræ redemptionis posuit Deus, qui erat in Christo mundum sibi reconcilians, vt dixi. Vide in quanto gaudio, & lætitia cordis inenarrabili dicit ipse Beatissimus Apostolus. In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Vide quo iure dicat ipse Apostolus. Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Vide quo iure dixit. Quanto existimatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Dixit ergo Abacuc sermonem ad patrem, propterea quod fons, & principium sit

Ioan. 14.

B. Hilarius, lib. 5. de trinitate.

Ioan. 14.

Ad Ephes. 2.

1. Ad Corin.

Ad Heb. 10.

diuinarum personarum filij, & spiritus sancti: & Christus Redemptor noster, & ecclesia eius hac ratione ad patrem dirigit  
 semper sermonem, & orationem. Inquit ergo. S. Propheta. 6  
 Egressus es ò æterne Pater in salutem populi tui. Ad salutem populi  
 Israelitici cum subdura seruitute premeretur in Aegypto,  
 Egressus es cum Moysse, & Aarone fratre eius tanquam duci-  
 bus, & ministris illius operis. Ad salutem autem totius generis  
 humani, (quam in gratiarum actione, & iubilo ego prædico)  
 egressus es cum Christo tuo, qui tibi est filius consubstantialis,  
 & coæternus, & verus homo de Dauidis semine ex intacta vir-  
 gine generatus. Propter quod lōge sublimius, multoque excel-  
 lentius sit oportet bellum istud, cui Christus Dei Dux præfici-  
 tur: & certe tale, ac tātum est, vt per alium victoria inueniri non  
 possit. Hanc victoriam vidit Patriarcha Abraham in immolatio- 7  
 ne filij sui Isaac, vidit, & gaudisus est de mundi redemptione.  
 Obserua quod bis dicitur à Christo Salvatore nostro, vidit & ga-  
 uisus est. Exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gaudisus est.  
 Vbi certe antecedentem exultationem, & sequentē lætitiā  
 opus oblationis describit Dominus. Exultauit, vt videret, &  
 postquam vidit, gaudisus est. O si quis mihi locum istum aperir-  
 ret. O si quis sciret, quid est, Exultauit, vt videret? Certe cum  
 Abraham demandatur filij holocaustum, exultat, vt videat, quid  
 in illo holocausto lateat mysterij, quod sibi referauit altissimus.  
 Non durum aut difficile, nam certe nimium iudicat. S, Abraham,  
 quod sibi præcepit Dominus, etiam si in holocaustum exigat  
 filium: vt significandum mysterium in Isaac oculo mentis cer-  
 nat in Christo. Attende hæc ò homo, qui in delicijs, & gaudio 8  
 accedis ad tremendæ maiestatis sacramentum, & intelligere præ-  
 sumis, quod Abraham tanti fecit, vt gratissimo, & perquā iocundo  
 animo non dubitaret immolare filium: & qui exultans  
 offert filiū, cum intelligit mysteriū, gaudisus est de mundi salute.  
 Vtinam post quadragesimale ieiunium, post durum cilicium,  
 post sacras vigilijs, & post mille flagella, vel extremis labijs de-  
 gustares quid sit, & quid fieri potuit, vt Dei filius verecūdia, &  
 sanguine perfusus penderet in ligno. Hæc est illa eminentis scien-  
 tia, & charitatis Dei, ad quam non facile peruenitur, & cum inue-  
 nitur, omnem substantiam suam quasi puluerem despicit ho-  
 mo, & præ gaudio illius vendit vniuersam mundi lætitiā, &

Genes. 22.

Ioan. 8.

Ad Phillip. 3.

Canticos. 8.

corpore

corporis salutem, & vitam, vt emat illam. Et Abacuc tanti fecit Christi mysterium & mundi redemptionem, quod post vehementem stuporem, quem his verbis indicat. Audui, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea, statim inquit. Ingrediatur putredo in ossibus meis & subter me scateat. Ac si dicat. Ego autem tantis his auditis à te, quæ pro hominum salute in plenitudine tēporis operari decreuisti, toto cordis desiderio illi populo, qui hæc persentiet, annumerari exopto & quanquam simul audierim multa illos passuros mala, nõ ob hoc illorum sortē aduersor, sed etiam ad maiora, si fieri potest, paratum me aufero, ita, vt etiam computrescant ossa mea, & tabescant præ afflictione, & temporalibus malis, & caro mea imputrescat, vt super me putredo scateat. Vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum: id est, vt vna cum seruis Christi requiem, & quam operaturus est salutem, accipiam. Et in fine Cantici vtrumque verbum, quod de Abraham à Christo Dño dicitur Abacuc etiam decantat. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Gaudebo, & exultabo, inquit: de Abraham vero, Exultauit, vt videret, vidit, & gauisus est.

Ioan. 9.

P A S S I O N I S  
D O M I N I A D M I R A B I -  
lis Prophetia Isaia, & textus  
explicatio.



Sanctus Propheta Isaias rationem sacratissimæ passionis nostri Saluatoris explicat in nomine Dei patris dicēs. Propter scelus populi mei percussi eū. Cum legis, Percussi, (in quo verbo actio patris, & voluntas eius demonstratur) sic intellige verbum, & sententiam. Primo quia sua æterna ordinatione, & voluntate præordinauit passionē Christi filij sui ad humani generis liberationē. Secundo pater tradidit filium morti inspirando sacræ eius humanitatis voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem.

Isai. 50.

Vnde sicut in Isaiâ legitur: Dominus Deus aperuit mihi aurem, Ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Auris tibi organum est ad intelligentiam eorum, quæ dicuntur: & cum tibi facio sermonem, & cordis mei refero arcanum aperiens os meum in verbis, aperio tibi aurem ad intelligentiam, quæ non audiens erit quasi clausa. Et hoc factum est cum sacratissima anima Christi clarissime videns in verbo, ad quod erat cõiuncta, hanc ordinationem absolutam, & præscientia infusa, iam auris, & mens Christi aperitur: & statim ex summa obedientia, & ex summa charitate ad patrem, & ad genus humanum non tantum non contradicit, sicut legis in Isaiâ, sed (sicut testatur Propheta David) inquit. Ecce venio. Et factus est obediens usque ad mortem: non enim ab heri, vel nudius tertius pati voluit, sed certe ab exordio suæ conceptionis. Quantum, obsecro, in hoc charitatem suam dulcissimus Iesus commendat in nobis, qui à principio semetipsum obtulit Deo patri pro peccatis nostris, & dixit: Ecce venio, ego autem non contradico, etiam si ius firmissimum habeam ad vitam quia per Spiritum sanctum conceptus, & Deo in unitate personæ unitus. Ex quibus ius habuit firmissimum sacratissima illa humanitas Christi ad vitam. Cæteri homines non tantum ius non habent ad vitam, sed nec ad unius diei salutem propter peccatum Adæ; In quacunque die comederis morte morieris, id est, mortalis efficieris secundum corpus, & cum effectu, tu, qui si permanisses, poteras non mori. Vnde post peccatum Adæ non ius habet homo ad vitam, nec infans unius diei: Christus vero ius habuit ad perpetuam vitam, quod abiicit assumens corpus mortale ex obedientia ad perficiendum opus nostræ salutis propter nos. Vnde omnes sancti, qui animas suas propter Christum posuerunt non quidem obtulerunt ius, quod haberent ad vitam, aut mille annorum salutem: Christus vero utrumque obtulit liberalissime propter nos. Vides quales diuitiæ latebant sub verbo illo: Ego autem contradico. Audi aliud. Retrorsum non abij. Dices, quomodo retrorsum non abijt, qui fugiens in Ægyptum, fugit etiã gladium Herodis, qui animam eius quærebat? Quomodo non fugit, & retrorsum non abijt, qui in Nazareth, cum sui vellent eum de supercilio mortis præcipitare, ipse transiens per medium illorum ibat? Quomodo non retrorsum abijt, qui abscondit se in templo volentibus

Gene. 22.

Scot. li. 3. dist. 16. q. vni ca.

1 lentibus Iudæis lapidare illum? Responde tu mihi, & omnia hæc absoluentur. Quomodo abiit retrorsum, qui Iudæ in coena dicebat, Quod facis, fac citius? Cuius vox non iubentis est, sed sinētis, nec trepidi, sed parati, qui habens omnium temporū potestatem ostendit, se non moram facere traditori, & sic ad redemptionem mundi paternā exequi voluntatem, vt facinus, quod à persecūbus parabatur, nec impediret, nec timeret. Quomodo retrorsum abiit, qui exiens obviam traditori, & integræ cohorti non semel dixit. Quē queritis? Et quos in verbo maiestatis, Ego sum prostravit, nō fugit, sed dixit, & imperavit, Sinite hos abire si me queritis. Taceo, quod minus crudelis, nec adeo turpis fuisset mors illata ab Herode vel à Nazaræis, vel à Iudæis in templo, quam fuit patibulum crucis. Taceo, quod antea prædicandum erat euangelium, & instituenda sublimia sacramenta pro nostra salute, & declarandus erat Christus verus Deus, & homo ex miraculis, & ex impletione scripturarum. Ex quibus, & alijs multis, quæ consulto omittimus satis tibi responsum est. Audi ergo sequentia. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellētibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. In quo non vulgare dedecus, & dehonestatio venerabilis vultus, hoc notabilisque barbæ Domini Iesu inuenitur. Taceo, quod vitæ & mordens dolor adest in barbæ euulsione.

7 Deniq; tertio Pater tradidit filium morti non protegendo eū, sed exponendo persequentibus. Vnde ipse Dominus Iesus dicebat. Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quam vocem ab egressu cenaculi dicere potuit, sed pro cruce referuauit. Tunc certe derelictus est à patre: vnde de illo dicitur. Cæpit pauere, & tardere. Dereliquit enim illum pater non tantum cum in cruce hoc profitebatur, sed ab hac hora, in qua sibi ipsi relinquitur innocens illa humanitas, & aufertur influxus diuinę dulcedinis, & suis viribus, suę industrię dimittitur inter tot labores, & ærumnas: propter quod iam dicit scriptura. Cæpit pauere, & tardere, & grauitèr angī: iam dicit ipse mansuetus agnus. Tristis est anima mea vsque ad mortem, iam inquit charissimis discipulis: Vigilate mecum, quærens ex dilectorum societate solatium: & tandem ad patrem confugit, & suffragium exorat in oratione. Ecce, quod in Abacuc legis. Ibi abscondita est fortitudo eius. Vbi nota: cum inquit, Abscondita, non tantum demonstrat virtutem diuinam.

Ioan. 13.

Ioan. 18.

Abacuc. 3.

Thren. 3. c.

diuinitatis Christi absconditam ab oculis discipulorum, & aliorum hominum, sed etiam à propria humanitate ipsius Christi, quam deseruit non discedendo, sed non protegendo, nec auxiliando, secundum sensum iam expositum. O benedicta inter omnes foeminas! O mater sancta in quanta solitudine, quam vigil verbum istud, vigilate mecum, custodires, & astares inuicta siue oranti filio, siue lachrymanti, & gementi, denique cum sudore sanguineo perfunditur. Vt hanc pijsimus agnus ad patrem orationem oraret procidit super terram, id est, pronus cecidit, & humi se prostravit, & vehementer se inclinavit. Quæ vno verbo exposuit B. Matthæus dicens. Procidit in faciẽ suã. Existimo, quod extensis super terram brachijs inhaerentibus pulueri & fronti secundum dictum Prophetæ. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes: dabit percutienti se maxillã: saturabitur opprobrijs. O grande spectaculum! O tremendam, & adorandam corporis, & animi humiliationem, & habitum Christi: super faciem suam iacet supinus, & ponit in puluere os suũ Deus, & Dominus Iesus Christus. Obstupescite cæli, & paueant omnes virtutes eius, & admirentur potestates. Super faciem suam procidit Dominus Iesus in conspectu patris sui. In quo non solum demonstratur reuerentia ad patrem, sed etiam angor, & summa tristitia, & mœstitia Saluatoris. Et tu quidem oraturus intra in cubiculum tuum, & clauso ostio eius, proide in faciem tuam, qui puluis es, & cinis corã tremenda summa Dei maiestate: habet enim locum huiusmodi humilitas apud Deum, & spem concipit religiosus animus. O qualis erat agonia, & lucta carnis innocentis, & nihil morte debentis, & generosi spiritus Iesu Domini nostri in hac hora, vincit tamen amor nostri amorem proprium erga propriam vitam. Et ex lucta hac, & agone inuehenti tristitia factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram! O magnum portentum! O inauditum miraculum! Vnde verbo meo in re hac erit exordium? Vnde cogitationes instituemus? Adsint angeli admirantes, & trementes in magno hoc spectaculo: illi, inquam, angeli, qui canebãt sub ortu eius: Gloria in excelsis Deo: illi, inquam, angeli, qui in deserto ministrabãt huic Domino. Adsit & pijsima mater & intacta virgo Maria, ex qua sanguis iste desumptus est, quia nõ inuenit vel in charissimis discipulis Dominus Iesus consortiũ, & vigiliam. Et iam iam vt vermis, & nõ homo iacet super faciem suam

Psal. 17.

11 suam in terra, & factus ut homo sine adiutorio ab hominibus, & à Deo patre, agonizat in certamine mirificæ suæ infirmæ carnis cum ratione. O mundi lauacrum; O nostræ terræ maledictæ benedictio, & germen gratiæ & gloriæ! O palatum animæ meæ ubi nunc es? Vbi & guttur cordis mei? Vbi & lingua pura, quæ lambat cruorem piissimum summa charitate profusum? Iure Propheta dicebat. Multo labore sudatum est. Qualis, & Ezechi. 24. quātus est hic labor, in quo sanguinis sudor copiosus valde inuenitur? Magnus, & vix habet finem, & numerum. Sed ingratus homo nihil horum magni facit, imo despicit, & cōtemnit. Propter quod Propheta addit. Et non exijt de ea nimia rubigo eius. Heu qualis est plaga tumens mentis nostræ rebellis, quæ vel hoc malagmate non curatur? Merito in Propheta sequitur.

12 Immunditia tuæ execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Iam terra, quæ spinas, & tribulos ex antiqua maledictione germinabat, rosas vernantes, & candida lilia producit in cordibus fidelium, & non in cordibus obstinatorum hominum in sanguine isto labia sponsæ fiunt, sicut vita coccinea: & genæ eius velut fragmen mali punici. In sanguine isto mundat sponsus faciem sponsæ, & sibi ipsi exhibet eam Gen. 3: non habentem maculam, nec rugam aut aliquid huiusmodi. In Cant. 4. sanguine isto accenditur generosus Elephans, & animatur ad bellum. Et quid dicam? In sanguine isto super niuem dealbantur omnes animæ iustæ, & stolæ earum. In sanguine isto martyrum mentes dealbantur, sicut docet sacra Apocalypsis lectio, Ad Eph. 5. ubi satis iocundum, plenūque rore cælestis dulcedinis verbum legitur. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Expende prudēs lector vim verbi de sacris cōfessoribus, qui certamen difficile pro confessione nominis Christi vsque ad sanguinis effusionem sustinuerūt. De illis igitur dicitur. In sanguine agni dealbauerunt stolas suas. Nihil prodest martyri agon, & mors propria sine sanguinis Christi merito. Non ergo gloriatur Petrus, aut Paulus, alter in cruce, alter sub gladio, nisi quia sanguis Christi decoravit martyrium eorum principaliter.

Veniens dulcissimus Dñs, tertio ad discipulos suos, & inueniens eos dormiētes dixit illis. Dormite iam, & requiescite: sufficit

ficit surgite: venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Ad votum scilicet eorum, vt ab eis quidquid malorum, & iniuriarum vsque ad patibulum crucis humiliter, & patienter sustineat. Traditurus Dominus arcam testamenti sub Heli summo sacerdote in manus Philistin, & prædicens spectaculū istud inauditum, & grande dixit puero Samueli. Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit tinnient ambæ aures eius. Sed & Heli cum audisset, quod arca Dei capta fuisset, cecidit de sella retrorsum iuxta ostiū, & fractis cervicibus mortuus est: erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Quid est, tinnient ambæ aures eius? Quasi sonitum vehementem campanæ de proximo audierint, & attonitæ fiunt, conseruantes per longum temporis spatium sonitum acutum, & classicum: excedens enim sensibile corrumpit sensum. Et certe nihil inde à Philistæis contra arcam Domini actum est, imo iuxta Dagon Deum suum statuerunt eam. Qualis, obsecro, stupor religiosæ menti accidit, qualis extasis, quomodo tinniunt aures mentis in verbo hoc? Tradetur in manus peccatorum? O grande opus, ò angelorum, & hominum stupor, & miraculum? Agnus innocens, & mitis traditur ad votum luporum: ouis mansueta dimittitur. In vtroque nimirum Christus Dominus declaratus est à Propheta Isaia, qui non super altari, (vt olim arca testamenti) sed sub alapis, & colaphis, & sputis, & flagellis multis repositus fuit. Cuius aures audiuntur hoc, & non tinniunt præ stupore, & admiratione, sed in diuinæ iustitiæ agnitione? Quod si cor Heli summi sacerdotis pauens erat pro arca Domini, quale erat (dic anima mea) piū cor intemeratæ virginis pro filio suo in hac hora? Qualis fuit dolor? Quam acutus fuit gladius, qui sacratissimam eius animam confodit, cum ei dictum fuit, quod captus esset filius charissimus à Philistæis, & traditus in manus peccatorum? Ne deficiat ò anima mea de auribus tuis sonitus iste: tinniant aures tuæ in voce hac, Filius hominis tradetur in manus peccatorum, vt discas timorem Domini qui proprio filio non pepercit, sed tradidit illum propter delicta nostra. Tinnitus hic non deficiat de aure cordis tui, & cum Heli morieris, id est, pro timore Domini mortificabis cor tuum, & corpus tuum, qui timor nullibi efficacius inuenitur quam in cruce Saluatoris. De quo apostolus ait. Quem posuit Deus propitiatorem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ. Disce in voce illa.

# Passio Domini

581

17 Tradetur in manus peccatorum, patientiam in persecutione, & contradictione malorum. Heu quò te nate Dei nostra peccata abiecerunt? In manus peccatorum, qui te ità crudeliter tractauerunt. Hæcine reddis Domino popule stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? *Deute. 32.*  
Obfertia, obsecro, quomodò in omnibus, quæ passus est, nõ aperuit os suum agnus mãsuetissimus, sed alta mente repositum opus nostræ redemptionis perducit ad portum paciẽs ipse naufragium, venit namque in altitudinem maris, & tempestas demersit illum. Et longe fortius rem, & vim passionum ipsius exponit, quia ibi dicit. Infixus sum in limo profundi. Plus igitur contristatus fuit corde pro nostris peccatis, quam ex mille plagis flagellorum: Cæcus fuit namq; tam multiplicibus ictibus, tam crebris, vt nisi no-  
18 uas uis phara patiẽdi diuinitas subministrasset, respirationis inopia, sanguinisque proflauio deficiens inter licetorum manus deficeret, multiplicauerunt enim plagam super plagam, liuorem super liuorem, fracturam super fracturam, vulnus super vulnus, sanguinem super sanguinem, donec corpus illud speciosum præ filiis hominum deformaretur, vt, secundum Prophetæ testimonium, non remaneret in eo species. *Isai. 55*  
O incommutabilis Deus, quanta est consilij, & sapientiæ tuæ altitudo. Impletum est, quod scriptum erat. Dñs uoluit conterere eum in infirmitate. Vide, quomodo con- *Isai. 53.*  
teritur sub mille plagis, in quibus excoriatur totum corpus, funditur sanguis redemptionis humanæ, rigatur atrium cruore pijs-  
simo, intinguntur disciplina, & manus carnificum. Et heu hæc omnia foris audiuntur ubi forsã aderat mæstissima mater eius, *1. Ad Thess. 4. 6.*  
19 auditq; latratu canum rabidissimorum, & morsus dentibus ferreis, quos in innocētissimo corpore Iesu infigebant. Vide quanto labore requisita est à pastore bono ouis perdita, & inuenta, ac super humeros deportata. Væ illis, væ nobis, si ingrati fuerimus. O ingratus homo abi post hæc, & quere tibi, & impurissimis luxurijs, comellationibus, & ebrietatibus gaudia, & delicias, suauia, ac mollia delectamenta. Non vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem (ait sanctus Apostolus) ipsius enim factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus, ait idem diuinus uir alio loco. Creati, inquit, in Christo Iesu. Ecce dolores parturientis nos Christi, flagellis multis, & crudelibus cæditur usque ad  
nulle

mille plagas. Plus Domine Iesu tuis iniurijs debeo quod redemptus sum, quam tuis operibus quod creatus sum.

Beda super  
hunc locum  
Gen. 3.

Et plestentes coronam de spinis posuerunt super caput eius. Diadematis loco coronam imponunt capiti è spinis cõtextam. In qua (vt Beda ait) nostrorum peccatorum susceptio ostendebatur, quorum spinas abstulit per coronam spinis contextam, quã ad crucem vsque portauit. Hæ sunt spinæ illæ, quas terram primo parenti germinaturam prædixit Dominus. Terra enim corporis nostri spinas peccatorum fert, quibus mens, animusq; noster acriter pūgitur. Has diadematis loco in signum victorię portare voluit Rex noster; solent enim victores victorum arma secum gestare, atque de illis maxime gloriari. Vicit in passione Rex iste cælestis fortem illum armatum, qui custodiebat securus atrium suum; abstulit arma eius, hoc est, peccata hominum, quibus aduersus illos armabatur. Abstulit has spinas agnus iste qui in mundum venit, vt tolleret eas, atque posuit loco coronæ super caput suū, tanquã trophæū in signis victoriæ. Egredimini ergo filiæ Sion, & videte Regem Salomonē in diademate, quo coronauit eū mater sua. Egredimini, & nō solū videte sed si milē coronā sumite festinate coronari, ieiunijs, inedia, vigilijs, cinere, & sacco, mundique contemptu, quæ sunt veluti spinæ pungentes, si perpetua corona cælesti coronari concupiscitis.

Gen. 4.

Gen. 43:

Iosue 8.

Isai. 22.

Gen. 27.

1. Reg. 17.

Iudicum. 7.

4. Reg. 3.

Gen. 37.

1. Reg. 18.

Exod. 14.

Gen. 7.

Et deduxerunt eum, vt crucifigerent. Educunt milites de prætorio Iesum baiulantem, (vt Ioannes Euangelista ait) sibi crucem. Iam ergo innocens Abel in agrum ducitur à fratre suo vt ligno percussus pereat. Iam verus Benjamin pro fratrum suorum libertate in Aegyptum tendit. Clypeum eleuat Iosue contra rebellem ciuitatem Hai, crucē, inquam, eleuat bonus Iesus aduersus rebellem hunc mundum. Clavis David imponitur humero Christi, qua nobis cælum aperiat. Esau arcum sumit, vt egrediatur foras, & patri obediat. Fundam gyrat filius Iesse aduersus Goliath ab eo vincendum. Gedeon eximit gladium contra Madian. Elias turbine passionis currum suum ascendit. Ioseph pergit, vt in agro Caluarie manipulum super omnes eleuet, Lanceam infelix Saul contra verum David proiicit, quæ in humanitatis pariete figitur. Moyse virgam eleuat, vt mare Rubrum mortis sanguine martyribus aperiat. Noe nauem ad litus educit, qua mundus seruetur. Obediens iam paret ad mor-

13 tē vsq; verus Isaac ligna super humeros gestās, iam portitores  
 sciunt racemum terræ promissionis à vite. Quærun; nautæ Gene. 22  
 Jonam, vt in mare proiecto tempestas propter illum orta iam Numc. 13  
 cesset. Rex Israel mutat habitum suū, vt bellum intret incogni- Ionæ. 1  
 tus, quo vulneratur in latere; Sed hæc omnia ò Domine Iesu 2. Regum. 22  
 imagines sunt, vmbrae sunt nō ad viuū acerbos dolores, & ærū-  
 nastuas repræsentantes, maior enim atrocitate, & crudelitate  
 tu verus. Abel à fratre tuo in mortem duceris, quam primus ille  
 Abel à fratre suo Cain. Fabricauit, fateor, olim arcā Noe cū mul-  
 torū tamen annorum expectationē: at isti nullā morā interpo-  
 nendā te ducendi, ac crucifigendi putant. Sanus integer, & illæ  
 sus, ac prospera vtens valetudine adolescēs Isaac ligna tulit: tu  
 24 vero inedia, flagris, vulneribusq; oblitus intolerabilē crucem  
 fers. Nihil oneris in Esau arcu esse potuit, si cū tuæ crucis ponde-  
 re, quo grauaris, conferatur. Scalā vidit Iacob, sed in somnijs: at  
 tu euigilans grauem scalā super humeros tuos impositā vides.  
 Vēditus est, fateor, Ioseph à fratribus, & traditus exteris tamē:  
 at tu ab iniquo Iuda non exteris & ignis, sed hostibus, & per-  
 fidis inimicis tuis vilissimo pretio venis. Somniabat ille  
 suum manipulū cæteris altiorē: tu autem in cruce positus illis  
 latronibus eminentiorē te ipsum intueberis. Moyses virga se  
 se ab inimicis tuetur: tu vero virga crucis tuæ grauiter percutie-  
 ris, donec animam exhales. Eamus ergo & nos fratres, & moria-  
 mur cum illo ipse peccata nostra perfert, in corpore suo super  
 25 lignum mille crucibus grauiora: nos etiam carnem nostram  
 crucifigamus cum vitijs, & concupiscentijs, vt spiritu viuamus  
 & spiritu ambulemus.

Postquā autē crucifixerūt eū, diuiserunt vestimēta eius. In le  
 ge Dñs iusserat, vt cæsa mēbra victimę componerentur super Leuitic.  
 struē lignorū ad pacē Dei obtinendā: cū autem sit ipse modo vi-  
 ctima vera se se aptat, seseq; ita componit super crucis altare, vt  
 brachia brachijs, & crucis pes Christi pedibus conueniēter sint  
 accōmodata, sicq; pacē verā, atq; animi tranquillitatē consequi  
 possimus. Quid de te dicā ò Iesu sancte gloria angelorū, cū te  
 videā extēdentē brachia, veluti crucē amplexari volentem; De  
 phœnice fertur, quod appropinquāte vitę sine ligna cōponat,  
 & cōgreget, alijq; extensis excitet ignē, quo corpus eius crema- simile,  
 tur, semper tamen seintilla manet, ex qua vermis ortus pristina  
 Loci. Com. Tom. 2. k k illa

illa auis reparatur. Tenue in tue or diuina Phoenix alis brachio<sup>25</sup>  
 rā tuorū extensis, crucis ligna accendentē, quibus mortē oppe-  
 tas, atq; igne charitatis ardens vitā mortālē finias; iterum glorio-  
 siorem, & splendidiorē restituendam; tertia enim die nu-  
 dus mortalitate redibis amictus lumine, sicut vestimento.

## P A S S I O N I S C O N S I D E R A T I O.



**B**EATVS Ambrosius explanans versum illū: Iu-  
 stificationes tuas custodiam non me derelinquas  
 vsquequaque per iustificationes intelligit omnia,  
 quę ad Christi passionem attinent, (quę fuit nostra  
 iustificatio) & quę ad sacramenta, quę à passione

Christi mutuam virtutem iustificandi acceperunt. Proponit  
 ergo iustus, secundum Beatum Ambrosium in hoc versu, se  
 semper in armariolo memoriae custodire clauos, lanceam,  
 flagella, & spinas, et in opprobria, & contumelias, quas pro-  
 pter iustificationem nostrā Christus Dñs perpeffus est, vt vel  
 sic consilium illud Ecclesiastici obseruet qui sic ait. Gratiam fi-  
 dei iussoristui ne obliuiscaris, posuit enim pro te animam suā.  
 Christus Iesus fideiussor noster fuit: nam quia nos soluere  
 non poteramus, ipse sanguine suo debita nostra soluit, & tulit  
 de medio Chirographū peccati, quod aduersus nos erat, & de-  
 leuit sanguine suo, & rupit affigens illud cruci, vt dicit B. Pau-  
 lus ad Colossenses scribēs. Hanc tantā gratiā obliuisci nephas  
 esset, & intolerabilis ingratitude. Quod cernens ipse Dñs iuge  
 sacrificium corporis, & sanguinis sui in memoriam tanti bene-  
 ficij nobis reliquit, vt ipse in sinuauit dicēs. Hęc quotiescunq;  
 feceritis in mei memoriā facietis: vt quotidie tanti operis com-  
 memoratio renouaretur. Hęc enim memoria ad multa utilis  
 est. Vnde Beatus Augustinus in manuali sic dicit. Cum me pul-  
 sauerit aliqua turpis cogitatio recurro ad vulnera Christi: cum  
 me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei re-  
 surgo: cum diabolus mihi parat insidias, fugio ad viscera miseri-  
 cordiæ Domini mei, & recedit à me: si ardor libidinis mouet  
 membra mea, recordatione vulnerum Domini nostri Iesu  
 Christi extinguitur: in omnibus aduersis actibus nō inueni tā  
 efficax

B. Ambr. sup.  
 Psalm. 118

Eccles. 19

Ad Colos. 2.

Luc. 22.

B. August. in  
 manuali c. 22.

# Passio Domini.

315

efficax remedium, quam vulnera Christi, in illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Christus est pro nobis, nihil tam ad mortem, quod Christi morte non sanetur. Ex capitulo præcedenti ait. Patent mihi viscera per vulnera, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quæ affluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet magnum pietatis sacramentum, patent viscera misericordiz Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Beatus Hieronymus super Matthæum inquit, omnis creatura compatitur Christo morienti, sol obscuratur, terra mouetur, petrz seinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus patitur.

B. Hier. sup.  
Matthæum.

4 Beatus Bernardus in floribus ait: sitio, inquit Dominus. Domine quid sitis? Ergo ne te plus cruciat sitis, quam crux? De cruce siles, & de siti clamas? sitio. Quid? vestram fidem, vestram salutem vestrum gaudiū, plus animarū vestrarum, quā corporis mei cruciatus me tenet. Et in quodam sermone ait idem sanctus doctor. Vide nunc opera Domini, quæ posuit prodigia super terram flagellis cæsus, spinis coronatus, clavis cōfossus, affixus patibulo, opprobrijs saturatus, omnium tamen dolorū immemor ait: pater ignosce illis.

B. Ber. in floribus.

Ex amarissimis Christi passionibus maximam distillari dulcedinem declarant illa verba sponsæ in Canticis. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, myrrham enim amarissimā simul, & suauissimam odoris esse constat. Sic passio Domini, illi quidem amarissima, nobis autem suauissima est. Ideoque inter vbera nostra commorari debet. Quod faciunt, qui pio, ac deuoto affectu eam perpetuo recolunt, & meditantur. Quod Deo gratissimum est. Et ideo pro eo, quod nos legimus in eisdem canticis, columba mea in foraminibus petrz, alij verterunt: o columba mea in cauernis petrz, in recessu scalarum. Vox est hæc Dei patris declarantis gratissimam sibi esse sponsam, quæ in vulneribus Christi assidua cogitatione commoratur. Scalz sunt creaturæ per quarum

Canticis.

Canticis.

considerationem ad amorem Dei ascendimus,

& anima iam illis oblita tota se in vul-

neribus Christi ab-

sorbuait,

kk a

DE

# DE PASSIONE DOMINI QUÆ stio singularis.



**V**ERITVR, Cum nulla necessitate, sed omnino sponte passus sit Christus Dominus, quare toties repetitur in sacris Euangelis, illud verbum, oportet. Oportet filiū hominis multa pati a principibus sacerdotum, & scribis, & Phariseis. Item. Nonne hæc oportuit filium hominis pati, & ita intrare in gloriam suam itē. Quoniā sic scriptū est, & sic oportebat Christū pati. Profecto admiratione digna est tā frequens huius vocis, oportet repetitio. Vnde, obsecro nascitur ista necessitas, quam vox, oportet, significat? Ex decreto certe, quod ante sæcula factum erat in consistorio beatissimæ Trinitatis, & in diebus antiquis est manifestatum per ora prophetarum; hinc post passionē ait Dominus ad Apostolos. Hæc sicut verba, quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyse, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati, & resurgere tertia die. Itaque ob eam causam fieri oportebat, quoniam scriptum decretum diuinitatis debebat impleri. Secundo nascitur prædicta necessitas ex mandato, quod Christus homo, hoc est secundū quod homo acceperat à Deo patre, siue à Diuinitate, de quo mandato dicitur apud Beatum Ioānem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et statim dixit surgite eamus hinc, scilicet ad locum ubi tradar in manus iniquorum. Tertio nascitur ex fine intento, qui est redemptio generis humani, talis in qua scilicet reliceat sicut misericordia Dei, & iustitia eius, qui finis obtineri non potuit sine sanguinis effusione, uti multis rationibus probat Beatus Paulus, potissimum capite nono ad Hebræos. Omnia tamen hæc videlicet decretum diuinitatis, mādatū Dei patris, determinatio modij, quomodo redemptio generis humani, omnia dico, præsupponū liberā voluntatem filij

4 sua sponte, ex commiseratione hominum acceptantis. Itaq; vti indecens est, & indecorum atq; iniquū rapere inuitum ad supplicia, quæ non ipse sed alij commeruerunt: ita decentissimum est, & pulcherrimum acceptare hostiam sua sponte se se offerētis pro liberatione patriæ, parentum, & cognatorum. Nam & hoc olim apud Romanos ad monumentū immortalitatis dignum habebatur, quamuis occumbens pro patria prorsus interiret, citra spē futuræ resurrectionis. At verò certum erat & Deo Psal. 15. patri, & ipsi filio illud Prophetæ: Quoniam non derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuū videre corruptionem. Itaq; filius Dei patris hoc genere mortis non erat interiturus, sed post modici temporis passionem, æternū victurus in gloria patris, cū eisdē, quos moriendo Deo lucrifaceret. Pulchrū ergo opus fuit passio filij, quia nequit pulchrior esse affectus dilectionis in filio erga patrē, quā vt obediat vsq; admortē, & proposito sibi gaudio, malit sustinere crucem, quam non per omnia placere patri. Vtinam, vtinam & nos essemus in charitate radicati & fundati, quod flexis genibus orat Beatus Paulus, vt possimus, ait, comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum, consiliorum scilicet Dei, in opere redemptionis generis humani; scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. Inquit Beatus Apostolus, supereminentem scientiæ, in dati uocasu, quia maior est charitas Christi Domini nostri, quam exhibuit patiēdo, quam sciri à nobis aut intelligi posset. Et quamuis nunc patefacta sit charitas Christi, tum operis exhibitione, tum scripturarum testimonijs, tamen non tam mentis acumine intelligitur, quam amoris affectu cōprehenditur. Hinc Beatus Apostolus: In charitate, inquit, radicati, & fundati, vt possitis comprehendere. Vis enim amoris erga nos, & pondus eius non tam discuntur, quam sentiuntur, & quo magis redamaueris, eo comprehendes plenius.

Ad Philip. 2.

Ad Eph. 3.

Passionis Christi Iesu fructus.

6 Scribens B. Paulus Corinthijs inquit. Ex ipso autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redēptio, vt, quæ admodū scriptū est qui gloriatur in Dño gloriatur. Hoc breui sermone aperuit nobis

1. Ad Cor. 15

**B.** Apostolus vbertatē fructuū passionis Iesu Christi Saluato  
 ris nostri. Ex ipso, inquit, scilicet, Deo vocāte & trahēte, estis in  
 Christo Iesu, vos scilicet reconciliati. Sed obserua ibi vocem,  
 estis, quod sit verbum substantiæ, siue substantiuum, vti gram  
 matici docent, quasi dicat. Ex ipso subsistitis in Christo Iesu,  
 siue, quod verè, ac salubriter, atque idoneo modo estis ad finem  
 creationis vestræ consequendum, id per ipsum Christum ex  
 Deo estis. Qui Christus factus est nobis (scilicet patiēdo) sa  
 pientia, iustitia, &c. vt qui gloriatur, (vti possunt meritò gloria  
 ri omnes, qui sunt Christi) in Domino gloriatur, non in se ipso,  
 quasi ex se, aut ex proprijs viribus haberet hoc, & non à Dño.  
 Quibus si addas quod alijs locis insinuatur scriptura sacra, videli  
 cet, quod Christus est vita nostra, victoria nostra, pax nostra, sa  
 lus nostra, deniq; gloria nostra; iam summam habebis fructuū  
 passionum in carne Christi: quia omnia hæc habemus per Chri  
 stum, & peculiariter ratione passionum eius. Sed dices quo pa  
 tēto fieri potest, vt Christus Dominus sit nostra sapientia, qua  
 nos sapimus, nostra iustitia, qua nos iusti sumus, aut victoria,  
 qua nos vincimus? Respondeo, quod causalis est sermo Bea  
 ti Pauli; Quandoquidem, factus est nobis sapientia, & iustitia  
 &c. id significant, factus est nobis ratio, & causa sapiendi causa  
 iustitiæ, qua iusti sumus, causa sanctitatis, qua sancti sumus, cau  
 sa redemptionis, qua redēpti sumus. Eiusmodi autē causalis ali  
 quoties in propositione absoluta inuoluitur, vt ibi. Ego sum  
 resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,  
 viuet; ita sæpe, citra inuolutionem clare exprimitur, vt ibi.  
 Qui factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salu  
 tis. Habet tamen plus gratiæ, & energiæ sic dictum, Qui factus  
 est nobis iustitia, quam, Qui factus est nobis causa iustitiæ  
 nostræ. Significat enim illa propositio, quod ipse sit summa iu  
 stitiæ nostræ adeoque non subsistat in nobis vera iustitia, nisi  
 ex illo, per illum, & in illo. Ista vero propositio, factus est no  
 bis causa salutis, potest habere veritatem, etiam si quomodo li  
 bet causa existat, vel plantando, vel rigando, vel absoluendo,  
 quomodo Paulus erat Corinthijs & Ephesijs causa salutis di  
 cens. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Ne  
 quaquā tamē Beatus Apostolus erat Corinthijs iustitia, salus,  
 redēptio; hoc quoque in verbis Apostoli debes aduertere, quod  
 Christi

Ioan. 17.  
 Ad Hebr. 5.

10 Christus factus est nobis non utique solum sapientia, uti fin-  
 xerunt Pelagiani, sed & iustitia, & sanctificatio & redemptio,  
 ponit enim Sāctus Apostolus quatuor, & hoc quidē per coniu-  
 ctionem copulatiuam sæpius repetitam exaggerandi causa.  
 Nec solū factus est nobis ista, sed & vita, & victoria, & gloria,  
 & pax, & salus deniq; totius hominis in æterna fælicitate. O  
 fœlix peccatum quod talē meruit habere redemptorē. Si autē  
 quæras, quibus medijs Christus Iesus, qua ve ratione factus sit  
 nobis sapientia à Deo? Respondeo, quod exemplo vitæ, verbo,  
 doctrinæ, merito acerbissimæ passionis, efficacia operationis,  
 qua operatur, non solum, ut Deus, verū etiam, ut homo habens  
 potestatem omnium, & quæ in celo, & quæ in terra sunt. Oportet  
 11 etiam intelligere iustitiā hęc non accipi pro iustitia cōmutatiua,  
 aut distributiua, aut vindicatiua, quæ partes iustitiæ sunt, sed  
 pro iustitia absolute dicta, qua implet homo omne debitū, ad  
 quod quoquomodo obligatur, debitū naturæ, debitū legis, de-  
 bitum insuper virtutis, ubi, & quando oportet, quæ facit homi-  
 nem, & iustus, & foris, ac quaqua versum esse, quod iure seu me-  
 rito esse debet, sub Deo, & erga proximum suum. Sanctificatio  
 autem accipitur pro præstantiori statu & conditione, ut ita di-  
 cam, qua homo ita sublimatur, ut deinceps sit plusquā homo,  
 nempe diuus, ac deificatus siue consors diuinæ naturæ. Verum  
 vox, redemptio, quid significat? Redimere nonnūquam accipi-  
 tur pro suo simplici scilicet, emere; aliquando vero significat  
 iterato suum facere, quod in alterius potestatem venerat pre-  
 12 tio interposito: & ita sane accipitur hoc loco, nempe pro libe-  
 ratione, qua genus humanum prius venundatum sub pecca-  
 to, denuo vindicatur in libertatem à seruitute peccati, à captiui-  
 tate, ac dominatu illius, qui potestatem accepit à Deo in eos,  
 qui male agūt, pretio sufficiēti annumerato, iuxta illud. Solue  
 vincula colli tui, captiua filia Sio, quia hæc dicit Dominus. Gra  
 tis venundati estis, & sine argento redimemini. Gratis, id est,  
 sine cōmodo: quia quod peccando querebatis, non estis conse-  
 quuti. Et sine argēto redimemini, quia nō corruptibilibus, (ut  
 ait B. Petrus) auro vel argento redēpti estis de vana vestra cō-  
 uersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni  
 immaculati Christi. Præsupponit itaq; redemptio (de qua hic 1. Petri. c. 1.  
 sermo est) venundationem, captiuitatem, & seruitutem in quæ

coniectus erat homo peccando, & includit pretiū, non qualecū- que, sed pretium iustum illiusque pretij exhibitionem, vt sit vera emptio eius, quod venundatum erat.

B. Augu. in  
medic. 8

Fructum denique huius sacratissimæ passionis breuissimis verbis Beatus Augustinus in suis meditationibus expressit dicens. Quid enim deliquit homo, quod nō redemerit filius Dei

B. Amb. lib.  
2. Super Lucā

factus homo? Vnde Beatus Ambrosius super Lucam, ait: Plus Domine Iesu tuis iniurijs debeo, quod Redemptus sum, quam operibus, quod creatus sum.

# PASSIO DOMINI IN IUDÆIS

scandalum.

Isaia: 37  
1. Ad Timo.  
4. & 6. & ad  
Hebr. 6



**A**XIMA Ponderatione sacra scriptura plurimis in locis Deum appellat Deum viuum, vt patet in Isaia Propheta, qui ait. Dominum Deum viuentem &c. idest, Deum viuum. Et Beatus Paulus sepenumero Deum viuum nuncupauit.

1. Ad Cor. 1.

Res quidem admirabilis est, & consideratione digna, quod sancti Deum non simpliciter appellent Deum, sed Deum viuū, quia ipse per essentiam vita est. Y esta fue la marauilla, que el Dios, que es vida por essencia, tomo tal modo de vida, que pudo morir en ella, y murio, vt ibi magnitudinem suam ostenderet. Nos prædicamus Christum crucifixū, (inquit Beatus Paulus) Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam. Græci stultitiam esse putabant, quod homines in hominem crucifixum crederēt; atq; ita Plinius de Christianis ad Traianū scripsit se de illis nullum aliud malum reperisse præter cantus ante lucanos, quibus hominem crucifixum laudabant. Et hac superstitione dempta pij erant, iusti, & casti. Hoc igitur, quod cæci, & infideles homines insaniam reputabant, inquit Sāctus Apostolus, ipsis autem vocatis Iudæis, atq; Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Virtutē, idest, potentiā. Ibi enim ostensa est virtus, potentia, atque sapientia Dei. Nam in morte, in qua antea homines maximam miseriam inueniebant, post

mor:

3 mortem filij Dei, in ea vitam inuenerunt; porque por poner  
alli la vida, murio el que es la mesma vida.

P A S S I O N I S  
T E X T V S A L I A  
explanatio.

*Tristis est anima mea vsque ad mortem.*



1 **P**R O Declaratione eorū, de quibus nobis hic agen  
dam est, præsupponere oportet, quod secundum B.  
Augustinum apud Magistrum potentia rationalis  
duo habet officia, alterum consistit in rerum diui-  
narum contemplatione, alterum vero in consideratione rerum  
humanarum. Verbi gratia quando anima contēplatur esse Dei,  
& eius attributa, hæc contemplatio vocatur officium portionis  
superioris rationis, sed quando considerat operationes huma-  
nas, in quantum sunt rationi conformes vel quando considerat  
aliquod bonum, aut malum, talis operatio nuncupatur officium  
portionis inferioris, hoc est consideratio rerum inferiorum. Se-  
cundo obseruandum est, quod (vt ait: Scotus, quem sequitur  
Caietanus) portio superior est æquiuoca, hoc est, significat  
duo. Primum est considerare res diuinas, secundum vero confi-  
derare res humanas, ipsas in Deum referendo, vt. si aliquis con-  
sideraret peccata, in quantum sunt contra Deum, hæc conside-  
ratio esset portionis superioris in secunda significatione accep-  
tæ. Tertio præsupponendum est quid sit tristitia, & à quibus  
principijs oriatur. Ad quod dicimus tristitiam non esse opera-  
tionem, sed passionem; & principium eius esse actum volunta-  
tis, quæ est nolitio: atque ita tristitia sic diffinitur: est quedam  
passio, & anxietas, quæ procedit ex eo, quia aliquid fit, quod  
nos fieri nolebamus. Notandum est etiam quod hæc nolitio cō-  
tingit vno ex duobus modis, vel absoluto, vel conditionali, pri-  
mus modus apertus est, & manifestus, secundi autem exem-  
plum sic possumus apponere: Quando mercator proijcit mer-  
ces in mare, ne nauis ponderis magnitudine submergatur,

Matth 26

Magist. in. 2.  
d. 24

Scot. in. 3.  
d. 15.

Caiet. 3. p. q.  
46. art. 7.

Tristitiæ de  
finitio.

huiusmodi mercator habet volitionem absolutam, nolitionem autem conditionalem: nã absolute vult projicere merces in mare, & simul habet nolitionem conditionalem, quia si possibile esset, nolebat illas mittere in mare, atq; ita tristatur. His præhabitis dicimus, quod Christus reparator noster passus est tristitiam in portione inferiori, & in superiori, & in omnibus potētis exterioribus corporis. Et hoc est, quod in persona Dñi regius Prophetæ dixit introducēs ipsum in horto. (vbi tormenta quæ sanctissima eius humanitas passura erat, ei representata fuerunt) cum patre æterno loquentē, atque dicentem. Dñe Deus salutis meæ in die clamaui, & nocte coram te. Hoc est. Omni tempore tam horis diurnis, quam nocturnis ad te voces, & clamores excito. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meã. Tu ò pater mi, qui ianuas apertas habes ad audiendum peccatores præbe, obsecro, orationi vnigeniti filij tui ingressum. Quæ agoniz, & anxietates sunt hæ tuæ ò verbū humanatum, vt tanta sollicitudine à patre æterno audiri deposcas? Qui arepleta est malis anima mea, hoc est. No ay potencia interior, ni exterior en mi, que no este engolfada en vn mar de amargura, y tristeza. Itaque patiuntur portio superior, & inferior: superior quidem in consideratione peccatorum Adæ, & posteritatis eius, quæ aduersus altissimum Deum commissa sunt. Atque ita Diuus Ambrosius loquens cum filio Dei inquit. Doles domine non tua, sed mea vulnera. Veniamus nunc ad portionem inferiorem Domini. Volebat bonus Iesus pro defensione veritatis atque pro honore æterni patris mori, sed nolebat, si possibile esset, tanto dispendio suo persolvere, id est, noquisiera si fuera posible pagar con tanta costa suya. Y deste no querer condicional nascia vn tristeza en su alma tan grande, que se abrieron con la fuerça della los poros del cuerpo: Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Sed quæro, si anima sacratissima sanctissimi Redemptoris nostri ab instanti suæ creationis fuit beata, & cum beatitudine (quæ est summū gaudiū, & lætitia) non compatitur aliqua tristitia, quomodo dicimus illum in summo gradu contristatum fuisse? Ad hoc respondetur, quod quãdo tristitia, & gaudiū sunt de rebus contrarijs, & diuersis bene compatiuntur, quia non sunt contraria, nisi quando sunt de eodēmet subiecto

Psalm. 37.

Vide. D.  
Tho. 3. p. 9.  
46. art. 8.

Vide. Scotū  
in 3. d. 15.

subiecto

subiecto, sed non de diuersis. Vnde beatus Augustinus inquit. Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Portio igitur superior clementissimi Iesu, dum tantummodo se in diuinitatis contemplatione occupabat summam lætitiã habebat: dum autem eadem portio superior peccata hominum offensiuã diuinæ maiestatis considerabat de illis incomparabilem habebat tristitiã. Et hæc est doctrina subtilis Scoti, quem in hoc D. Thomas, & Caietanus vbi supra sequuntur.

Scotus D.  
Tho. & Caietan.  
vbi supra.

# P A S S I O N I S F R U C T V S M A X I M V S.



ON sicut delictum, ita & donum, inquit beatus Paulus ad Romanos scribens: tanquam si dicat.

Ad Rom. 5.

Fortius est donum hoc est passio Christi, quam delictum, hoc est, peccatum Adæ: fortius dico, nõ ef-

fusus, aut propagatum latius. Nam donum Christi Iesu non prodest pluribus, quam noceat delictum Adæ, attamen prodest omnibus regeneratis per Christum saluatorem nostrum, sicut illud nocuit omnibus genitis ex Adam, multoq; magis ac largius profuit, illud, quam nocuit istud, quia plus mali tollit, & plus boni præstat clementissimus Iesus regeneratis, quam mali attulit, at Adam ex se generatis. Adam per vnum delictum transmisit in filios vnum peccatũ originale Christus vero per donum suum non solum vnum hoc, sed cetera omnia peccata actualia sustulit regeneratis. Si igitur ex Adæ inobedientia nascuntur filij iræ omnes, qui propagantur ab ipso multo magis ex Christi obedientia efficiuntur filij gratiæ, & pacis quod quot renascuntur ab ipso. Nam charitas, seu bona voluntas Christi Domini pro nobis in carne patientis, longe est potentior, quam mala voluntas Adæ transgredientis, aut Iudei crucifigentis. Est præterea hæc differentia inter Adam, & Christum Iesum. nam Adam transmisit in posteros peccatũ originale, non quidem hoc ipsum illis merendo, sed naturam originali peccato vitiatam propagando: Christus autem, quatenus homo transmisit iustitiã in filios non propagando illam, sed merendo suis passionibus apud Deũ, quod hæc daretur omnibus, qui fide

aut

aut fidei sacramento efficiuntur palmites in ipso. Ideo, vt ibidem dicitur, sicut in Adam omnes moriuntur ita & in Christo omnes viuificabuntur. Ex quibus facile colligitur, quod sermo eiusdem Domini ad Martham, videlicet, ego sum resurrectio, & vita, est sermo causalis, non formalis. Non enim Christus viuens nunc in cælis, est formaliter vita nostra habitantium hic in terris, sed ipse merito obedientiæ suæ causa est vitæ nostræ, & resurrectionis, sicut Adam inobedientia sua, est causa mortis nostræ, & damnationis. Et non solum est causa Christus Iesus vitæ nostræ spiritualis, sed etiam corporalis, nam sua passione effecit, quod mors corporis, quæ sua natura est æterna (quia deducit ad incinerationem carnis) non sit Christianis æterna sed tantummodo temporanea. Quamuis autem vsque ad nouissimum diem duratura sit hæc mors, non potest tamen ulterius protrahi quod à summa veritate horarium appellatur & ab Apostolo eius hora nouissima. Docet enim ipse cælestis magister, à tēpore, quo ipse prædicabat vsq; ad generalē resurrectionē mortuorū non nisi horam vnā intercedere, quam Beatus Ioannes prima sua Epistola vocat nouissimam horā. Secundū phrasim tamen hoc dictum intelligendū est, quia dum minimum tempus significare volumus, causa excutiendi tædij, horā dicimus siue horulam, siue nouissimā horam, & re vera totū illud tempus à Christo Iesu nato, vsq; ad iudicium extremum vix hora est cōparatione æternitatis, aut secundū horologiū, vt ita dicam, quod in cælis indicat æternæ durationis portiunculæ. Effecit etiam clementissimus Dominus passione sua, vt resurgant corpora nostra ex mortuis multo cum fænore, & cum eodem fænore, quocum surrexit ipse Christus de sepulchro, dicente Apostolo, Qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Est quidem verum, quod etiam resurgent impij, sed non vt immutentur ad dotes illas, quas Christus accepit in corpore suo resurgendo, sed vt transeant de morte prima ad mortem secundam. Itaque ordine quodam habemus victoriam de omni morte per Christum Iesum passum: primo de morte animæ, deinde de morte corporis, quæ est mors prima. Nam mors prima est quam moritur homo vsq; ad iudicium extremum. Nouissime autem habebimus victoriam de morte secunda (cuius fit mentio in Apocalypsi) cum mor-

1. IOAN. 2. C.

Ad Philip. 3.

Apoc. 2.

6 mortale hoc induerit immortalitatem: nam tunc fiet sermo, qui scriptus est; absorpta est mors in victoria. Etenim modo, quavis victoriã habeamus de morte animę, sepe labimur & eã amittimus, licet nihil eorũ, quę sunt aut in cęlo, aut in terra, aut sub terra, neque hæc omnia simul iuncta possunt hanc nobis de-  
 7 nuo intentare mortẽ nisi nos velimus: adeo inuicta est hæc per Christum Redemptorem nostrũ victoria, adeoq; in nostra ipsorum posita voluntate. Quandiu enim manet in nobis charitas Dei, quę est per Christum Dominum, manet & in nobis vera vita, pulsa procul à nobis morte animę, at nihil eorum quę sunt, erunt, vel fuerunt, possunt nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu, nisi nos nostra sponte separemus nos metipsos à Deo. Vnde B. Paulus ad Romanos ait. *Quis se-* Ad Rom. 8.  
 parabit nos à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? (sicut scriptum est: quia propterte mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eũ, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia ne mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neque instatia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Domino nostro. Vbi enumeratis omnibus solã proprię voluntatis potestatem non enumeravit; significans nihil posse nos separare nisi nos nostra voluntate sponte separemus nos met ipsos. Cur vero, (si interrogas) non & hoc dedit nobis Deus, vt non possimus ne nostra quidem voluntate rursũ separari à morte? Respondeo, quia gratia perficit naturam & non destruit. Præcipua vero portio, qua differimus à brutis animalibus, est liberum arbitrium: At Christus non venit perdere liberum arbitrium, sed liberare suis gratijs, promouere item, & adiuuare, quo possit hic certare bonum certamen, & vincere omnia sibi aduersantia, tandem coronandum corona glorię in cœlestibus, vbi nec pugna amplius erit, neque vinci continget.

Quemadmodũ Marcus ille Antonius oratione sua ad populũ habitam in Iulij Cęsaris interfecti morte, nõ tantũ sua elegãtia, & copia dicendi quantũ toge ipsius Cęsaris sanguine cõspersę ostentatione, eo tandẽ comouit populũ Romanũ, vt interfectores

Isai. 53.

Et oves ipsos & homicidas Cassium, & Brutum ab urbe exterminaret, ita plane faceret ipse orator, & concionator, non tam fretus sua concione, quam meritis, & commemoratione passionis Christi domini nostri, eo tandem audientes redigere debet, ut non quidem Cassium, aut Brutum expellat, sed peccata ipsa, quae causa fuerunt, ut tam vehementissimos sustineret piissimus dominus cruciatus, tam dira supplicia, mortemque crudelē, iuxta illud Isaiae: vulneratus est propter iniquitates nostras.

### Passionis gratitudo.

**I**Nter innumerabilia beneficia à Deo nobis collata sane beneficium illud Redēptionis, quo nos redemit sanguine suo pretiosissimo, est illud quidem singulare, & eximiū, quo maxime ei obligati sumus. Recte enim philosophus quidam inquit, Qui beneficia inuenit, cōpedes inuenit, quibus videlicet beneficiari animus benefactori suo amoris vinculo deuincitur. Porro Philosophi sententia est, causam primam plus influere in effectum quam secundam, quoniam secunda nihil habet aliud quam quod accepit à prima. Deus autem, qui prima causa est, omnes alias causas mouet, quemadmodum primus orbium caelestium inferiores impulsu, atque motu suo secū agitatur, & mouet. Ille ergo est, qui conseruat omnia, & omnia in nobis operatur. Cum moues manum magis ab illo, quam ab anima tua moueris, & sic in ceteris. Si hoc igitur ita est, scire cupio qui fieri possit, ut, cum animam tuam, diligas non multum magis Deum diligas à quo tanto magis, quam ab anima tua pendes? Licet autem multa nobis Deus praestiterit ad omnipotentiam suam manifestandam, multo maiora sunt, quae is, ut misericordiam & charitatem in homines declararet, operatus est, sicut fuerunt opera redemptionis. Magnum profecto fuit, quod sol in caelo steterit immotus: at quāto magis, quod ipse sol iustitiae è caelis in terrā salutis nostrae causa descenderit? Magnum quod per undas maris rubri iter populo suo in terram promissā patefecit: at quāto maius, quod per sanguinis sui undam iter nobis in caelum aperuit? Magnū fuit quod tot plagis Aegyptios affecerit: at quāto maius est, ipsum tot plagas in corpore suo nostri causa suscepisse? Magnum quod percusso silice, populo sitiētī aquam praebuit, sed multo maius, quod pretiosum latus suum aperiri lactea

Iosue. 10.

Exod. 14.

Exod. 17.

passus

## Passio Domini.

527

<sup>12</sup> passus est, vnde nobis vitæ fontē propinaret: magnū fuit hostiū primogenitos propter liberandos adoptionis filios, ad mortem tradidisse: at quanto maius, atque mirabilius est, quod pater æternus amantissimum filium occidi passus fuerit, vt indignos ser- Exod. 11. uulos à diaboli potestate redimeret.

## PARENTES.

*Quomodo parentes honorandi sunt, inuenies. lit. b. ti- tulo, honor debitus parentibus.*

# PATIENTIA CHRISTI REDEM- ptoris nostri.



**V**BI nos legimus in Canticis: Botrus cypri dilectus Ca. 1. 1. meus mihi alia litera habet. Racemus cāforæ amor meus mihi. Mi amor Iesu Christo es para mi. razimo Simile. dealcanfor. O diuina, atque appositissima similitudo! Alcāphor arbor est quedam, cuius gumi hoc est goma hanc habet proprietatem, vt si granū eius incendatur igne, & in lam- pade plena aqua collocetur, ardet, & ex se clarā. & nitentē flam- mā emittit. Res quidē admirabilis est flammā illā aqua non ex- <sup>2</sup>tingui, sed ardere, & clarius coruscare. Granū igitur, & nō solū granum sed etiā racemus, (id est vna piña de alcāphor) est Ie- sus Christus Redemptor noster, siquidem aquæ illæ ingrati- tudinis suorum inimicorum, & aquæ illæ tot, ac tantorum tor- mentorum, quæ intrauerunt vsque ad animam eius, non solum non extinxerunt eius amorem, verum etiam illum nitescere, & magis coruscare fecerunt, dum magis suam ineffabilem patien- tiam, mansuetudinem, & liberalitatem ostendit cum ea nocte, qua tradebatur altissimum sacramentum sui sacratissimi corpo- ris, & sanguinis instituit, & in cruce pendens pro suis inimicis orauit. Discamus igitur ab hoc cælesti magistro in maioribus la- boribus maiorem patientiam, & amorem erga inimicos nostros ostendere.

PATIEN-

## P A T I E N T I A.

**N**udus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar  
 nulluc; inquit S. Iob. Egregia profecto, & tanto viro digna cō-  
 sideratio ad ferenda diuina manu cōtorta, & ad ferēdos impetus  
 inimicę fortunę. Nā qui prima naturę initia, primoq; ad hanc  
 vitam aditus, exitusq; probē cogitauerit, fieri non potest, quin  
 magna animi elatione aduersitates omnes, & erūnas incidentes  
 æquo animo sustineat. Ita venerabilis Iob fortunis omnibus  
 amissis, amissa charissima sobole mētus est, & luget: sed vt in  
 tanta tristitia necessariā seruaret animi constantiā, ea tēpora in  
 mentē reuocat, quibus aut nihil horū habuit, aut nihil prorsus  
 sit habiturus. Nascitur hęc summa animi cōstātia, & tolerātia in  
 aduersis non tantū ab istarū rerū contēplationē, verum etiam  
 ab studio quodā, & diligentia, quā solent habere sancti viri, vt  
 ipsa securitate animus properet ad difficilia. Vt miles, qui in  
 media pace sine hoste decurrit, & vallū facit, & superuacuo la-  
 bore lassatur, vt tēpore necessario sufficere possit. Ita aduersam  
 fortunā ipsa re sancti homines non trepidabāt, qui ante rem se  
 exercebant. Sic credendū est S. Iob se frequenter inter diuitias,  
 & felicitatē exercuisse ne ipsum imparatū fortuna deprehende-  
 ret, ita vt antequā esset pauper, sciret quā esset graue pauperem  
 esse. Sic dicebat Seneca ad Lucillū. Interponas aliquot dies, qui  
 bus cōtēntus animo, ac vilissimo cibo dura, atq; horrida veste,  
 dicas. Hoc est, quod timebā. Hūc consonat præclarū illud dictū  
 Agesilai Lacedæmoniorū regis, qui admonitus à quodā, vt ali-  
 quid de vitę rigore remitteret, quia ( quæ est vitę volubilitas )  
 euenire posset, vt tempus ipsum exigeret aliā viuendi rationē,  
 respondit. Ego me consuefacio, vt quæcunq; inciderit fortunę  
 mutatio, ne quæram ipse mutationem. Hoc argumento S. Iobi  
 homines nō prorsus stupidi solēt colligere externa bona ista no-  
 stra nō esse in quę fortuna ipsa, variq; casus tantū habēt iuris.  
 Hinc Ecclesiasticus ait. Sicut egressus est nudus de utero ma-  
 tris suę, sic reuertetur, & nihil auferet secū de labore suo. Et B.  
 Paulus ad Timotheū scribens inquit. Nihil intulimus in hunc  
 mundū, haud dubiū, quod nec auferre quid possumus. Est etiā  
 obseruandū, quod propter patientiā, quam homo in paruis labo-  
 ribus habet, solet Deus illā ab alijs maioribus eripere. Quod in-  
 telligēs S. Iob dicebat. Nonne dissimulaui? Nonne silui? Nōne  
 quiesci?

simils:

Eccles. 5.  
1. Ad Ti. 6. c.

Iob. 3.

6 quieui? Et venit super me indignatio, scilicet tua Dñe? Quod Chaldeus interpres clarius verit. Nonne dissimulaui, quando nuntiatum est mihi de bobus? Nonne silui, quando nuntiatum est mihi de incendio ouium? Nonne quieui, quando nuntiatum est mihi de camelis? Et tamen indignatio venit, quando nuntiatum est de morte filiorum. Ac si dicat. Et tamen hæc tempestas coorta est, & super me irruit quanuis in primis minoribus infortunijs patientiam habui.

Patientia.

IN libro Iob legitur Eliphaz amicum Iob dixisse. Increpa- Iob. 5.  
 tionem Domini ne reprobas, quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Metaphora sumpta ab arte  
 7 chirurga eleganter, atq; sapienter commendat diuinam prouidentiam. Quanuis, inquit, diuina castigatio multis ex causis nõ est hominibus repudianda, vel ob eam rem maxime, quia ipse, qui vulnus infert, vulneri medetur, imo ob eam rem percutit, & vulnerat, vt medeatur, & vt ampliorem salutem afferat. Itaque, si recte animaduertamus, pro electis est in exiliũ projici, in egestatem deduci, ignominia affici, & multis modis affligi. Quod si hoc miraris, mireris etiam oportet quosdam non tantum fame, ac siti, sed igne, & ferro cruciari, quibus interdum raduntur ossa, extrahuntur venæ, amputantur quædam corporis membra, quæ sine totius hominis pernicie hæere non poterant. Huc pertinet quod Eliphaz inquit. Deus inter electos, vt chirurgi solent, & vulnera infert, & ignem interdum, &  
 8 ferrum adhibet, sed vt integerrimam afferat salutem. Illud est etiam nimis aduertendum, Deum nostrum non ita obductas cicatrices curare, & vulneribus mederi, quemadmodum medici, atq; chirurgi solent, qui, tametsi vires, & putredinem exhauriant, vulnus, & cicatrices curent, nunquam tamen ea ratione medentur, vt non maneat in vultu, aut alia corporis parte aliquod cicatricis vestigiũ, & quamuis salutẽ afferat, vultus tamẽ scditatẽ, aut turpitudinẽ auferre non possunt. At supremi chirurgi manus ita inflictis vulneribus medetur, vt nullũ illorum vestigium deprehendi possit, non tantum notam omnẽ scditatis, & turpitudinis auferet, verum etiã & maiorem pulchritudinem, & venustatem multo magis mirabilem inducit. Hoc me-

dendigentis post vulnera sapienter satis Eliphaz explicare voluit sequentibus carminibus. In sex tribulationibus (inquit) liberabit te, & in septima non tanget te malū. Hoc numero septenario, vt ego iudico, genus omne tentationis exprimere voluit, ac si dicat. Omni tempore te liberabit, & in omnibus tentationibus te eripiet. Eodem loquendi tropo dicitur à Salomone in Prouerbijis. Septies in die cadit iustus, hoc est, frequenter contingit hominem iustum in aduersas fortunas incidere, (nam locum explicare de peccatis leuiores nunquam aliquibus probari potuit.) Est enim septenarius numerus apud Hebræos absolutus, & quasi perfectionis symbolū. Hinc in Leuitico dicitur, Percutiā vos septies propter peccata vestra. Et Amos Propheta ait. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nō conuertā eū. Quibus & alijs multis locis facile colligitur, nō esse abstrusiora alia mysteria necessario hoc in loco inuestigāda, sed iuxta literę sensum simplicissime intelligendū, & interpretandū. Liberabit ergo te ab omni tentatione, & omni tempore liberabit ita, vt post inflicta vulnera plenam, & integram ab omni malo consequaris salutem.

## P A T I E N T I A



**I**AM Misericors est Deus, vt in medio preconū suæ iustitiæ non obliuiscatur suæ misericordię, nosq; puniat, non vt perdat, sed vt seruet, & eripiat. Scindit, recidit, & sarcit, efficit, & destruit, & omnia hæc, vt vellem efficiat: scindit in hac parte vt connectat in illa, integrum pannum lacerat, sed vt coniugat, & ex eo pulchrum conficiat indumentū. Ita se habet Deus erga nos, cū enim nos calamitatibus premit non est causa lacerandi, sed coniungendi; diuidit, vt congreget: secāt, vt sarciat: recidit mūdi voluptates, vt in animo nostro cæli gaudia cōnectat; euertit diuitias caducas, vt nos diuitiarum æternarū participes efficiat; aufert filios, vt nos in filios suos adoptet; leuat nos, vt religet, & viuificet, ac vt ex nobis utilē vestē patientiæ, & tolerantię absoluat. Id intelligens Sæctus Propheta Isaias inquit. Vt faciat opus suum, alienum opus eius; vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus Dei propriū

simile.

Itai. 28.

appel-

appellat misereri, opus vero alienum ab eo erumnis premere, & affligere: sed affligit nos calamitatibus, vt ad se trahat. Hoc Thren. 3. asserit Propheta Hieremias his verbis. Qui si abiicit, & miseretur secundum multitudinem misericordiarum suarum; non enim humiliat ex corde suo, & abiicit filios hominum. Quis ergo hæc omnia intelligens, & considerans patienter mala à Deo inflicta non sustinebit? A Deo enim omnia mala infligi dicuntur. Vnde Beatus Augustinus super Psalmos inquit. Cuicumque aliquid accidit, dicat. Dominus dedit, Dominus abstulit; si cut Domino placuit, ita factum est, sit nomen eius benedictum. Non dixit Dominus dedit, diabolus abstulit. Intendat ergo charitas vestra, ne forte dicatis, Hæc mihi diabolus fecit. Prorsus ad Deum tuum refert flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid fecit, nisi ille, qui desuper habet potestatem, permittat, aut ad pœnam, aut ad disciplinam: ad pœnam impijs, ad disciplinam pijs: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Non te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exhæredari. Flagellat omnem filium, quem recipit. Ita omnem? Vbite volebas abscondere? Omnem, & nullus exceptus, nullus sine flagello erit? Quid est omnem? Vis audire quem omnem? Etiam vnicus sine peccato, non tamen sine flagello scilicet ipse vnigenitus filius Dei

B. Aug. sup. Psalm. 31.

Prove. 3.

# A D P A T I E N - T I A M C O N - ducentia.

**A**D Patientiam conduit, quod Seneca libro de Seneca lib. de Moribus: moribus inquit. Nondū foelix es, si non dū te turba deriserit. Si beatus vis esse, hoc cogita primū, contēnere ab alij contēni. Multi sunt sicut paruuli, qui latratu catulorum, qui mordere nō possūt, terrentur. Vnde merito ait idem Seneca. Autoritatem habemus senum, & vitia puerorum, non puerorum tantum, sed etiam infantium: illi leuia formidant, hi falsa: nos vtraque. Leuia formidāt, qui verba irrisorū formidāt, falsa formidāt, qui

simile.

Matth. 9.

Isai. 3.

Psalms. 37.

Apoc. 1.

reputant dedecus, quod in veritate est honor. Mundus iste est  
 velut catulus latrans irrisoribus contra eos, qui bene agunt, sed  
 mordere nescit, quia non eos percutit, & cum satis latrauerit,  
 tacebit. De Christo Redemptore nostro dicitur apud Mat-  
 thæum. Et deridebant eum. Ecce deridetur Christus Dominus,  
 & tacet: sicut sola taciturnitate derisores tuos vinces. In silen-  
 tio, & spe erit fortitudo tua, inquit Sanctus Isaias. Non sine  
 causa vnum os à natura, & duas aures accepimus: eo quod  
 plus multo audire, quam loqui debeamus. Quoniam modo ho-  
 mo se in contradictionibus, & iniurijs gerere debet? Exemplo  
 suo declarat regius Propheta, qui, postquam hostium suorum  
 dolos exposuit, subdit protinus. Ego autem tanquam surdus non  
 audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: & factus sum  
 sicut homo non audiens, & non habes in ore tuo redargutiones.  
 Vbi illa, & declaratiua est particule precedētis, significat enim,  
 id est cum eum audirem factus sum, sicut non audiens. Quoniã  
 in te Domine speravi, tu exaudies me Domine, Deus meus.  
 Pro quo Beatus Hieronymus vertit. Te enim Domine expe-  
 ctabam, tu exaudies me Domine Deus meus. Quia autem pa-  
 tiētia in laboribus nimis grata Deo est, ideo dilectissimus Ioan-  
 nes sic in Apocalypsi volumen exorsus est. Ego Ioannes fra-  
 ter vester particeps in tribulatione, & regno, & patientia Ie-  
 su. Sciat ergo, qui amicitiam, qui regni eius consortium deside-  
 rat, se tribulationis simul, & Regni participem esse oportere:  
 nec enim alterum ab altero separari potest.

### Patientiæ exemplum.

simile.

**D**Iogenes Laertius refert Anaxarchū dixisse cū occideretur  
 à quodā tyranno. Tunde, tunde Anaxarchi vasculū; nam  
 Anaxarchū nihil lædis. Et Socrates (vt refert Plato) dicebat Ani-  
 tus, & Melitus occidere me possunt, lædere autem non possunt.  
 O admirabile hominū Ethnicorum patientiã! Ve nobis, si qui-  
 dem tam longè ab ea sumus. Vir iustus non existimat, se cala-  
 mitate, & iniuria lædi, sed eius calamitatem deplorat, qui exi-  
 stimat cum lædere, cum ipse à seipso læditur. Sicut qui ma-  
 na propterea accipit prunas, vt alium comburat, prius ipse  
 comburatur. Sic non poteris alium igne afflictionis incendere, quin  
 prius tu ipse incendio flagres. Ex quo colliges veram esse  
 illam

illam præclaram sententiam, quã B. Chrysoſtomus homilia qua  
 3. dani multis, comprobatur rationibus. Nemo leditur niſi à ſe ipſo.  
 Quã etiã apud Iſraã ſeptuaginta interpretes complexi ſunt; nã  
 vbi verſio noſtra habet: Vẽ qui prædatis, nonne ipſe prædabe-  
 ris? Et qui ſpernis, nonne ipſe ſperneris? Septuaginta tranſe-  
 runt. Vẽ qui vos miſeros faciũt: vos enim nemo facit miſeros;  
 qui reprobant vos non reprobant. Eſt enim hæc interpretatiõ  
 ſeptuaginta virorũ illorũ mirabilis quidẽ: nam qui te immeri-  
 to affligit in corpore, non tibi, ſed ſibi ipſi nocet. Floret enim  
 animus iuſti calamitate, ipſe vero ſceleratus in animo vulnera-  
 tur. Quare B. Gregorius in Moralibus inquit. Iuſti, dum tribu-  
 lationibus quatiuntur, magis ad bonum proximorum atten-  
 6. dunt, quam ad ſuum malum. Vnde Beatus Paulus. Nemo in-  
 quit, moueatur in tribulationibus meis: ipſi enim ſcitis, quod  
 in hoc poſiti ſumus. Despicit quod patitur Beatus Apoſtolus:  
 curat, ne diſcipuli aliquid in corde patiantur. Sic Iob non ſo-  
 lum vxorem reiiciebat, ſed docebat hæc illam. Vnum diſcrimen  
 eſt magnum inter iuſtos, & peccatores inter alia, quod ſcilicet  
 iuſti cum Beato Paulo dicunt, Gloriamur in tribulationibus  
 &c. peccatores vero anguſtiantur. Non ſine cauſa veteres Sa-  
 pientes memoriã prædiderunt fictis fabulis Solem paſci aquis  
 maris, Lunam vero aquis dulcibus. Quia in re ſignificare vo-  
 lebant iuſtum, qui per ſolem intelligitur amara quærere, affli-  
 ctionibus delectari: ſtultũ vero, & flagitijs coopertũ incõſtãtẽ,  
 luceq; aliena reſplendentẽ, qui per lunã ſignificatur mundi vo-  
 7. luptates appetere, falſis illecebris paſci. Quod autẽ nimis mi-  
 ſerabile eſt, quia in conſecutione ſuorum appetitũ multas la-  
 boribus à dæmone torquentur; tamen tacent, nihil conquæ-  
 runt, nihil obmurmurant, imo dura, immenſaq; tormenta ſu-  
 ſtinent peccando: at ſi in re minima à Deo affliguntur, ſtatim  
 tragoedias excitant, impatienter ferunt, ita vt ponant in cæl-  
 um os ſuum, & lingua eorum pertranſeat in terram. Similes  
 mulieri adulteræ, quæ ſi ab amico ſuo percutiatur tacet, diſ-  
 ſimulat ita, vt interrogata à quo vulnerata, aut percuſſa fuerit,  
 ſe caſu cecidiſſe dicat: at ſi à viro ſuo percuſſa fuerit clamat,  
 vicinas omnes ſuis lachrymis, & vocibus conuocat, amicis,  
 & inimicis ſuis vulnera oſtendit. Nos igitur iuſtos imitan-  
 tes dæmonum flagella, & iniurias non ferentes ad Deum cla-

quæ quæ  
 ſiã

B. Greg. lib. 3. Moral. c. 16.

Ad rom. 1.

ſi. gen. 1. 8. arbor. 10. 11.

ſi. gen. 1. 8. arbor. 10. 11.

quæ quæ  
 ſiã

ſimile.

B. Aug. sup.  
Psalms. 21.

mando accedamus petentes eius auxilium, & ab ipsius patre  
misericordiae labores immisos patienter toleremus. Oportet  
enim (inquit Beatus Augustinus,) vt intelligat homo me-  
dicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad  
salutem, non poenam ad damnationem. Sub medicamento po-  
situs vreris, secaris, clamas; non audit medicus ad voluntatem,  
sed audit ad sanitatem.

### Patientia commendatur à sanctis.

Ad Heb. 10.  
Apoc. 19.

simile.

B. Greg. in  
Moralibus.

B. Hier. in  
epistolis.

B. Aug. sup.  
Psalms. 60.

simile

**P**atientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes  
reportetis promissionem: inquit Beatus Paulus. Hinc Bea-  
tus Ioannes in Apocalypsi vidit sanctos byssino candido vesti-  
tos. Byssinum autem ait ibi esse iustificationes sanctorum. Cur  
hoc? Nimirum quia hoc byssus habet, quod cum fragilis, & vi-  
lis herba fuerit, arte tamen, & multo labore contusa, atque cō-  
cocta in pretiosum byssum euadit. Hoc exemplo virtutis stu-  
diosus professionis suae labores agnoscat. Si enim tam multo la-  
bore opus est, vt herba transeat in byssum, quid opuserit, vt  
carnalis homo in spirituaalem assurgat, cum tanta inter carnem,  
& spiritum distantia sit? Hinc Beatus Gregorius in Moralibus  
ait. Reprobi recta quidem deliberando appetunt, sed ad consue-  
ta semper mala recurrunt: esse quidem humiles, sed sine despe-  
ctu: pauperes esse volunt, sed sine defectu: esse casti, sed sine mar-  
ceratione corporis: esse patientes, sed sine contumelijs volunt:  
cumq; adipisci querunt virtutes, labores virtutū fugiunt, quid  
aliud, quam & belli certamina in campo nesciunt & triumphan-  
re in vrbe de bello concupiscunt? Non sic B. Hieronymus,  
qui in quadā epistola ait. Vtinam ob Dei mei nomen, atq; ius-  
titiam vniuersa me infidelium turma persequatur, & tribulet.  
Vtinam in opprobrium meum totus exurgat hic mundus, tan-  
tum vt à Christo merear laudari, & suae pollicitationis sperare  
mercedem. Et ad Eustochium inquit. Quis sanctorum sine cer-  
ramine coronatus est? Solus in delicijs Salomon fuit, & ideo  
forsan corruit. Merito ergo Beatus Augustinus super Psalmos  
ait. In fornace ardet palea, & purgatur aurum: illa in cinerem  
vertitur, & hoc sordibus exitur. Fornax est mundus, aurum  
iusti, ignis tribulatio, artifex Deus. Quod vult ergo artifex fa-  
cio, vbi ponit me artifex tolero: iubeor ergo tolerare, nouit iste  
pur-

# Patentia.

5352

11 purgare. Idem quoque ait. Sicut sub eodem tribulo stipule comminguntur, & frumentum purgatur: ita vna tribulatio inueniens bonos probat, purgat, & eligit; malos reprobat, exterminat, & annihilat. Quare etiam bene inquit Beatus Bernardus super Cantica. Quomodo stellæ in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus, quæ semper in prosperis non apparet, in aduersis eminet.

Idem super P(salm.) Simile.

B. Bern. super Cantica simile.

# Patentia.

IN Prouerbijs dicitur. Doctrina viri per patientiam noscitur. Non ergo religiosa verba, non longa oratio, non ieiunia, non eleemosynæ (quamuis hæc clarissima virtutum officia sint) sed malorum humilis perpessio perfectam virtutem, & sapientiam declarat. Quod rubus in deserto arderet quidem, sed non combureretur magnam visionem Moyses appellauit: vere enim magna visio est igne, siue tribulationis, siue tentationis, siue martyrij vexari, & non aduri, & cum Ecclesiastico dicere. In medio ignis non sum æstuatus. Vere enim hoc non minus mirum est, quam quod olim tres pueri inter fornacis Babylonicæ flammæ illæsi, intactique diuino eos auxilio protegente, permanserunt. Ratio autem, quare rubus non comburebatur, fuit, quia Dominus erat in medio rubi. Hinc Beatus Gregorius in Moralibus ait. Sicut aromata fragrantiam suam non, nisi cum incenduntur, expandunt: ita sancti viri omne, quod virtutibus repletum est, in tribulatione innotescunt.

Prouer. c. 29

Exod. 3.

Eccle. 31.

## PATIENTIAE

## PERFECTIO.



**A**men. Hanc virtutem nos mouere debet, quod Beatus Gregorius in registro ait. In omnipotenti Deo tunc certa fiducia est, quando pro bono opere necessitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione seruetur. Hac præditus erat ille, qui dicebat. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. In quo loco Sanctus Propheta per funes peccatorum potius peccatores ipsos, quam peccata intelligit, qui iustos circumsepunt, & persequuntur; vnde genitiuus iste, peccatorum, peccatores designat, non peccata. Quare alio Psalmo dicitur. In circuitu impij ambulant, hoc est, in circuitu iustorum, eos prauis exemplis circumuenientes, & tribulationibus affligentes. Ideo alibi dicit. Circumdederunt me sicut apes. Vbi Fælix vertit. Congregationes impiorum deprædatæ sunt me. Et Chaldaica Paraphrasis. Cohors, vel caterua impiorum congregata est contra me; sed legem tuam non sum oblitus, hoc est nõ indignatus sum, nec patientiam amisi, nec eos odiui, sed potius dilexi.

Que omnia in perfecta patientia includuntur. Nã B. Gregorius per Ezechielem inquit. Patientia vera est, que etiã ipsum amat, quem portat: nam tolerare, & odisse nõ est virtus patientiæ, & mansuetudinis, sed velamẽ furoris. Quos funes vno loco S. Rex vocat, in alio apes appellat, quia peccatores pungunt, & constringunt iustos. Camelus, cū ad bibendũ ad clarissimas aquas accedit, prius eas pedibus cõculcat, ac turbat, ne in eis fæda eius gibbositas appareat. Apud bonos tãquã in limpidißimis aquis fæditas prauorum apparet: nam (vt ait Sapiens) sicut in aquis replendent vultus prospicientium se: ita corda hominum manifesta sunt Sapienibus. Has ergo aquas pedibus conculcare, ac perturbare satagunt impij, ne nequitia eorum coram eis manifesta fiat. Hinc falsa prodeunt testimonia contra eos. Vnde pro eo, quod nos legimus: Multiplicata est super me iniquitas superborum, ex Hebræo sic vertitur. Applicuerunt super me falsitatem super

per

per

per

per

per

per

per

B. Greg.

Psalm, 11,

Psalm, 117,

B. Greg. sup. Ezechielem,

simile,

Proverb, 27,

per

per

per

per

per

# Patientia.

537

perbi, vel addiderunt. Quod idem est cum nostra editione: nam multiplicare idem est, quod addere, & omnis iniquitas, falsitas quædam est. Sed tamen iustus subdit, & dicit. Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua: quia iustus persecutionibus solidatur & fortior fit. Nam rosa contusa plus redolent. Vnde martyr Vincentius respondit tyranno. Videbis me plus posse, dum torqueor, quam possis ipse, qui torques? Quanto magis columna, quæ figitur in terra iustibus quatitur similis, desuper, tanto magis solidatur: sic iustus persecutionibus afflictus in Dei amore plus firmatur.

## Patientia quomodo sit signum prædestinationis.

# P A T I E N T I A .



**P**A T I E N T I A In persecutionibus signum est prædestinationis. Vbi, obsecro, cognouit Saul, quod certissime regnaturus esset Dauid in Israel? In persecutionibus, quas ab ipso Saule multis diebus humiliter sustinebat. Nunc (inquit Saul ad Dauid) certissime scio quod regnaturus sis in Israel, & habiturus in manu tua regnum &c. Dico nobis Saul ubi adsunt huic Dauidi arces, & munitiones ciuitates? Vbi militum copie, & arma bellica? Vbi munitiones, & duces veterani? Latebrâ, foueam, & vix antiû obscurum habet in refugiû: vnde ergo scis certissime quod regnaturus sit in Israel, & habiturus regnum in manu sua? Video illum humiliter à multis diebus persecutionem sustinentem, & mihi inimico suo parcentem, propter quæ certissime scio, quod Domino vniversum sit charus, in cuius manu sunt omnia iura regnorum, & cuiuscunq; vult trader illa, & in hoc cognosco, quæ secundum cor Domini sit vir hic magnus, & excelsus. Ergo quasi pignus regni æterni habet iustus persecutiones propter Christum. Obseruet etiam Beatum Paulum dicere. Sicut abundat Christi passiones in nobis, ita & per Christum abundant consolationes nostræ. Vbi autem legis ita, non æqualiter consideres, imo superabundant consolationes Christi. Aduerte tamē

2. Ad Cor. 4

qualiter S. David patientiam habebat: cognoscens enim fragilitatem suam dicebat. Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Sed & ipsi Apostoli accepto iam spiritu sancto, & induti virtute ex alto orant aduersus minas Iudeorum, vt sustinere possint persecutionem, & dicunt. Respice in animas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui &c. Et Ezechiel dicit Dominus. Ego dedi faciem tuam valentio rem facieb us eorum, & frontem tuam durio rem frontibus eorum, vt adamanteris, & silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, nec meruas a facie eorum. Denique Beatus Paulus inter fructus spiritus sancti patientiam annumerat ad Galatas scribens. Non ergo temere confidat infirma caro, postulet autem a Deo humiliter, & perseueranter confortationem, qua sustinere possit. Siquidem ipse Diuus Paulus dicebat. Omnia possum in eo, qui me confortat. Sed forte dices. Non habeo persecutiones. Attende quid Beatus Eusebius Emissemus in quadam homilia nos admonens inquit. Dimicauerunt patres nostri contra asperimos dolores: nos e contrario dimicemus contra nobilissimas voluptates. Vicerunt illi tormenta flammaram: nos vincamus ignea tela vitiorum. Nam Deus, & sine cruore martyrium dare potest. In multis alijs etiam exercere patientiam possumus: nam Beatus Gregorius in Moralibus ait. Ille vero perfectus est, qui ad imperfectionem proximi impatiens non est: nam qui alienam imperfectionem ferre non valens proximum deserit, ipse sibi testis est, quod perfecte nondum perfecit.

## Patientia materia.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Permittit Deus persecutiones ad maiorem coronam iustorum. Conficere monile pretiosum, & elaboratum industria ex auro excellenti non est mirum, sed vili plumbo efficere putum aurum, hoc est absque dubio mirabile. Ex auro quilibet artifex conficiet monile, sed ex infimo cupro pretiosum aurum educere, & aureum monile constare emblemate pictum, & mirabiliter elaboratum admirabilis profecto artificij hoc esse diceretur. Ita ex bono bonum facere bonum est, sed humanum: at ex vitio depromere virtutem, hoc est diuinum. Homines ex auro virtutum efficiunt monilia

# Patientia.

6 **li** meritum, sed artifex ille, qui ex sceleris plumbo extrahit virtutum aurum, Deus est. Ille ex impiorum sceleribus adversus iustos admissis, ipsorum iustorum elicit gloriam, & utilitatem; ex nostris calamitatibus Deus ingentia bona depromit. Ideo Beatus Augustinus ait. Deus adeo bonus est, ut non permitteret malum, nisi praevidisset posse aliquid elicere bonum. Permisit, ut tyranni immunitate barbara diversis calamitatibus afficerent viros evangelicos virtute praeditos, ut eorum fortitudo, & patientia clarius elucesceret, & eorum gloria magnificentius illustraretur. Pater qui filio, quae singulari prosequitur amore, thoracem fericum dedit sub tunica induendum permittit, ut praeseindatur aliquibus in locis externis indumentum, ut interiorius fericum foris appareat. Ita pater ille misericordiarum, & Deus

7 **7** totius consolationis eum, quem diligit vulnerari ab impijs permittit aliquando, & calamitatibus feriri, ut fericus ille patientiae thorax, quo eum intus induerat, foris ostendat. Ideo Beatus Paulus ait. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hoc est animam possidere (inquit Beatus Gregorius super Iob) cunctis motibus videlicet internis, & externis ex aere virtutis, & rationis dominare. Qui ergo patienter sustinet proprios animi motus non potest animam non possidere: fit enim necessario, ut contra adversa omnia fortis existat, qui sibi ipsi imperare potest. Nam cum se ipsum magna cum laude frangit in fractum se fortiter erigit: & cum proprias voluntates superat, ad externa incommoda sustinenda se invictum parat.

8 **8**

simile.

Ad. Rem. 6.

B. Greg. super Iob. 4.

# P A T I E N T I A

## V N D E R O B O R A T V R.

**B**ENEDICTVS Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: inquit B. Apostolus ad Corinthios scribens. Cum Christus Reparator noster esset in cruce pendens bono latroni dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Illo autē die, in quo hoc promisit, ad inferos descendit. Quid ergo inter se conueniūt: infernus, & paradiso? Quomodo Dñs verbū suū adimpleuit? Optime profecto: nā cū bonus latro in infernū descendit, vbi anima sanctissima clementissimi Iesu erat, videns in ea diuinā essentiā proculdubio in paradiso fuit. Et in hoc significauit coelestis magister Iesus Christus, quod infernus in societate ipsius pro paradiso reputandus erat. Proijciente impio Nabuchodonosor tres illos iuuenes in fornacem ignis ardentis, ipsi in medio flammarū cæperūt canere, & dulci harmonia omnes creaturas inuitare, vt omnes linguæ fierēt ad laudes creatori suo decantādas. Quid hoc est? Nunquid fornax ardens locus est canticorū? Ita plane, quia (sicut idē tyrānus Nabuchodonosor proprijs oculis vidit) filius Dei in forma humana apparuit in medio eorū, ipsos in illo igne comitās, atq; ita tali societate flāme ignis in refrigeriū vertuntur, & amicus ardēs fit canticorū capela. Erat S. Iob in sterquilinio proiectus vlcerebus, & corruptione plenus, at in medio suarum angustiarum nullum aliud remedium maius inuenit, quam testam (sive vt alia litera habet) lapillum in manibus sumere, & cum illo putredinem, ac saniem è corpore suo exeuntem mundare, ac vermes, qui ipsum circumdabant, radendo expellere. Nunquid nō erat linteum, quo blande, ac leniter crudelia illa vulnera tractaret, sed asper ac durus lapillus & in eo inuenit quietem? O quam grande mysterium in hoc significatum fuit, videlicet, quod cū S. vir in pelago dolorū, & afflictionū se immersum videret, caput erexit, & cū oculis prophetiæ contēplatus est Christū Saluatorem mundi cruci affixum, & plurimis atq; immensis tormentis circumdatum, & cum hoc consolationem accepit. Et hoc significabat quando vulnera lapillo radebat confide-

4 rans Christum Dominum esse lapidem, atque ita in illo lapide quo vulnera sua radebat Iesum Christum (cuius societate omnia sunt suavia) contemplabatur. Quando igitur o homo te laboribus afflictum, & vexatum aspexeris, oculos in sacratissimam crucem erige, & cu crucifixo in ea sociare: ipse enim tibi vires præbebit, ne patientiam amittas, Deum non ita parui facias, vt pro eo parū dare velis, siquidē ipse te tanti estimauit, vt pro te minus, quā se ipsum dare noluerit. Dilectus fuisti à Domino in cruce, idcirco dilige eum in cruce: nam vt ait Apostolus. Quod in præsentia est momentaneum, & leue, æternum gloriae pondus operatur in nobis. 1. Ad Cor. 4: Quidquid in hac vita patimur, parum est: cui autem labor magnus videtur paruum amorem, & falsas stateras habet. Cresce, & manducabis, cibus est grandium: confide, quod Dominus cito suo auxilio subueniet. 2. Ad Cor. 1 Sicut charissima mater trans cortinam siue peristroma se abscondere, & inde audit tenerum infantem plorantem, qui sine matre quiescere non potest, sed tandem cor matris tenerrimū hoc ferre non potest, & sic exit foras, & infantē in vlnis accipit, eūque mille illecebris & blandimentis demulcet: atque ita puer adeo contentus remanet, ac si nunquam plorasset. In hunc modum dulcissimus Iesus cum homine se gerit. Vnde Beatus Apostolus ad Corinthios scribens inquit. Sicut per Christū abundat tribulatio nostra, ita per Christum abundat consolatio nostra.

P A T I E N T I A E

S I N G V L A R E

exemplum.



REFERT Nicephorus, quod cū Mauritius Imperator à Deo ultionē, & supplicium de peccatis suis in hac vita postularēt, ei reuelatum fuit, se illud de manu cuiusdā militis sui, qui Phocas vocabatur, esse accepturū. Cumq; hic miles aduersus illū se se erigeret, imperiū eius vsurpans, tandem Imperatorem Mauritiū cū vxore, & octo filijs eius corā patre suo iugulauit, eorumque capita abscidit. Deuotus autem imperator in terra prostratus ad mortē cuiuslibet maximo spiritus feruore verba illa

Nicepho. li. 18. histo. Ecclesiasticæ. c. 40.

Psal. 118.

illa Prophetæ Davidis genuflexus dicebat. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Denique tantam diuinorum iudiciorum cognitionem habuit, vt cum nutrix quædam filium ipsius Imperatoris, quem nutriebat absconderet, & pro eo proprium filium eiusdem ætatis, quem lactabat, offerret recognoscens hoc bonus Imperator admonendo dixit, illum esse filium nutricis, alium vero, qui apud ipsam remanebat, suum esse; noluit enim vt nutrix pro peccatis eius filium suum amitteret, & maxima humilitate verba illa Prophetæ repetebat. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. O admirabilem constantissimi viri patientiam! Felix ille, qui in suis laboribus, & infirmitatibus similem cognitionem, & patientiam habuerit: nam licet ob peccata sua hoc supplicium mereatur, tamen ei meritorium, & satisfactorium erit.

## P A T I E N T I A I N L A B O R I B V S.

Iacob. 1.



**V**NUS quisque, vt ait B. Iacobus, tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Abstractus, à bono scilicet, & vt ait glossa, à recto itinere, & illectus ad malum. Tangit hic B. Apostolus duos terminos, motus, qui sunt in peccato, nempe abstractio à bono in commutabili peruersionem à Deo, & illectio ad bonum commutabile per conuersionem ad creaturas. Vnde homini sic victo pœnadamni, & sensus contingit, si pœnitentia vera in tempore oportuno non resipiscit. Ex quo patet. Præcipuum telum contra miserum hominem esse propriam concupiscentiam, quæ in illo habitat: quamuis enim improbissimus hostis contra eum sit diabolus, & quamuis occasio têtationis ab illo ad hominem immittatur, tamen vis têtationis sine concupiscentia. (ait Beatus Thomas super hunc locum) non completur, vt culpa fiat. Sicut flatus ligna non accenduntur, nisi ignis præsens fuerit: sufflare dæmon têtatione potest, at anima tua peccato non incenditur sine concupiscentia tua, & consensu tuo. Ardere, & culpa accendi impossibile est absque consensu, ideo ait. S. Apostolus. Beatus vir, qui suffert têtationem. Non mollis (inquit ibi B. Thomas) aut effæminatus, sed vir dictus à virtute animi, vi-

B. Thom. super.  
per. 3. Iacob.  
1.  
simile.

rore fidei, vigore spei, virilitate charitatis qui suffert tentationē, id est, sursum fert tentationem eam pro beneficio habendo, & aestimando, quoniam talis cum probatus fuerit, hoc est excitatus, & depuratus sicut aurum in igne: & dæmonem, & vitiū in Dei honorē vicerit, accipiet coronam vitæ, id est vitā æternam, quæ finem nescit, sicut & corona quæ datur victoribus in signum victoriæ, sine caret: Ita & gloria viro forti dabitur pro victoria contra vitia. Perennis erit, & perpetua corona vitæ, quia mortis corona, & pænæ æternæ erunt desides peccatores coronati, quia contra Dei honorem non sunt veriti se à diabolo vinci. Sequitur Apostolus. Quam repromisit Deus diligētibus se, id est, iterum atque iterum promisit Deus. Vide, quoties summa veritas coronam hanc promisit apud Matthæum dicens. Beati pauperes, quoniā ipso est regnum cælorū. Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terrā viventium. Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt &c. Hæc omnes repromissiones signa sunt infinitæ liberalitatis Dei. Igitur pugna o homo viriliter, vt bonus Christi miles, tentationes, & omnes labores fortiter, & patienter susinēdo, & Deo, & omni cælesti curiæ honorē & victoriam tribuas, & tibi coronam vitæ reportabis æternæ.

Matt. 5.

Patentia in amissione rerum temporalium.

Beatus Gregorius in Meralibus super illa verba: Dominus dedit, Dominus abstulit, inquit. Non dicit sanctus Iob, diabolus abstulit, sed Dominus: quia, quæ sua sunt, recipit, & ideo non dolendum. Sicut creditor, cui tempus non est præfixum, potest, quando libuerit, repetere pecuniam.

B. Greg lib. 2. Moralium. c. 18. simile.

Patentia iustorum.

Si ianua in cardine recte sita, & posita est, quamuis millies aperiat, & claudatur, nunquā à suo cardine exit. Iusti ianue sunt cæli, quos licet vertas, moueas, ac remoueas per infamiā, & bonā famā, cū benefundati sint in cardine, qui est Christus Iesus, nunquā ad impatientiam, vel ad aliquod malū agendū commouentur. Hoc manifeste apparuit in Patriarcha Abraham, de quo in sacra scriptura sic dicitur. Fuerunt autē dies vitæ Abrahæ

simile.

hæ

Gen. 25.

hæ centum septuaginta quinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona prouectæ ætatis, & plenus dierum congregatus est ad populū suū. Vbi apparet eum per centū annorū spatiū in terra extranea & gentium alienigenarū plurimis laboribus, & aduersitatibus oppressum peregrinatum fuisse: septuaginta etenim ac quinque annos natus erat, quādo Dominus ei de terra eius, & de domo Patris exire præcepit. Ex quo satis impatiētia nostra increpatur, qui statim, post quā vno die laboribus vexamur, maxime opprimimur, & fatigamur: hic autem vir, qui Dei amicus erat, centum annis per extraneas regiones magna cum patientia ducitur. Hunc etiam Sanctū Patriarchā ex eo possumus laudare, quia mortuus est in senectute bona, id est sancta. Nā plures mortui fuerūt lōgioris ætatis, quā ille, sed nō in senectute bona, sicut etiā modo sunt plurimi senes non boni; atque ita in senectute mala moriuntur. Dicitur etiam in eius laudem plenus fuisse diernm, id est que est aua harto de la vida y desseofo de salir della. Congregatusq; est ad populum suum, hoc est ad congregationem animarum sanctarum. Omni igitur studio fratres mei, sicut Patriarcha Abraham vixit, viveret contendamus, & sicut ille mortuus est, vt cum iustis regnare nos etiam ad idem vitam nostram finiamus. Prædicans gloriofus Baptista, & peccatoribus seuerum iudicium superni iudicis Iesu Christi minitans dixit. Cuius velabrum in manu eius, & purgabit arcem suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem cōburet igne inextinguibili. Ex hac metaphora infertur, improbos, & sceleratos homines esse paleā, probos autem esse triticum: & quemadmodum palea utilis est ipsi tritico; illud enim contegit, & à calore conseruat: sic improbi ad humiliationem, & conseruationem iustorum utiles sunt, & quemadmodum cum agricola triticum quod in area est, in altū eleuat, grana suo pōdere ad pedes eius in terrā cadunt, paleæ autē à vento procul feruntur: sic iusti in tribulationibus ad pedes Iesu Christi Reparatoris omniū corruunt, atque labore adueniente ad pedes Domini magna cum humilitate, & patientia se prosternunt. Et sicut triticum ad aliorum utilitatem molitur, cribratur, secernitur, pinsitur, ac tandem coquitur in fornace: sic iusti, vt alios in virtute sustentent, plurimos labores patiuntur sicut Beatus Paulus de se ait. Ego autem libentissimi

Luc. 3.

Simile.

simile.

simile.

1. Ad Cor. 12

impen-

8 impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris.

¶ Cum quidam iuuenis (vt legitur in vitis patrū) à sene quodam moriente verbum aliquod ædificationis postulasset, ille ad eum, sic ait. Filie respice ad solē, & ad terram: sol propter quemcunq; ingratum nō retardat cursum suū, nec à quoquā radios suos retrahit, imo & omnibus beneficium impendit, sic nec tu propter cuiuscunq; ingratitude pietatis opera subtrahas, sed omnibus benefac. Ad terrā quoq;, quæ licet ab omnibus conculcetur non frāgitur, imo omnibus necessaria producit: ita & tu fac, & viues. Si quis de nouo videret limacem id est caracol ambulante, & cornua sua producentē, ac cū concha tanquam thoroce armatū incedentem, existimaret sane, id esse aliquid mirabile propter apparentiā exteriorē, quam extrinsecus videbat: ve

Simile.

simile

9 rum si illum vel parū pertangeret, videret profecto eius opera longe aliter esse, quam apparatus ostendebat, y como se encoje muy enojado muestra en la espuma el coraje y enojo que del dicho golpe recibio, el que antes parecia muy armado, y para sufrir mucho maiores golpes. Sic aliqui sunt, qui dum à persecutione non tanguntur, ipsimet cogitant se esse patientia nimis armatos, & intra se dicunt. O vtinam ego essem in terra Maurorum, vel aliorū infidelium, vt ibi martyriū propter illū Dñm qui pro omnibus passus est, sustinerē: cum autē hic vel minima contradictione tangitur, statim se retrahit ab eo, quod antea cogitabat. & spumam verborū ira plenorum suā impatientiam ostendens foras emittit. Longe aliter iussi faciunt, sicut B. Apostolus

Ad Hebr. 10.

10 ad Hebræos. Scribens testatur dicens. Sancti Ludibria, & verbera experti sunt, passi sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. In magnis rebus Deus sanctos tentat, & se dignos inuenit. Atq; ita quando. S. Apostolus dixit, Spectaculum facti sumus &c, adiecit dicens: Propter eum, qui dilexit nos. Como si dixera bien se lo deuemos. De illo paralytico, qui erat in probatica piscina sic dixit B. Ioannes Tringinta octo annos habens in infirmitate sua. Quæ verba si à Philosopho gentili legerentur, proculdubio diceret, hoc non rectē scriptum esse: nā anni non possunt haberi, (id est, no se pueden los años tener) Aristoteles enim inquit, de tempore non habemus nisi nunc. Sed quis dubitat rectissime scriptū esse, quod spiritu sancto dictate scriptum est? Mos est sacræ scripturæ, vt dum narrat, quæ gesta sunt, pro-

Ioan. 5.

deat mysterium. Itaque mysterium in modo scribendi exponit, cum ergo ait ægrotum illum tempus habere, insinuat, ipsum ideo tempus habuisse eo, quod ab eo commodum, & utilitatem eduxit, & lucrum reportavit ex eo quia patientiam in illa oblonga ægitudine habuit: quod & aperte ostendit, quoniam cum à Domino interrogaretur. Vis sanus fieri? (quæ quidem interrogatio videbatur digna esse nulla responsione, vel si ei responsum daret impatienter, & per iracundiam responderet) ipse tamen maxima cum mansuetudine, ad propositum respondit dicens se velle sanitatem. Quod fuit magnum patientiæ signum. Et hoc voluit diuinus Magister, ut ægrotus ille ostenderet: & ideo eum illa quæstione interrogauit. O quam merito B. Apostolus dixit. **Habemus thesaurum absconditum in vasis fictilibus! Quis, obsecro, cogitaret sub illis tritis, pannosis, & tempore consumptis vestibus, ac sub illis membris debilibus, & infirmis tantum thesaurum delitescere?** Cum olim Propheta Helias in necessitate positus esset, Dominus ei per coruum cibum misit, postea vero cum rursus victu indigeret, ei per angelum cibum ministravit. Vis ò frater, ut Angeli tibi cibum præstent? Patientiam habe, quando Dominus tibi in hac vita cibos per coruum miserit: patientiam habe, quando Deus permiserit, ut corui nigri videlicet tyranni, & peccatores tribulationis panem tibi præbeant: hac enim patientia te ipsum disponis, ut Deus ministerio angelorum tibi victum, & delicias largiatur.

3. Regum. 17  
& 19:

Si volumus spirituales esse, de offensionibus, & iniurijs nobis illatis non debemus conqueri, quin potius de nobis ipsis querimoniam habere debemus, eo quod tam sensibiles, ac teneri simus, quod quidem maius malum est, quam ab alijs lædi: longe enim maius malum est, nos impatiēter offensas sentire, quam malum, quod nobis proximi inferre possunt. Potest etiā euenire, ut absque aliqua imperfectione eius, qui nos lædit, offendamur: offensiones autem, quæ nobis inferuntur, si eas impatienter ferimus, non possunt non sine maxima nostra imperfectione, & infirmitate sentiri, quod profecto maxime dolendum est: nam magna debilitas est hominis suam infirmitatem non cognoscere, rationesque inuestigare, quibus sibi persuadeant bonum esse, quod semel rixentur, & contentionem habeant, cum aliquo, ut pace (sicut diei solet) per totum annum fruatur. Alias etiam excusatio-

14 nes imperfecti homines ad suam infirmitatem defendendā quaerunt. Quæ omnes nihil aliud sunt quam diruere, & labef. Etare edificiū spirituale, quod in perferendis patienter, ac propter amorem Dei laboribus fundatur, sicut iusti passi sunt, de quibus verba illa Deuteronomij dici possunt. Qui inūdationem maris quasi lac sugent. Aduersitates suapte natura sunt amaræ, velut aqua maris, iustis autem sapidæ, & velut lac, propter Dei amorem dulces redduntur. Si verba proximi tui vulnus tibi infligunt, quid esset, si acuti clauis, ac lanceæ corpus transfigentes, fuissent? Non sunt verba nisi quidam sonitus, qui antequam ad te accedat euanesceat, nec sunt fulgura è cælo cadentia, vt ea tantopere sentias. Deutero. 31.

De quodam Pigmenio viro integerrimo scribit Antoninus Sabellicus, quod cum cæcus esset, tanta patientia præditus erat, vt cum aliquando Iulianus ille apostata ante eum constitutus diceret. Deo gratias ago Pigmeni, quod mihi liceat te videre ac conuertere, ille viriliter responderit. Ego etiam Deo gratias ago, & habeo, quod te non videam. Magnifici profecto, & constantis animi vox, in qua declarauit se non solum patienter ferre cæcitatem à Deo immissam, verum etiam nihil facere pestiferum imperatorem, atque teterrimum.

Magna proculdubio patientia erat præditus regius vates siquidem cum Deo loquens dicebat. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quod perinde est ac si dicat: & si ingratus tyrannus à me mea abstulit, nūquam tamen à me poterit auferre me ipsum, nec ab animo meo desideria seruiendi, & laudandi tibi: nunquam intermittam te venerari, laudes tuæ dies ac 16 noctes mihi in animo & in ore versabūtur, & desideria tui à corde meo non recedent. In me enim Deus sancte sunt vota tua, desideria seruiendi tibi, teq; laudibus extollendi, quæ reddam tibi. Quamquam omnia mihi desint, hæc tamen me nunquam deficient.

# P A T I E N T I A, ET LABORES Iustorum.

Iob. 16.



**L**OQVENS. S. Iob de prosperitate impiorum, & laboribus iustorum inquit. Stupebunt iusti super hoc: & innocens contra hypocritam suscitabitur: & tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. Non potest non subire iustorum animos admiratio quaedam, cum vident improbos homines, & sceleratos bene habere, & florere in hac vita: iustos vero ita discrucari, ut illi omnibus bonis usque ad miraculum abundant: iij vero (id est boni viri) cum aduersa & infelici fortuna semper colluctentur, & nefarijs, ac perditis hominibus sint in parabolam & proverbiu, & materiam illis subsannandi, atque irridendi semper suppeditent. Hoc ergo est, quod inquit. S. Iob. Stupebunt iusti super haec. Maximam apud illos admirationem mouebunt varij iustorum casus, cum viderint plerosque iustos, & innocentes homines caeteris esse ludibriu. Veruntamen hic stupor mentis, & admiratio innocentes, & bonos viros non pellet de gradu, quin potius succurrente ilico ratione rem intelligent probe, ob eamque rem tenebit viam suam iustus, & mundis manibus addet fortitudinem. Id quod. S. Dauidi accidisse legimus, ipse testis est Iocupletissimus, cum inquit. Quam bonus Israel Deus his, qui re- & to sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns. Deinde vero post incredibilem mentis stuporem docet, quo pacto a Deo eruditus, & diuini numinis scholam ingressus hoc genus admirationis deposuit, intellexitque nihil mali bonis viris accidere posse: & vite calamitates, cruciatus, & tormenta, & mortem denique ipsam pro iustis agere, impijs vero eo maius imminere periculum, quo florentiori vteretur fortuna. Adiecit ergo, Ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Haec cum intellexisset Dauid, non contraxit animum, nec ab studio virtutis, & honesti, discessit, quin potius pauca illa verba subintulit, quae nunquam vlla saeculorum de-  
lebit.

Psal. 73.

4 lebit obliuio. Mihi autem adherere Deo bonum est, & ponere in  
 Domino Deo spem meam. Et iterum. Tenuisti manum dexte-  
 ram meam. Et rursus. Quid enim est mihi in cælo, & à te quid vo-  
 lui super terram? Ac si diceret. Re ipsa comperi nihil mihi deesse,  
 si Deum habeam: nihil præter Deum posse implere pectus, & ani-  
 mam, non quæ sunt in cælis optima, non quæ in terris sunt præ-  
 stantissima. Foelices, qui Deum habent cæteris omnibus præsi-  
 dijs destituti: infœlices vero, & miseri impij hypocritæ, qui cæte-  
 ris omnibus rebus affluentes diuina gratia, & beneuolentia desti-  
 tuuntur. Idem vates excitatus, & commotus animo aduersus im-  
 pios inquit ibidem. Quomodo facti sunt in desolationem, perie-  
 runt propter iniquitatem suam. Et iterum. Vclut somnium sur-  
 gentium Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum re-  
 diges. Deinde apprehendebat vir sanctus iustitiæ vias ( vt inquit  
 5 sanctus Iob) & addebat robur, cum diceret. Defecit caro mea, &  
 cor meum, nempe præ gaudio, & lætitia, quod probè mente, &  
 animo hoc genus Philosophiæ concepisset. Adiecit deinde. Deus  
 cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ergo primo iustos ho-  
 mines subit admiratio illa. Quid hoc est quod pijs hominibus  
 contingit in exilium deportari, in egestatem deduci, liberos, &  
 coniugem ab eis auferri, ignominia affici, & debilitari? Sed suc-  
 currente ratione hoc stupore, & admiratione liberantur dicentes.  
 Quid hoc mirum? Nonne videmus quosdam ferro, & igne cru-  
 ciari? Nec minus fame, & siti? Quibusdam remedij causa radun-  
 tur ossa, cæduntur venæ, amputantur membra, quæ sine totius  
 6 pernicie, corpori hætere non poterant? Sic Deus decreuit curare  
 iustos, si quidpiam in illis est ægritudinis: nam in hoc paternum  
 animū erga illos declarat. Sic enim parentes solent liberos excita-  
 re ad studia obeunda, nec illos vnquam patiuntur esse otiosos, &  
 sudorem illis, & lachrymas excutiunt. Non igitur reijcien-  
 dum studium virtutis, sed addendus animus, & con-  
 cipiendæ vires, vt ad apicem, & culmen  
 pietatis, si fieri posset, conscen-  
 damus.

simile.

# P A T I E N T I A

## E S T P V R G A-

### torium.

Michæ. 7.



**I**RAM Domini portabo, quia peccavi ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum, & educet me in lucem, & videbo iustitiam eius, inquit Propheta Michæas. Stoici iram, & huius modi affectus tanquam animi morbos à viro sapiente relegabant, quo fiebat, ut à Deo prorsus eos ablegarent. Verum de

Psal. 7.

Ad Ephes. 4.

Num. 25.

Ad Cor. 13.

1. Reg. 15.

3. Reg. 10. 6.

hac re à cæteris Philosophis sunt reprehensi, qui id, quod à natura tributum est nobis, & quod à nobis separari nequiuit, tollere ipsi conarētur. Sed Sacra scriptura (ex qua omnis vera philosophia pendet) iram prorsus non tollit. Licet immoderatam, & sine ratione prorsus detestetur. Irasimini, inquit, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Et aliquorum iram laudat sicut iram Phinees, & iram Pauli Apostoli, quando Corinthiū tradidit satanæ cruciandum, & quando Galatas insensatos appellat. Et aliquos reprehendit ipsa Sacra scriptura, quod iræ pepercerint, sicut quod pepercerit Saul Amalechitis, & Achab Regi Syriæ.

Vnde nec ab ipso Deo prorsus iram tollit cum illi frequenter iram tribuit. De qua re eleganter Lactantius librum edidit de ira Dei, licet metaphoricè in illo sit, quia ad modum irati hominis se habet in corripiendis moribus, & puniendis sceleribus, sicut & misericordia illi tribuitur, quia ad modum misericordis hominis se gerit.

B. Chrysostr. hom. de misericord. & cõsuet.

Vnde B. Chrysostr. homilia de misericordia sic inquit. Ira in Deo non est affectio sed pena in nomine eo vocabulo nominatur. Cū ergo Deus de nobis aliquando supplicium sumat, nostri irasci dicitur, & sic iram Dei pro effectu, quem in nobis operatur, usurpamus. Sic in Psalmo. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, hoc est, loquetur ad illos sumendo de illis grauisimum supplicium, quale erit. Ite maledicti in ignem eternum Et Psalmo alio. Misit super eos iram indignationis suæ. Et alibi. Effunde super eos iram tuam, id est, Sume grauisimum supplicium de illis. Ita hic Propheta dicit. Iram Domini portabo, qui nomine Hierusalem penitentiam agentis loquitur, quæ intelli-

Psal. 1.

Matth. 27.

Psal. 67.

Psal. 68.

gens multa mala illi à Deo prouenisse propter peccata : Patienter , inquit , feram huiusmodi captiuitatem , & puniti-  
 nem : nam scio à Deo mihi prouenisse . Verum alicui forsan videbitur , quod licet aliquando iræ nomine merito hic affectus , quem in nobis Deus operatur , nominetur , tamen , quando propter peccatum punit , quando vt conuertamur affligit , potius misericordia esset appellanda , cum hoc facere , & summæ sit misericordiæ , & amoris , & benignitatis suæ maximum signum : corripit quem diligit isto modo , & filium quem amat sic castigat . Sed qui considerauerit Scripturam sacram ad hominum existimationem frequenter loqui facile huic obiectioni satisfacet homines enim illos nobis iratos esse arbitramur , & dicimus , qui nos pœnis aliquibus afficiunt . Ad hunc modum Hierusalem dixit . Iram Domini portabo . Quam tamen summum beneficium reputare deberet : etenim correptio ad præsens non videtur esse gaudij , sed mœrôris : postea vero fructum pacatissimum reddit his , qui per eam fuerint eruditi . Nec etiam parui beneficij est recognoscere mala , quæ patimur à Deo prouenire : inde efficitur , vt leuius illa feramus , quam si ab hominibus nobis afferrentur illa mala , quod & hoc verbo indicauit , Portabo , id est , patienter feram hanc captiuitatem , in qua detineor , eo quod à Domino intelligam prouenire in supplicium peccatorum meorum , eo quod ei peccauerim . Vt enim docet Beatus Thomas , si flagella , quæ pro peccatis à Deo infliguntur , fiant aliquomodo ipsius patientis , rationem satisfactionis accipiunt , fiunt autem ipsius , in quantum ea acceptat ad purgationem peccatorum eis vtens patienter . Si autem omnino per impatientiam dissentiat , non habent rationem satisfactionis , sed vindicationis : & sic cum Hierusalem hic veluti respiciens à Propheta introducatur , merito dicit . Libenter exoluam pœnas , quas de me Deus sumit , quia peccaui ei . Quibus verbis verè pœnitentis signa præbet , atq; sanari volentis : & hoc in nobis pœnitentia agit , vt morbos recognoscentes nostros malagmata quæramus , quibus medicari valeamus , sicut docet Beatus Basilius . Tum & inde docemur ad nostram iustificationem aliquid à nobis requiri , vt iustificari possimus : qui enim fecit nos sine nobis , non saluabit nos sine nobis , vt Beatus Augustinus inquit . Ideo ait . Feram donec causam meam iudicet , &

B. Tho. in ad  
 ditione ad 3.  
 part. 4. 11. 2.

B. Basili. de  
 suis regulis  
 disputatis in  
 proemio.

faciat iudicium meum, hoc est, Tantisper feram quousque iudicet penam inflictam sufficere ad sanitatem comparandam, Tūc educet me in lucem, & videbo iustitiā eius: quia peccator dum in peccatis manet, in tenebris ambulat, nec videtur recognoscere iustitiam Dei propter ipsas tenebras in quibus ambulat.

### Patientia iterum commendatur à sanctis.

B. Chrysof. hom. 2. ad populum Antioche. simile.

**B**eatus Chrysofomus in quadam homilia inquit. Quod dixi de voluptate, quod voluptas non in ciborum apparatu, sed in comedentiū affectu sita est, hoc de contumelia dico, quod contumelia nō à contumeliātiū sentētia, sed à patientiū affectu constituitur, vel destruitur: verbi gratia multa quidam in te tanta atque nefanda contumeliose egit: si contumelias deriseris, si verba non susceperis, & vulnere superior hīs, contumeliam non es passus. Es quemadmodum si corpus adamātinū haberemus, et si innumeris vndique telis percuteremur, non tamen vulnera susciperemus, nō enim à manu tela torquente, sed à corporibus patientibus vulnera fiunt: sic & hic, non à contumeliantium insania, sed à patientium contumelias imbecillitate iniuriæ, & iniuriarum contumeliæ constituuntur.

Idē hom. 18. ingene. simile.

Idem sanctissimus doctor in quadā homilia ait. Medici quando iniurijs, & calcibus cæduntur furentium, tunc illorum magis magisque misentur, tum maxime ad reddendam illis sanitatem parantur, scientes, quod excellentiam morbi significat ea iniuria. Et tu de inimicis eandem teneto sententiam, sicque utere tibi iniuriari cupientibus. Illi namque sunt maxime aegroti, Omnemque violentiam sustinentes. Liberate igitur à pessima læsione. Liberate à seuisimo dæmone, propriæ scilicet mentis furore. Etenim cum aliquos à dæmone actos videmus, sæpe lachrymamur non autem agimus, ut eadem ipsi patiamur. Noli insultare iacenti, quinimo miserere. Quando autem eiusmodi eger à passione requieverit, tunc liquido cognoscer à quanta illa turbatione sanaueris, & quid dico? Te honorabit, ut dominum. Nonne vides patientes feminas quemadmodum assistentes sibi sæpe commordeant, & tamen illæ minime dolent? Imo dolent quidem, sed ipsum dolorem fortiter ferunt. Harum igitur memineris, & noli esse femina mollior.

simile.

Idē hom. 89.

Idem inquit. Cogita quia non est in se qui vituperat, & non moleste.

moleste feres contumelias eius, nam & furiosi plerumque nos verberant, nec solum nō mouemur, verum etiam eos dessemus: ita tu facito, miserere te cōtumeliantis. Magna enim bellua irascit à furore, & pernicioso dæmone detinetur.

Idem etiam inquit. Sicut Ioseph dimisit pallium in manu turpissimæ mulieris, & fugit cum meliore pallio castitatis: ita & tu projice pallium in manus calumniatoris, & fuge cum meliore velamento iustitiæ, ne forte dum vis vendicare vestem corporis pretiosissimum animæ vestimentum perdas.

Idē hom. 12.  
Opes imperf.

Idem Beatus Chrysostomus in quadam homilia super illa verba: ne vincaris à malo, sed vince in bono malū. inquit. Quandoquidem & istud vincere est. Pugnans enim tum potissimum vincit, non quando suum ipsius corpus pugne exponit, ut plagas excipiat: sed quando se ipsum eruēs efficit, ut omnem suam potentiam aduersarius in acra frustra, & inaniter effundat. Sic enim nec ipse plagas excipit, & omnes aduersarij vires dissoluit: id quod & in conuitijs fit. Nam quādo vicissim conuitia regeris, vinceres, non ab homine, sed, quod turpius est, ab illibero illo iræ tuæ affectu permotus exuperaris. Si verò tacueris, & vincis, & trophæum fugis, innumeros adquiris, qui te coronēt. qui conuitium ipsum in te proiectum mendacij condemnent.

B. Chrysoſt.  
hom. 22. in  
Epist. ad Ro  
ma.  
Ad Rom. 12.  
simile

Idem ibidem ait. In Olympicis certaminibus diabolo consecratis malefaciēdo vincunt, quotquot illic decertant. In stadio vero Christi, non ea est certandi lex, sed omnino contraria. Hic enim nō eū, qui percutit, sed qui percutitur coronari decretū est.

Idem in quadam homilia inquit: non per fidem modo paratur nostra salus, verū etiā per hoc, quod multa ferimus, ac perperamur. Quēadmodū enim Pancratiastes admirandus est, & illustris cum bona corporis habitudine præstat, & cum artem intrase habet. cæterum cum artem, ac vires suas exerit, cum ictus tolerat, cum ferit aduersarium, tunc maxime clarus est, & illustris, eo quod maxime tum profertur corporis habitudine, maximeque declaratur quantum arte præstet: sic vestra salus tum maxime exeritur, hoc est, ostenditur, & augetur cum tolerat, cum patitur, cum omnia fortiter sustinet.

Idē hom. 1.  
in 2. ad Cor.

Idem sanctissimus doctor in quadam homilia ait. Longanimitate, & patientia irā extinguimus. Sicut enim ferrū ignitum cū in aqua tingitur, amittit ignem: sic iracūdia in longanimitatem incidens

Idē hom. ad  
Hebr.  
simile.

incidens, nihil eum lædit, sed etiam iuuat: nam inde redditur continentior huiusmodi homo. Sed sicut adamantina corpora non vulnerantur: sic etiam animæ tales.

simile.

Idem ibidem inquit. Si quando iracundus quisquam ferocit, tu ride: ridere autem noli palam, ne illum irrites amplius, sed ride apud te ipsum tui gratia. Etenim pueros, cum nos percusserint, cum indignatione, tanquam vlciscentes se ipsos, ridemus. Si igitur rideas intra te tantum erit inter te, & illum, quantum inter puerum, & virum. Si autem te exacerbaueris factus es puer. Et reuera stultiore sunt pueris qui irascuntur. Si enim attendat quis ad puerum exacerbatum nonne ridet?

B. Ambr. sermone. 8. simile.

Beatus Ambrosius in quodam sermone inquit. Laudauerim virtutem gubernatoris, qui nullas procellas senserit, & cursum nauigi direxerit, nulla tempestate iactatus? Sed illum laudauerim, qui aduersus ventos renititur, insurgit aduersus fluctus, non timet vel cum eleuatur undis nauigiū, vel cum ad profundi ima deponitur: ita, & ille laudandus est gubernator sui, qui ea, quæ aduersa sunt, vincit patientia, virtute superat, secundis non extollitur, aduersis non fragitur. Rege ergo te ipsum, quando turbatur animus, & mens fluctuat. B. Augustinus super Psalmos ait. Arca Noe, quæ figuram gessit Ecclesiæ, ædificata est lignis quadratis. Quid est quadratum? Attendite similitudinē. Quadrati lapidis similis esse debet Christianus, qui in omni tribulatione non cadit, & si impellitur, & si qua vertitur, non cadit. Nam quadratus lapis quocumque eum verteris, semper stat. Stantem te sic inueniat omnis casus. Quæ admodum his, qui crudo sunt stomacho, amarum prodest absynthiū, sic male moratis, mala tolerare, vtile est. Dorotheus de accusatione sui ipsius inquit. Nos vero, cum verbum vllū in nos dictum audimus, canes imitamur. Hi enim, si quis in eos lapidem iecerit, iacente dimisso lapidem remordēt. Ita nos deo relicto, qui nobis tribulationes huiusmodi ad peccatorum nostrorum purgationē procurat, ad lapidē, hoc est, ad proximū currimus dicētes. Quare hoc mihi locutus est? Quare hoc fecit? Cumque ex his proficere admodum possimus, & mereri, negligentia nostra demeremur.

B. August. in Psal. 86.

Dorotheus de accusatione sui ipsius doctrina. 7. simile

Ad Colos. 3.

Patientia vestis animæ est pretiosa. Ideo B. Paulus nos admonet in epistola ad Colossenses dicens. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordie benignitatem, humilitatem modestiam, patientiam. Vbi patientia vltima ponitur quasi ordinans, & protegēs cæteras

15 ceteras virtutes, & quasi vestis superior omnia cooperiens. Vnde B. Bernardus super Cantica ait. Quanta gloria est sponsæ alsimilari spōso? Nihil gloriosius reputat, quam Christi portare opprobrium. Grata igitur inia crucis (inquit idem sacer vir) sed ei, qui crucifixo ingratus non est. Gloriosum est militi deferre arma regis: sic gloriosum est Christiano deferre stigmata Christi, sicut fuit B. Paulo, qui dicebat. Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Super quo inquit Beatus Augustinus. Stigmata appellavit, quasi notas pœnarum de persecutionibus quas patiebatur. Stigmata enim dicuntur pūcta aliquo ferro facta de his vero punctis, seu notis, hoc est, de laboribus, & persecutionibus pro Christo passis gloriabatur sanctus Apostolus.

B. Bernard.  
super Cant.

simile.

Ad Gala. 6.

16 Explicans B. Ambrosius verba illa Psalmi; Multi qui persequuntur me, & tribulant me à testimonijs tuis non declinavi, inquit. Non est magnum si tunc à Dei testimonijs non declines, cū te nullus affligit, nullus persequitur. Quis enim inoffensè prosperorum euentu ac secundo successu fieret ingratus? Quis diuitijs affluēs, iungi salute robustus nō ad Dei gratiā refert quod sibi illa collata sint? Denique cum Sanctum Iob prædicaret Dominus, ait aduersarius. Nunquid gratis colit Iob Deum, nonne tu vallasti eum? Sed mitte manum tuam in omnia quæ habet, si non in faciem benedixerit tibi. Tunc igitur plus probatus est, quando amissis opibus, & filijs à domini cultu, & gratia non recessit. Sed non vnus persequitor est, multos ministros habet, sed non te terreat. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Si multæ persecutiones, multæ probationes. Vbi multæ coronæ, multa certamina? Tibi ergo proficit, quod multi persequutores sunt, vt inter multas persecutiones facilius inuenias quomodo coroneris. Omnes enim, qui pie volunt viuere in Christo Iesu (inquit Apostolus) persecutiones patiuntur. Omnes dixit, nullūq; exceptit. Quis enim exceptus esset, cū ipse dominus persecutionū tentamenta tolerauerit? Persequitur nos auaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia, persequitur fornicatio. Vnde & Apostolus ait. Fugite fornicationem. Nam qua causa fugeres si nullate persequeretur? Est enim malus spiritus fornicationis, est malus spiritus auaritiæ, malus spiritus superbiæ: Isti sunt persequutores

B. Ambros.  
sup Psalm. ser.  
20.  
Psalm. 118.

Iob. 1.

2. ad Tim. 3.

1. ad Cor. 6.

quiores graues, qui sine gladij terrore mentem hominis frequenter illidunt, qui illecebris magis, quam terroribus animos expugnant fidelium. Hi tibi hostes cauendi: hi grauiore tyranni, per quos Adam captus est, multi in persecutione publica coronati, occulta hac persecutione ceciderunt. Foris (inquit idem apostolus) pugnae, intus timores. Aduertis quam graue certamen sit, quod est intra hominem, vt secum ipse confligat, cum suis cupiditatibus praelietur? Ipse apostolus fluctuat, haeret, astingitur, captiuari se asserit in lege peccati, & mortis corpore debellari, nec potuisset enadere, nisi esset domini Iesu liberatus gratia. His omnibus considerationibus, quas sanctissimus doctor hic accumulauit, poterit quis se ad patientiam inuitare.

Ad Roma. 5.

Simile.

B. Angli. ser-  
mon. 111. de  
tempo. tit. 10

B. Paulus ad Romanos scribens inquit. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Sicut enim, si essent duo vasa, alterum suauiliquore plenum, alterum vero putrefactione repletum, vno eodemque instrumento mota ambo, produceret certe alterum suauem odorem, alterum vero foetorem teterrimum: sic etiam boni, & mali se habent, vt talia vasa: nam statim impij tribulationum instrumento commoti denudant, & detegunt suam ipsorum maximam impatientiam, boni vero semper demonstrant suam virtutem, atque patientiam, quoniam tribulationibus circumdati, Deum miris laudibus efferunt, ei que gratias agunt. Ecce quomodo patientia operatur probationem.

Genes. 2.

B. Hierony.  
In Episto ad  
Kusticū Mo-  
nachum de  
viuendi for-  
ma.

Magna quidem obtineri non possunt sine virtute tolerantiae, & patientiae: fere semper enim praeclara, ac pretiosa muris difficultatum fortissimis circumdantur. Fluvius quidam nomine Ganges, qui à diuina scriptura vocatur Phison, talis est: vt D. Hieronymus asserat, in eo esse quam plurimos lapides pretiosos, smaragdos carbunculos, & per ripas eius montes aureos adiacere, verum tamen ad ipsum fluvium accedere difficillimum est, propter innumeros Tigres, atque leones, & alia monstra ferocissima in ipso itinere occurrentia. In quo plane nobis significatur ad Dei gloriam assequendam & contuendam, quae locupletissima est, opus esse nobis patientia maxima laborum, ac tolerantia. qua leonibus ferocibus, tigribusque, feris, & alijs bestiis, simmanibus, & monstruosis inimicorum, quae transitum nobis impedire nituntur, viriliter animo resistamus. Vires autem indubie Deus ipse pijsimus prestabit, quibus cuncta superemus.

Singu-

21 Singularis erat patientia sanctissimi Dauidis, siquidem ipse de se fatetur dicens. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, cū loquebar illis, impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus erat pacificus, qui nec insanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare. Hinc etiā D. Paulus ait. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes, hortaturus enim discipulos, vt pacem cū omnibus haberent præmisit dicens: si fieri potest atq; subiunxit, quod ex vobis est. Difficile quippe erat, vt, si male acta corripere, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in cordibus prauorum ex nostra increpatione confunditur, necesse est, vt in nostro corde inuiolata seruetur. Rectè itaq; ait: quod ex vobis est, ac si nimirum dicat, quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis, qui corripuntur expellitur, integra tamen in vestra mente à vobis, qui corripitis teneatur. Vnde rursus idem discipulos admonet dicens. Siquis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Atq; ilico subiunxit. Et nolite, vt inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem. Ac si diceret: pacem cum eo exteriori soluite, sed interiorē circa illū medullitus custodite, vt peccatis mentem sic vestra discordia ferat, quatenus pax à cordibus vestris nec abnegata discedat. Hęc omnia B. Gregorius in pastoralibus.

Psalm. 119.

B. Greg. 3. p. pasto. admoniti. 23

# PAULI CON- VERSI O.



22 **Q**UORSVM filius Dei ex sinu patris descendit, fratres mei, & qua de re nos inuisere miseros. Adæ filios omni bono destitutos dignatus fuerit, conspicuū est cūctis, nisi ipsi cęcutiant, & vltronea sua volūtate mētis suę oculos claudere velint. Equidem non eo venit, vt honores tibi vēdicaret ab hominibus, quippe qui Iudæis volentibus regni coronā ei dare, fugit. Et dum in terris regnum non ambit, cęli, terręq; meruit principatum, sicut ipse manifestauit dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Quid plura? A deo volaticos sæculi huius horruit honores, vt proposito sibi gaudio sustinuerit crucē, cōfusione cōtēpta. Nec

Matth. 28:

Ad Hebr. 12:

Nec diuitias nostras adamauit, qui sacratissimam virginem matrē delegit pauperem, virtutibus cunctis tamen exuberantem ita, ut cælestes spiritus excellat. Imo, cum diues esset, inops factus est, ut eius inopia nos diuites essemus. Venit itaque Salvator, ut nos ex faucibus draconis versuti satanæ potenter eriperet, & nos omnibus peccatorum vinculis irretitos solueret, sceleraq; nostra cruore suo sacro deleret, quod sane exacte sacer Apostolus recensuit

**1. ad Tim. 1.** Timotheo discipulo suo scribēs. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiā suā ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternā. Nisi fallor charissimi cuncta hæc verba ingentem habent emphasim, idcirco paulisper gradum figamus oportet. Verum omnis sermo Dei fidelis est, quia veritatis plenus. Ut à luce nihil tenebrosum, sed lucidum, pulchrum, & oculis delectabile dimanare potest. Sic à veritate æterna, quæ Deus est, nihil nisi verum enasci poterit. Vnde in Apocalypsi scriptum est. Hæc verba fidelissima sunt, quod perinde est acsi diceret. Hæc verba verissima, & ab omni mendacio aliena sunt, ut pote à Deo deprompta. Nec nō omni acceptione digna sunt verba omnia vtriusque testamenti, eo quod ex ore Dei profecta sint. Quid ergo sibi vult apostolus dicens: fidelis sermo, & omni acceptione dignus? Sane egregie locutus est: verus quidem omnis sermo Dei est, attamen aliquādo nobis non satis placet. Inimicus factus sum vobis, inquit idē apostolus, verum dicens. Fidelis sermo ille est: regnū cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Rursus. Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui oderunt vos. Itidem. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me. Quotus quisq; est, qui hæc audiens non inquit: durus est sermo hic, quis poterit eum audire? Atqui sermo, quem nobis B. Paulus proponit, nedum verus est, & fidelis, sed omnibus gratus, & valde acceptabilis, quoniā de salute nostra, qua nihil pretiosius & vtilius. Nec est abolenda alia translatio, quam B. Augustinus sequitur, sermone de verbis Apostoli: scilicet, Humanus sermo. Quare humanus, & non diuinus? Vere nisi diuinus foret, omni acceptione dignus non esset. Maluit autem dicere humanum sermonem: quia Christus Iesus non venit in mundum quatenus Deus, qui omnia replet, atq; cōtinet,

sed

simile.  
Apocal. vlti.

A Galat. 4.

B. Aug. serm.  
10. de verbis  
Aposto.

5 sed venit, vt homo. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Erat ergo in hoc mundo, & mundus per ipsum factus est, in propria venit, & sui eum non receperunt. Venit, inquã, filius Dei factus homo, quo frater noster factus candido eum diligamus corde, ardentique affectu ipsum veneremur, atque laudemus. Venit Christus Iesus peccatores saluos facere. Ecce ad quid venerit Redemptor noster, non vt impios perdat, aut in nos animaduertat, ceu eramus commeriti. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, dixit idem clementissimus Dominus Nicodemo. Sequitur: quorum primus ego sum. Nunquid ante Paulum, Dauid non deliquit? Petrus non ter Christum negauit? Iudas improbus nonne tradidit Christum, & se se suspendit? Quomodo ergo peccatorum primus fuit Paulus? Ego sum nouissimus Apostolorum, ait alibi, & non sum dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Ad hæc respondet Beatus Augustinus sermone de verbis Pauli. Paulus se primum peccatorẽ appellat, non tempore, sed iniquitate. Recolite Saulum, nonne ille est, cui ad lapidandum Stephanum manus vna non sufficiebat, ideo aliorum vestimenta seruabat? En quam fuerit primus peccator plures adiuuando ad malum, quo quid iniquius? Malum est si quis animam suam occidat peccando, ac longe peius, si alios pelliciat ad malum patrandum. Cæterum Apostolus addidit. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam. Quod perinde est ac si dicat Deus optimus tam est longanimis & misericors, vt tot facinoribus prouocatus, non modo non puniuit, sed potius aduersarium reluctantem exaltauit. Ne post hac quis, quamlibet scelestus, de eius pietate diffidat. Hanc igitur immensam clementiam Christi Iesu, & patientiam, graphice nunc Beatus Lucas in epistola hodierna deliniat, dicens. Saulus adhuc spirans, &c. Mirare, & satis miranda, non sanguine Diui Stephani satiatus, nec sanctæ Ecclesiæ persecutione plenus minas spirabat, & necem machinabatur aduersus Christi Iesu oues. Hic est mox hominum sceleratorum, qui diu noctuque laborantes, mala patrare non cessant, quia iuno inferni instar, os suum dilatant, vt maiora delicta committant. Nos vero (quod maxime dolendum est) vbi vel vnum opus

sanctum,

Ad Titũ. 3.

Ioan. 3.

ad Cor. 15.  
 B. Augu ser-  
 mo. 9. de ver-  
 bis Pauli  
 Actuum 9

Actuum. 9.

sanctum, aut pium facimus, statim deficimus, & fatiscentes, aliquando bonum quod cæpimus, relinquimus. Pudeat nos, fratres, verbum hoc audire. Saulus adhuc spirans minarum. Id est, cū plurima operatus esset mala contra Ecclesiam Domini, defatigatus non est, sed feruore iniquo, quasi nihil mali intulerit Christianis, roboratus, & diaboli versutia fretus nouas cædes appetit, noua sique technas parat, quibus magnam stragem populo Christiano inferat. Inter omnia autem, quæ hic narrat Beatus Lucas notandum summopere est, quam potenter, ac clementer supernus Saluator ex vase contumeliæ, vas honoris, & electionis hunc Saulum effecerit. Vade Anania, (ait clementissimus Dominus) quia vas electionis mihi est. Mihi non sibi honorem percipit, iamque non sibi, sed mihi viuit, per omnia. Obediens adeo fuit vt dicere ipse valeat. Viuo iam non ego, viuit autem in me Christus. O verè vas aureum, solidum, ornatum omni lapide pretioso. Aureum vas, & non terreum Paulus fuit, aurea verba proferens, sicuti in epistolis eius licet intueri. Solidum vas fuit, & ideo ter virgis fragellatus Paulus, semel lapidatus, & propemodum innumera mala perpeffus, nunquam fractus fuit. Postremo omnilapide pretioso ornatus fuit Apostolus, eo quod fide, spe, & charitate cæterisque virtutibus decoratus, omnium charismatum donis effulsit. Res mirabilis fratres in tot calamitatibus obeundis, quas ipse longo contextu Corinthijs narrat, non modo mæstitiam non sensit, sed hilari vultu cuncta ferebat. Superabundo gaudio in tribulationibus meis, inquit. En quam mirifice gaudebat, nec tristabatur more eorum, qui deiecto, & imbecilliano animo sunt. Hunc gigantem fortissimum nos fratres pro nostra virili imitemur oportet. Postremo obseruanda est magnopere Pauli obedientia, nam statim vbi audiuit, Ego sum Iesus Nazareus, nullas moras trahens, neque procrastinans in auditu auris obediuit Christo Iesu. Huc sane pertinet verbum illud omni acceptione dignum. Domine quid me vis facere? O mirabilem & promptam obedientiam, foelix, & nimium foelix, qui, posthabita propria voluntate, Saluatoris duntaxat voluntatem sequitur, eique efficaciter adhæret, quippe quæ bona est, beneplacens, & perfecta. Hinc inuenimus in hoc mirabili vase nomen suauis Iesu, quod tum ore, tum corde vbi que gerebat. Quam indefesse Christum Iesum prædicat in omni

Ecclesi. 10.

Ad Cor. 11.

11 *omni regione indefatigabili quodam ardore, ita vt ab Hierusalē ad Illiricum vsq; omnia euangelio sacro repleuerit, nemo sermone enarrare poterit. Plus omnibus laboraui, inquit ipse, non ego sed gratia Dei mecum.* 1. ad Cor. 15

Qui fusius acta egregia huius diuini Apostoli videre voluerit homilias septem B. Chrystostomi legat, quibus encomia eius subtili eloquio describuntur. In quarū vna doctor ille eruditissimus sic ait. Homo iste ignobilis, & scenofactorius, qui artem exercebat in pellibus, tanta virtute progressus est, vt vix triginta annorū spatio, Romanos & Persas, Parthos, & Medos, Indos, Scythas, Ethiopes, Sarmatas, atq; Saracenos, & omne prorsus hominum genus sub iugo mitteret veritatis. Et sicut ignis in stipulas, & ante fœnum immissus, sic omnia dæmonum opera cōsumpsit. Hæc 12 ille. Quodq; magis mirum est, in carcere positus, constrictusque compedibus verbum personabat, & Christo Iesū vero Deo, & homini animas lucrabatur. Hinc ad Timoth. inquit. In euangelio laboro quasi male operās vsq; ad vincula, sed verbū Dei non est alligatū. Hunc ergo virū strenuūq; athletā fratres imitemur, mādati Saluatoris obtemperantes, labores, & ærumnas pro amore eius patiamur, quo cum ipso in cælesti gloriā lætemur. 1. ad Timoth. 2. c.

Observanda est etiam maxime profunda huius sancti viri humilitas, quam tantopere Christus Dominus nobis cōmendat. Omira, & modis omnibus admirāda Pauli humilitas. Nūc blasphemū se vocat, quia ignorans ecclesiam Dei persequebatur. Nūc minime Apostolorum se fore asserit, qui dignus non sit tā excellenti nomine. Nunc deniq; abortiuum se depingit, cui etsi immerito apparuerit Christus glorificatus. Nonne charissimi videtis 13 sua piacula palam profitentē? Et, quod plus admirationis, & ponderis habet, nō tantū ore, sed scripto mala, quæ fecit tradidit, quo omnes orthodoxi, qui sunt, & erunt, peccata eius legere valeant. Quid obsecro humilius, aut deiectius esse potest? O petulantia, & extollentiam eorū, qui scelera sua clam coram sacerdote referare nolūt. En Apostolus peccata sua quāuis magna coram omnibus confiteri non erubescit. Quia vero nimis se humiliavit, nimis etiā à Christo Dño exaltatus fuit, siquidem principē suę sanctę ecclesię eum fecit. Videns Deus olim afflictionē maximā, qua premebatur populus Israeliticus sub acerbissimo Pharaonis iugo apud Ægyptū, decreuit eū à tanta afflictione, & seruitute liberare: atq;

Exod. 3.

a. Ro. 3. 2

Thren. 4

B. Leo in ser-  
mo. Apосто.  
Pet. & Pauli

ita cū esset necessarius dux quidā, qui populū ex Pharaonis impe-  
rio eriperet, atq; eundem populum duceret, visus sibi fuit accō-  
modatissimus ad eandē rem dux, & princeps Moyses. Nam (vt  
inquit B. Augustinus) videns Deus, quod Moyses pro vno duntaxat  
ex natione sua, qui ab Ægyptio male tractabatur, se maxi-  
mo vitæ discrimini periculoq; exposuit interficiēs Ægyptiū, &  
malens se Pharaonis amittere familiaritatem, & domū, in qua fi-  
lius putabatur filia, quā quod sineret virum Hebræū ita pati, de-  
creuit eū præficere toti populo. Si enim pro vno duntaxat tam  
strenuè se gerebat, quid facturus erat pro amplissima plebe sibi  
concredita tuenda, & defendenda? Sic plane, cum gentilitas esset  
in maxima afflictione, & cæcitate posita, velletq; Deus eam ad se  
attrahere, & de tanta miseria liberare, sibi Paulum delegit ad id mu-  
neris præstandū, quē pro synagoga tam viriliter decertare vide-  
bat. Qui re vera acerrimus fuit Christianorū defensor, & sapien-  
tissimus totius gētilitatis doctor, & beatissimi Petri fidelissimus  
comes. Quid enim de vtriusque fortitudine in subeunda morte  
pro Christi Iesu amore iam dicam. Equidem cum Dauide dica-  
mus oportet. Saul, & Ionathas amabiles, & decori valde in vita  
sua, in morte quoq; non sunt separati. Aquilis velociores, leoni-  
bus fortiores extiterunt. Quis vnquam verbis exprimere poterit  
quā amabiles, quāq; decori principes ij fuere? Proculdubio quod  
Hieremias de Nazaræis asserit in ijs Apostolis sanctissimis potis-  
sime locum habet. Nazaræi Domini candidiores niue, nitidiores  
laete, saphiro pulchriores, decori valde in vita sua erant, omnium  
charismatum donis mirabiliter ornati. Aquilis velociores extite-  
runt, tot terrarum climata perlustrantes, & sanctū euāgelium va-  
rijs nationibus prædicantes. Videre est, in actis Apostolicis, quo  
zelo vterq; longe lateq; percurrens, gentes efferatas, & indomi-  
tas ad suauē Christi iugum allestauerit. O viros Arenuos! o ro-  
bustissimos gigantes, leonibus ipsis fortiores, tum in profligādis  
tyrannis, tum in dæmonijs effugādis, tum deniq; in probris, fla-  
gellis, & carceribus obeundis. O spectaculum stupendum, quādo  
totius Romæ incolæ has firmissimas columnas ecclesiæ ad mar-  
tyrij palmam exire viderunt: in quo certamine alter cruce, alter  
vero ense gloriose triumphauit. Vnde B. Leo iure optimo sic cla-  
mat. Isti sunt viri, per quos tibi euāgelium Christi Roma resplē-  
duit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti  
sunt

17 sunt patres tui, verique pastores, qui te regnis cælestibus inserendam multo melius, multoque, foelicius cõdiderunt, quam illi, quorum studio, prima mænium tuorum fundamenta locata sunt. Ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde foedauit. Isti sunt, qui te ad gloriam hanc prouexerunt, vt gens sancta populus electus, ciuitas sacerdotalis, & regia, per sacram Beati Petri fidem caput orbis effecta, latius præsidere religione diuina, quam dominatione terrena. Superest fratres, vt in tam celebri solemnitate iubilemus, iubilantes Christum Iesum Regem nostrum in sanctis suis laudemus, quo tam nostri Saluatoris gratia, quam apostolorum suorum precibus atque meritis, ad eorum optatam gloriam peruenire nobis contingat.

PRO SANCTO  
PHILIPPO.

**N**ON turbetur cor vestrum, creditis in Deum, & 1ca. 14.  
in me credite, in domo patris mei mansiones multæ sunt. Quanta sit, & quam admirabilis sanctissimæ fidei energia, atque potens virtus, fratres dilectissimi, palam vas electionis Paulus, orthodoxis omnibus facit dicens. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo. Ad Rom. 15.  
O mirabilem summi Dei erga homines largitatem, ille perinde, ac pater misericordiarum, donum fidei pectoribus nostris inseruit, quo gaudio ineffabili, & pace cælesti, mens nostra adhuc in hoc exilio calamitoso potiri valeat. Verum fides in Christum, quæ per dilectionem operatur, totum hominem tranquillat, pacem præ se ferens, & gaudium. Pacem (inquam) affert intellectui, in quo est tanquam in subiecto gaudium vero conciliat voluntati à qua intellectus mouetur ad credendū: nam ex imperio voluntatis intellectus credibilibus assentit. Vnde B. Augustinus libro de prædestinatione sanctorū, fidem esse dicit in voluntate, id est: actus fidei procedit quodammodo à voluntate imperante intellectui, vt assentiat. B. Aug. li. de prædest. 1  
Quod etiam docet Beatus Thomas. Cæterum quum tam præcellens sit B. Tho. 2. 2. q. 4. art. 3.  
nn 2      effica-

efficacia sanctissimæ fidei, ut beatus Paulus nunc nobis recensuit, Saluator noster considerans Apostolos suos magna tristitia affectos, & non nihil corda illorum conturbata, potissime ad credendum eos exhortatur, ut dum fidem perfectam vindicauerint, non tristentur, sed gaudeant, nec perturbentur illorum pectora, sed potius credentes, ut par est, pace, ac tranquillitate perfruantur. Ecce quo potissime verba lectionis euangelicæ hodiernæ tendant. Verba hæc Dominus locutus fuit, Apostolis magnopere dilectis in cæna vltima, post pedum lotionem, post Eucharistiæ sacrosanctæ institutionem, & postquam cruentus, & infernalis traditor Iudas iam exierat affectu iniquo ad tradendum Dominum atque diuinum magistrum. Tunc multa Saluator Apostolis reserauit, quorum vel vnum sat fuerat ad perturbationem non vulgarem in cordibus eorum excitandam. Dixit enim illis. **Vnus ex vobis me traditurus est. Et rursus. Quo ego vado vos non potestis venire. Et Petro, qui precipuus, erat inter Apostolos & primas tenebat, ait. Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.** Denique quod omnium maxime pectora illorum infestabat, terrificum illud verbum erat. **Omnes vos scandalum patiemini in me, hac nocte.** Scriptum est enim: **percutiam pastorem & dispergetur oves gregis.** Audientes ergo quam atrocem, & nouam tempestatem Dominus significabat, quæ sane Petrum fortissimum omnium ad tantum terroris impulsurus erat, ut eadem nocte, non semel, sed ter foret negaturus eum quem iuxta Cæsaream filium Dei viui toto corde, & ore confessus fuerat, vehementer omnes expauescebant, & animo percussis Petri exemplo sibi quisque summopere metuebat. Qui ergo tenere eos amabat & filios nuncuparat, quique medullitus ea quæ ipsi versabant in corde, ut verus Deus sciebat, conatur vehementer animos illorum sedare, & cogitatus torquentes pectora illorum compescere. **Eas itaque obres ait. Creditis in Deum, & in me credite. Græce vero habetur. Credite in Deum & in me credite.** Obseruandum hic est, quod ad explodendam eorum turbationem duplici argumento utitur, ut statim fusius explicabimus. **Non turbetur cor vestrum, admonet primo. Nepe ut alter fortissimus Iudas Machabæus bello instante optimis verbis armauit suos milites, non lancea, aut gladio, veluti in Machabæorum libro memorie præditum est. Sic supernus Saluator noster imminente**

Luc. 22.

Math. 26.

Macha. 11.

passionis.

6 passionis suæ tempore, muniuit Apostolos suos, quo forti animo prælium magnum illud vincerent. Non turbetur cor vestrū. Non ait: ne turbemini, sed signanter, inquit, cor vestrū nullatenus turbetur. Nam caro suapte natura infirma contumelias, probra, & crucem, vehementer horret, mortemq; abominatur. Quod etiam in Christo Iesu summa fortitudo, est videre, qui quidē orās in horto, agoniā passus. Factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis decurrentis in terrā. Quod Dñs hic expetit tam ab Apostolis, quā à nobis orthodoxis est duntaxat, ne mæstitia in aduersitate mentem absorbeat, quæ præuenire rationem solet. Huc pertinet quod Apostolus sacer Thessalonicensibus scripsit. Nolo vos ignorare de dormientibus, ne cōtristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Non prorsus adimit eis tristitiam, sed ea, quæ est secū

7 dum sæculum, quæ quidem mortem operatur. Verum absq; peccato aduersitate cruciante dicere possumus cum viro iusto Iob. Domine nec caro mea ænea est, neque lapis. Flagellū sentio, quia caro fragilis est, & infirma, quanquam spiritus promptus sit, ad obeundas calamitates propter te Deus meus. Nonne affectu paterno Saluator tres Apostolos, quos delegerat, in horto dormientes videns dixit, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma? Profecto fratres non modica hinc nobis scaturit consolatio certo sciētes, quod Deus optimus agnouit signum nostrum, & recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut scœnū, dies eius tanquam flos agri, sic effloret. Taxat igitur Dominus inordinatam mæstitiam, qua mens nostra plus iusto perturbari solet.

8 Quam obrem inquit. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Vbi etiam notandum est, quod non ab eis crucem aufert, sed animum eorum roborat, ne forte in calamitate succumbant, scientes quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Itaque externo homini crucem imponit, internū autem magnopere consolatur: expedit enim carni ne lasciuia, & insolescat, aduersa pati. At è contra, interno homini cōuenit consolatio, ne fatiscat, & labascat. O nos tepidos, & desides, quam præposterè agimus pro virili labores carnis horrentes, & fugientes, & dulcedinē spiritus nostris pessimis actionibus penitus extinguentes. Quomodo autem sedādum sit cor in aduersitate vexatum, nunc docet pietissimus magister dicens. Creditis in Deū & in me credite. Ecce implicite insinuat, quo eos perturbatio cor-

Luc. 12

1. ad Thes. 4

Iob. 6.

Matth. 26.

Psalm. 102.

Deut. 9.

dis ducebat, nempe ad amittendam fidem in ipsum. Ideo, ut fidem non amitterent expediebat, ut cor eorum non perturbaretur. Creditis in Deum, & in me credite, perinde est, ac si diceret. Iuxta Mosaycam doctrinam unum Deum colitis ipso acclamate: Audi Israel, Deus, Deus tuus, Deus vnus est. Non sicut gentes, quos versutus satanas decepit, plures Deos, qui potius dæmonia sunt, adorantes. Qui ergo verè Deo vni fiditis, mihi fidere debetis, sum enim idē Deus cum patre. Hinc B. August. ait. Ne discipuli turbarentur tanquam homines, & mortem Christi timerent ideo cōsolatur eos, etiam se vnum Deum esse cum patre contestans. Idque sanctus Chrysostomus non tacuit dicens. Ea, quæ in me, & in patrem est fides potentior est ijs, quæ superuenient. Et nihil contra eam potest præualere potentia creata. Vincam ego virtute meæ diuinitatis, & vos per me vincetis, si vestris diffusi viribus in me fiduciam omnē, ac spem fixeritis, nec mors ipsa vos poterit distrahere. Et quemadmodum aliquando eritis afflictionum consortes, sic eritis & coronæ. Tantum mihi confidite. Operæ precium erit hic adnotare, quod non ait: mihi credite, sed in me credite. Sunt qui credant Deum, hoc est, Deum esse, neq; eo dementiæ venerunt, ut cum stulto dixerint: non est Deus. Alij credunt Deo asserentes vera fore omnia, quæ Deus locutus est. Veruntamen hoc satis non erit ad vitam æternam vendicandam, nisi in Deum credant, id est, credentes, ei per amorem adhæreant, ut sanctus Thomas egregie docet: Veritas enim prima ad voluntatem refertur, secundum quod habet rationem finis. Hanc distinctionem fidei tractat Beatus Augustinus super Ioannem, & in vigilia Pentecostes. Hæc fides omnibus summè necessaria est, maxime autem his qui in aduersitatibus huius sæculi immerfi sunt, quando quidem talis fides scutum est, in quo cuncta tela nequissimi hostis quamlibet ignea sint possumus extinguere, uti Apostolus pulchre testatur. Quin victoria nostra, quæ vincit mundum, fides sacra est, si tamen per dilectionem operetur, sicut ipse Apostolus ad Galatas inquit. Quid multis immoror? Per hæc fidem, quam à nobis exigit Dominus, sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. Ora leonum obturauerunt, extinxerunt impetum ignis, & alia complurima egregia fecerunt, quæ nobis B. Paulus ad Hebræos scribens enarrat. Quod autem stipendium paratum sit victoribus, iam aperit clem-

B. Thom. 2. 2.  
q. 2. art. 2.

Ad Gal. 5.

Ad Heb. 11.

men.

mentissimus Saluator dicens. In domo patris mei mansiones multæ sunt. En postquam se se Deum verum esse ostēdit, ac proinde quod scrutator sit cordium, & intima nostra penetret roburq; in eis infundat, iam solamen aliud proponit militibus suis, ne in certamine deficient. Non mihi soli in cælo paratum est præmium, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Neq; solus Petrus me secuturus est, sed omnes absq; delectu, qui mihi per sincerā fidē, & charitatem adhæserint. De præmio ergo nō est cur solliciti sitis, tantū eo conandū, vt forti animo certetis, non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. In domo patris mei (inquit) mansiones multæ sunt. More blandientis loquitur, vt mæstitia affectos ijs faustissimis eloquijs solari possit. Non ait, in domo iudicis, sed patris, vt affectum nostrum alliciat. Hæc est illa domus non manu facta, quam habemus in cælis, si nostra domus terrestris prius dissoluatur. Quid multa? domus hæc Deus optimus ipse est, in quo nūc viuimus, mouemur, & sumus. Quāuis nunc eum videmus in speculo, & ænigmate, hoc est, per fidem tunc vero facie ad faciem videbimus illū sicuti est. Vnde B. Augustinus ait. Per hoc verbum à perturbatione Apostoli recreatur, fidentes etiam post pericula tentationum, se apud Deum cū Christo mansuros. Quia si alius alio fortior, sapientior, aut iustior: nullus tamen alienabitur ab illa domo, vbi mansionē pro suo quisq; accepturus est merito. Et tunc erit Deus omnia in omnibus. Et quoniam Deus charitas est, per charitatem fiet, vt quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque ipse habet cum amat in altero, quod ipse non habet. Nec erit aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis: hæc omnia B. Augustinus, cui sane conuenit D. Gregorij sententia. Sancti in cælo disparilitatis damna non sentiunt, quia tātum sibi vnusquisque quantum percepit, sufficit. Mira res, domus illa foelix vna est, mansiones vero diuersæ, quoniam varia sunt electorum merita. Huc pertinet illud beati Pauli. Sicut stella differt à stella, ita resurrectio mortuorum. Aptissima quidem similitudo. Stellæ cælo adhærent, & stables manent, sic sancti in gloria adhærentes Deo ab ipso diuelli non possunt. Stellæ, & cuncta astra ad ipsius cæli motum mouentur: & ad eundem modum beati, ore, & corde in cælesti regno clamant. Domine, fiat voluntas tua. Denique sicuti varia astrorum lux vehementer cælum

Isai. 64.

1. ad Cor. 1.

1. ad Cor. 13

B. August. su per Ioan.

B. Grego. II. vit. mora:

1. ad Cor. 15, simile,

istum venustat, ad eandem imaginem diuersa sanctorum gloria<sup>15</sup> mirum in modum, domum illam ætheream decorat. Mirabile dictu, de quouis sancto canit ecclesia illud Ecclesiastici. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ecce quam sint varia sanctorum merita, ideo oportet vt diuersa sit gloria, pluresque mansiones. Multum regina Austri demirata est videns habitacula seruatorum magni regis Salomonis: verutamen habitacula beatorum tam sunt decora, & miro ordine digesta, vt stuporem multo magis ingerant: cuique perspicue ea cōtemplanti.

Sed cum ore suo sacro Dominus dixerit paucos fore electos: quorsum hic astruit multas esse sanctorum mansiones? Ratio ipsa asserit, quod si multę sunt mansiones, ergo multi erunt electi, qui eas possideant? Nempe nulla est controuersia in verbis<sup>16</sup> Domini. Collatio sanctorum non fit cum damnatis, nā stultorum non est numerus: Cum quibus si sancti conferantur, pauci sunt. Sed si numerus electorū absolute expendatur, nō paruus est. Vidi urbem magnam (ait beatus Ioannes) quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus stantes ante thronum. Notanter ait, quod nemo dinumerare urbem illā felicissimam posset, quia solus Dominus scit, qui sunt eius. Ipse eos redemit suo pretiosissimo sanguine, & ipse vocat oues suas nominatim. ¶ Sub hac cum idem fuerit denarius, quem pater familias præcepit dare laborantibus in vinea, etsi impares portauerint labores, qui quidem denarius vitam æternam præsignabat, quo nam pacto multę sunt mansiones in cælo? Vbi beatus Augustinus inquit denario illo vtique vita æterna significatur, & æqualis est omnibus, quoniam viuendi non est diuersitas in æternitate mansura. Sed multę mansiones diuersas meritum dignitates designant. Concordat etiam Diuus Gregorius: dicens, hac ratione conueniunt mansiones multę cū vno denario, quia etsi alter minus, atque alius amplius exultat, omnes tamen vnum gaudium conditoris sui visione lætificat. Vnde conspicuum est, omnes sanctos eandem essentiam Dei intueri, & hoc denarius ille præsignabat. Nihilominus tamen alia est lux solis, alia lunę, & stellarum: nam quo sanctior quisque fuerit clarius, ac perspicacius Deum maximum videt. Quandoquidem si mille homines meridiem solem perlustrantem inspiciant,

18 ciant, omnes eundem conspiciunt, dispares autē sunt in viden-  
do illum. Qui enim acutiorem habet visum is acutius solem in-  
tuetur. Quod profecto in cælo inter sanctos contingit. Illud  
vero annotatu dignum censeo, quod Dominus mæstissimos  
cōsolaturus discipulos, nō ad temporalia aliqua, sed ad cælestis  
beatitudinis spem, & contemplationē eos eleuat. Et ob id man-  
siones cælestes commemorat, vt desiderio, & certa expectatio-  
ne earum, præsentia mala fortiter sustineant. Non sane eis pro-  
mittit ampla terrenę habitationis palatia, non vitæ huius oble-  
tamenta, & cōmoda, sicut olim carnali Iudaico populo. Equi-  
dem orthodoxus quisque cælestis vitæ hæres futurus, præsen-  
tis vitæ, si qua sunt gaudia, contemnere debet, & non nisi cru-  
ces, & afflictiones expectare. Alioquin Saluator noster non  
19 diceret: mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini, sed  
tristitia vestra conuertetur in gaudium. Et iterum. In mundo  
tristitiam habebitis, in me autem pacem. Contendendum no-  
bis ergo fratres est, non tantum vt fælices simus sed vt magis ac  
magis in operibus patrands beatitudo nostra augeatur. Nam  
etsi obiectū beatitudinis nostræ vnū sit, quia Deus ipse omnes  
santos beatificat, adeptio, & fructio ipsius summi boni varia est,  
Quanto vero magis hoc bono homo fruitur, tanto beatior erit,  
vt docet beatus Thomas.

simile.

Ioan. 16.

B. Thom: 1.  
2. q. 5. art. 2.

Sequitur in textu. Si quominus dixissem vobis, quia vado  
parare vobis locum, & si abiero, & præparauero vobis locum,  
iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt, vbi ego sum, &  
vos sitis. Rursus his verbis, quos vnice diligebat consolari niti-  
tur, certiores illos faciens de aduentu suo, deq; fælicitate eorum.  
20 Si quominus dixissem vobis. Hoc est, si secus res se haberet, &  
multitudo mansionum in domo patris mei non esset, indicaf-  
sem vobis. Et si abiero, & præparauero vobis locum iterum ve-  
nio. Mansiones iam ab æterno per prædestinationem paratæ  
erant, vt beatus Augustinus docet, sed operando præparauit  
Ad Ephe. 1.  
tas Christus Iesus. Nam, vt beatus Paulus inquit, elegit nos pa-  
ter æternus in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus  
sancti, & immaculati coram ipso. Quid est in ipso, nisi vt per  
filij sui mortem, nobis gratia, & gloria exhibeatur? Si ego abie-  
ro (inquit) moriendo, aditum æternę gloriæ referabo vobis.  
In sanguine meo vos abluam, vt candidiores niue effecti syde-

B. August. in  
Joan.

Joan. 17.

Psal. 4.

reas mansiones possidere digni sitis. Unde Beatus Augustinus ait. Para, quod paras Domine Iesu, para te nobis, & para nos tibi. Profecto nisi moriendo, & resurgendo, nec non & spiritum sanctum mittendo Apostolos præpararet supernus Saluator, locum non obtinerent in cælesti regno. Cæterum nisi credentes bene viuamus, etiam non præparabitur nobis locus in cælo. Ut ubi ego sum & vos sitis addidit. Erat namque Christi Iesu anima beata, & fruebatur verbo diuino, quo humanitas illa erat vnita in vnione personali, licet corpus eius sacrum, calamitatibus, & morti mansit obnoxium, propter redemptionem nostram. Asserit ergo se beatum esse, quoad animam, & quod erat simul viator, & comprehensor. Nec hoc semel testatus est: nam alibi dixit. Oro pater, ubi ego sum, illic sint mecum: & quod de beatitudine cælesti sit sermo, indicant verba sequentia: ut videant claritatem tuam, ait, quam dedisti mihi. O inestimabilem Saluatoris nostri erga nos charitatem, & largitatem, quis regum verbum tam dulce suis militibus locutus est? Quis vnquam principum tantum honoris vnquam tribuit, & athletis suis contulit? Assumam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis. Utinam in corde nostro fratres verba hæc suavissima versaremus. Sed hoc vnum tacere nequeo: si aditus regni cælorum nobis patere non potuit, nisi tot probra, & cruciatus filius Dei pateretur, quanta solertia, & vigilantia cauere debemus, ne rursus peccando eum crucifigamus? Agite, fratres, iuxta Beati Pauli sententiam. Cum tremore, & timore vestram operamini salutem. Non enim, ut hæreticorum foæ testatur, sic per Christum asserti sumus, ut velut securi in vtramque aurem dormiamus. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino, admonet regius Psalter. Et Dominus quotidie clamat. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Quia autem Beatus Thomas fatetur nomine omnium Apostolorum ob suam traditatem nescire viam, qua diuinus Magister iturus erat, dixit lucidius rem exponens. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, patrem meum utique cognouissetis, & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Hac epitoma Saluator noster docet quam fuerit verum, quod antea dixerat. Quo vado

# Pro sancto Philippo.

57:

24 vado scitis, & viam scitis. Nam Christum Dominum utique ag-  
noscebant, non modo per egregia eius verba, quibus se patris cæ-  
lestis filium appellabat, sed per miracula stupenda, quæ ante eos  
patrabat. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de  
me. Obseruatione dignum est, quod textus Græcus sic ha-  
bet. Ego sum illa via, illa veritas, illa vita. Quod perinde est, ac  
fidicat: Ego sum suprema via, suprema veritas, & suprema vi-  
ta. Vbi sanctus Hilarius inquit. Non enim in erraticam atque in-  
25 uia deducit ille, qui via est. Neque illudit per falsa, qui veritas est.  
Neque in mortis relinquit errore, qui vita est. Sanè nisi via no-  
stra esset filius Dei non ad nos clamaret quotidie: discite à me  
quia mitis sum, & humilis corde. Est ergo nobis via exemplo,  
ut eius vestigia per omnia sectemur. Veritas est in doctrina cæ-  
lesti, quam nobis impertiuuit, errores quosuis dissipans. Est tan-  
dem vita suis electis, coronam gloriæ immarcescibilis largiens  
in præmium. Profecto fratres charissimi, hoc est totius euan-  
gelij caput, atque summa. Quin hoc vel solum verbum nos in-  
struere potest, quo tendere debeamus. Idque tantum in quavis  
tentatione, & atroci calamitate nos solari valet. Quam ob cau-  
sam altius illud pectoribus nostris figamus oportet. En Chri-  
stus Iesus se exordium, medium, & finem nostræ salutis subin-  
dicat, ne curiosius quidquam quæramus. Initium salutis nostræ  
est, & via per cuius gratiam à peccato surgimus, & ad veram iu-  
sticiam transitus. Medium est, quia per ipsum agnoscimus ve-  
ritatem, omnes sectas frustraneas, & inanes iudicantes. Denique  
26 finis est, eo quod vita æterna vocatur, per quam nedum omnia  
viuunt, sed peccatores è morte ad vitam spiritualem resurgunt.  
Et vita erat lux hominum, ait Beatus Ioannes de filio Dei ver-  
ba faciens. Quis, obsecro, posthac Christum non sequatur, nisi  
demens sit? Quis non candido ipsum diligit pectore? Nostrate-  
natura mendacium abominamur, & ad veritatem aspiramus, ec-  
ce Christus veritas est æterna quæ fallere, aut falli non potest.  
Via iustitiæ est, quam miseri in gehëna ignis cruciati fatentur nõ  
inuenisse, dicentes. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ, & solin-  
telligentiæ non est ortus nobis. Agedū peccator, qui per abrupta  
montium vagaris, qui per vitiorum præcipitia progredieris,  
huc conuerte oculos tuos, ecce Christus Dñs clamat. Ego sum via  
veri-

Ioan. 10.

B. Hilari. lib.  
7. de Trinit.

Ioan. 1.

sapient. 5.

Baruc. 3.

Ad Ephes. 1.

Veritas, & vita. Disce iam, vbi sit prudentia, vt discas, vbi sit<sup>27</sup>  
 longeuitas vitæ. Extra Christum nulla est via, non veritas sed  
 mendacium: non denique vita, nisi horrenda mors. Mira res: tria  
 docuit hic clementissimus Saluator, quibus assequi valeamus  
 mansiones illas cælestes, quæ omnia in ipso tantum fas est inue-  
 nire. Primum est sanctitas vitæ: secundum fides recta, ter-  
 tium spes firma vitæ futuræ. Ipse namque dat sanctè viuere, re-  
 cte credere, & sua dignatione efficit, vt spem ad futura bona  
 erigamus, sicut testatur Dauid dicens. Quoniam tu Domine sin-  
 gulariter in spe constituisti me. Sequitur in textu. Nemo venit  
 ad patrem, nisi per me. Sicuti nemo potest venire ad filium, id  
 est, credere in filium, nisi pater traxerit eum, tenebras intelle-  
 ctus depellendo, & lumine fidei eum illustrando, sic nemo in  
 patrem fidem habebit, nisi per filium illuminetur. Vnde se-<sup>28</sup>  
 quitur quam impares simus, gratia summi numinis sublata, ad  
 fidem comparandam. Nec nostris viribus, aut operibus salu-  
 tem consequi valeamus, nisi in Saluatorem credamus, eidem-  
 que per charitatem non fictam adhæreamus. Quo attinet illud  
 Beati Pauli: Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quia autem  
 Beatus Philippus dixit ei. Domine ostende nobis patrem, &  
 sufficit nobis. Dixit ei diuinus Magister. Tanto tempore vobis-  
 cum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt  
 & patrem meum. Conqueritur cælestis magister de tarditate, &  
 ruditate Apostolorum, & maxime Philippi, qui patris cæle-  
 stis conspectum adhuc in terreno corpore poscebat. Sensus est,  
 nimis mirabile est, quod post tot præclara miracula à me coram  
 vobis patrata, post tot dogmata ex ore meo profecta, nondum<sup>29</sup>  
 noueritis me esse naturalem filium patris cælestis, ac proinde  
 eundem Deum omnipotentem cum ipso. Vbi notandum, quod  
 cognitio illa ex fide oritur, qua filium in patre, & patrem in fi-  
 lium manere non dubitamus. Itaque qui imperfectè agnoscit fi-  
 lium, consequens est, vt imperfectè patrem agnoscat. Sed iam  
 ad nos nostra se vertat oratio: nobis quotidie Christus inquit,  
 Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Plane  
 omnium maxime reprehensibile est in quouis fidei, si diu-  
 tius in Christi Ecclesia versetur, & nihil proficiat in agnitione, &  
 amore Christi. Verum si in nobis, vt par est, dilectio Christi au-  
 geretur, non otiose vitam explemus, aut voluptati vacantes  
 Domi-

Dominum prouocaremus, Probe scriptū est. Qui timet Deum faciet bona. O quot sacri baptrismatis vnda abluti hætenus dulcedinem: & mirabilem Christi suauitatem non gustauerunt. Si tamen gustatis quoniam suavis est Dominus, inquit beatus Petrus. Perinde atque dabitans loquitur: nā fieri nequit, vt qui suauitatem spiritus libauerit non fucatam, & fallacem mundi, & carnis voluptatem prorsus respuat. Pudeat nos fratres tanto tempore cum Christo esse, & non agnouisse, quam beneuolus, quam suavis, & clemens sit. Suavis est Dominus vniuersis, inquit regius vates. Si vniuersis est suavis, ergo nostra culpa suauitatem eius non agnoscimus.

Eccle. 15.

P A V P E R T A S.



**V**ENERABILIS Hugo de Claustro animæ inquit. Pauper: atis tres sunt species, sunt enim quidā qui rebus temporalibus egent, sed inuiti, & hæc, vocari egestas solet: egent enim rebus, & egent bona voluntate, qua nihil ditius esse potest. Sunt alij, qui rebus abundant: sunt autem pauperes spiritu, & hæc est aurea paupertas, quia licet affluant diuitijs, corda tamen nolunt apponere. Tertia est mediocritas, quam Philosophi vocant frugalitatem, quæ est voluntaria.

Hugo, de clau. lib. 1. c. 29.

Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnū cælorum, inquit Saluator noster apud Matthæum. Pro quorū verborum declaratione notandum est Aristotelem Philosophorum principem doctrinam moralem, quam in Ethicis scripsit à beatitudine exorsum esse, cuius consideratio, vt ipse in prologo refert ad dirigendas nostras actiones maxime confert. Vltimus enim finis, & scopus est, ad quem omnes nostræ actiones diriguntur. Sicut ergo sagittarius non potest rectè iacere sagittas, nisi in signum dirigat aciem, sic nos non possumus rectè ponere nostras actiones, nisi ad vltimum finem aciem mentis dirigamus. Agit ergo in Ethicis de virtutibus, & actionibus, quibus ad beatitudinem peruenimus: sic summus doctor Iesus Christus filius Dei in hoc sacrosancto euangelio, quod totum hanc diuinam.

Matt. 5.

simile.

nam.

nam Ethicam continet à beatitudine exorditur, ad quam per obseruantiam eorum, quæ in eo continentur tanquã per media accõmoda properamus. Desiderium autẽ beatitudinis omnibus ingentũ est. Vnde B. Augustinus, de quodam mimo, vel parasito, qui in emporio quodam congregauit omnes, qui ibi erant, dicens se velle eis dicere, quid omnes in mente gererẽt. Cumq; intenti, & quasi admirantes attenderent, dixit eis. Hoc est, quod desideratis: omnes vultis carius vendere, & vilius emere. Quem taxans B. Augustinus ait, Melius, & verius dixisset. scio id, quod maximẽ cupitis, quod omnes vultis esse beati, hæc enim cupiditas in omnibus intima, & connaturalis est, adeoque intranea homini, vt nisi eius destruatür natura, talis appetitus ab eo diuelli non possit, taliter illi impressit illã author naturæ. Quocirca, vt idem Beatus Augustinus super Psalmos docet, ipsi peccatores in suis vitijs hanc beatitudinem quærunt, voluptuosus enim hoc quærunt in suis delicijs, & se miserum putat, si cupitis non fruatur, & beatum se prædicat cum adeptus fuerit, quod de alijs peccatoribus dicendũ est. Omnes tamen errant in quærendo: non enim quærunt beatitudinem, vbi debent quærere. Vnde Beatus Augustinus multoties in Psalmis & libro quarto confessionum dicit. Quære quod quæris, sed non, vbi quæris, id est, quære beatitudinẽ, quære delicias, quære diuitias non ab hoc impidieris à Deo, qui te ad diuitias maximas, & amplissimos honores creauit. Sed quod à te petit Deus tuus est, vt non quæras vbi quæris, quia ibi non sunt hæc bona, non quæras in his caducis, terrenis, propediẽ perituris: sed in celo, vbi est illa satietas plena, gaudium sempiternum, vbi vera bona, & æterna sita sunt. At si tibi sitienti, & ex riuulo lutulento bibere volenti ego dicerem. Non bibas, ex hoc luto, & ex hac aqua turbida, & immunditijs plena, veni & bibe ex ipso fonte, vbi aqua splendet vt cry stallum, limpidissima, dulcissima, & omni carens spurcitia nunquid iniuriam tibi facerem? Nunquid poteras mihi dicere. Dimitte me, vt bibam, ego non te impedio, quod bibas, imo volo quod sitim extinguas: sed nõ ex riuulo lutuoso, sed in fonte ipso clarissimo. Lætare homo. afflue delicijs, & quidquid desideras hauri, sed non ex creatis istis rebus, quæ sunt riuuli lutuosi immunditijs pleni, sed ex ipso fonte limpidissimo omni carente spurcitia, qui Deus est. Vnde ait idẽ B. Augustinus in eodem lib. confessionũ. Quæris beatã vitã, quæris in regione mortis? non est

B. Augu. lib.  
13. de trinit.

B. Augu. sup.  
Psalm. 118.

B. Augu. lib.  
4. confes. c. 1.

simile:

B. Augu. lib.  
4. confes. c. 12

6 est illic. Quomodo enim beata vita, vbi nec vita? Ait ergo Dñs Iesus. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cęlorū. Ac si dicat, scio quid velitis, beatitudinē quęritis, si ergo vultis esse beati, pauperes spiritu stote. Hoc medio talis obtinetur finis. Hi pauperes spiritu sunt, quos Propheta Isaias nunc agros, nunc tauros, nunc fortes vocat. Pascetur, inquit, agni iuxta ordinē suū Vbi Chaldeus Paraphrastes, pro agnis interpretatur sanctos pauperes. Et septuaginta interpretes habent: pascentur direpti, quasi tauri. Hoc est, hi quos Christus Dñs eripuerit à demonis potestate, pascentur, vt tauri, & capit. vigesimo quinto ait idem Propheta. Isaias. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gętium robustarum laudabit te. Vbi septuaginta habēt. Propterea benedicet te populus pauperum. Pauperes igitur Christi agni appellantur, propter innocentia: tauri vero, quoniā in mundo tanquā in ludorum circo ab immanissimis tyrannis exagitantur, donec inauditis supplicijs confossi sanguinē pro Christo fundāt: fortes autem eo quod sua virtute regnū cęlorum capiāt: Regnum enim cęlorū (vt Saluator noster inquit) vim patitur, & violenti rapiunt illud. Cum ergo sit regnum cęlorū ipsorum pauperū, aperte cōcluditur, ipsos pauperes fortes esse. Pręcipua autē causa, quare hic pauperes spiritu beati ac fęlices appellātur, quod ipsorū sit regnum cęlorum. Hoc est, gratia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Similia si loqui posset: nucem amarissimam diceret, ob corticis amaritudinem, at vir sapiens, qui nucem scit frangere, & ad nucleum vsque peruenire, dulcedinem in ea inuenit. Sic mundi amatores, Christi paupertatem diuitiarum tenuitatem, amaram iudicāt: at qui spiritu Dei aguntur dulcem ac suauem, & beatitudinem afferentem inueniunt. Si rex quidam domum haberet clausam plenam auro, & gemmis, & monilibus pretiosis, quę omnia promitteret ei, qui eam aperiret, & duas tibi claues porrigeret, vnā auream ex resticula pendentem ex filis sericis & aureis confectā, sed qua domum illam non aperires: alteram vero ferream ferrugine labefactatā, ligatam vili funiculo, sed qua domum aperires. Vtrāuis eligeres? nonne melius, & vtilius esset ferream accipere quam auream? quis dubitat? Aurea pretiosior est, sed quid refert, cum sit ad aperiendum inutilior? pascit oculos, sed non conducit ad aperiendos, & consequendos thesauros. Ferrea vero abiectior est, sed pręstantior. Hic Rex Deus est, hæc domus

Isai. v.

Matt. xz.

simile.

est

1. ad Cor. 2.

est cælestis illa habitatio, vbi sunt thesauri inexhausti, gaudia æterna, & bona inenarrabilia, quæ non possunt pro dignitate explicari: quæ (vt verbis vtar Beati Pauli) nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hæc omnia promittit Deus illis, qui illuc ingressi fuerint. Clavis aurea est diuitiarum abundantia cum auaritia coniuncta, quæ domum illam cælestem bonis plenissimam non aperit: clavis vero ferrea, & utilis est paupertas spiritus, quæ aperit regnum cælorum. Siquidem (vt inquit Christus Iesus) beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Eam ob causam nos clauem auream, & mundi opes, quæ vtilis plerisque, & præclaræ videntur propter Christum Iesum contemnamus: Paupertatem vero, & ea, quæ abiecta, & acerba videntur, propter eundem Dominum moderatè feramus & pro animo amplectamur.

Leuitic. 16.  
& Isai. 1.

Matth. 10.

simile.

Simile.

Psal. 104.

Animaduertendum est quod ecclesia quasi in infantia sua fuit sub veteri lege, & hinc erat, quod tunc Dominus ei promittebat terram fluentem lacte, & melle. Lac enim, & mel cibus sunt paruulorum. Adueniente tamen Christo Iesu Redemptore nostro ablactata est, atq; à lacte separata. Ideo B. Petrus, qui caput futurus erat totius ecclesiæ illius nomine dicebat. Ecce nos reliquimus omnia. Sed proh dolor, quia nunc temporis Ecclesia maiori ex parte ad lac redit, quod puerilitatis signum est maximum. Diuitias amant multi Christiani, superbiam amplectuntur, vanitatem huius mundi sectantur, non solum multi, non relinquunt omnia sed potius rapiunt aliena. Non sic iusti non sic, qui boni filij Ecclesiæ sunt intelligentes, quod qui eas habent, sunt similes arcæ non habenti commodum aliud de pecunia, quam seruat, nisi quod illius occasione interdum tota frangitur. Similes etiam burse siue crumenæ hoc solum emolumentum reportanti de pecunijs, quas habet, quod maculis plena remanet, & custodiendo pecunias consumitur, & dirupitur, & interdum à latronibus scinditur.

Aduertendum tamen hic est, quod vbi nos habemus, beati pauperes spiritu. litera Græca habet. Beati mendici, vt B. Chrysostomus doctor Græcus docet. Oportet autem quod mendici, qui de elemosynis viuunt iustè viuant, & tenentur benefactoribus gratiam tribuere, suis religiosis actibus satisfaciendo pro eorum peccatis. Vnde in Psalmo dicitur. Dedit eis labores gentium, vt custodiât iustificationes eius, & legem eius requirant. Ecce quam obligatio-

12 gationem imposuit Deus Hebræis labores gentium, & facultates eistribuendo.

Perpendendum est etiam altissimam paupertatem Euangelicam esse de se primum fundamentum ad perfectionem, ut docet Beatus Thomas. B. Tho. 2. 2. q. 184. art. 4.

Exponens B. Chrysostomus verba illa Psalmi: patientia pauperum non peribit in finem, inquit. In finem, id est, nunquam, sed proprium fructum recipiet, quod non semper eueniet laborantibus in rebus ad victum pertinentibus, sed finem sepe non consequuntur

pereuntibus laboribus. Agricola quidem expectat, & mercator. At non raro propter aeris iniquitatem, aut aliunde fructus sui laboris excidunt. In Deo non ita fit, sed suum quisque in eo finem consequatur necesse est, quod magnam utique consolationem affert, de fine nunquam frustrando considerare. B. Chry. in Psalm. 5. Simile.

13 Idem Beatus Chrysostomus cum diuitibus loquens ait. Ne contumelias pauperem lædas, remedio indiget, qui te adiit non vulneribus. Nam si quis lapide percussus, cæteris omnibus neglectis ad genua tua sanguinolentus refugeret, alio ne tu iterum caput eius percuteres, & vulnus vulneri adderes? Ne

quaquam certe, sed priori vulneri mederi velles: cur igitur in paupere oppositum facis? An ignoras quantum prodesse iocunda, quantum nocere potest amara oratio? Melius est, inquit, sermo pius, quam datio. Non putas aduersus te ipsum esse abuti, grauioreque ictu confossum iacere; cum dolore pauper commotus, gemens atque lachrymans silentio abs te discesserit, qui nempe à Deo à te missus fuerat? Nam si famulus

14 tuus ad alium similiter famulum, argentum tuum repetiturus, quod illi dederis, iussu tuo profectus sit, nec inde solum inanis, verum etiam omni conuitio atque contumelia pulsus redierit, quo supplicio famulum tuum punires, cum te ipsum ab eo spre tum atque contemptum censes? Pariter ergo de Deo cogita. Ipse enim est, qui ad nos pauperes mittit. B. Chry. hom. 36. 16. Matth. Simile.

Isidorus Clarius in quadam oratione ait. Nemo paupertatem desleat, neque ob vitæ inopiam desperet, cui nulla reliqua sit domi supellex, oculos referat ad hirundinem ingeniosam. Nam illa nidum compingens festucas ore fert, cum vero lutum portare pedibus nequeat, alarum summitatē aqua irrigans, deinde tenuissimo puluere inuoluens, hoc pacto luti usum excogitat, Isidorus Clari. orat. 17. tom. 1.

& paulatim festucas inter se luto illo veluti glutino quodam colligans, ibi pullos nutrit, quorum si quis oculos pungat habet à natura curationem quandam ac medendi artem, qua ad sanitatem filios reuocat. Hæc te admoneant, ne ob paupertatē ad male faciendum conuertaris, neq; in molestissimis afflictionibus omni spe abiecta, ipse te deserat, sed ad Deum refugias, qui hirundini talia largitur, multo profecto maiora dabit hominibus, qui ad eum toto corde clamauerint.

Idē orat, 11

Idē alia oratione ait. Si regis, aut imperatoris alicuius charissimus frater hanc urbem ingrederetur, sciremusq; eū, qui beneuolū erga illum animū præberet, esse ab ipso rege maximam vicissitudinem beneficij recepturū, profecto certaretis muneribus, alter alterū superare, spe illa recipiendorū beneficiorū illi eti. At vero Rex maximus Christus profitetur, pauperes esse fratres suos, polliceturq; se ob vnā erga illos beneficentiā regnū cæli repensurū, & nullus tātis promissis cōmouetur. Et quāuis multoties de hoc, quod tanti à Christo fit admoniti sitis nunquam prouisum est. Quod si ille, quem dudū dicebam, regis frater hanc urbē ingressus, nō dico vno anno sed vno die, atq; adeo vna hora moraretur sine hospitio iudicaretis rē fieri nefandissimam, Fratres Christi tamen vagātur tandiu per urbem, neq; dū tempus eorum colligendorum existimabimus?

### Paupertas voluntaria.

**N**isi paupertas, quā spontaneam, fidelem, Evangelicam dicimus, permagnā haberet vim virtutis colēde, & mire expeditā faceret philosophiam Euangelicā, profecto nō esset illata mūdo simul cū Euangelio salutis. Ioannes præcursor Domini, & primus prædicator euāgelij, ipse dimissis omnibus factus est incola deserti, cōtentus locustis, & melle siluestri pro esca. & cilicio de pilis camelorū pro vestimēto prædicās regnū Dei, & dicens. Qui habet duas tunicas, det nō habenti. Post hūc venit filius Dei dicens. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidōs: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Et ipse prædicans regnū Dei dixit: Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus. Post filium vero missus est Spiritus sanctus visibiliter in specie flammarum, & ita ignificet pectora credentium, vt dicat sa-

Luc. 3.

Math. 8.

Luc. 14.

Actum. 2.

18 cer textus. Omnes etiam qui credebant erant pariter & habebant omnia communia, possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, pro vt cuique opus erat. Ad hæc duces fidei intonant constanter. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, Christum Dominum nostrum nudum nudum. Neque est in Sancta Ecclesia hoc genus vitæ sine certa ea que amplissima promissione Dei introductum: siquidem diuinus mundi saluator ab Apostolis interrogatus. Quid ergo erit nobis, quando quidem reliquimus omnia, & sequuti sumus te? Respondit. Amen dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me: & non solum vos sed omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, &c. (nota disiunctiuam particulam: nam qui vel vnum dimiserit quanto magis qui vniuersa) propter nomen meum, (Beatus Marcus inquit propter me, & 19 Euangelium) centuplum accipiet. Hoc est, centies tantum nunc in tempore hoc, & in futuro sæculo vitam æternam possidebit. Ex quo sequitur, quod non tantum acquiritur pro dimissis bonis temporalibus præfatum ius ad regnum Dei, sed simul etiam suauissima quædam affluentia rerum huius mundi, quousque cupis, & satis est virtuti Euangelicæ colendæ. Habet enim textus Euangelij secundum Marcum. Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, matres, filios, & agros: & hoc etiam, 20 quamuis eis vnquam pertinuerint aut iure naturæ, aut iure gentium, aut successionis lege, aut vlla ciuiliū constitutionum obligatione. Itaque, qui sua propter Christum relinquunt, habebunt hæc omnia ad vsum non ad opes, aut proprietatem possessionis, sed vt illis perfruantur sufficientissime per flumina charitatis: sic disponente Spiritu sancto, qui vnus singulorum corda tangit, dirigit, patefacit ad singula commembra mystici corporis: non secus, imo & longe perfectius, quàm vnus spiritus vitalis singulorum membrorum vires, opes, officia conuertit in vsum aliarum partium eiusdem corporis, quantum cuique opus est, & sufficit. Sed dices, quomodo accipiunt centum domos pro vna, aut centum agros pro vno, aut centum matres pro vna? Id necdum intelligo. Perpende quia neque hoc dicit

Christus summa veritas. Sed inquit. Centies tantum domos, <sup>21</sup> agros, fratres scilicet accipiunt, hoc est, centies tantum utilitatis, ac beneficij accipiunt ex domibus agrisque alienis ex fratribus, ex sororibus, matribusque non suis, quantum ex proprijs accipere potuissent. Omnium enim domus eis aperta sunt, omnium agri ipsis fructificant, omnesque pie fideles officia plusquam paterna, aut fraterna, aut materna in eos congerunt, & accumulunt. Ad hæc tam habent singulos participipes fidei pro fratribus, quam fide eisdem visceribus geniti forent, sicuti sunt per eadem viscera vnus Christi Iesu, eiusdemque Spiritus sancti noua creatura in Deo. Habent insuper vniuersos qui regendi, docendi ve in Ecclesia munia subeunt, tam pro colendis patribus, quam si de ipsis viuendi initium sumpserunt, sicut & sumpserunt, loquendo de vita Euangelica, qua deiformes efficimur. Vnde Beatus Paulus Corinthijs confidenter scribit. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Omnes denique, quibus ipsa aliquod incrementum gratiæ Euangelicæ impartiti sunt, vt proprios filios amplectuntur, vt liquet ex eo, quod Galatis scribit idem Apostolus inquitens. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quales appellationes Euangelicæ cognitionis passim per omnem scripturam sacram obuia sunt. Vt autem pergamus vltius perspicuum est qua magnitudine spiritus Beatus Paulus ad Corinthios loquitur. Quasi tristes, inquit, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Ibi explicat diuinus Apostolus dulcedinem, diuitemque remunerationem paupertatis Euangelicæ. Quasi diceret; nos, qui nudi nudum sectamur Christum, videmur quidem mundi hominibus instar mendicantium egere rebus: at locupletes reddimus quam plurimos, non solum bonis spiritualibus, sed & temporalibus. Quis enim pauperum in Hierusalem subleuauit inopiam? Nonne ego? Quis autem peperit Ecclesiæ diuitias, quibus opulenter sustentat ministros suos, nonne sancta illa primorum credentium paupertas? Nam & tum temporis, cum nihil videbantur habere Apostoli, possidebant omnia. Sed dices, Ergo falso dixerunt. Ecce

1. Ad Cor. 4.

Ad Gal. 4.

2. Ad Cor. 6.

24 nos reliquimus omnia: nā omnia possidere, omniaq; relinque-  
 re ex diametro sibi repugnāt. Nullo modo falso dixerūt duces  
 fidei. neq; inter duo illa, vti arbitraris, est repugnātia. Quę enim  
 ad nutū inferuiunt nobis, recte possidere dicimur. Quandoqui-  
 dē possidere, est in posse, hoc est, in potestate sua habere. Aliud  
 est possidere, aliud rem tanquam suam sibiq; propriam habere.  
 Quam differentiam Cicero linguę Latinę parens insinuauit di-  
 cens. Sua esse omnia, atq; à se possideri sicut propria volūt phi-  
 losophi. In vita monastica omnis professus, omnia quę monaste-  
 rij sunt possidet, nihil tamen suū habet, quia omnibus per votū  
 renūtiavit. Omnia ergo possidebāt Apostoli, quia de omnibus,  
 quantū libuit, in sua potestate habebant, idq; per spontaneam,  
 25 piamq; aliorū communicationem. Omnia nihilominus dimise-  
 rant, quia omniū rerū dominiū, & proprietatē à se abdicauerāt  
 habentes rursum, quę aliorum erant adeo ad nutū, vt nihil eis  
 defuerit, imo in tantum, vt dicat B. Paulus ad Galatas scribens.  
 Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos  
 vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Illi autem Galatę hoc fa-  
 cturi an pecunijs, an alijs bonis pepercissent erga Aposto-  
 lum? Sed nec possunt magis voluntarię esse opes diuitibus,  
 quam homini sancto sua paupertas voluntaria est. Hinc Beatus  
 Apostolus. Quasi tristes (scilicet iudicamur à cæteris) semper  
 autem gaudentes: non enim alias lætamur, & alias mæremus,  
 sed semper gerimus intus verum gaudium Spiritus sancti. Er-  
 go cui hæc coniunctim accrescunt in tempore isto pro ijs,  
 quę dimisit, nonne vobis centies tantum accepisse videtur?  
 26 Verūm proculdubio adiecit Beatus Marcus, cum persecu-  
 tionibus: vbi autem persecutio, ibi amaritudo, ibi dolorū pon-  
 dus, ergo quomodo gaudium habent iusti? Virtus in infirmi-  
 tate perficitur. Virtus sub aduersitatibus, vt palma sub one-  
 re crescit. Virtus sola verum de se gaudium gignit. Igitur  
 quidquid virtutem exacuit, fouet, proficit, hoc accumulatur, &  
 gaudium cordis, siue sit persecutio, pauperies, ægritudo, siue  
 sint enses, vnde, sarragines, aut qualescunq; velis. Nonne Apo-  
 stoli ibant gaudentes à cōspectu concilij, quia digni habiti sunt  
 pro nomine Iesu contumeliam pati? Gaudētes, inquit, ea ratio-  
 ne, quia digni erant pro nomine Iesu pati. Non enim ignora-  
 bant sancti viri donum Dei esse pro Christo pati, secundum

Ad Gal. 4

Marc. 1

2. Ad Cor. 12

Actuum. 5

Ad Philip. i. Paulū dicentem. In nullo terreamini ab aduersarijs, quę illis est  
 causa perditionis, vobis autē salutis, & hoc à Deo. Quia vobis  
 donatum est, pro Christo non solum vt in eum credatis, sed vt  
 etiam pro illo patiamini. Itaq; gaudebant de munere, causam sa-  
 lutis adferente, certi neminem posse ledi nisi à se ipso, certi ni-  
 hil posse separare à charitate Dei, quę est in Christo sine per  
 Christum præter vnā proprię voluntatis auersionem, Certi  
 denique de promissione, quam antea audiuerant. Gaudete in  
 illa die, & exultate, (scilicet cū vos persequuti fuerint homines)  
 Luc. 6: ecce enim merces vestra multa est in cęlo. O si fide bene per-  
 1. Ad Cor. 4. fuissemus haberemus sententiā illam B. Pauli, quæ dicit. Id, quod  
 in præsentī est, momentaneū, & leue tribulationis nostrę, su-  
 pra modū in sublimitate æternū glorię pondus operatur in no-  
 27 bis. Deus bone quanta dulcedine, & nostrū interiorem hominē  
 perfunderent, pauperies, tribulatio, & gritudo, mors deniq; ipsa.  
 Profectō vel vt nouo, electoq; musto inebriarent corda nostra,  
 non contemplantibus nobis, vt ibi inquit quę videntur, sed  
 quę non videntur. Quę enim videntur temporalia sunt: quę  
 autem non videntur, æterna sunt. Cæterum præoccupatus  
 affectus noster succorerum præsentium, carnaliumq; volup-  
 tatū, quę Dei sunt non percipit. Sed dicetis quale potest adfer-  
 re gaudiū aut dulcedinem tenuiter vixisse, duriter cubare, ino-  
 pia, inediaq; premi, qualia pauperibus Euangelicis quotidiana  
 sunt? Quemadmodum venter satur super omnibus cibis nau-  
 seat, & opprimitur, ita bene vacuatus stomachus vel solo pa-  
 ne, & aqua deliciatur subinde magis quam regijs lauticijs quis-  
 28 piam epulo potest. Post longa quippe ieiunia, post fœruorē aut  
 orandi, aut quid peragendi in opere Dei quidquid opponi-  
 tur delicię sunt, sapit beta, sapit faba, sapit ater modicusque pa-  
 nis. Nec dissimiliter, vt ijs qui dietim fomno indulgent om-  
 nis lectus est insuauis, neque vllum cervical satis sub capi-  
 te aptatum: ita ijs, qui naturę per vigilias vim faciunt omnis  
 locus pro suauī lecto est, cubant commode super terram, suauiter  
 super scamna, & saxa. Pro vt miles post productas excu-  
 bias stertit profundē etiam quouis in loco. Et vnde gaudiū, nō  
 ne ex eo quod voti cōpos efficietis? Cur opes titillant animū?  
 Nōne quia vsui sunt ad finē, quo tendis? itaq; qui fit voti sui cō-  
 pos perueniendo ad desideratam propter Christū inopiam, fa-  
 mem,

29 mem, nuditatem, cur obsecro non gauderet habens, quod vult, quod querit. & quo sibi quam optime esse secundum spem promissæ salutis arbitratur? Vere igitur Beatus Paulus dese, alijsq; Euangelicæ paupertatis sectatoribus dixit. Quasi tristes semper autem gaudentes. Verè & Beatus Lucas de cæsis Apostolis afferit. Ibant gaudentes à conspectu concilij. Nec alienum haberi debet, quod inserit clementissimus Iesus discipulorum aures, nempe sub maledictis, & persecutionibus gaudendum atq; exultandum, eo quod eorum merces copiosa est in cælis. Quia igitur paupertas Euæglica tam utilis est, & tam recta via ad perfectionem consequendā dixit summus mundi magister Christus Iesus cuidam iuueni. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni, & sequere me. Nō tantūmodo dixit: vende quæ habes, sed vade & vende. Quo significatur prope diē, & citra morā faciendū esse, quod Dominus consuluit. Putant quidem multi satis esse paratum habere animum vendendi, dū tempus, locus, aut fidei confessio postulauerint. At contra nunc, inquit, pede tuo adhuc stante, vade, & vende, vtroq; verbo imperiū præsentis tēporis habente. Atq; illam fuisse Saluatoris sententiam probe intellexerunt Apostoli actu dimittentes omnia: & etiam hoc intellexerunt omnes quotquot vsq; hodie eos perfecte sequuti sunt.

Matth. 19.

Paupertas spiritus.

32 Tanta es fælicitas illius, qui sua sorte contentus nihil extra se querit vt Seneca dicere non dubitauerit. Qui desiderium clausit, cum ipso Ioue de fælicitate contendat. Hinc idem argutissime veras diuitias desideriorum paupertatem esse diffiniuit, illumque vere diuitem, & beatum pronuntiauit, non qui plurimum haberet, sed qui minimum cuperet, quod hoc argumento perspicui facile potest: si quis eger inexplebili fame laboraret, & multis dapibus absumptis eadē adhuc fame vrgeretur: alius verò, qui sano esset corpore vno tantum ferculo contentus famem sedasset, an non hic meliori conditione esset minimo cibo contentus, quam ille, qui tot absumptis ferculis eadem fame cruciatur? Non ergo ingens opum multitudo sed cupiditatis abdicatio quietem animis adfer. Vnde idem Philosophus sapienter, & eleganter ait, Nihil interesse an ha-

habeas an non concupiscas. Cum enim beatitudo sit quies desiderij, multo sanè felicior est, qui cum nihil habeat, nihil cupit, quam qui cum plurima habeat, plurima cupiat. Merito ergo inter illas beatitudines, paupertas voluntaria numeratur, quæ nos à tot corporis & animæ malis eripit, & in felicissimæ quietis, & tranquillitatis portu constituit. Hoc autem mihi Dominus inuuisse videtur, cum primæ huius beatitudinis præmium præsentis temporis verbo significauit dicens. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: cum in cæteris postrematantum excepta, futuri temporis verba subijciat, quòd videlicet in hac vita incipiat esse beatus, qui ad hunc terrenarum rerum contemptū potuit peruenire. Hoc autem quod ego à vobis fratres, Christianus à Christianis exigo: gētilis Seneca se præstitisse fatetur, qui ad Lucillum scribēs, Romanorum auditatem cōmemorat, qua ad naues ab Alexandria venientes properabant, quò rerum suarum statum, & rationem agnoscerent. In qua tanta omnium festinatione, de negligentia sua, sibi Seneca gratulatur, quamuis ad ipsum quoq; cares plurimum pertineret. Qui enim perinde, atq; prophetæ nostri vocem audiisset, in magna diuitiarum affluentia, cor ipse diuitijs non apponebat. Itaq; ait magnam esse ex hac negligentia sua lætitiā sibi consequuturam, quod ea res animum suum à diuitiarum seruitute, & cupiditate liberum esse declarabat.*

simile.

Quemadmodum rota quantum minus solum tangit, tanto velocius mouetur, ac voluitur leuius, quoniam sic non hæret aut mergitur: ita homo quanto leuius ista mundana contingit, & ipsis hæret, tanto celerius in virtute progreditur. Et sicut rota, quanuis terram attingat, maiorem tamen partem, quæ terram ipsam non tangat, habet eductam, ea tantummodo parte contingens terram, qua tangere necesse est ad sustentandum suum pondus: sic etiam vir prudens & vere sapiens, quamuis mundum tangat, quia dum in hac vita mortali moratur, sine mundo esse non potest: tamen ita tenuiter eum attingit, & tam exiguam de mundo sustinet curam, vt cælestia potius per attente contempletur.

# Paupertas.

585

## PAUPERES NECESSITATE.

B. Chryf. bo  
mi. 20. ad po  
pulum tom 5

35 **B**Eatus Chrysoſtomus in quadam homilia inquit. Non debe  
mus pauperes deſpicere, quod eos abiectos videamus cum  
nobis maximæ vtilitati ſint. Siquidem multa ſunt abiecta,  
quæ idcirco non deſpicimus, præfertim cum maiori nobis vſui  
ſive frequentiori ſint, quam nobiliora, & excellentiora. Fer  
rum enim, quamuis ignobilis ſit auro, & argento ad noſtros  
tamen quotidianos vſus frequentius, & commodius accõmo  
datur, ex eo ſiquidem inſtrumenta fabricantur ad terram ex  
colendam ex qua alimur: ſunt arma, quibus vtuntur homines  
ad ſuam deſenſionem, & cõplura alia id genus, lapides etiã & ſa  
xa frequentiori ſunt vſui in ædificando, & in molis extruen  
dis ad frumentum terendum quam vllaratione ſint ſaphyrus,  
36 ſmaragdus, cætereq; pretioſiſſimę gemmæ. In nobis etiam ex  
perimur, vel Paulo teſte, quantæ vtilitati ſint ignobiliora mem  
bra, vt pedes. Et vt ad rem propius accedamus, quid, quęſo,  
niſi à pauperibus iuuarentur diuites, ipſi præſtare poſſent, cum  
ſint delicatiſſimi & ad labores corporeos tolerandos minus ido  
nei, præfertimq; ad agriculturam exercendam? Quin potius  
terra, mariq; laborum pondera, pauperes ipſi ſuſtentant.

## De paupertate quæſtio.

**Q**Uæritur quare, cum Dominus in monte Thabor tranſ  
figuratus eſt adduxit ibi in teſtes ſuæ gloriæ Moyſem,  
& Heliam, & non Abraham, Isaac, aut Prophetam Dauid? Ad  
hoc reſpondet Diuus Chryſoſtomus, quod cum Chriſtus Re  
37 demptor noſter vellet oſtenſionem præmij ſanctorum præbe  
re, elegit illos qui fuerunt ſancti, paupertatem, & contemptum  
ſectâtes, hoc eſt, Como Chriſto nueſtro Redemptor quera dar  
mueſtra del premio de los ſanctos, eſcogio a aquellos que fue  
ron ſanctos a trueco de pobreza, y de deſprecio, que ſon de las  
mas duras tentaciones del mundo, y de las cosas, porque mas  
gentes ſe pierden. Nam de Sancto Moyſe ait Diuus Paulus,  
quod elegit potius affligi cum populo Dei, quam volupta  
tibus domus Pharaonis potiri. Helias etiam, cum nihil am  
plius haberet, quam pallium, quo ſe operiebat, ſemper à cu  
ria Regum ſemotus exulauit, quia voluptatibus, & placitis re  
gis Achaz conſentire nolebat: perque ſer virtuoſo quando la

virtud me vale para ferrico , y honrado , no es de mucha esti-<sup>38</sup>  
 ma. Quando el juez espera, que por tener nombre de hombre  
 de pecho, & de valor le haran mercedes, y le daran otros officios  
 y el otro, que por ser honesto le haran Obispo, ni grado ni gra-  
 cias, mas quando la virtud se conserua a trueco de ser pobre, y  
 desualido, esta es la compañera, y asistente de la gloria de Iesu  
 Christo. Hoc enim efficere non potest nisi ardens amor erga  
 Deum, & maximum gloriæ desiderium : porque es otras virtu-  
 des podemos dezir, que merecen mas nombre de los vicios por  
 que se hazen, que de las virtudes, que parecen, y demuestran  
 exteriormente. Si autem dicitis, ô Pater nos virtutes etiam pro-  
 pter amorem Dei operamur, de manera que las hazemos por lo  
 vno y por lo otro ; ad hoc dico, quod opera, in quibus Deus pri-  
 mum locû in intentione, & in amore, & in desiderio, & in omni<sup>39</sup>  
 bus non habet, profecto nullum locum ibi habet. Deus enim  
 nullibi secundum locum habere vult.

Religiosus, siue quicumque alius, qui pauper spiritu esse in-  
 tendit, & mundanos diuites plurimû diligit, & frequentat, hunc  
 ego diuitem spiritu esse existimo. E contra vero, quando homo  
 diues pauperes diligit, eosque suis eleemosynis frequentat, cer-  
 te potest spiritu pauper reputari: etenim amor conuertit homi-  
 nem in id, quod amat: si diligis pauperes, eris pauper spiritu: si  
 diligis lutores eris lutor spiritu: denique si diuites amas, eris di-  
 ues spiritu.

simile.

Licet certè Christianis diuitias possidere, sed non ab earum  
 auaritia possideri. Musca accedens ad patinam mellis si se totam  
 non immittit in illud, sed ore tantum attingit & prælibat, atq; <sup>40</sup>  
 necessarium sumit, tuto abscedit, & alio aduolat, sin autem se to-  
 tam ingurgitat in mel inuisatur in eo, & non volens valere pe-  
 rit omnino. Sic homo si ex diuitijs eas tantû sumit, quibus indi-  
 get, vt possit se ipsum honestè sustentare, potest eripi, & vola-  
 re ad cælum, sin autem cupiditatis & auaritię stimulis agitatus  
 se totum in diuitias immergit, colligatur illis, & inuisatis ani-  
 mi alis perniciem sibi machinatur. Plutarchus ait contemptum  
 diuitiarum esse Philosophiæ instrumentum. Et Seneca breuissi-  
 mam ad diuitias viam esse per diuitiarum contentionem. Si er-  
 go gentium Philosophi paupertatē magnis laudibus efferunt,  
 quid acturi sunt Christiani, quorum dux, quorum magister,  
 quo-

<sup>41</sup> quorum Deus paupertatem dilexit & docuit, nascens inter paleas, & nudus in cruce moriens? Priusquam Christus filius Dei appareret in carne, poterat inopia mortalibus acerba, & ignominiosa videri: at postquam totius vniuersi imperator, & rector in duit paupertatem, & de se dixit. Vulpes foucas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet, quis non videt esse paupertatem decoram, & honoratam, & Christianæ nobilitatis clarissimum signum. Matt. 8.

P A X.

<sup>1</sup> **I**N Ecclesiastico dicitur. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo: si sufflaueris (scilicet irascendo animum tuum, & malum pro malo reddendo) quasi ignis exardebit, lis scilicet, aut controuersia: & si expueris super illam, leuiter scilicet ac suauiter respondendo, extinguetur, vtraque tamen ex ore proficiscuntur. Nam, vt dicitur in Prouerbijs Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furorem. Ecclesi. 12.  
Prouer. 15.  
 O cælestem doctrinam, imprimat eam Deus in cordibus nostris. Quo affectu desiderabat Beatus Paulus hoc in omnibus fidelibus cernere, siquidem ad Corinthios scribens ait. Obsecro vos fratres per nomen dñi nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes bonū, & animabus vestris vtile, & quod in honorem Dei sit, & non sint in vobis schismata: sitis autē perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Equidem si hoc facitis eritis vt 1. Ad. Cor. 1.  
<sup>2</sup> angeli Dei in pace, & in bono conformes, si tamen vnus contra alterū insurgit, & diuisiones dilexeritis ipsi dæmonibus aliquo modo peiores eritis, & magna aduersum vos insurgent mala. Si vnicam, & paruam lucernam accensam circa aerem portas simile.  
 ses paruo insurgente vento extinctā cito videres, tamē multas simul succensas nec magnus aer extinguere potest. Habēs tu o homo vnicam lucernam paruam omni vento tentationis expositā, nempe animam tuā, si diuisionem diligis cito extinguetur perculpam, & gratiæ lumen amittet, si desideras, quod valde desiderandum est, nempe, vt lucis gratia ab anima tua non extinguatur à tentationum vento, nec ab aere persequutio-  
 num

num. Id ipsum bonum virtutis, & Dei seruitium concordia fra-  
 terna, & dilectione mutua, & sancta omnibus viribus sapere  
 cū fratribus satage, vt docet Sanctus Apostolus, & iunge lucer-  
 nam tuam, hoc est animam tuam gratia accensam, cū aliorum  
 animabus amoris veribitumine, & videbis, quā secure per om-  
 nes tentationis ventos, vsq; ad Dei visionē accēsam portabis,  
 quā parumq; contrate aereę potestates præualere poterunt ad  
 malum. Vx ciuitas sanguinū, vniuersa mendacij dilaceratione  
 plena (ait Dominus per prophetam Naum:) non recedet à te  
 rapina, vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, &  
 quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij,  
 & fulgurantis hastæ, & vox multitudinis interfectæ, & grauis  
 ruina. Vt quid omnia ista contra Hierusalem, & etiam con-  
 tra animam peccatricem, nisi quia est dilaceratione plena?  
 id est diuisionibus, & intestinis dissensionibus. Et etiam vox  
 flagelli Dei veniet contrate ò miser homo diuisionem diligēs.

Naum, 3,

Nunquam audistis quid de apibus naturales dicant? Atten-  
 dite, obsecro, quanta commoda illis veniant, quandiu pax in-  
 ter illas, & concordia seruetur: vna florem portat, alia aquam  
 adducit, alia domum ædificat, alia mel elicit, alia fauum com-  
 ponit, omnes deniq; concorditer laborantes miro artificio dul-  
 cissimos fabricatur fauos. Tamen si inter se discordia confurgit  
 & diuisio, non solū mel, fauus, & cera pereunt, sed inuicem acu-  
 leis se occidunt, & destruunt. O quanta malignatus est diabo-  
 lus, vt nos fideles perdat, & discordiā inter nos seminet, vt sic  
 facillime destruat. Quandiu pax, & concordia inter vos est, ò  
 fratres, vt apes argumentosa, & valde proficue estis, vnus vnus  
 florem, verborum sanorum, & sibi, alijs conducibilium portat;  
 alius, aquam lachrymarum, & compunctiōnis, quæ in dulcedi-  
 nem spiritus vertitur: alius fauum elemosynæ, alius mel solati-  
 ij, quo proximus reficitur, componit, & sic conseruantur in  
 amore, & timore Domini. Sed si discordia insurgit, quia quā la-  
 chrymarū suis sanctis monitis portabat, iam est in causa, vt mul-  
 ti plorent damna ab ipso illata, qui flores bonorum verborū,  
 iam lingua sua, vt tribulo pungit corda, & famam proximorū,  
 qui mel dulcius operationis adducebat, iā fel odij in corde por-  
 tat, & sic inuicem prouocantes se ad malū, & inuicem inuiden-  
 tes, & mordentes inuicem consumuntur. Considerate, obsecro  
 fra-

6 fratres, in Christo Iesu, quod animantia rationis expertia, in suo quæque genere ciuilitate concorditerque degunt, armentatim viuunt elephantes, gregatim suæ, & oues pascuntur, turmatim volant sturni, & graculi, periusta quadam politia grues suas agunt excubias, quæ mutuis officijs se se tuentur, & etiam delphini, & cerui: denique inter immanissimas feras concordia reperitur: leonum enim feritas inter ipsos non dimicat, aper in aprum non dentem vibrat, draco non sæuit in draconem, lupi inter se viuunt concorditer, serpentes serpentibus venenum non effundunt. Ipsi quoque spiritus maligni Deo rebelles, & hominibus contrarij, per quos concordia primum in cælis dirupta est, & hodie in terris rûpitur, tamen, teste summa veritate inter se fædus habent; dixit enim apud lucam, Si Sa<sup>Luc. 11.</sup>

7 tanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? Soli nos miseri homines, quos omnium maxime decebat vnanimitas, quibus etiam maxima erat necessaria concordia ad mare huius periculosi mundi transineandum incolumes, & ad ipsos dæmones vincendos, & ad tentationes contra nos innumeras surgentes superandas, intestinis inter nosmetipsos dissidemus odijs. O feris crudeliores imo & dæmonibus peiores, siquidem in illis, & non in nobis concordia reperitur. O homo apro crudelior cur dente detractionis fratrem tuum mordere non times? O leone seuior, cur proximos dilaceras? O dracone venenosior, vt quid fratrem toxicare odio audes? considera ò infelix iracunde quomodo ceteris animantibus vindictæ, & ultionis instrumentum natura indidit, equo calcem, ceruo, & tauro cornu, apro dente, api aculeum, aui rostrum, & unguis, denique vel ipsi pulli ei morsum addidit, te vero ò homo ad mansuetudinem, & patientiam produxit inermem, & nudum, vt potes ne haberes, vnde vim repelleres, & sic discordiam fugeres, & diuisionem, & pacem cum omnibus diligeres, nisi te ideo inermem creauit Deus, quia nullis armis es contentus, alia, & alia semper querens. Vt quid igitur præter naturam vis vlcisci, & odio fratrem tuum prosequi, armis aliunde quesitis, cum vel crudelissimæ feræ & ad crudelitatem natæ, suis armis duntaxat, & sibi à natura inditis, suam cito vlciscantur iniuriam? Quid erit de te, quando omnes bestię, & etiam pullices insurgant contra te? O hominum confusio! Bos, qui aratro terram cum alio boue scindit, & glebas rûpit, & iugo simul est pressus in pascuis

non

non diuiduntur, & si alterum ab altero sapiens mugitus ad in-  
 uicem emittunt quousque iterum iungantur, & vos homines  
 imo & Christiani sanguine Christi Redempti in eisdem pasuis  
 & riuis sacramentorū pascentes, & idem verbum Dei audientes,  
 vt eadem beatitudine effectis fruētes, qui tamen non solū non  
 doletis de corporali separatione, quin etiam spiritualem inui-  
 cem intenditis, discordia animas vestras à gratia separādo, alter  
 in alterum detractionum mugitus, & odij cornu insurgentes?  
 Boves erunt cōtra vos in Dei iudicio. Omnia discordia pereūt.  
 Ipsa etiam hominum corpora qua ratione creditis interire, nec  
 animam in se retinere posse, vnde mors ineuitabiliter venit?  
 Certē non ob aliud, nisi quia quatuor humores ex inæqualita-  
 te abinvicem diuiduntur, & ideo homo viuūt corporaliter quia  
 concordia est inter humores, & debita conuenientia. Quomo-  
 do igitur omiseri homines vultis, vt merita vestra nō destruātur,  
 & bona opera in gratia facta non pereant, cum discordiam dili-  
 gatis, & inuicem diuisi sitis, odio vos prosequētes? Corpus non  
 viuūt sine humorum concordia, nec animam secum retinere va-  
 let, & creditis rempublicam non esse destruendam ciuū diui-  
 sione, & domum, ac familiam coniugum discordia. Fallo opina-  
 mini quia certē destructa erunt, & anima discordia amica gratiā  
 retinere secum impossibile erit. Igitur o anima fidelis concor-  
 diam, & pacem dilige, si vis gratiam possidere. Non enim est  
 Deus dissensionis (ait Beatus Paulus) sed pacis, sicut & in omni-  
 bus ecclesijs sanctorum doceo. Et in Psalmo inquit Dauid. In  
 pace factus est locus eius. Id est anima pacem cum omnibus ha-  
 bens, & concordiam, est locus eius.

1. ad Cor. 14.

Psal. 75.

### Pax interior siue spiritualis.

B. Th. 2. 2. q. 29.

**P**AX secundum beatum Thomam idem est, quod concordia  
 licet aliquid amplius addat super illam, est enim concordia  
 diuersarum voluntatum concors assensus. Pax autem hunc vo-  
 luntatis consensum concludit, & addit præterea ipsius etiam ad  
 se ipsum concordem assensum, vt non solum alienæ voluntati  
 concordet, sed in se ipso etiam cum semet ipso pacem habeat.  
 vt affectus in eo quod bonum, ac officiosum est, conueniant,  
 & appetitus rationi, ratio vero Deo subiiciatur. Quare concor-  
 dia est inter plures: pax vero eiusdem ad se ipsum conueniētia,  
 affe-

12 affectuū est. Licet hæc pax in hac vita perfectè haberi minime possit, cum etiam inter perfectissimos viros hoc ciuile bellū ingruere videamus. Nā beatus Paulus vas electionis his intestinis prælijs angustiabatur. Vnde, & clamabat in Epistola ad Romanos dicēs. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc est, de hoc corpore mortali, quod animā ad mortalia aggrauat. In patria fruuntur iusti omnimoda pace cū adimplebitur, quod per prophetā Isaiam (secundū septuaginta interpretū translationē) pallicetur eis Dñs dicens. Dabo eis pacem super pacē, hoc est, dabo eis, & corporis, & mentis pacem. In hac autem vita, licet pace fruuntur vt David ait: pax multa diligentibus nomē tuū, non tamē perfecta, & integra pax est: At vero pax illa, quam concordia dicimus maxime desideranda, & inuestiganda etiā est. Quia (vt beatus Cyprianus libro primo ait) concordia simul iuncta vinci non potest. Sciat quippe Orthodoxorū quisq; hostem nostrū diabolum, et si superbissimū, ac fortem, meticulosum tamē, ac pauidum esse, nec multos simul aggredi audebit, sed vnum vel alterū, cū ab alijs discretum, ac se paratū viderit. Sicut ille Goliath, à quo omnis exercitus Israel fugiebat, quoniam procerē erat staturæ, lorica ferrea indutus, & ocreas ferreas habebat, & hastile lanceæ sicut liciatorium textentium, tamen licet fortis, ac superbus, ad singulare certamen populum Israel exagitabat, qui omnem exercitum simul videbatur posse ad congregiendum secum inuitare, adeo meticulosus erat. Sic dēmon, qui tot indutus est armis, artibus, idolis, cui non est potestas in terra comparabilis, (vt in libro Iob dicitur) nihilominus timet multos simul vinculo charitatis, & pacis unitos adoriri, sed ad singulare certamē descendit, y quiere a los hōbres vno a vno y no juntos en paz y amor. Quare cum Christianos discissos inter se cognouerit iam illos audacter, ac confidenter aggreditur peccatisque omnia complet.

Aduertendum est autem maxime duas in homine esse facultates, quarum altera perturbationibus obnoxia est, & turbidis motibus agitur frequenter (qua in parte nascuntur appetitiones quædam vehementiores,) hæc in hominibus stultis sunt vt in pluribus à ratione auerse, inimicæ mentis, atque vitæ tranquillitatis: in homine vero sapiente, quamuis excitentur hi motus, ratio tamen semper obtemperat. Altera vero est in nobis  
animi

Ad Rom. 7.

Esaï. 57:

Psal. 118.

B. Cypria.  
lib. 1. Epi. 1.

1. Reg 17.

animifacultas quæ nõ his cõcitatioribus motibus afficitur, sed r  
 cõsilio semper, ac iudicio regitur. Ab his ergo animifacultati  
 bus tanquã à primis fontibus variè proficiscuntur actiones lõ-  
 ge inter se diuersæ, quæ quãuis interdũ inter se confundãtur, sa-  
 pientis tamen hominis est inter eas discernere, & de vtrarunq;  
 natura iudicare. Qui autem hæc in se ipso scit pacificare etiam  
 faciliter cum proximis concordat, & cum eis pacem seruat.

### Pax commendatur à sanctis.

Orig. homi.  
 26. in NUM.  
 simili.

**O**Rigenes in quadam homilia inquit. Tanquam in musicis,  
 si harmonia chordarum fuerit consonanter aptata, sonum  
 suauem modulati carminis reddit. Si vero sit aliqua in fidibus  
 dissonantia ingratisimus sonus redditur, & carminis dulcedo 16  
 corrumpitur; ita & hi, qui Deo militant, si dissensiones, & dis-  
 cordias inter se habeant, ingrata erunt omnia, & nihil accep-  
 tum Deo videbitur, etiam si multa bella conficiant, etiam si  
 spolia multa deferant, & multa munera Deo offerant. Ego au-  
 tem amplius aliquid dicam: nisi talis fueris, vt in nullo dissen-  
 tias à mandatis Dei, nec in aliquo discrepes ab Evangelicis præ-  
 ceptis, non poteris superare inimicum. In eo enim ipso, quo  
 dissentis, victus es à diabolo.

B. Mach. ho-  
 mi. 3

Beatus Macharius ait in quadam homilia. Quemadmodum  
 corporis membra, cum multa sint, vnum sunt corpus, & se mu-  
 tuo iuuant, ac vnum quodque proprio fungitur officio, verbi  
 gratia: oculus pro vniuerso corpore videt, manus, pro omni-  
 bus membris operatur, pes, quocunq; pergis, ambulat, circum 17  
 ferens vniuersa membra, & nihilominus aliud membrum com-  
 patitur: sic & fratres sibi inuicem cedant, neque is, qui precatur  
 operantem damnet, quod non precetur: neq; qui operatur oran-  
 tem condemnet inquiring. Ille quiescit, & ego operor: neq; qui  
 ministrat, alterum iudicet: sed quisque, cum agit quidpiam ad  
 gloriam Dei faciat.

B. Chryf. ho-  
 mili. 36. in  
 Matth.

Beatus Chrysofomus in quadam homilia inquit super illa  
 verba: nõ veni pacem mittere, &c. Quomodo ergo omnes Pro-  
 phete pacẽ tempore ipsius Domini Iesu futurã prenuntiarunt?  
 Quia videlicet præcipua, singularisq; pax tũc præstatur, quãdo,  
 quod tabo, vel sanie corruptum est, abscinditur atq; proijcitur:  
 quãdo factiosa & improbã pax repellitur, aut omnino destrui-  
 tur:

18 tur: sic certe cælis terra coniūgi potest. Nā & medicus hoc nō do reliquū corpus cōseruat: facile, si quod reduci ad sanitatē nō potest ceciderit, atq; abiecerit. Et militiæ dux ad soluendam militum conspirationem, alterum in alterum concitat. Sic in turre factum videmus, quando perniciofa illa pax per discrepā tiam dissoluta, tranquillam, atq; laudabilem pacem reddidit.

S Vper illud Psalmi, Iustitia, & pax osculatæ sunt, ait Beatus Augustinus. Dux sunt amicæ iustitia, & pax. Tu forte vnā vis, & alteram non facis. Nemo enim est, qui nō velit pacē, sed non omnes volunt operari iustitiā. Interroga omnes homines. Vis pacē? vno ore respōdebit tibi genus hominū. Opto, cupio, amo, volo, Ama iustitiam, quæ dux amicæ sunt iustitia & pax: ipsæ se ad inuicem osculantur. Si amicam pacis non amaueris, 19 non te amabit ipsa pax nec veniet ad te.

B. August.  
Psalm. 84

## PAX SEQVENDA.

**P**A C E M Sequimini cū omnibus, & sanctimo-  
niam, sine qua nemo videbit Deum, inquit Beatus  
Paulus ad Hebræos scribens. Non ait: concordiam  
sequimini, sed pacem; magnum enim discrimen est  
inter pacem, & concordiam: nam concordia est conformitas  
quædam diuersarum voluntatum in bono, vel in malo; pax ve-  
ro est conformitas in bono. Ex quo sequitur, quod omnis pax  
est concordia, sed non è contra. Pax, vt docet Beatus Paulus,  
est effectus quidam Spiritus sancti, qui per amorem in animis  
iustorum viuit, & regnat, atque ita ad Galatas scribens inquit.  
Fructus autem Spiritus charitas, gaudium, pax. Ex quo colligi-  
tur quod licet inter infideles, & peccatores sit conformitas in  
bono, non tamen pax sed concordia poterit nuncupari, quia in  
eis Spiritus sanctus non viuit. deo Isaias Propheta dixit. Non  
est pax impijs, dicit Dominus. Est autem obseruandum, quod  
vt pacem homines cum hominibus habeant, necessum est, vt  
vnusquisque eam secum habeat. quæ quidem in conformitate  
appetitus sensitivi cum ratione consistit: atque ita à B. Au-  
gustino sic definitur. Pax est ordinata concordia. Vocatur  
concordia recte ordinata, quando omnes motus appetitus

Ad Heb. 13,

Vide B. Tho.  
22. q. 29. ar-  
tic. 1.

Ad Gal. 5,

1. Cor. 13.

B. Augu. lib.  
10. de ciuit.  
Dei.

sensui quieti sunt, & rationi subiecti ita, vt nec sensus ex-  
 teriores, nec caro desiderent rem aliquam, quæ sit contra ratio-  
 nem. Ex quo sequitur alia tertia differentia inter pacem, & cõ-  
 cordiam scilicet, quod, vt pax sit inter homines, oportet, vt nul-  
 lus alteri iniuriam inferat, ita, vt ambo non solum in exteriori,  
 sed etiam in interiori tranquilli, & quieti viuant: nam licet ali-  
 quando inter eos sit concordia exterior, remanent tamen in-  
 terius voluntates eorum venenosæ: id est, quedam las volun-  
 tades enconadas y empon conadas. Cumque homo pacem, &  
 quietem secum non habeat, nec cum proximo illam habebit,  
 licet cum eo exterius concordiam habeat. His suppositis cum  
 Diuus Paulus ait, vt cum omnibus pacem habeamus, omni-  
 studio intendit, vt in bono, & non in malo conformitatem ad  
 inuicem habeamus. Hæc autem pax est effectus charitatis: 3  
 nam alia est pax, quæ est effectus amoris proprii, sed hæc est  
 pax inordinata, quando videlicetordo obedientiæ ita peruer-  
 tur, vt superior inferiori obtemperet; sicut quando ratio sensuali-  
 rati obedit, vel prælatus subdito, vel Dominus seruo. Maledi-  
 cta pax est quando subditus supra prælatum imperium habet;  
 & mulier viro suo præcipit, & filius parenti. Sæpe numero ad-  
 mirari solemus concordiam, quæ in aliquibus Ecclesijs cathed-  
 ralibus, vel in monasterijs apparet, & dicimus, O quã bonus  
 episcopus est. N. quanto amore eum subditi prosequuntur,  
 quantum à canonicis diligitur. Y fulano prelato que amado  
 es de sus subditos. Sed prohi dolor, hæc pax sæpe numero inor-  
 dinata est, ideoque non pax, sed concordia in malo dicitur. Quid  
 enim mirandum est, si hæc infelix pax inter eos sit, siquidẽ om- 4  
 nes pro libito viuunt, & quod volunt faciunt, ac prelato suo præ-  
 cipiunt, vnde ex eo, quia nullus punitur, hæc pessima concordia,  
 & per consequens omnis dissolutio oritur. Quando Deus à pri-  
 mo parente rationem exegit, (id est le vino a tomar residentia)  
 hoc ei dixit, hizo le este cargo. Quia vidisti vocem vxoris tuæ,  
 & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes  
 maledicta terra in opere tuo. Nam cū Adam effet caput domus  
 suæ, consentit, & permisit, se ab vxore sua imperari: ex quo le-  
 gis trãsgressio processit. Quid est hoc Domine? Inter præcepta,  
 quæ primo homini posuisti, nõ ei profecto præcepisti, vt vxori  
 suæ non obediret: quin prius ei conformitatem, & pacem com-

mēdasti dicens: Propter hanc relinquet homo patrē, & matrē,  
 & adhærebit vxori suæ. Quare ergo nunc primū quod ei impo-  
 nis est; Quia obediuit vxori suæ quando ipsam fructu vetito  
 inuitauit? Quoniam ex hac infirmitate (cum enim deberet vxo-  
 rem reprehendere ab illa se imperari consensit) præcepti im-  
 positi transgressio orta est. Sic modo transgressiones diuinorū  
 præceptorū ex defectu correctionis, & supplicij oriuntur. Vn-  
 defit, vt subditis prælati quodammodo obediant, & inter eos  
 sit misera, atq; execranda pax, quæ non pax, sed infelix concor-  
 dia dicenda est. Nec etiam loquitur Apostolus de alia pace fi-  
 cta, sicut est pax eorum, qui bona verba sed malas intentiones,  
 & peiora opera habent, de quibus regius Propheta ait. Qui lo- Psal. 17  
 quuntur pacem, cum proximo suo, mala autem in cordibus eo-  
 rum. Hęc nō pax, sed proditio vocari potest. Pax igitur, de qua  
 S. Apostolus loquitur, est exēplar quoddā pacis, qua sancti in  
 gloria fruuntur. Sic testatur Beatus Gregorius dicens. Quid est  
 pax transitoria, nisi quoddam vestigium patriæ æternæ? Vbi  
 tanta conformitas est, vt vnusquisq; alterius gloria congaudeat  
 licet sit maior, quā sua. Ex quo sequitur verā pacem consistere  
 in eo, quod S. Apostolus ait. Gaudere cū gaudentibus, & flere Ad Rom. 12.  
 cum flentibus. Quando aliquis adeo conformis fuerit cum pro-  
 ximis suis, vt res eorum tanquam proprias reputauerit, gau-  
 susque fuerit prosperitate aliorum, & tristatus aduersitatibus,  
 tanquam si essent propriæ, hic proculdubio iuxta Diui Gre-  
 gorij sententiam, verā pacem in corde suo habet: quia retinet  
 in se exemplum & imaginem pacis qua beati in æterna vita  
 7 perfruuntur. Quoniam autem ad hanc pacem comparandam  
 cor nostrum ab omni passione, atq; inordinata affectione puri-  
 ficari oportet, ideo postquam Sanctus Apostolus dixit. Pacem  
 sequimini cum omnibus, statim adiecit. Et sanctimoniam, si-  
 ne qua nemo videbit Deum. Per verbum, sanctimoniam, intel-  
 ligit Sanctus Apostolus cordis puritatem, iuxta id quod Do-  
 minus apud Mattheum dixit. Beati mūdo corde, quoniam ipsi Matth. 5.  
 Deum videbunt. Ad consequendum autem hanc sanctimoniam;  
 & cordis puritatem maxime necessaria est sensuum exteriōrū  
 custodia: nam Hieremias Propheta ait. Mors ascendit per fenestras.  
 Et vna harum fenestrarum, quam maxima cura obserua-  
 re debemus, est lingua. Inter alia S. Moyse populo Israelitico Num. 12.

ex nomine Dei precepit vnum fuit, ne biberent per vas, quod  
 non haberet operculum, & funes quosdam, quibus appendere  
 tur, quando vsui non esset, atq; ita ait. Vas, quod non habuerit  
 operculum, & ligaturam, immundum erit. Hoc est, vsus eius  
 prohibebit. Poco se le daua a Dios, que los vasos materiales  
 estuuiessen cubiertos, o descubiertos: sed voluit in hoc docere  
 silentium, quod homo ad munditiam cordis sui obseruare de-  
 bet. Vas, in quo thesaurus, videlicet anima nostra seruatur, est  
 corpus, quia, secundum Apostolū, habemus thesaurum abscon-  
 ditum in vasis fictilibus. Ad puritatem vero anime plurimum  
 conuenit, & oportet, vt os vasis coopertum sit, & non aperia-  
 tur, nisi cum id necessitas postulauerit. Quidam homo cum  
 esset gētilis coram Augusto Cæsare euidam parasito, & loquaci  
 sic dixisse fertur. Hic si sciret tempus tacendi, raro loqueretur,  
 semper enim est tacendum, nisi quando taciturnitas tibi nocet,  
 aut oratio alijs prodest. O admirabilem sententiam, & dignam,  
 que semper in memoria reportetur. Funes autem, ex quibus  
 hoc vas appendi debet, sunt timor, & pudor, que duo efficacissi-  
 ma sunt ad hoc, vt corpus à terra eleuetur, & terrenis rebus nō  
 polluat. Oportet etiā claudere oculos, ne videant vanitatē. De  
 niq; ad cordis purificationē omnes peccati occasiones, & ma-  
 xime vitij carnis auferre necessum est. Qui ergo hec omnia  
 seruauerit, facillime pacem consequetur. Sed quoniam aliquis  
 dicere posset hec difficillima esse, adiecit S. Apostolus dicens.  
 Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei. Quasi dicat, Deus ne-  
 mini vim infert, nec vult vt à creaturis rationalibus cū violen-  
 tia sibi seruiatur ipse autem ex parte sua facit id, quod sufficit  
 ad vestrā conuersionē, conseruationem, & perseuerantiā in vir-  
 tute. Mirad no quede por vosotros el remedio de vuestra salud:  
 nam si vos ex parte vestra efficitis, quod potestis, nec deficitis  
 diuinę gratiæ, ipsa etiam vobis non deerit. Et non contentus  
 fuit S. Apostolus his omnibus documentis, que nobis ad pacē  
 obtinendā tradidit, sed aliud adiecit dicens. Nequa radix ama-  
 tudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur  
 multi. Quasi dicat. Animaduertite o fratres, & cauti estote, ne  
 in animis, & cordibus vestris amarā aliquam irē, & odij ra-  
 dicem sinatis regnare, que sursum germinans, id est brotando a  
 suera alsipor palabras, como por obras impediatur scilicet pacem,  
 & sic

11 & sit discordiæ materia, ac per illam coinquinentur multi: cum enim pax violatur plurimi scandalizantur & in magna discordia pönuntur.

### Pacis singularis figura.

**I**N Leuitico præcipiebat Dominus. Si hostia pacificorum fue Leui. 3.  
rit eius oblatio animalia immaculata offeret corã Domino. Dicitur hostia pacifica hæc oblatio, de qua hic facit textus mentionem facit, quoniam pro gratiarum actione de beneficijs acceptis, ad alia de nouo impetranda offerebatur: & hoc erat argumentum, quod homo pacem cum Deo volebat siquidem ipsum placatum, & contentum habere intēdebat. Est autem obseruandum, quod hostia pacifica futura erat ex vno de tribus  
12 animalibus scilicet de bobus, de ouibus aut de capris: per quæ significantur tres differentiæ pacis quas homo obseruare tenetur, scilicet cum Deo, cum hominibus bonis, & cum malis, significatis per capram, quod animal est inquietum, & semper per saltus, ac montium cacumina versatur, nec gaudet locis planis seu amœnis vallibus. Facile quidem est pacem cum Deo, & cū bonis hominibus seruari, porq̃ nunca quicquam nisi falsa per ellos, difficile tamē est cum improbis pacem habere. Nam ad hoc, vt pax seruetur, quælibet partium aliquid de iure suo amittere debet, & cū Deus clementissimus sit (cuius clemētia per mansuetudinē ouis significatur) non est exequius, nec omne, quod ei debetur reposcit quin potius maiorem debiti partem remittit. Postquã semel tantūmodo, Peccaui Domine, regius Propheta  
13 ex corde protulit, Deus illi grauissima delicta videlicet adulterium, & homicidiū condonauit. Plus temporis ipse in cognoscenda culpa sua consumpsit, quam Deus in illa remittenda: nã licet pœnitentiã fuit in tempore quam breuissimo, videlicet dū protulit verba illa: at vero remissio fuit in instanti. Facile est etiã habere pacem cū bonis, quoniam mansuetudo, & innocentia per ouē designatur: porq̃ non conuenibles, y atruoco de q̃ Dios los perdona (como cada dia lo pide diziendo. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris) huelgã de perdonar, y tener paz con los que les hã agraviado. Verū pacē cum improbis habere, hoc opus hic labor est, nō enim volūt aliquid de iure suo amittere, sed omnia in omnibus exequuntur,

y aun en mas de lo q̄ se les deue. **O** quã bene fecit Rex David, quando in poenã enumerationis populi, (idest en pena de auer empadronado al pueblo) ei Propheta ex nomine Dei optioni dedit, vt eligeret vtrũ vellet septẽ annos famis, aut quatuor menses persecutionis inimicorũ, aut tres dies pestis in omni regno suo: ipse tres dies pestilentie elegit dicens. Melius est, vt incidã in manus Dñi (multe enim misericordie eius sunt) quam in manus hominũ. Quasi diceret. Mas lo quiero auer cõ Dios, que sabe perdonar, que no cõ mis enemigos, que piden mas de lo que se les deue. Ideo difficile est pacem cũ improbis habere: & pro hac pace nũc in lege gratie offerendũ est sacrificiũ, nõ de animalibus, sed benefaciendo inimicis, sicut Beatus Apostolus docet iniquiens. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, hoc est, cum inimico tuo hæc charitatis opera multiplicaueris ipse confundetur, & pacem tecum habebit. Vna de las cosas en que mas se señalaron los amigos de Dios, fue en tener paz con los malos. Vnde Beatus Hieronymus ait. Quisquis corpus affligit, sed concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano (macerando scilicet tympanum cordis sui, sed non laudat in choro hoc est, in concordia, & pace: quod faciendum præcipit regius vates dicens. Laudate Deum in tympano, & choro. Qua propter ipse alibi inquit. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Ac si diceret. Pacem habeo cum his, qui eam abhorrent, y si no son mis amigos no queda por mi porque de balde me perfiguen, sin darles yo ocasion. Itaque cum eis de pace loquor, ipsi mihi contradicunt. Hanc autem pacem cum improbis ipse princeps pacis Iesus Christus filius Dei nobis commendat dicens. Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium. Quã vero sit arduum hanc pacem seruare non obscure insinuauit idem Propheta, cum dixit hoc esse proprium Dei opus: ait enim. Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vnus moris in domo. Vere enim supra naturã est dissimiles animo in vnã coire voluntatem, atq; sententiam. Qui autem sic huius pacis fructus, declarat idem sanctus rex, cum ait. Ecce quã bonũ, & quam iocundũ habitare fratres in vnũ sicut vnguetum in capite, quod descendit in

2. Regu. 24.

1. Cor. 13.

Ad Rom. 12.

B. Hiero. super epistolã ad Rom.

Psalm. 119.

Math. 5.

Psalm. 97.

Psalm. 132.

dit in

in barbā barbā Aarō. Quod descēdit in orā vestimentī eius, sicut ros Hermon, qui descēdit in montē Siō. Quibus verbis cōparat pacē vnguento suauissimo quo illiniebātur sacerdotes, & rori Hermon, qui descendit in montem Sion, & loca illa vberri-  
ma reddit, quorum illud ad suauitatē odoris boni nominis, hoc vero ad fructū, & vtilitatē refertur, vtrumq; enim pax præstat.

### Pax interior seu spiritualis.

**P**ax Dei quæ exuperat omnē sensum custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Iesu, idest, per merita Christi Iesu, inquit B. Paulus ad Philippēses scribēs. Pax Dei per antonomasiam & excellentiā dicitur illa, quæ fundatur in diuina gratia. Hæc autē pax Dei exuperat omnē sensum, hoc est, fortificat hominis cor, ita vt vincat sensus eius; & tā eximia fortitudine eū replet, vt sentiens iniurias & damna sibi illata tanquam si insensibilis esset eas patienter toleret. Quare iustus contumelias tanquā honores recipit. Vnde B. Paulus ad Romanos scribens ait. Gloriamur in tribulationibus. Et ita vbi nos legimus in Psalmo, nimis honorificati sunt amici tui Deus, alia trāslatio habet. Nimis afflictī sunt amici tui Deus. Afflictiones enim tanquā honores amici Dei reputant. Aiunt, cōsuetudinē vigere in quadā Indię prouincia, vt mortuo rege, ex vxoribus eius plus dilecta occidatur. Parētes verò illius reginę quandam herbā illi maducare præbent, quæ insensibiles eā manducantes reddit, vt illam mortem crudelissimam minimè sentiat. Vtrum autē hoc verum sit nec ne ego ignoro, veruntamē dicere possumus gratiam Dei quandam herbam esse, quæ iustos ita fortificat & à se ipsis alienat vt eos quasi insensibiles in laboribus reddat. Vnde Beatus Paulus merito orat: pax Dei quæ exuperat omnem sensum idest todo sentimento, custodiat corda vestra.

Ad Phi. 4.

Ad Rom. 5.

Psal. 124.

### Pax maxime requisita inter principes

Ecclesiæ Ecclesiasticos & seculares.

**D**E templo illo, quod in spiritu demonstratū fuit Ezechieli Prophete (in quo sancta Dei Ecclesia figurata fuit) dicitur, & colūne erant in frontibus, scilicet illiustēpli, vna hinc, & altera inde. Frōtes hoc loco appellātur duę partes parietis, quæ ex vtraq; parte ostij existerent. In vno latere ostij erat vna, in al-

Ezech. 41.

terò altera. Per has vero duas colūnas significantur principes se-  
 culares Christianā rempublicā in temporalibus gubernātes, &  
 præfules Ecclesiastici eandem in spiritualibus regentes. In Epi-  
 stola nāq; ad Galatas Petrus, & Ioannes colūnæ vocantur. Imo  
 ipse Christus Dñs Apostolos omnes & viros Apostolicos, prin-  
 cipes & præfules colūnas vocat in Psalmo, dicēs. Liquefacta est  
 terra, & omnes, qui habitāt in ea, ego confirmaui colūnas eius.  
 Ac si diceret. Cū mundus esset veluti antiqua domus minitans  
 ruīnam, & prope ruitura, ego eam fulciui colūnis, hoc est, Chri-  
 stianis principibus, & præsulibus cōfirmaui. De ijs colūnis ait  
 Salomon in Prouerbijs. Sapientia edificauit sibi domū excidit  
 colūnas septē. Hæc sapientia est Christus Iesus, qui domū, hoc  
 est catholicam Ecclesiā edificauit. Et colūnis septē, id est, mul-  
 tis principibus catholicis, & prælatis sapientibus eā muniuit, 21  
 Frequens enim est, & in diuinis literis vsitatū, numero septena-  
 rio intelligi indeterminatam multitudinē. Volens Deus osten-  
 dere apud Salomonē multos futuros esse, numero vtitur septe-  
 nario: volens autē significare, non solū de Ecclesiasticis loqui,  
 sed etiā de secularibus, apud Ezechielē duos nominauit duabus  
 columnis significatos. Vt homo ex duabus partibus cōstat cor-  
 pore & anima, sic respublica Christiana duobus regiminibus  
 gubernatur, nimirū spirituali, quod animæ respōdet, & tēpora-  
 li, quod corpus spectat. Et vt anima & corpus tā intimā habent  
 inter se coniunctionem, vt nec anima velit corpus deserere, nec  
 corpus ab ea separari: sic hæc duę gubernationes mutuū debēt in-  
 ter se, summamq; habere cōcordiā, & amicitia. Hęc sunt duę illæ  
 colūnæ, de quibus est in Cantis literis mādatum: Ferculū fecit 22  
 sibi Rex Salomō de lignis Libani, columnas eius fecit argēteas,  
 reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate  
 construit. Hoc est, verus Salomon, Rex pacificus Christus  
 Deus noster Ecclesiam constituit de lignis cedrorū Libani, hoc  
 est, de Christianis odoriferis, vbi colūnas, id est, principes & an-  
 tistites collocauit, argēteos, ob vitæ puritatē, & doctrinæ splen-  
 dorē: cuius Ecclesiæ pauimentū est aureū propter charitatē, &  
 testū purpureū ob Christi sanguinē: & mediū siue intimū eius  
 diuino circundatū amore. Quēadmodū operimentū tētorij siue  
 cælū lecti eos tegit, qui in lecto sunt: sic & Christi sanguis eos,  
 qui in Ecclesia commorantur. At principes illi & antistites, qui  
 diui-

Ad Galat. 2.

Psalmi 74.

Prouer. 10.

similc.

Cant. 3.

in diuina lege contēpta se turpibus dedūt voluptatibus, qui non solum nocent, quod ipsi deprauantur, sed quod alios deprauent, peccato, & exemplo lædentes, non merentur appellari columinæ: sed quia appetitus suos domuerint & de mundo, carne, & dæmone victoriam reportauerint. Ita enim ait apud Ioannem in Apocalypsi Deus noster. Qui vicerit faciam illum columnā in templo Dei mei. Hæ sunt duæ columnæ, de quibus loquitur propheta Ezechiel in verbis in principio allegatis. Apoc. 3.

## P E C C A T O R.



**A**LITER Philosophus quam Theologus peccatorem, & improbum diffinit: nā Philosophus non reputat improbū aliquid, licet quatuor, aut quinque mortalia peccata committat, nec etiam reputat bonum illum, qui in quatuor, aut quinque bonis operibus se exercet. Atque ita agens de hoc Philosophorum princeps Aristoteles inquit. Vna hirundo non facit verum. Oporteret, vt quispiam ad hoc, quod sit bonus habitū bonitatis habeat, & vt sit malus habitū malitiæ debet habere. Sic hac de re philosophatur philosophus. Verum Theologus longe aliter de hoc sentit: ait enim, quemlibet Christianum propter vnum duntaxat bonū opus reputandū esse bonū: & propter vnum malū opus esse improbū. Etenim propter vnū bonū opus omnibus necessarijs, ac requisitis circumstantijs factum Deum recuperat, & vno malo opere patrato ipsum amittit, quamuis communiter Christianus, qui præceptorū Deirationem habet. & finem suū, atque intentionē ponit in seruitio, & nō in offensa eius, & plerumque atque maiori ex parte ita facit, hic licet aliquando offendant, & cadat, si tamē statim resurgat, improbus nequaquam est appellandus: hic enim non iniquitate agit, & si aliquando per fragilitatē incidit, id casu & fortuito fecit. Idcirco in Prouerbijs dicitur. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Et forsitan loquitur ibi sapiens de peccato mortali: nam veniale quēpiam corruere non facit. Non appellatur David improbus, quamuis cecidit, hoc enim casu fuit: & factis hoc Propheta Nathan significauit, quando ad eū veniens dixit in illa parabola quā ei proposuit: que para hazer cōbite a vn

Prouer. 24:

huc ped peregrino, que vino acata del rico, como la ouija al po-  
bre. Donde significa, que a quel appetito y a quel desseo bestial,  
que David fauo vino peregrino, que no era morador de al sien-  
to en su coraçon. Ille autem meretur improbus, & peccator abso-  
lute, ac merito vocari, qui ex proposito, & data opera crimina  
committit, & in illis quiescere vult, atque id cogitat, id desiderat  
& in eo se exercet. Maxima commiseratione dignum est, & ma-  
xime dolendum quod creatura rationalis ad æterna cæli domi-  
cilia creata in rebus tam contrarijs fini, ad quem fuit creata, &  
tam aduersis suæ propriæ naturæ occupetur. Si attente consi-  
derare vultis perfectionem statuarum, quas artifices conficiunt  
iure optimo admirari potestis diligentiam, quam homines adhi-  
bent in hoc, quod cupiunt, & ardentè desiderant vitam rebus  
mortuis præbere, & res viuas mortè afficere, quæren mostrat  
que dan vida a las piedras, y no echan de ver, que la quitan a  
las almas quando las matan spiritualmente por el peccado. Ma-  
ximam curam habent, quod lapides hominibus similes appa-  
reant, nullam autem adhibet in hoc, quod homines similes non  
siant lapidibus, id est q̄ no parez cã piedras. Tam oblitum nostro-  
rum ipsorū viuimus, & tã alieni ab his, que per naturã habemus,  
vt merito statuis lapideis atque insensibilibus, quæ oculos ha-  
bent, & nõ videt, aures, habent, & nõ audiunt, possimus cõparari.

simile.

## Peccator contrarius iusto.

**N**imis contrarius est peccator iusto: nam de iustis inquit  
B. A postolus ad Romanos scribens. Diligentibus Deum  
omnia cooperantur in bonum. Super quæ verba B. Augusti-  
nus dicit. Iustis si fas est dicere etiã peccata cõuertuntur in bo-  
num. Et hoc experientia fere compertum videmus hoc modo:  
nam aliquando Deus permittit, vt aliquis in aliquod graue sce-  
lus incidat, vt sic ab alijs paruis, quæ plerumq; committere sole-  
bat, & de quibus fete nõ curabat, resipiscat: atque ita etiã illud  
peccatum ei in bonum conuertitur. Ay vnos hombres entendi-  
dos, que cada dia caen malos, y nunca se curan, ni sanan de aque-  
llas enfermedades, y dales vn dolor de costado agudo, y ansi san  
grande, y purganse, y quedan del todo sanos. Malo fue el dolor  
de costado, pero hizo lo poner en cura. A si basta que vno cae  
en vn delicto publico, o grande, no se acuerda de hazer peniten-  
cia

simile

cia, y caído en él la haze muy verdadera de aquel, y de todos los otros. Veys como diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum? Longe aliter de improbis dici potest, hoc videlicet modo. Offendentibus Deum omnia cooperantur in malum. Diuitiæ nanque eis in superbiam vertuntur, vires ac felus in gladium, quo se iugulant, pulchritudo in toxicum, & toxicum quo se interficiunt, & concio in murmurationem. Cum gallina mille immunditias in sterquilino manducet, omnes ei in bonam substantiam cōuertuntur, quia illa bonæ cōplexionis est, ac vero accipitri, qui pectuscula gallinarum edit, omnia in malam carnem, & prorsus ad manducandum hominibus inutilem; sed tantum, vt canibus proijciatur, conuertuntur. Hoc est discrimen, quod inter iustum, & peccatorem versatur: quod iustus omnia in bonum, peccator vero omnia in malum conuertit. Quando Samuel cum Saule in domo Pythonis locutus est, dixit ei. Quid me interrogas cum Dominus recesserit à te? Si Dominus Deus a te recessit, quod bonum habebis? Quam ianuam pulsabis, quæ tibi aperiatur, siquidem Deus ianuam suæ misericordiæ tibi clausit? Amisso Deo quid boni habebis? Hæc omnia ex his, quæ Isaias Propheta inquit, satis confirmantur, ait enim. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum ad inuentionum suarum comedet. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius, fiet ei.

simile.

1. Reg. 28.

Isai. 3.

## 8 Peccator quis magis odibilis.

Inter omnes peccatores diuina bonitas eos magis odit, qui non solum improbi, & scelerati sunt, sed alios peruertere conantur. Hoc est vnū ex illis, quæ Deus maiori cū seueritate punit: vt patet in libro Iosue vbi dicitur, quod cū Gabaonitæ cū Hebræis paciscerentur, & se confæderarent promittentes se altissimum Deum eorum secuturos, quinque reges aduersus illos se erexerunt, vt ipsos ab hoc sanctissimo proposito deterrent, sed Deus illos propter tantum scelus impunitos non reliquit, imò cælesti supplicio mutauit. Nam (vt ibi sacer textus inquit) Dominus misit super eos lapides magnos de cælo, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. Dominus etiã voluntatem, quã habebat puniendi illos ostēdit in hoc, quod ex duobus diebus vnū fecit, vt sic

Iosue 10.

vt sic

ut si tempus amplius prolongaretur ad vindictam de illis sumendam. Heu quot hodie etiã infeliciter moriuntur, eo quod alios ad Dominum offendendum induxerunt. Cum aliquem nobilem adolescentem mori videris dicitis eum dolore lateris obiisse; at forsitan causa mortis eius non fuit hæc, sed quia alios ad peccandum, & ad Deum offendendum incitauit?

### Peccatoris mutabilitas.

Prove. 30.

**T**ria Sapientissimus Salomõ sibi difficillima esse iudicauit, scilicet viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari. Hæ autem tres difficultates in te solo, ô misertime peccator, inueniuntur. Nam aliquando te cum aquila conformas dum te ipsum multo magis, & altius, quam oportet, sublimare intendis volens in omnibus supra omnes sapientior, atq; eminentior apparere. Otras vezes das la buelta muy al contrario, porque no solo pierdes las alas, mas aun los pies, y andas como culebra tortuosa pecho por tierra con vna falsa humildad, y hipocresia maliciosa, y con vnas falsas apariencias exteriores, en que te muestras andar humilmente sobre la piedra, que es Iesu Christo, y no quererte de alli apartar, como segun verdad no tengas pies, ni obras, ni deseos de sanctidad, si no tientes si te ira mejor, ô seras en mas tenido por esta via, que no por la otra: mas si no te sale lo que desseas por vn cabo, ni por otro, dexas todo esso, y abiertamente sigues negocios mundanos, como nao yendo de vna parte a otra, no sin grã peligro cargado de pleytos a tu estado repugnantes. Y lo que peor es, que andas tan ciego, que no echas de ver ninguno de estos males.

Thien. x.

Deplorans Propheta Hieremias Hierosolymorum euerisionem inquit. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis, hoc est, paruuli vrbis Hierusalem captiui ducuntur in Babyloniam: qui autem eos captiuos asportat, non preit ita, vt ab omnibus videatur, sed retro, & à tergo pergit, id est, et que los lleua, no va adelante, que lo veã y lo deuisen, sino detras dellos. Desuerte que yuã presos, y no veyan quien los lleuaua presos. O quam ad viuũ in hoc representata est cecitas peccatorum, qui instar paruulorum se se in mille nãrijs, ac rebus impertinentibus occupant, & hi miserabiles ex passionibus, sceleribus, atque affectionibus suis in æternam inferni con-

12. confusionem captiui dicuntur, & pergunt ante faciem tribulantis, ita vt oculos suos in his tyrannis, qui eos captiuos ducunt, non collocent, nec eorum tyrannides, aut graua damna, que ipsis met inferunt, considerent. Quando homo peccatum comittit, illa affectione incitatus & obcecatus suum damnum, & deformitatem non attendit, quousque postea ab illo separatus est: sicut virga illa Moyfi Prophete, quæ cum in manibus eius tenebatur, virga erat: dimissa autem è manibus, serpens erat qui horrore suo eum terrebat. Sic cum quis peccatum in manibus habet per executionem nõ terretur ab eo, sed postquam in manibus eius non est, iam ei representat quod est. Quo circa ante quam illud in manus sumas, quando diabolus te tentatione agit, vt ipsum committas quantum malum sit, attende animaduerte. Quis, obsecro, baiulus onerum est, qui si inuitetur vt onus aliquod in humeris portet, non quarat, & attendat quantum ponderis habeat, & quousque illud portaturus est, & quæ merces pro labore sibi tribuenda. O peccator attende, quod cum diabolus tentatione te incitat ad aliquod peccatum committendum, peccatum ipsum proculdubio pondus infinitum est, & quantum est ex se in anima tua in æternum durabit: præmiu autem seu merces, quæ pro tanto pondere reportare debes, infernus est: sicut Beatus Apostolus testatur dicēs. Stipēdia peccati mors. Quo circa ne te sicut pauulum ratione carentem à Dæmone ducifinas; redi ad te ipsum, & à tanto malo resipisce, siquidem nunc per tempus licet misericordiam à Domino postulare. Attende quod sicut riuulus, qui ex paruo fonte fluit, postea alijs riuulis, qui cum illo coniunguntur augmentatur, & quanto magis fluit, magis crescit quousque flumen magnum efficitur, recipit enim in se alios maiores riuulos; & etiam alia flumina. Sic peccator alia peccata peccatis addens, tandem maximus peccator efficitur. Vt igitur in tantum malum non colabaris ex nunc remedium adhibere omni studio contende.

### Peccator inuerecundus.

Peccatoris inuerecūdia, & insolentia regius vates optimè declarat: nā pro eo, quod nos legimus, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, alia translatio habet. Intesolum peccaui, & in octi-

Psalm. 50.

in octi-

in oculis tuis emisi peccatum. Quibus verbis significatur peccatorem peccatum tanquam sagittam contra Deum à corde suo inuerecundè emittere.

### Peccatoris cæcitas.

Exod. 9:

**I**N libro Exodi dicitur. Extendit Moyses manum suam in cælum, & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti: tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. En el lugar que los tomaron las tinieblas, allí se quedaron sin poder yr atrás, ni adelante. Vbi significatum est, quod per totum tēpus, quo cæcitas intellectus durauerit in homine, erit ipse in peccato perseveranter, nec pænitentiam aget, id est estara de assiento en el peccado sin hazer penitēcia. Vnde si queras, quare aliqui per spatium vnus, vel duorum, aut trium mēsum aut etiam integri anni in peccato perseverant? Quia in tenebris sunt, & tanquam cæci integre peccati malitiam, dāna, & omnes eius circumstācias nō cognoscūt, quas si cognoscerent, utiq; ab eo exirent. Commisit Dauid grauissima duo peccata, videlicet adulteriū, & homicidium, & fuit in illis, nec pænitentiam egit quousq; Propheta Nathā ad ipsam increpandū eū conuenit. Si quæreremus à Dauide, quando celebrē illum psalmū: Miserere mei, composuit, quare nūc misericordiam à Deo postulabat, & non eā petebat, statim vt peccauit? Responderet utiq;. Quia cæcus eram. Sic ipse in eodē psalmo insinuat dicens. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: quasi dicat. Nūc o Domine tempus est, vt mihi tuam misericordiam communicees. Quare ante eam non postulabas? Quoniā, inquit, iniquitatem meam ego cognosco. Antea nō cognoscebam peccati mei grauitatem, nunc autē sic, idcirco miserere mei Domine. Tempore Prophetæ Hieremiæ ad tantam cæcitatē Hebræi deuenere, vt cum maximi peccatores essent, se iustos reputabant, y ansestauan de assiento en los peccados: ideo Dominus de illis non tantū quia peccauerant, sed quoniā pænitentiā non egerāt conqueritur dicens. Postquam populus meus peccauit attente considero & vehementer cupio, vt se corripiāt, & nemo quod bonū est loquitur, nullus os suum ad Deū laudādum, & de proximo benedicendū aperit. Omnes blasphemi sunt contra Deū, & proximis suis iniuriam inferunt: &, quod peius est ac magis

2. Reg. 12.

Psal. 50

Hier. 8.

dolent.

18 dolendum, nullus extat qui pœnitentiam agat super peccato.  
 Omnes cæci sunt, & extra se ambulant, ac nullum conscientie  
 remorsum habent. Nullus ad se reuertitur dicens, Quid feci?  
 Omnes conuersi sunt ad cursum suum, todos corren hazia don  
 de los lleuã sus passiones, quasi equus impetu vadens ad præliũ.  
 O terribilem exaggerationẽ, quod rationalis homo ad tantam  
 miseriam; deprauationem, & cæcitatem deueniat, vt ad vitia,  
 & peccata atque ad infernum ita currere dicatur, quasi equus  
 impetu vadens ad præliũ, hoc est velut equus furibundus quan  
 do prælium ingreditur. Et adiecit insuper. Miluus in cælo cog  
 nouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierũt  
 tempus aduentus sui. Miluus, qui per aerem volat, tempus ob  
 seruauit, quo oua parere, & pullos educere possit. Hirundo, & ci  
 19 conia tempus etiam obseruant, quo ab vna regione in aliam  
 transuolare possint, vt sic speciem suã in multiplicatione con  
 seruent. Populus autem meus non cognouit iudiciũ Domini:  
 Bruta animãtia diuersitatẽ temporum secundũ naturalẽ instin  
 ctũ obseruant, populus vero meus (ait Dominus) cum sint  
 homines rationales, & cum à me tot beneficia acceperint, eis  
 que tantum conducant, nihil se ipsos ad diem mortis, & ad diẽ ra  
 tionis, quo eos iuxta opera sua iudicaturus sum, preparare cu  
 rant. Causa huius rei est cæcitas, & tenebræ, in quibus ambulat.  
 Ideo sequitur. Quomodo dicitis: sapientes sumus, & lex Domi  
 ni nobiscum est, voluntatem Dei, & legem eius penetramus?  
 Sed vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum:  
 20 Confusi sunt sapientes verbum enim Domini proiecerunt, &  
 sapientia nulla est in eis. Deus nos per infinitã misericordiam  
 suã a tam perniciosis malis eripiat & non permittat, vt in tam  
 obscuras tenebras incidamus, sed, si per fragilitatem huma  
 nam peccatum aliquod commiserimus, ipse nos  
 illuminet, vt ab eo quã citissime  
 excusentur.

PECCA

1810  
 1811  
 1812

# PECCATORIS IMPETVS.

B: Chryf. in  
libr. contra  
Gentiles.



**P**ECCATOR, vt inquit Beatus Chryfostomus, nisi statim in principio prohibeatur, tanto procurrit impetu, vt contineri nequeat, non secus quam ferocientes equi, qui freno eiecto seflore, & ascensore excusso, molesti primum sunt occurrentibus, deinde nullo obstante ab excelsa petra se se precipitant. Et idcirco animæ, ac salutis nostræ inimicus ita in hâc potissimū in sania agit, vt medicos repellat, quo destitutâ à medicis ipsam grauioribus, & pluribus malis diuexet, ita enim, & corpore ægrotâtes quandiu ad se permittūt accedere medicos, aliquam adhuc spem salutis habent, vbi autē frenetici facti illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes à morbis liberari, tū tandem incurabiliter laborât, nō quod ea sit natura morbi, sed quod ab his destituti sunt qui eos à morbo liberare possunt.

## Peccatoris cæcitas.

**Q**uouq; peruenire possit peccatorū cæcitas, manifestatur, & ostenditur ex cæcitate Hebræorū, quos cū Dñs de sacrosancto aduentu suo multis retro tēporibus admonuisset, & per tot prophetas hortatus esset prænunciâs per eos opera, quæ facturus erat, sicut ipse per Oseâ Prophetâ testatur dicēs. Visionem multiplicauit: vel vt alia litera habet: mihi effigies meas, hoc est, mis retratos per manus Prophetarū. Y q̄ todo esto no bastasse para creer en el gran ceguedad fue por cierto. Aunq̄ Dios no los huiera preuenido embiâdo delâte de si tâtas prophecias, y tâtos retratos de si mismo: sino q̄ huiera venido de repente, y de improviso, bastara ver sus obras, y marauillas sin otros testigos para ser conocido por ellas. Hęc erant signa, quæ spōsa de sponso suodabat inquiring. Manus eius tornatiles aureę plenę iacintis. Tornatiles idest manos mañosas, y q̄ hazē todo lo q̄ quieren. Aun estâdo Christo N.R. escupido, coronado de espinas, açotado, y crucificado daua muestas de q̄ era Dios. Hoc voluit significare Isaias Prophetâ dicēs. Quasi absconditus vultus eius: quę verba dixit postquâ opprobria, & ignominias ipsius retulerat.

O myste-

Ose. 2.

Cant. 5.

Isa. 45.

4 **O** mysteriosum verbum, & magna consideratione dignum? Nō dixit, quod vultus eius erat omnino absconditus, sed quasi absconditus, significans in hoc, que aun aquel aby smo de affrentas, e injurias tan agenas de Dios, no pudieron acabar de ascondelle, sino que entre ellas se parecian sus rayos divinos.

## Peccatoris audacia.

**M**agna profecto audacia illius est, qui Deum vbique omnia contemplantem offendere nō pertimescit. Et ex alia adeo infans est, vt si ipsum offendere pertimescit sine dubio sit propter oculos hominum, quia videlicet timet ab hominibus videri. Hoc maxime sentiebat Rex David, maximeq; sic fecisse dolebat: atq; ita deplorans dicebat. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: quod perinde est, ac si diceret: Hoc ò Domine maxime sentio, & deploro, quod te solum in peccato meo contempserim, & te solum despexerim. Oculos famulorum meorum aestimaui, ab illis me ipsum abscondens: oculos etiam ipsius Viri à me offensa aestimaui, guardandome de su vista por todas las vias que pude: oculos deniq; totius regni mei effugi: y assi hallo por mi cuenta, que solos tus diuinos ojos fueron los que no estime, pues creyēdo que me veyan, me atreui a ellos: y assi no hallo, que aya peccado por esta razon contra otros ojos, sino contra los tuyos, pues a todos los del mundo temi, y a todos tuue respecto sino a ti. O quā multi hodie sunt homines, qui solum oculos Dei offendere non timent, quantos ay, que a solos los ojos de Dios son atreuidos, temiendo los ojos del esclauo, y de la vil persona por no perder la honra. Thamar cum Amon frater eius ipsam violare vellet, ne tantum facinus committeret, honorem mundi, & non oculos Dei omnia videntes, ei proposuit, & obiecit: ac ita dixit. Noli frater mi, noli opprimere me, nec enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiam hanc. Non ei dixit. Attende, obsecro, Deum esse, qui hoc detestando crimine offendi ur, & qui nos videt. Alter profecto honestissima, & castissima Susanna oculos Dei aestimaui, quādo obsecrantibus illis maledictis senibus, vt libidini ipsorum consentiret, quia à nullo videri poterant, prudentissime sic respondit. Sufficit mihi quod à Deo videar, atque ita potius volo in manus vestras incidere, quam sanctissimos eius oculos offendere.

Psalm. 50.

2. Reg. 13.

Daniel. 13.

# PECCATORVM CONTVMACIA.



**A**D MIRA BILI, ac diuina prorsus dicendi ra-  
tione peccatorum contumaciam, & insolentiam  
amplificat Propheta Zacharias, disertissimasque  
in oratione sua ascensiones facit, ex quibus eorum  
hominum progressum, qui Dei verba incipiunt re-

pudiare, intelligamus, dicens. Et noluerunt attendere, & auerte-  
runt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerunt, ne audi-  
rent: Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent le-  
gem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo san-  
cto per manus prophetarum priorum. Noluerunt (inquit) at-  
tendere. Id est, res alias agebant cum eis Prophetæ loqueban-  
tur, non magnopere quæ dicebantur curantes, ita vt quamuis  
corpore loquentibus adessent præsentem, longè tamen mente  
aberant, quorum similes sunt, qui conciones quidem audiunt,  
nihil tamen minus attendunt, nihil minus cogitant, quam quæ  
à concionatoribus prædicantur. De quibus dicit Esaias, quod  
sardi sunt, & aures non habent. Quamuis enim aures habeant  
patefactas, quia nolunt attendere, sardi habentur: cui rei si non  
medeantur, cito ad alium longe deteriorem contumaciæ gra-  
dum perueniunt, vt non solum non attendant, sed etiam audi-  
re nolint. Quem gradum Propheta sanctus declarat dicens. Auert-  
erunt scapulam recedentes. Iniquum est, non attendere animum  
ad recta monentem, sed longe iniquius nolle talem virum audi-  
re, fugere Prophetam, & concionatorem monentem, nec velle  
interesse orationi de lege Dei differenti: quos imitantur, qui  
nunquam concionibus adesse volunt, quos tam difficile est fru-  
ctum vllum pietatis ferre, quam hortos, qui non sunt irrigui.  
Tam difficile suorum Peccatorum ægri tudines curabunt, quam  
ægroti periculoso morbo laborantes, si medicos omnes respiciant.  
De quibus dicit Oseas. Sicut vacca lasciuiens declinavit Israel.  
Id est, quæ subterfugit eum, qui ei iugum imponere conatur.  
Quare vere isti vocantur rebelles, & indomiti. Est & alius per-  
tinaciæ gradus his duobus deterior. Nam licet sit improborum  
fugere

Zach. 7.

Esai 41.

simili:

Oseas, 4.

4 fugere eum, qui de doctrina Dei verba facit: magis tamē impro-  
 bum est non solum fugere, sed insequentis voci aures claudere,  
 ac plane nolle scire legem Dei, quos sanctus Propheta descri-  
 bit dicens. Et aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Scelus qui-  
 dem detestabile. Hanc vocant Theologi ignorantiam affecta-  
 tam, id est, quæ sitam, qua vult peccator ignorare, & erudiri re-  
 cusat: quā merito dicunt crimē ex se natū longe deterius facere.  
 Istiusmodi homines David comparat aspidi surdæ obturanti  
 aures suas: qui vere sunt nefarij, & profligatissimi homines, &  
 ad omne facinus immane proiecti. Huiusmodi homines impie  
 interfecerūt protomartyrem Stephanum. De illis enim dicitur Aduum. 7.  
 quod differente sancto viro de Christo Iesu vero saluatore mū-  
 di, obturauerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter  
 5 in eum. Sed sunt alij longe detestabiliores omnibus ijs qui non  
 solū verbis, sed neq; verberibus corrigi à Deo possunt. Quāuis  
 deniq; omnē lapidē (vt dicitur) in illis suadendis moueas, citius  
 marmor dicendo confringas, quam illis quidquam persuadeas.  
 De quibus S. Zacharias dicit. Cor suum posuerunt vt ad aman-  
 tem. Vt enim adamas nulla re mollitur; ita isti neque sermoni-  
 bus vllis nec plagis, neque beneficijs in officio retineri possunt.  
 Hi Pharaonem illum incredibili contumacia, & petulantia in-  
 signem sequuntur, qui tot tamque extremis, pestiferisque  
 plagis, nunquam fuit commotus, sed corde tam stupido fuit, vt  
 Deo posse resistere putauerit. Contumacia igitur à parum at-  
 tent. consideratione doctrinæ, & præceptorum Dei incipiens  
 extrema fit, cum nullis plagis, nullis verberibus, nulla denique  
 6 vi homo adducitur, vt Dei iussis obediat: ex suisque gradibus  
 (quos sapientissimè diuinus vates hoc loco ponit) quantum  
 quisque in ea profecerit, intelliget. Auget etiam scelus contu-  
 maciæ Iudæorum illorum ex adiunctis verbi Dei, quod inquā,  
 non fuerit ab hominibus, sed à Deo, cui omnes audientes esse  
 debemus, nam extremæ demeritiæ est ei non obedire, qui omni-  
 potens est, & pater misericordiarum.

Verba vero, quæ nomine Dei sanctus Propheta eis proposuerat,  
 quæ noluerūt audire, hæc sunt: Iudiciū verū iudicate: & miseri-  
 cordiā, & miserationes facite vnusquisq; cū fratre suo. Et viduā  
 & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: &  
 malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Histamen

verbis operæ precium est animaduertere, quomodo duabus virtutibus, iustitia, atq; misericordia erga proximos, vniuersam legē sanctus vates cōprehendit: de pietate vero, & religione erga Deū nullam mentionem facit. Nam fieri non potest, vt qui erga proximos bonus fit, erga Deum sit iniquus. Talem enim virū Deus sibi conciliabit: & quamuis de Deo nihil audiuerit, ipse ei sui noticiam præbebit. Ita Salomon in Prouerbijis totam officij vim his duabus partibus amplexus est dicens. Qui sequitur iustitiam, & misericordiam inueniet vitam, iustitiam, & gloriam. Et Beatus Paulus id ipsum disertissime probat. Qui diligit (inquiens) proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, &c. Et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio. Ergo dilectio, & charitas erga proximum, iustitiam, & misericordiam, complectitur. Quare magno studio his duabus virtutibus operam dare debemus: in quibus docendis, monendis, suadendis, tota ferè sacrosancta scriptura versatur. Nemo mihi vnquam probabit Deum ab eo diligi, qui proximum quem nobis ipse ita commendat, non diligit. Sed nulla maior harum virtutum commēdatio commemorari potest, quam quod Deus summam faciens hoc loco omnium sermonum, orationum, narrationum, rerum denique omnium, quas populo per Prophetas, & sanctos viros suos nuntiari voluit, has tantum virtutes subducit. Sed quam bene populus ille rebellis his duobus iussis obtemperauerit, atque hæc duo breuissima præcepta tenuerit, declarat mox (vt iam diximus) Propheta, dum ait. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, &c. Quod etiam pro dolor, apud multos ex Christianis quotidie contingit.

### Peccatoris insensibilitas.

**S**Vper illa verba Psalmi. Peccatum meum contra me est semper, inquit Beatus Chrysostomus. David hizo dos medallas, o retratós en su imaginacion: La vna del adulterio de Bersabe, y lá otra del homicidio de Urias. Las quales traxo siempre guardadas en el seno de su coraçon, haziendo en cada pūto memoria de ellas para llorarlas. Si igitur hic sanctus Rex hoc faciebat pro peccatis, quæ sibi iam dimissa esse sciebat, quanto maiori ratione tu o peccator idem facere poteris, siquidem certissime scis te

B. Chrysoft.  
homil. 3. sup.  
Psal. 50.

pecc-

10 peccata commisisse, & nescis, an tibi dimissa sint? Ne igitur simili-  
 lis efficiaris illis, qui cum peccatum suū ad pedes confessoris male  
 prolatus, & absq; cordis contritione proiecerint, statim illius obli-  
 uiscuntur, ac si nunquam ipsum commisissent. Non parum per-  
 pendendum est, quod maledictus Propheta Balaam in nullā ad-  
 mirationem raptus fuerit, cum videret asinam sibi loquentē quā-  
 do pergebat ad maledicendum populum Israeliticum. Y que no Numero. 22.  
 pasnasse viendo vna cosa tan extraordinaria, y vna tan terrible  
 monstruosidad? Cuius rei rationem reddens Nicolaus Lyranus  
 inquit. Que presupuesto segū sant Augustin que este era vn gran  
 magico, y hechizero, como tenia vso ordinario de ver semejan-  
 tes monstruos por esso ya no le espantauan. Hæc igitur est ratio  
 ob quam grauissima, & monstruosa peccata non deterrent ali-  
 11 quos, porque andan entre ellos comunmente.

### Peccatoris gaudij breuitas.

**G**Audium hypocritæ ad initar puncti, inquit B. Job. Job. 10. O de-  
 gradam stultitiam, ad punctum, & momentem gaudet pecca-  
 tor, peccato consentiendo falsa lætitia, & perpetuis se addicit cru-  
 ciatibus! Beatus Antoninus prima parte narrat, quod Decio im- B. Antonin.  
1. p. tit. 7, c. 7.  
9. 7.  
 perante, cuidam eius procōsuli in ciuitate Troade oblati sunt tres  
 homines Christum colentes, Andreas, Paulus, & Nicomachus,  
 qui cū Christiani se esse libere profiterētur, iussit proconsul Nico-  
 machum torqueri, cumq; nimiū torqueretur, & iam prope esset,  
 vt emitteret spiritum, exclamauit dicens. Ego nunquā Christia-  
 nus fui, quid me adeò dure torquetis? ego dæmonibus sacrificium  
 offeram, nolite torquere me: tunc cito deponi iussus cum dijs sa-  
 crificasset à dæmonio arreptus est, & elitus in terram comedens  
 linguam suā dentibus expirauit, & in æternū damnatus est. Puel-  
 la autē quædā tali spectaculo adstās nomine Dionysia decem, &  
 septem annorū, cum tam horrendū factū vidisset exclamauit vo-  
 ce magna dicens. O te infœlici simū hominū, qui propter vnus  
 horæ spatium in quo noluisti Christi amore tormenta pati, per-  
 petuā, & inenarrabilem pœnam tibi adquisisti. Interrogata autē  
 an esset christiana, siquidē talia ausæst dicere? Christiana sum, in-  
 quit: & ideo hunc infœlicem plango, qui noluit per modicū tem-  
 pus tormenta tolerare, vt perpetuam requiē inueniret. Quæ bene  
 dicta Dionysia, dum audiret Paulum, & Andreā flagellis cæcos

per pedes extra ciuitatem, vt lapidarentur, extractos, de manibus  
 custodū euadens cucurrit ad eos, iactauitq; se super eorū corpora.<sup>13</sup>  
 dicēs. Cōcidar, & ego vobiscū beati famuli Dei, ne ab hac collucta  
 tione vestra inueniar aliena, & sic gladio interfecta fuit per modi  
 cū tēpus, & perpetuo cū Christo regnat. Veni modo ad homines  
 nostri tēporis, o Dionysia iuuenula sancta, argue & increpa non  
 vnum Nicomachum, sed innumeros peccatores, qui nolunt ad  
 horam non grauiā tormenta, sed tentationē leuē perferre, quin  
 statim dicant dēmoni. Noli me torquere hac tentatione, deponē  
 me ab illa, ego faciam quod vis, ac si non essem Christianus. Et li  
 cet hoc non dicant verbo, dicunt tamen opere, & consensu. Veni  
 ergo, obsecro, Dionysia benedicta exclamans voce magna, veni  
 de cælo, & prætertere fac talem peccatorem antequam perdurās  
 in suo detestādo opere à dēmonē arreptus comedat linguā suam<sup>14</sup>  
 nō confitendo in tempore opportuno, & expiret à vita, & in ter  
 ram illisus mancipetur æterno carceri.

### Peccatoris infœlicitas.

Ecclesi. 2.

**I**N fœlicem statum peccatoris declarant illa verba Ecclesiastici,  
 Homini bono dedit Deus sapientiā, & scientiā, & lætitiā pec  
 catori autem dedit afflictionem, & curam superflua, vt addat, &  
 congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. Ex ijs patet quanto sit io  
 cundior piorū, quam improborum vita. Quod Cicero etiam in  
 tellexit, dum ait. Conscientia bene actæ vitæ, multorum, benefa  
 ctorum recordatio iocundissima est. Et Eliphaz amicus Iob lo  
 quens de peccatoribus inquit. Vidi eos, qui operantur iniquitatē,  
 & seminant dolores, & metunt eos flante Deo periisse, & spiritu<sup>15</sup>  
 irę eius fuisse consumptos. Quæ verba Chaldaus refert ad grauil  
 fimum illud diuinæ iustitiæ exemplū temporibus Noe. Cū gra  
 uis Cataclysmus, totū deleuit orbē: more autē illius gentis venu  
 stissima metaphora explicat, & grauisima supplicia, quę dedere  
 improbi propter peccatum, & illorum diligentiam, & studium  
 in patrandis sceleribus, & in omni voluptatū genere se explēdo.  
 Sumitur autem metaphora à re rustica ab aratione videlicet, &  
 messe. Nemo, vt arbitror, ignorat quanta diligentia agricolæ pin  
 gues campos soleant proscindere tempore iam incalescente, cum  
 omnes herbas ediderint, neq; adhuc earū maturauerint semina:  
 sed & pluribus iterationibus, cum seminandum est, terra resolu  
 tur,

Iob. 4.

c. Gen. 8.

Simile.

16 rur, vt nullam vel exiguā desideret occasionē: quanta etiam diligentia obseruant seminandi tēpora, & modos, & quale solū cuiq; legumini conueniat, cæteraq; id genus, quæ longum esset recensere. Quibus pulcherrime profecto impiorum hominū studium exprimitur, & certissima quædā imago nostris oculis obijcitur contemplanda eorum, qui ardentissimo desiderio omnibus se virijs addixere. Nam primo summa diligentia patrandi peccatū, & obseruatio illa circa genus peccati, vnde maiores voluptates, & oblectamenta crumpere possint. Deinde ipsa iteratio scelerum, vt de aratione diximus, atq; his similia, quantopere cum ipsa aratione, & semente cōueniant, nemo est, qui ignoret. Hinc diuina philosophia, & iustis hominibus, & impijs arationem tribuit, & sementem, & messem: vt apud B. Paulum in Epistola ad Galatas. *Ad Galat. 6.*

17 Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Merito autē humana vita arationi, & semēti comparatur. Nam vel ex hac parte piorū, atq; impiorū vita cū aratione, atq; semente conuenit, quod vtq;, vt agricolæ solent, non statim vel ab operibus impietatis, vel à virtutum studio suscipiunt, aut præmia, aut supplicia. Sed quæadmodum agricolæ ante maturas segetes, postquā grana cōmiserunt sulcis, antequā torreantur vaporibus æstiuī sideris, nullos ex semente ipsa, & aratione accipiunt fructus, nō secus, & impij, & iusti hominēs, antea quā vel egregia opera, vel scelera ipsa maturefiant, accedente morte, & ad caput instāte, neq; iustis afficiūtur doloribus, neq; gloriosis præmijs cohonestātur. Et quæadmodū in aratione, & semēte granis in terrā cōiectis tota seges inter glebas ipsas occulta manet, & quāuis suo tēpore sata erūpāt in herbas, & *in uerbo*

18 grana adhuc tenera sint vaginis recōdita, fructus tamē semper occultimanēt, & fide tantū concipiūtur, & spe quadā colligēdi fructus: sic de præmijs iustorū, & impiorū supplicijs reputandū est. Hinc B. Ioan. in sua Canonica inquit. Nondū apparuit q̄ erimus. *1. Ioan. 3. cā.*

### Peccator cæcus est.

**P**ECCATOR cæcus est, claudit enim diabolus eius oculos, ne suam perniciē intueatur. Vt enim fur nocturnus domū spoliaturus, *similia* statim extinguit lucernā: & lupo nocte, aut saltim tempore obscuro irruit in gregem, & in aquam turbulentam piscator mittit retia, quoniam tunc eam pisces non vident. Sic diabolus intellectum hominum tenebris circumfundit ne suum exitium

Psal. 142.

considerantes caueant, & diabolicas insidias declinent. Hoc intelligebat, qui ait. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi. Ac si diceret. Meum intellectum dæmon caligine inuoluit, & me in tenebris posuit, ubi iacent omnes flagitiosi sæculum amantes, quos ego mortuos sæculi appello.

B. Machar.  
hom. 28.

simile

Beatus Macharius homilia quadã ait. Veluti domus nisi dñm inhabitantẽ habeat, tenebrosa, vilis, & probrosa redditur, & impletur sordibus, atq; stercoribus: ad eundẽ quoq; modũ anima, quæ nõ habet in se dñm suũ cũ angelis exultantẽ, tenebris peccati, affectionũ turpitudine, & omnimoda ignominia repletur. Væ viæ, in qua nemo ambulat, nec auditur in ea vox hominis, quia receptaculum est bestiarum. Væ animæ, cum in ea non incedit dñs: vt ex ea excutiat voce sua spirituales bestias nequitie: væ terræ cũ nõ habuerit colonũ, qui exerceat illam. Væ nauis gubernatore carẽti, quoniã à fluctibus, & tẽpestate maris agitata perit. Væ animæ cũ verũ gubernatorẽ Christũ in se nõ habuerit, quoniã in acerbissimo mari tenebrarũ versatur, & ex procellis affectionũ fluctuãs, & à spiritibus nequissimis, velut tẽpestate iactata, tandẽ consequetur interitũ. Væ animæ, cum non habuerit Christum, qui accuratẽ excolat illam, vt bonos fructus spiritus referre valeat, quia cum sit deserta, spinis, ac tribulis referta, tandem exustionem ignis pro fructu decerpit.

Filiae Loth patrem prius inebriarunt, vt in detestabile illud stuprum præcipitarent, in quod vir iustus nullo modo sobrius incidisset. Hoc ergo astu dæmõ nititur prius, mentes hominum mundi amore inebriare, & modis omnibus excæcare: quo nos in lethale peccatum præcipitet. Aliter enim nemo, qui apertos oculos haberet, quibus detestabilem, & horrendam peccati deformitatem videret, in illud facile incideret. Verẽ enim de eo dici potest. Omnis, qui viderit te resiliet à te.

## Peccator.

Genes. 4.

GRAuius & peccat, & puniendus est, qui alieni sceleris supplicio non eruditur. Vnde sunt illa verba Lamech. Quoniã occidi virũ in vulnus meũ, & adolescentulũ in liuorem meum, septuplum vltio dabitur de Cain: de Lameth verò septuagies septies. Cura enim Lamech arma ferrea primus excogitasset, vxoresq; eius propter hoc diuinã vindictam pertimescerẽt, ille inno-

21 innocētia sua se tuetur dicēs. Quoniā occidivirū invulnus meū:  
&c. Pro quo alij legūt. Si occidi virū invulnus meū: dictio autē,  
si, vim habet apud Hebræos negandi, vt ibi: Si introibunt in re  
quiē meā. Vult itaq; dicere. Non est cur de mea salute sollicita si  
tis, nō ego more Cain cuiquā manus intuli. Quod si facerē, illius  
scelere cōspecto, dign<sup>9</sup> erā, qui lōge grauius, & acerbius puniret.

## Peccator obstinatus.

VÆgenti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā,  
filijs sceleratis: inquit Propheta Elaias. Quid, ò sancte Pro-  
pheta fecerūt homines isti, quibus, vœ minaris? Dereliquerunt  
dñm peccatis suis, blasphemauerūt sanctū Israel: ab alienati sūt  
retrosūm. licet hæc particula, vç, in sacra scriptura ambigua sit,  
23 quia, vt ait Adamus super hūc locū, vt ex Hebræo patet, interdū  
dolētis est, & interdū cōminantis æternā dānationē. Hic tamē  
tanquā textui magis consonū cōminantis est, & est hæc conge-  
ries rhetorica, qua significat sanctus vir gentē vehementer pec-  
caticē, omniq; flagitiorū genere plenā. Super quo, inquit, per-  
cutiā vos vltra, addētes præuaricationē? Ex hoc testimonio (ait  
B. Hieronymus) discimus dñm delinquentes percutere, nō in-  
tendens eos tantū affligere, sed vt afflictos corrigat, atq; emen-  
det vt ipsa afflictio non tantum poena sit, sed medicina, & causa  
emendæ. Super quo percutiā vos, ò homines miseri, vltra adden-  
tes præuaricationē. Duplicē sensum vtrūq; satis conuenientem  
24 hic textus recipit: primū. Non inuenio, quā plagis vestris pos-  
sim adhibere medicinā, quia etiā si ego Deus omnipotens suffi-  
ciens remediū habeā, & medicamen, tamē opus est, ex parte in-  
firmi, vt aliqua pars sana sit, quæ emplastra accipiat, & venæ scis-  
sionē: tamen omnia mēbra vestra, & omnes sensus vestri, & po-  
tentia vulnerū plenæ sunt, nullā partē corporis vestri, imo &  
animæ sanā reperio, quæ nō sit peccato percussā: super quo ergo  
membro, aut animæ vestrae potentia percutiā vos, quod sanum  
sit, & medicamentū sentiat, atq; recipiat? O lamētanda nimis mi-  
seria, & vtinā populo Christiano non cōueniret hæc expositio.  
Super quo mēbro tuo popule Christiane quod bonū operetur,  
vt decet, & sentiat flagella mea in his calamitosis tēporibus mis-  
sa, percutiā te. Quis est, qui valde iniuriā meā agnoscat, & agni-  
tā plangat & omnes ad lamenta inuitet? Vel certē hoc modo

Esaie.

Adamus su-  
per hunc lo-  
cum.B. Hiero. su-  
per Esaie.

potest intelligi: super quo percutiam te popule meus? Quia nul-  
 las inuenio plagas, & correptiones, quibus tuā frangā duritiā, &  
 obstinationē emolliā? Quia quanto tormenta, & flagella contra  
 te maiora sunt à me missa, tātō magis increfcit in te impietas. Aut  
 super quo percutiam vos, & medicamina vulneribus vestris ap-  
 ponere quid proderit, si vltra additis prauaricationem, & à malis  
 vestris non quiescitis, & agere peruersè non desinitis? Impossibi-  
 le est naturaliter, vt chirurgus, quamuis peritissimis vulnere medi-  
 camen, quod salutem conferat, adhibere possit, quandiu sanguis  
 non restinguitur. Ita nunquam peccator ad sanitatem deueniet,  
 nisi peccare desistat. Perpendendum est etiam hic sanctum Pro-  
 phetam non dicere Deū peccatores dereliquisse, sed dereliquerūt  
 Dominū. Sic etiam regius Propheta inquit. Qui se elongant à te,  
 peribunt. Non enim ait. A quibus tu Dñe elongaris, peribūt, nā  
 sicut anima nunquam desinit corpus, nisi ex defectu corporis, vt  
 puta propter infirmitatem, seruum, vel illationē passionis ab ex-  
 tra: sic & Deus animam non deserit, nisi prōpter defectum ipsius  
 animæ. Qualis autem peccator absq; Deo remaneat, declarat B.  
 Augustinus in meditationibus dicens. Verbum Dei dicit: Ego  
 sum via, veritas, & vita, separari ergo à verbo est esse sine via, sine  
 veritate, sine vita. Huic concordat etiam sententia Petri Rauenæ  
 sermone de filio prodigo dicentis. Sicut domino qui se iungit,  
 vnus spiritus est: ita qui se iungit diabolo, dæmon est.

### Peccatoris pœna.

QVemadmodum Perillus Atheniēsis faber, qui vt Phalaridi  
 tyranno gratus esset, taurū illi çneum donauit, vbi inclusi ho-  
 mines nouo tormento cruciarentur, suo perijt inuento, vt ait Pli-  
 nius, & refert Sabellicus libro exemplorū. Nam iussu impij tyrā-  
 ni in machina illa inclusus, quam fabrefecerat, vt inhumanissimi  
 Phalaris aures delectaret humanis lamentis, & cruciatibus, ipse  
 primus pœnam illā expertus est: & tam elaboratum opus sui ip-  
 sius imbuuit supplicio: sic immane consilium in authoris caput re-  
 dundare solet aliquādo. Et, vt ait David, lacū aperuit, & effodit eū,  
 & incidit in foueā, quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput  
 eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Peccatoris etiā  
 pœnam manifestat idem regius vates. Nam pro eo, quod nos le-  
 gimus. Spreuistis omnes discedentes à iudicijs tuis alij ex Hebræo  
 legunt

simile.

Psal. 71.

simile.

Petr. Rauen.  
1er. s. de filio  
Prodigo.Plin. lib. 34.  
sabellicus li.  
10 exemplorū

Psal. 7.

Psa. 118

28 legunt. Calcasti omnes errantes à iudicijs tuis. Alij autē ex Græco legunt. Ad nihilū redegisti omnes discedentes à iudicijs tuis. Patet etiam hoc nam statim ait, sanctus Propheta. Præuaricantes reputavi omnes peccatores terræ: pro quo B. Hierony. ex Hebræo vertit. Velut scoriam reputasti omnes peccatores terræ. De qua scoria ait idem Dominus per Esaiam. Decoquam ad purum scoriam tuam, auferam omne stānum tuum, hoc est, impios delebo, vt iustorum puritas quasi victrix appareat: Esa. i.

## Peccatoris pœna.

PECccatoris pœna æterna erit in inferno: quia ( vt inquit B. Gregorius ) iniqui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt, nam voluissent vtique sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. B. Grego. li. 4. Dialog. Ostendunt enim, quia in peccato semper viuere cupiunt, quia nunquā desinunt peccare, dum viuunt. Ergo iustum est, vt sine fine puniantur, qui sine fine peccare voluerunt. Temporalis vero pœna miseri peccatoris, qua resipiscat, ne in illā æternam incidat, perpenditur optime ab eodē Beatissimo Gregorio in suo libro Moralium vbi ait. Peccatoris mens tanto altius tenebrescit, quāto nec damnum suæ cæcitat̄ intelligit. Vnde fit diuino munere, vt flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas cæcabat. Hinc B. Paulus ait. Cum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo dānemur. Ex quibus verbis intelligimus in maximo periculo versari eos, quibus ( dum male viuunt ) omnia secunda, & læta succedunt. Quia, cum Deus nil abire patiatur impunitum, si in hac vita non corripuntur ad futura mala reseruantur: cum hic, vel ibi iudicia Dei exercēda sint, & ne verbū quidem otiosum supplicio suo vacare debeat. De his autem per Prophetā regium sic dicitur. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnū, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatē, vt intereant in sæculum sæculi. Itaque in hoc sæculo florent, sicut fœnū: in futuro perpetuo marcescēt. Altissimus ( ait Ecclesiasticus ) est patiens redditor. Deus enim peccātes expectat, & benignitate sua eos ad pœnitentiā adducere nititur, & pœnis interdū mitioribus excitat, quos, nisi resipiscant, acrioribus pulsat remedijs, ac tandem si obfirmato animo restiterint, extremis punit supplicijs. Sic Pharaonem primū verbis aggreditur, deinde culices in eum immittit, ex inde muscas, quarto ranas, quinto locu-

B. Greg. li. 6. moral. c. 7.

1. ad Cor. 11.

Psal. 91

Ecclesiast. 7.

locustas omnia deuorantes, sexto grandinem omnia demolientem. Deinde acrius sauiens primogenita omnia interfecit, ac postremo ipsos aquis obruit, & æterno supplicio maectauit. Hinc ait Psalmus. Deus iudex iustus, fortis, & longanimis, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis gladium suū vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit uasa mortis. Ut ad hoc extremum malū Hebræi non uenirent, conquerebatur dominus per Prophetam Amos post multis plagas eis frustra illatas, tandem ait. Facti estis, uelut torris raptus de incendio, & nec sic reuersi estis ad me.

*Hiere. 18.* Item per Hieremiam Prophetā Dominus inquit. Loquar aduersus gentē, & regnū, ut eradicem, & destruā illud si poenitentia egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus illā, agā & ego poenitentiam super malo quod cogitauī, ut facerem ei, & subito loquar de gente, & de regno, ut ædificē, & plantem illud.

## Peccatoris poena.

*B. Augu. li. 2. contes.* **B**Eatus Augustinus in suis confessionibus inquit. Iussisti Dñs, & verè sic est, ut poena sibi ipsi sit omnis inordinatus animus.

*B. Isidor. in Sympo.* Beatus Isidorus in Symbolo ait. Omnia fugere poterit homo præter cor suum: non enim potest à se quisquam recedere, quocunq; enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquet.

Interrogatus Socrates, qui sine perturbatione uiuerent. Qui inquit, nihil sibi consciunt mali.

*Psal. 7.* Regius uates in Psalmo loquens de peccatore inquit. Converteretur dolor eius in caput eius & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Cicero ait. Magna est vis conscientia in utramq; partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserunt: & poenam semper ante oculos uersari putent, qui peccauerunt.

*Ecclesiast. 41* Quod improbis omnia in malum cedant declarat Ecclesiasticus his uerbis. Væ uobis uiri impij, qui dereliquistis legem altissimi, & si nati fueritis, in maledictione nascemini, si mortui eritis, in maledictione erit pax uestra.

*Hiere. 12.* Per Hieremiam Prophetā Dominus de peccatorū punitione magnā ponderationem protulit dicens. Dedi dilectam animam meā in manu inimicorum. Pro quo alij uerterunt. Dedi dilectionē anime mee in manus inimicorum meorum. Appellat hic Dñs populū, quo dilectionis suæ uim erga illum designet dilectionem

34 animæ suæ. Ea tamen est peccati malitia, ut hanc adeo dilectam animam Chaldeorum manibus diripiendam, affligendam, ac peccatus delendâ tradiderit, ac postremo dæmonibus perpetuo in gehenna cruciandâ. Beatus Chrysostomus in quadâ homilia inquit. Quæadmodû si apud barbaros detineretur seruus quispiâ rex, & illi barbari ad maioris seruitutis iudiciû, neq; purpuram, neque diadema auferant, sed cum illis insignibus, & aquas referre, & coquere, & alia inferre ministeria iubeant, ad maiorem, & sui honorem, & ignominiâ illius: hæc a barbaris omnibus intmanus vitia ista inminent nobis: nam qui ista contemnit, barbaros quoque irridebit: qui vero succumbit, longe diriora ab his, quam a barbaris patietur. Quippe barbari, cû prævalent viribus, concedunt corpus. Hæc vero animâ cruciant, & omni ex parte dilaniant. Et miseranda quidem res est, ut Reges, & nobiles purpura, & auro induti his vilibus barbaris inseruiant.

Chryst. 18. in ad Timo.

simile.

Beatus Augustinus super Psalmos inquit. Sicut vna acerba dentibus vexatio est, & fumus oculis, ita iniquitas vtrîbus ea. Quomodo qui manducat ore corporis vvas acerbas, & obstupescit dētes eius, minus idoneus fit ad manducandû panē, & remanet illi laudare quod videt, & manducare non posse. Sic & qui iniquitate vltus est, & passus peccatis in corde, incipit non posse manducare panem, laudat verbum Dei, & non facit. Vnde hoc facit, quia cû cæperit facere, laborat, quomodo lentimus labore dentium post vvas acerbis, cum cæperimus panem manducare. Sed quid faciunt illi, quibus obstupuerunt dētes. Temperant se aliquantulum ab vuis acerbis, & redeunt dentes ad stabilitatem suâ, & incidunt panē. Sic & nos laudemus iustitiam.

B. August. in Psalm. 48.

simile.

36 Sed si volumus manducare iustitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & nascetur in corde non solum delectatio laudandi iustitiam, sed etiam facultas manducandi illam.

Idem. in Ps. 130.

Idem sanctissimus doctōr ait. Tanquam si quispiam veneni calicem præparet alicui, & oblitus bibat: & tanquam si foueâ quam fodiat, inquam quisque inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus quod foderat, ambulans ea via, prius illuc cadat: ita credite, ita certi estote, videte, & prospicite, quia nemo malus non sibi proprius nocet. Sic enim esse putate malitiam, quomodo ignem. Incendere vis aliquid aliud, illud quod admoues prius ardet: nisi ardeat, non incendit, facula est, hanc faculam apponis,

simile.

apponis, vt aliquid incendat. Nunquid non ipsa facula quam ap-  
ponis, propior ardet, vt aliquid possit incendere? Malitia autem  
procedit ex te, & quę prius vastat, nisi te? Quo profundit rimum,  
lędit: vbi radicę habet, non lędit? Equidę dico, quod malitia tua, vt  
alteri nō noceat fieri potest, vt autę tibi nō noceat fieri nō potest.

### Peccati pœna.

Genes. 42.

**B**Eatus Chrysostronus super Genesim perpendit, quod sæpe  
numero Deus permittit, vt ille, qui de suis proprijs peccatis  
veram pœnitentiã non agit, pro peccatis falso ei impositis punia-  
tur, sicut afflicti fuerūt, & vexati fratres Ioseph in Ægypto quã-  
do eis falsa crimina fuerunt imposita ab Ægyptijs dicentibus illos  
speculatores, ac latrones esse. Ipsi autem intelligentes hoc iusto  
Dei iudicio sibi fuisse impositum dixerunt. Merito hæc patimur,  
quia peccauimus in fratrem nostrum idcirco venit super nos ista  
tribulatio. Quod perinde est, ac si dicerent. Iure optimo pro his  
falsis criminibus nobis impositis labores, & molestias patimur,  
quia reuera contra fratrem nostrum Ioseph grauer deliquimus,  
atque ita iusto Dei iudicio pro his, quę non fecimus, patimur,  
quoniam nolimus pati, nec pœnitentiam agere pro his, quę rea-  
liter egimus.

Genes. 4.

Pœna etiam est, qua Deus peccatores punit, quod ipsi oppor-  
tunitatem, & tempus, & locum ad delinquendum, & ad scelera  
sua cõmittenda inueniant, & quod nullus sit, qui eos peccare pro-  
hibeat, sicut nefario, ac maledicto Cain contigit, quando innocen-  
tem fratrem suum Abel interfecit: ait enim sacer textus. Cum  
essent in agro consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & 39  
interfecit illum. Ibi cum necauit, vbi nullus fuit, qui mortem ip-  
sius prohibere posset. O miser peccator, quam deceptus viuis  
cum cogitas, te magnum inuenisse thesaurum, cum opportu-  
nitatem inuenis, qua malam intentionem, & deprauatum pro-  
positum offendendi Deum executioni mandes: at ipsemet  
Deus cum tuamet voluntate te ipsum punit, tu autem id non in-  
telligis.

### Peccati pœnæ maxima ponderatio.

1. Reg. 24.

**Q**uam seuerus punitor scelerum Deus sit, apparet in vltione,  
quam de peccato Dauidis sumpsit, cum enim Dauid se  
poten-

40 potentissimum Regem cerneret, in superbiam elatus numerare fecit populum: propter quod iratus Dominus contra illum percussit ex populo septuaginta millia viros peste, & quod plus graue videtur, eximiumque iræ Dei iudicium, quod cum per Prophetam Gad illi optio daretur an vellet per spatium septem annorum regnum suum fame vexari, aut quod tribus mensibus fugeret aduersarios, aut quod tribus diebus sæuaret pestis in vniuersa terra sua. Respondit, &, vt sacra narrat scriptura, dixit. Coarctor nimis, sed melius est mihi, vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt,) quam in manus hominum. Adeo fidebat in Deo, quod se totum in manus eius dimisit de tanta clementia confusus, quod regale, nobilissimumque Dei omnipotentis peccus quasi obligare videbatur ad veniam, & nihilominus tam seueram vindictam sumpsit, immisit etenim Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus præfinitum. Hoc loco tempus præfinitum non significat vsque ad finem illorum trium dierum, quibus Dominus pestem duraturam esse prædixerat: nam licet tribus diebus minatus fuerat, se permissurum esse, vt pestis in Israel grassaretur, eius tamen misericordia illos propter Davidis cognitionem, orationem, & sacrificium abbreviauit, atque ita vespertino tempore hora videlicet sacrificij cessauit angelus à percussione. Id enim est tempus præfinitum, quo Deus misericordias suas diffundere solet, quando scilicet homines culpas suas, & crimina cognoscunt, atque ab ipso summo Deo misericordiam expostulant eique sacrificia offerunt. Sed quæro vbi nam Angelus ab hac percussione cessauit? Sacer textus id explicat: ait enim. Erat autem angelus Domini iuxta aream Arcumna Iebusæi. Quædam Glossa asserit hanc aream fuisse in monte Moria vbi Patriarcha Abraham sacrificauit, qui postea fuit mons Caluariz. O incomprehensibilia mysteria, & admirabilia Sacramenta! In eo loco, vbi Iesus Christus Saluator mundi crucifigendus, & occidendus erat, ibi cessauit supplicium, & flagellum. In quo significatum fuit diuinum Redemptorem ibi meruisse peccatorum veniam, & misericordias, atque omnia beneficia, quæ Deus ante mortem eius fecit, & vsque in finem sæculi faciet. Hic autem super omnia aduertendum est, quosdam non sine aliqua pro-

3. Reg. 15.

probabilitate arbitrari hoc Dauidis peccatum, quando scilicet populum fecit numerare non fuisse mortale, sed tantum veniale, eo quod diuina scriptura, quando recenset peccata ipsius Dauidis, non huius peccati mentionem facit, sed duntaxat illius, quod contra *Vriam Ætheum*, & uxorem eius commisit, vt patet in tertio Regum libro: vbi sic dicitur. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone *Vriæ Æthæi*. O altitudo sapientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, quis hæc audiens non obstupescit videns Deum pro vno veniali peccato, hominem, alias virum secundum cor suum, tam grauitè punire? O cæli, o terra, o lapides insensibiles adiuuate nos deplorare nostram insensibilitatem: y nuestra falta de consideracion! Si Deus ita punit peccatū veniale, quod non priuat hominem à gratia, nec destruit eius amicitiam, qualiter putatis eū lethale peccatum esse punituram? Qualiter puniet plurima, quæ tu o peccator committis? Quomodo non contremiscis? Quomodo tuam perditionem tam terribili exemplo non deploras? Verdaderamente falta de consideracion nos haze no sentir estas cosas tan dignas de ser sentidas, y temidas. Per *Ezechielem Prophetam Dominus* de eo, qui se à suis sceleribus conuertit, sicut. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est vita viuet, & non morietur. Prius dicit illū considerasse, & postea se conuertisse. Nos ergo hæc profundissimè consideremus hoc enim bonum ac rectum iter erit ad conuersionem nostram.

Ezech. 18.

## Peccati poena maxima.

Exodi. 33.

**I**N Exodo legitur, quod cum Dominus dixisset. Non ascendam tecum quia populus duræ cervicis es: audiens populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Grande malum est peccatum, siquidem propter illud Deus hominum societatem relinquit: & quauis Hebræi illi audientes hoc tam graue Dei supplicium luxerunt, plurimi modo sunt peccatores, qui licet hæc omnia credant, non plorant, quin etiam postquam peccauerunt, rident, & tanta lætitia afficiuntur, ac si aduersus Deum lapideum, aut ligneum, qui nec videt, nec audit, nec sentit, deliquissent. Est etiam maxime ponderandum, quod, vt ibi refert *Sacra scriptura*, quando illi  
Hebræi

46 Hebræi peccauerunt, Sanctus Moyses extra castra, & longe fixit tabernaculum. Non vult enim Deus, vt res aliqua sua, vel domicilium suum cum peccatore maneat: vt inde aperte videatis, quam abominabile, ac detestandum sit peccatum coram Deo, y quan mal huele a Dios, y a los Angeles. Cum aliquando Angelus, & quidam seruus Dei iter facerent, inuenerunt in via cadauer equi vermibus, putrefactione, & corruptione plenum, tunc seruus Dei fætorem ferre non potens, nares occlusit, & vultum operuit; angelus autem nullam sui motionem fecit. Progredientes vero iter, inuenerunt iuuenē pulcherrimū, & elegāter vestitum, ac seraphicam faciē præseferentem, quem cum angelus vidisset, iter per aliam partem re-

47 trocessit nares suas operiens, & illis gestibus horrorem maximum significans. Tunc seruus Dei Angelum sic est alloquutus. Quid hoc est? Quando equum mortuū, & corruptum inuenimus, nullam motionem fecisti, & nihil te commouisti, nunc autem cernens iuuenem pulcherrimum, & elegantissime vestitum nares operis, & fugis, ne ipsum videas, vel olfacias? Cui Angelus respondit. Scias frater coram Deo, & Angelis cælestibus maiorem fætorem ex anima in peccato existente, quam ex omnibus equorum, & canū corruptissimis cadaueribus exire; idcirco iuuenis, quem pulcherrimum, & similem stellis existimasti, de se fætorem quendam abominabilem emittit, quia in peccato mortali existit. O mundi peccatores quomodo hoc audientes vos ipsos non confunditis! Licet maxima pulchritudine corporali, & pretiosissimis vestibus induamini, & adorne mini, si tamen in peccato mortali existitis, de illis estis, de quibus regius Propheta dixit. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Nam peccatū est quidam fætor, & corruptio, atq; venum omnia mundi venena longe superans: venenū enim basilisci eundemmet basiliscum non interficit, nec venenum vipera eandem viperam necat, nec denique venenum alicuius serpentis eundem serpentem occidit; solum peccatum adeo crudele venenum est, quod interficit eum, in quo concipitur.

Psalm. 15.

Nō solum autem summa Dei bonitas in eo ostenditur, quod tantopere peccatū odit, vt societate eius fugiat, sed etiā ostenditur in hoc, quod propter illud peccatores seuerissime punit, ac tanto seuerius, quanto illi maiora scelera perpetrant, ac clariora

Ezechiel. 5.

lucce, & cognitione diuinarum rerum illa committunt. Et hoc per Ezechielem Prophetam manifeste ostendit, dum loquens cum Israelitico populo ait. Quia superastis gentes, quæ in circuitu vestro sunt, (scilicet in iniquitate,) ideo ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te, quod non feci, & quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes tuas; ideo patres comedent filios suos in medio tui, & filij comedent patres suos &c. Quis, obsecro, fratres dum hæc Domini non tam verba, quam fulmina legit & audit, non obstupescit, non in extasim rapitur, contēplans nō solum infinitam Dei iustitiam, verum etiam infinitam eius bonitatem, quia scelus contra se commissum tantopere abhorret.

### A peccatoris pœna iustus liberatur.

50

Psalm. 31.

**A** peccatorum hominū pœna iusti liberari solēt. Vnde pro eo, quod nos legimus in Psalmo; pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno; veruntamen in diluuiō aquarum multarum ad eum non approximabunt. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Ut cum inundauerint, aquæ multæ ad illum non accedant. Vir enim sanctus opportuno tempore veniam peccatorum impetrare contendit, vt cum calamitatum flumina inundauerint, ipse intactus, & incolumis perseueret.

Etenim pios homines non petit communis calamitas. Noe enim inter tot impios iustus cum domo sua à totius orbis exitio, & Loth à communi Sodomorum incendio liberatur.

Isidor. Clar.  
orat. 4. to. 4.

Isidorus Clarius in quadam oratione super illa verba Christi Redemptoris nostri. Si in ligno viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? inquit. Accepta est similitudo à lignorum combustione; quæ, dum humida, & viridia sunt, difficilius ardent. Quod si ignis in humidis, ac viridibus vim habet, multo profecto magis in arida seruet. Sic si aduersos innocentissimum in quem pœna vim nullam habere debuerant, tam crudeliter saeuunt, quid his fiet, qui tanquam ligna arida apta incendio sunt? Quod exemplum nobis vehementer est metuendum, neq; minus qui quæ videtur, quod sum dicturus, sed loco admirationis volumus formidatis. Merito notis ne quæ graves pœnas nos mereant, quandoquæ illæ fuerint supra quam diis possit gratias ire. Nam, vt uictoria regant, quæ de deo occidant, ut in gentes

32. mes Hierosolymam intraerat, ut certasse inter se armis domestici dicantur, siquid ciborum ad eorum manus venisset, filij enim ex ore parentum cibum rapere, nec fratrem fratris misereri, nec sororem sororis, Multi bubulū finum mandere coacti sunt: alij cloacas rimari, cibosq; inde obscenos sibi querere. Ferturq; diffuncta fuisse tali clade ad sexcēta hominum millia. Ista vos terrent? Sed audite cur dixerim metuere me, ne eadē clades nos maneat. Si hi, quorum maxima pars ignorabat veritatē rei, & ob ignorantiam potius, quam ob malitiam peccauerunt, necem Domini postulantes, tam crudeliter fuerūt tractati, quid nos meremur, qui, cum eam agnoscamus, tam iniurij in Christum sumus, & quotidianis probris illum afficimus?

1. 1. 1. 1.

Beatus Gregorius in moralibus inquit. Manifeste perditionis indicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruersa concepit. Vnde apparet, bonam esse significationem peccatorem a Deo puniri, si eius castigationibus resipiscere velit.

Grego. 26.  
mora. c. 16.

4. 1. 1. 1.

In peccatoris pœna cognoscitur Deus.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens, inquit regius vates David. Siue, ut alij vertunt, cognoscitur Dominus iudicia faciens. Tunc enim gentes miris laudibus Deum efferunt, cum impios, superbos, deiectos, vident, & publicorum malefactorum suas iustas pœnas persolvere cernunt. Tunc homines Deum iustū esse experimento cognoscunt, cū eum vident constringentem vires, & opes improborum superborum, & tyrannorum. Verum ex his, quæ vulgi animos magis excitat ad diuinam religionem colendam est ultio diuina, vbi Deus iustitiæ suæ manifesta documenta constituit bonos eripiens, iniquos autem delens. Ideo ait David. Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum. Exurge Domine Deus in præcepto, quod mandasti, & Synagoga populorum circumdabit te. Ac si diceret. Ostende Domine iustitiā tuā, ne me finas tandiu impiorum hominum calamitatibus exerceri, & nudique oppugnari. Extolle te ipsum in ira contra hostes in eos immanes. Tu iuste Deus mūdi gubernator, & corrector fac, quod rerū publicarū gubernatoribus faciendū præcepisti. Vliscere impios, bellū, & interitū innocētibus publice infera

Psal. 9.

Psal. 7.

res, & ita populorum cœtus te toto ore laudabit, cum aperta tuę severitatis monumenta conspexerit.

## Peccatores puniuntur in rebus dilectis.

Exod. 32.

**C**UM Hebræi in solitudine vitulum adorassent, arripit Moyses illum, combussit, & contriuit vsque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Como dandoles à beuer su mesmo peccado, y como si les dixera. Tomad, con ello os ahogueys, vosotros los hezistes, vosotros lo pagareys. Tiene Dios por estilo, quando el hõbre pecca por amor desordenado de alguna criatura. darle a beuer su peccado, hoc est, que de su mesmo peccado haze açote con el qual le castiga. Refert sacra scriptura, quod Rex David nõ solum pepercit Absaloni mortem, quam fratri suo Amon intulerat, sed etiam osculatus est eũ, postquã ei pepercit ipsum osculatus, & amplexus est. Cum eum reprehendere deberet, inordinate dilexit ostendens ei maximum fauorem. Ex hoc peccato fecit Deus flagellum, & permisit vt postquam Rex Absaloni filio suo pepercit, ipse contra eundem David patrem suum coniurationem fecerit, & tam grauitè illum persecutus est, vt Rex David ab Hierusalem exire coactus fuerit, quia impius Absalõ eum regno, & vita priuare contendebat. Nullum inimicum habuit Rex David, qui ipsum in maiori constitueret angustia, quam hic filius eius, quod diuina permissione factum est, quia illum inordinate diligebat, & hoc quotidie solet parentibus cum filiis suis euenire, qui vt ipsos filios suos diuites relinquunt, alijs plurimas iniustitias faciunt, & tandem ipsi filij parentes suos negligunt, & despiciunt, hoc est: en pena del peccado vienen los mesmos hijos a deshazer a sus padres, y a desfacarlos. Idem solet etiam inter amicos euenire: si enim aliquis cum dispendio & iactura aliorum solícite curat amicum suum in aliquo officio, seu dignitate iniuste constituere, permittit Deus, vt ipsemet illi iniuriam inferat, hoc est, le deshaga, y venga a ser su contrario. Iussisti Domine, & ita est, vt pœna sit suũ unicuique peccatum, inquit Beatus Augustinus. Hoc voluit significare Moyses, quando vitulum, quem populus adora-

bat contriuit, vsque ad puluerem & in aquam sparsit & ex illo potare fecit ipsos filios Israel.

## Peccatorum pœna inaudita

**C**um in libro Numerorum sacra scriptura mentionem faceret de terribili pœna, qua Deus Chore, Dathan, & Abiron, cum omnibus eorum sequacibus puniuit, inquit. Et factum est grande miraculum, vt Chore pereunte, filij eius non morerentur. In capitulo decimo sexto eiusdem libri refertur malitia Chore, & quomodo omnes, qui cum eo in tentorio erant viui in infernum descenderunt, sed ibi non fit mentio de miraculo, quod factum est in conseruatione filiorum Chore, quæ tamen in hoc vigesimo sexto capitulo fit: nam cum hic recenseantur omnes Israelitæ à vigesimo quinto anno, & supra, oportuit vt inter eos filij Chore recenserentur, atq; ita oportuit dicere, quod miraculose fuerant reseruati. Modus autem miraculi, quo à periculo mortis seruatifuerunt, refertur hic à glossa, & diffusius in principio psalmi quadragesimi sexti, quod sic se habuit: nam cum terra aperta esset, & deuoraret Chore cum omni familia sua, remanserunt filij eius in aere quousque terra rursus occlusa est. Et inquit glossa Deum ideo hoc fecisse, quia respexit ad filios Chore, qui non fuerant participes in peccato sui parentis, quin potius eum admonuerat, vt Sancto Moyfi obediret. Aliquando solet Deus parentum peccata in filijs non quidem æternis pœnis, sed temporalibus punire: & ita debent intelligi à Deo dicta verba illa Exodi. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, vsque in tertiam, & quartam generationem, quoniam vsque ad hanc generationem possunt peruenire patres, atque ita possunt videre filios suos mortem aut labores pati. Et hoc est punire ipsos patres in filijs, tanquam in re propria sicut etiam eos punire solet in diuitijs. Et hoc modo puniuit Regem David, primum eius filium, qui ex Bersabena tus fuerat, interficiens. Idcirco non puniuit filios Chore pœna æterna, quia in peccato patris participes non fuerunt: nec etiã pœna temporalis, quoniam cum pater ipsorum iam mortuus esset, nihil faciebat ad emendam eius, filios ipsius morte puniri. Animaduertens sacrosancta Ecclesia has diuinas leges san-

C. Statutum  
el segundo  
de Hæreti-  
cis.

Et instituit, vt descendentes ab Hæreticis per lineam pater-<sup>61</sup>  
nam vsque ad secundam generationem, per lineam vero mater-  
nam vsque ad primam, essent ad Ecclesiastica & sæcularia offi-  
cia inhabiles, si tamen ipsi antecessores eorum mortem obierunt  
absque eo, quod se Ecclesiæ catholicæ reconciliarent iuxta ca-  
pitulum. Statutum el segundo de Hæreticis in sexto: at si se Ec-  
clesiæ reconciliarunt, eorum posteritatem hæc lex non com-  
prehendit. Hoc instituit sacrosancta Ecclesiæ respiciens ad virtutem  
filiorum, qui in malitia parentum suorum participes non  
fuerunt: nam filij Chore originem ducebant à parentibus re-  
bellibus, qui viui in infernum descenderunt, & tamen ob me-  
rita eorum Deus ipsos ministros templi constituit.

### Peccatorum pœna quare di-<sup>62</sup> citur magna.

Zachar. i.

**I**Ra magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego ira-  
tus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum, inquit Do-  
minus per Zachariam Prophetam. Difficilis est locus hic. Quo-  
modo enim nunc parum Deus se iratum fuisse dicit, cum in  
principio huius capituli iracundia magna elatum fuisse verbis  
eius vates enuntiauerit? Id enim significant verba illa: iratus  
est Dominus super patres vestros iracundia. Verbum Hebræum  
est, quezeph, quod significat nimium irasci, feruere, & iracun-  
dia ferri. Præter hoc phrasis illa, irasci iracundia, Hebraica est,  
qua etiam ira nimia significatur. Quam septuaginta interp. ita  
verterunt. Iratus est Dominus iracundia magna. Iam vero nul-<sup>63</sup>  
la maiora damna hostes dare potuerunt, quam quæ per Deum  
ipsum illis inferre licebat, ita vt omnis, quam fecerunt Iudæi,  
iactura iræ, & voluntati Dei assignanda sit. Non enim grauius  
Chaldæi Hebræos afflixerunt, quam Deus illis permisit: ergo  
quid significat: ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in  
malum? Pro explanatione huius loci notandum est, Deum di-  
ci parum irasci, quia non odio, sed amore ductus punit. Neque  
malum eius, quem coercet, sed bonum spectat. Flagellat qui-  
dem, vt pater cupiens filium suum corrigere. At ij vehementer  
irascuntur qui odio incitati damna, & detrimenta inferunt, nec  
cœquum afflicti, sed in cœquum spectant, cuiusmodi

64 Chaldæi fuerunt. Deus enim eis urbem expilari, & euerti permisit, quò Deum offendere, & eius imperium contemnere timerent Iudæi. Qui certe timor magis ex re ipsorum erat, quam opes vniuersæ, quas amiserunt. At Chaldæi non hac de causa ciuitatem expilarunt, sed vt ipsi ditarentur opibus alienis: nec tot homines occiderunt, vt reliquos emendarent, sed vt tanquam hostes delerent. Quare merito tantorum malorum culpam susceperunt. Itaque Deus nimis irasci dicitur. Sicut patrem, qui filium acriter verberat ob graue admissum scelus, nimium etiam irasci dicimus. At si hæc eius ira cum capitalis hostis iracundia comparetur, leuissima iudicabitur. Ita ira Dei, cū funditus Hierusalem euerneret, magna fuit, si cum alijs eius in

65 eam iris comparetur: nunquam enim tam graui eam supplicio affecerat. At vero si hostium iræ conferatur leuissima iudicabitur. Deus enim sanare, illi perdere (vt dixi) volebant. Et hoc modo hic locus rectè cum capitis principio conciliabitur, & satis planus fiet. Ex his ergo verbis: Ira magna irascor super gentes opulentas, infertur omnia incommoda, quæ Iudæi susceperunt, in magno & nefario crimine Baby lonijs esse ponenda, & ira magna Deum in illos accensum esse; in Iudæos verò parua, quia hos, vt filios, illos vt hostes coercuit: hos restituit: illos funditus deleuit, vt Esaias narrat dicens. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram, non habitabitur vsq; in finem, & non fundabitur vsque ad generationem, & genera-

66 tionē. Huc accedit quod Idololatræ illi æternis vinculis in tartarum mandati sunt: at Israelitæ fideles, multi forte graui illo supplicio resipuerunt, & eos flagitiorum penituit. Quare valde sibi timere debent, qui alios vexant, ac labefactant. Sunt enim quasi quidam carnifices, & quasi quædam instrumenta ad iram Dei expromendam, quod vilissimum, miserrimum, & diabolicum est. Ex quo fit, vt postquam similitum hominum opera Deus vsus fuerit, omnem in eos furorem conuertat, atque eos diris omnibus excretur, eo quod eum, vt hîc vates ait, adiuuerunt in malum. Sicut qui gladio, aut cuspide, vel carnem sui corporis putridam ad vinum refecat, vel tumorem putridum materia plenum aperit, qui acerbissimo, & intolerabili affectus dolore ad terram cuspidem siue gladium magno impetu

Esai. 13.

Esa. 10.

abijcit. Ita Deus opera hominis inuidi, atque maleuoli punit. 67  
 nonnunquam, aut exercet sui corporis membrum, idest, piū,  
 & sibi charum hominem, quem non minus amat, quam nos  
 vnumquodque corporis nostri membrum: cui cum bona ex  
 animo capiat, ægrefert illud incommodis, licet necessarijs affi-  
 ci: ob eamque rem statim in tanti mali instrumentum inuehi-  
 tur. Quæ omnia cumulatissime docet Esaias dicens Dei nomi-  
 ne. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius  
 indignatio mea ad gentem fallacem mittam eum, & contra po-  
 pulum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat  
 prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum pla-  
 tearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita  
 existimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad interne-  
 cionem gentium non paucarū. Videte quomodo eandem dif- 68  
 ferentiam inter Dei, & hominum iram vates sanctus ponat,  
 quam nos supra posuimus. Ad Hierusalem igitur, cui, vt ami-  
 cæ non ex animo incommodauit, mitigata iam ira, grato &  
 benigno vultu conuertitur dicens. Reuertar ad Hierusalem  
 in misericordijs, domus mea ædificabitur in ea. Ex hoc intelli-  
 gitur non incommodum, sed commodum Deū ad euertendam  
 Hierusalem spectasse. Siquidem manus bonum adeptæ fuit,  
 quam antea habebat. Quod semper euenire puto,  
 quando Deus quempiam emendationis,  
 aut probationis cau-

sa punit.

PECCATA

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

633

# PECCATVM.



**B**EATVS Thomas diffiniens peccatum affert illa Diui Augustini verba. Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Est autem in peccato (vt ipse sanctus Doctor ibidem asserit) id, quod est velut forma peccati, videlicet; auersio à creatore, & conuersio ad creaturā. Et hoc adeo graue malū est, vt ad hoc, quod intellectus humanus illud estimare, & concipere possit, vsus fuerit Deus per Hieremiam Prophetam quibusdam verbis adeo grauibus, & onerosis, vt vix in tota sacra scriptura alia similia reperiantur. Quid inuenerunt, inquit, patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Non fugiunt homines à Deo, vt cunq; sed tanquam à re magis odibili inter omnes, quæ sunt in mundo. De hoc maxime conqueritur Deus, que los hombres se alexen tanto del, y muden el barrio por no verle ni oyrle. Elongauerūt se à me, id est, ni aun por ve zino me quisieron a mi, ni a cosa mia. Et ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Vocatur vanum id, quod gaudium, ac voluptatem promittit, sed tamē non præstat: sicut nux, quæ aliquid intus habere videtur, & si aperiatur inanis apparet. Tales sunt illi, qui res huius mūdi caducas, ac perituras sectantur; quibus sanctus Propheta inquit. Filij hominū vsq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatē, & queritis mendaciū? Quasi dicat. O homines ad æternam immensi Dei gloriā procreati, vt quid vos ipsos deprimitis ad vana, ac mendacia huius sæculi inquirenda, quæ, quia adeo vana sunt, & mendacia, nomine ipsius mendacij & vanitatis nuncupari merentur. Iungit regius. Propheta vanitatem cum mendacio, quoniam ipsa vanitas, quæ intus est, & apparentia, quæ foris apparet, mendacium est. Derelinquunt, (ait Dominus) mortales homines me ipsum, qui sum mū bonum, ac fons vberrimus totius boni sum, & ad vanitatē, hos est ad idola confugiunt. Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos; & certe ipsi non sunt Di. Populus vero meus mutauit gloriam suam

B. Tho. 1. 2.  
q. 71. art. 6.  
& q. 78. art. 2

Hierem 2.

simile.

Psalm. 4.

in idolū. Per Cethim intelligūt Hebræi Græcos, ac Romanos, 4  
 & (vt ait D. Hieronymus super hunc locū) intelligunt etiā insu-  
 las, & loca maritima occidentalis plage. Græcia enim vocatur  
 Cethim à quadam vrbe Cypri sic appellata. Italia etiam nun-  
 cupatur Cethim, atq; septuaginta interpretes semper pro hoc  
 verbo Cethim, Italiam vertunt, quæ quidem insula dicitur  
 quia duobus fere maribus circumdata est. Per Cedar vero intel-  
 ligunt iidem Hebræi Arabes. Et statim exclamat Dominus  
 dicens. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini  
 vehementer dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus  
 meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt si-  
 bi cisternas dissipatas; quæ continere non valent aquas. Satis  
 aperte hæc verba grauiſsimam auersionis peccati malitiam ostē-  
 dunt, si quidem Sanctus Propheta sacros angelos, qui clarissi-  
 mum intellectum habent, obsecrat, vt admirentur. Merito ergo 5  
 S. David dixit. Que se podia echar vna xaquima, y vn hazial co-  
 mo a bestias a los q̄ no se allegan, y acercan a Dios. In chamo,  
 inquit, & freno maxillas eorū constringe, qui non approxi-  
 mant ad te. Con este mal queda el hombre todo estragado. Nā  
 peccatum, vt ait Diuus Thomas, debilitat partem appetitus,  
 quem vocamus irascibilem, inflamat concupiscibilem, obcæ-  
 cat rationem, & damnificat voluntatem. Ideo Ecclesiasticus  
 inquit. Fili peccasti non adicias iterum, sed, & de pristinis de-  
 precare, vt tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge pecca-  
 ta: & si accesseris ad illa suscipient te. Dentes leonis, dentes eius  
 interficientes animas hominum. Quasi rhomphæa bis acuta  
 hominis iniquitas: plagæ illius non est sanitas. In his verbis  
 Spiritus sanctus malitiam peccati admirabiliter ostendit, com-  
 parat enim illud serpenti habenti astutiam, & venenum; & ait,  
 dentes eius esse dentes leonis, quem naturales Philosophi den-  
 tes venenosos habere testantur, & idcirco quidquid mordet  
 statim corrumpitur ac putrefit. Sic vnus ex magis nociuis esse  
 etibus peccati est animam corrumpere, & putrefacere. Inquit  
 etiam peccatū interficere animas hominū, & esse tanquā ensem  
 vtraq; parte acutū. In quo significatur ipsum peccatū auertere  
 hominē à Deo, & conuertere illū ad creaturam. Vt autem ani-  
 mæ sine Deo, atque ita per Oseam Prophetam dicit Domi-  
 nus. Væ eis cum recessero ab eis. In hoc apparet, quod culmen,  
 & cu-

Psal. 31:

D. Tho. 1. 2.  
 q. 85. ar. 3. &  
 q. 2. de malo.  
 art. 11.  
 Eccles. 21.

Osee. 9.

7 & cumulus infelicitatis hominis est. Deum illi deesse: atq; ita cum ipse Dominus illis ibi minaretur maximas infelicitates, videlicet bella, famem, pestilentiam, atq; alia grauissimamala ventura esse super eos (como si no fuera nada perder los hijos, las hazien das, la tierra, la salud, la libertad,) tandem concludēs omnia supplicia adiecit. Vē eis cum recessero ab eis, vē eis cum eos reliquero, & deseruero, atque eis defecero; nam esse pauperem, agrotum, captiuum, & alijs necessitatibus, quæ in hac vita euenire solent, quempiam opprimi, si tamen Deum habet facillimo negotio omnia superat. Todo es pan y miel; si autem deest homini Deus, vā illi: nam, vt in Ecclesiastico dicitur, *Ecclesi. 1. 20:* Homo acharis quasi fabula vana. Homo acharis idest homo ingratus, & sine gratia Dei.

### 8 Peccatum inundat in terra.

V Binos legimus apud Sanctū Iob. Militia est vita hominis super terram; alia translatio habet. Malitia est vita hominis super terram. Cum malitia sit id, quod magis super terram in omnibus fere hominibus dominatur, hinc oritur peccatū esse id, quod magis in omni orbe regnat, eumq; vermis conscientie dentes habeat acutissimos ad corrode da viscera eius, qui peccatū committit, ita, vt dicat Ecclesiasticus. Dentes leonis, dentes eius: tamen homines illud effugere nolunt, quin potius quanto magis ipsum experiuntur, tanto illud amplius sectantur. Mirabile quidem est, quod cum in omnibus, quæ nociua reputantur, experientia eorum resipiscere faciat eos, qui semel ea probarunt, ad hoc quod ab illis postea fugiant (vt videre est in eo qui in aliquo loco offendit, & cadit si iterum illuc pertransit iter retrocedit, ne rursus ibidem offendat) tamen hanc miseriā, quam peccatū vocamus quanto magis aliquis probat tanto ampliore ianuam patefacit, vt magis in illam se intromittat, y con el peccado primero se haze escalon para venir al segūdo, y quanto el alma en este genero de mal se destruye mas, parece, q̄ mas se enciende para destruyrse aun mas, q̄ es vno de los mayores daños, q̄ en ella haze el peccado. Perniciosum damnum est propter peccatum amittere fructū, & meritum omnium bonorū operum, quæ eatenus homo fecerat, sicut Beatus Iacobus testatur dicens. *Iacob. 3.* Quicumq; totā legem seruauerit, offendat autē in vno

Eccles. 9.

vno factus est omnium reus. Nō vult significare Sanctus Apo. 10. stolus tam grauiter peccare eum, qui contra vnum præceptum delinquit, quam illum, qui contra omnia peccat; nec etiā vult dicere illum ad tantam pœnam obligari, ac si contra omnia præcepta deliquisset; sed vult dicere eum, qui contra vnū præceptum deliquerit, amissurum esse fructum, & præmium quod ei debebatur, quodque pro omnium mandatorum obleruantia accepturus erat, ac si omnia præcepta frangeret. Hoc Spiritus sanctus per Ecclesiasten explicauit dicens. Melior est sapientia, quā arma bellica: & qui in vno peccauerit multa bona perdet. Sic & in hoc loco, factus est omnium reus, significat illum omnia merita esse amissurum. Itaqu; hoc verbum, reus, in sacra scriptura non solum designat eum, qui damnatus est, aut aliquam pœnam promeretur, sed etiam eum, qui culpa sua præmium, quod sibi promissum, & debitum fuerat, amittit. Qui qui dem loquendi modus, & vsurpatio vocabuli non alienus est à communis iuris loquendi ratione.

Simile.

Magnū ergo detrimentum est, hominem per peccatū merita, quæ cōparauerat, amittere sed non minus est, meo iudicio, illum per vnū peccatū ad alia, atqu; alia se disponere, quousqu; ad obstinationem, & inde ad æternam damnationem perueniat. Si videretis hominē in loco lutoso immersum, & ipse ibi per vnū diem quiesceret, sibi que vim inferret, vt quotidie se magis in luto immergeret, quam, obsecro spem de salute eius habere poteratis? Paruam equidem, aut fere nullam. Nam si prima die quando vires adhuc non amiserat, inde nō exit, nec etiam exiet <sup>12</sup> secunda, quādo vires eius amplius diminutę sunt: deniq; minus tertia, & quarta die exiet. Cum igitur peccator, quando in peccatum incidit, dicere possit. Infixus sum in limo profundi: & cū in illud incidit, in alia atque alia incidere velit, quotidie magis, (vt ita dicam) impossibilitatus remanet, vt de tam maledicto, & periculoso statu exire valeat: quod quidem maxime omnibus hominibus tinendum est. Quamuis autem peccator se ita immersum videat, non ideo spem, ac fiduciam amittere debet: nam inde exire, & euadere non humanis duntaxat viribus tribuendum est, sed præcipua pars debet esse fauor, atque auxiliū Dei: idcirco ad eum clamet, & vociferetur: ipse enim ad auxiliandum peccatori paratissimus est.

Pecca-

## 33 Peccatum contrarium est virtuti.

**P**eccatum contrariū est virtuti, quę principia quidē amara: si-  
 nē autē dulcē, ac suauissimū habet. Atq; ita Dominus apud  
 Mattheum dixit. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est  
 regnum cælorum. Animaduertite, quam amarum principiu sit  
 paupertas, & quam dulcē ac suauē finem habeat, videlicet reg-  
 num cælorum. Peccatum vero ē contra principia dulcia, sed fi-  
 nes amarissimos habet: sicut statua illa Nabuchodonosor, quę Danie. 2:  
 caput quidē aureū, extremitates vero ex luto cōflatas habebat.  
 Quam pulchrum principium, & quam deformis finis. Quam  
 aureum diabolus peccatum in principio miserimis hominibus  
 depingit; quam luto sum vero ac deforme, post quā cōmissum  
 est, apparet, quam dulce principium, & quā amarus finis. Nā li-  
 14 cet in hoc aliter non cōsideraretur, quam quod homo per pec-  
 catum seruus dæmonis, & indignus altissimi Dei beneficij, &  
 donis remanet, sufficit hoc, vt cor eius tristitia, atq; amaritu-  
 dine huiusmodi consideratione impleatur. Hoc significauit Hierem. 2:  
 Hieremias Propheta, cum dixit. Nunquid seruus est Israel,  
 aut vernaculus, quare factus est in prædam? Maiori dolore  
 ac tristitia nunquam pater aliquis afficitur quam cum videt  
 filium suum nullo amore parentis dignum esse. Id est, el may or  
 dolor de vn padre es quando vee, que no cabe en su hijo amor,  
 ni tratamiento de padre: aquel no poder tratarle con entrañas  
 de padre, es grãde affliction para el padre, y auia de ser mayor pa-  
 ra el hijo si tuuiesse juyzio el verse indigno de los beneficios  
 del padre. Hęc sunt anxietates Dei si ita dici potest, quod cū tu  
 150 peccator sis filius eius, & ille sit pater tuus, non possit ipse ti-  
 bi sua paterna viscera ostēdere, nec possit tibi illecebras, aut bo-  
 num, sed flagella & tormenta demonstrare. Vt quid ergo hoc  
 in corde tuo tristitiā nō causabit, si id perpēdis, & animo euol-  
 uis? Cura igitur o peccator filius esse, & te in omnibus operi-  
 bus filium Dei, & non seruum ostendere; atq; ita in spirituali  
 continuo lætitiā viues. Ex eo enim, quia filij esse nolumus, sed  
 serui, Deus nos tam grauer punit, nobisq; tam seuera suppli-  
 cia mittit, vt simus in prædam inimicis nostris, sicut Hiere-  
 mias Propheta in his verbis, & in hoc capitulo docet: atq; ob  
 hoc etiam vniuersam terram à mundi principio maximis  
 suppli-

Gene. 6.

Gene. 9.

supplicijs puniuit. Tales tamq; corruptos vidit Deus homines 16  
 aliquando, vt dixerit. Penitet me fecisse hominem. Donde se  
 huuo a manera de hombre, que le pesa de auer hecho vna cosa,  
 y la deshaze, & ita Dominus dixit. Delebo hominem, quem  
 creauit a facie terre. Tria tunc fuerunt mala, quibus omnis ter-  
 ra corrupta erat, & que diluuij causa extiterunt; primum fuit  
 malitia hominum, qua vnusquisque alijs damnum inferre dele-  
 cebatur. Secundum fuit, quod terra plena erat iniurijs, & tyra-  
 nide quæ a maioribus, & potētibus paruis, & minoribus intere-  
 bantur. Tertium omnis caro turpitudinibus, & sensualitatibus  
 viā suā corruerat vt videre est in Gene. 6. c. Ac Certe his tri-  
 bus sceleribus mundus nunc plenus extat. Quid ergo deest, ni-  
 si quod Deus nos sicut, & illos destruat? Sed Dominus ibi Pa-  
 triarchæ Noe dixit. Statuam pactum meum vobiscū, & nequa 17  
 quā vltra interficietur omnis caro aquis diluuij. O immensam  
 altissimi Dei pietatem, qui non contentus fuit eripere iustum  
 Noe ab aquis diluuij, verū intelligens homines rursus esse pec-  
 caturōs, & suis peccatis alia mille diluua in pænam scelerū me-  
 rituros, voluit cū Noe pactū facere, & se ipsum obligare, quod  
 amplius mundū aquis diluuij nō subuerteret, vt videlicet quā-  
 do mundus scelera, atq; peccata tam graua, qualia nunc videt,  
 conspiceret (quæ ob nimiam grauitatē pro alio diluuij quotidie  
 clamant) recordetur pacti, quod cum Patriarcha Noe factū est,  
 & bonū se esse proponat, siquidem boni, qualis fuit Noe, tantū 18  
 erga Deum valent. Sciens autem Dominus parvū meritū, quod  
 nos habituri eramus ad hoc, vt ipse nobis beneficia conferret,  
 voluit, vt illa promissio sua niteretur bonitate, & non meritis  
 nostris. Hoc B. Apostolus ad Romanos scribēs testatur his ver-  
 bis. Ex fide, & non ex operibus, vt firma sit promissio omni te-  
 nant. Atq; ad maiorem hominum consolationem, maioremq;  
 securitatem dixit Dominus. Arcū meum ponam in nubibus,  
 & erit signum fæderis inter me, & inter terram, & videbo illū,  
 & recordabor fæderis sempiterni. Deus, vt nos minime puniat,  
 inuentiones querit: sic tu o homo facere debes, quādo tibi inu-  
 ria inferatur propone, & statue apud te vindictam de eo, qui ea  
 intulit non capere. Propone etiam te non commissurum illa  
 crimina, quibus propensus es, & magis inclinaris, & pro signo  
 pone crucem: quā in tuo oratorio habes; aliasq; inuentiones  
 quæ-

19 quærens cura, vt tui met digiti tibi signum sint: ad decem præceptorum sacratam obseruationem, & forsitan hoc voluit Dominus significare, cum in Deuteronomio dixit. Liga ea in signum in manu tua. Adeo autem peccator dignus est supplicio, vt, si Deus omnibus creaturis facultatem præberet, aduersus ipsam peccatorem dimicarent altissimi creatoris sui honorem propugnantes, sicut de licentia Dei fecerunt aquæ; quando tanto impetu mundum euerterunt. Atq; ita sacer textus dicit. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram. Data est hæc facultas aquæ; æquum enim erat, vt ij, qui calore concupiscentiæ carnis deliquerant hoc modo punirentur, vt hac ratione vitium illud carnale aquarum frigiditate curaretur.

Deut. 6.

Genes. 7.

### 20 Peccatum est infamator.

Peccatum est maximus manifestator, & infamator eius, qui ipsum committit. Atque ita dixit Dominus Adæ primo parenti. Quis indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti. At vero è cõtra virtus est operatrix omnium defectuũ. Conuertete vno a Dios y comiença a viuir bien, parece, que echa vna manta y cobertor sobre todos sus males y peccados passados: y por el cõtrario conuertete vno y de iusto bueluese peccador, aunque aya hecho muchas virtudes. luego imagina todos, que aquellas no fueron virtudes verdaderas, sino que eran vn fingimiento: porque el peccado descubre mucho y aun mas de lo que ay.

Gene. 3.

### 21 Peccati grauitas.

Grauitas peccati non solum consideratur penes maiestatem offensi, qui est Deus; verũ etiam penes vilitatẽ, offensoris qui est peccator. Hoc significauit regius. Propheta, cum dixit. Memor esto huius, inimicus inproperauit Domino: populus insipiens incitauit nomen tuũ. Quod perinde est, ac si diceret. Haberation em Domine huius tam insignis contumeliæ; hostis enim illa non solum affligit nos, sed, & te assidue afficit contumeliæ; & populus stolidus execratur nomen tuũ. Cosa tã vil, y ofensa offenda mayor affreta tuya es. Huc spectat illud Osee Prophetæ: fornicas fornicabit in terra, id est hominibus. Hoc verbum, terra,

Psalm. 73.

Osee. 1.

2. Reg. 16.

terra, magnā emphasim habet; quasi dicat Propheta. Cū homo sit res adeo vilis, sic, vt terra, quæ infimū locū inter omnia elementa habet, audet peccare, & offendere Deū? Grande profecto malū est. Abifai famulus Dauid dicebat cuidā homini. Quare maledicit canis hic moriturus Domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Canis moriturus, & etiam vilior cane est peccator, & tamen aduersus Deum audet peccatum cōmittere. O ingens nefas! Quid ergo erit, si his adiūgimus res vilissimas, atque abiectissimas huius mundi, propter quas tam infinitam maiestatem, qualis est Deus, offendimus?

### Peccatum malitiæ.

Lui. 4.

Gene. 3.

**I**N Leuitico ostendit Deus, quæ sacrificia sibi erant offerenda pro peccatis ignorantia dicens. Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini, quæ præcepit, vt non fierent, quidpiam fecerit &c. Non autem legimus, ipsum Deum aliquod sacrificium ad peccatū malitiæ cōstituisse. In quo aperte nos docuit, quam graua sunt peccata, quæ ex instituto, & scienter fiunt, hoc est, a sabiendas. Idcirco quando diabolus primam mulierem tentauit, ei dixit. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Hanc interrogationem fecit dæmon, vt, muliere in peccatum incidente, culpa eius maior esset, nec haberet excusationem, si diceret. Domine nō recordabar, te hoc mihi præcepisse. Hoc diabolus intendit, & curat, vt scilicet cum peccamus, ex malitia peccemus: & malum, quod committimus, videntes: vt sic venia indigni simus, Vix est homo, cui, cum peccatum committit, non occurrat id, quod facere intendit prohibitum esse, & hoc ex parte Dei, & ex parte dæmonis, licet diuersis finibus: ex parte Dei, vt videlicet ipsum hominem à peccato retrahat: ex parte vero dæmonis, vt postea homo non habeat aliquam, siue ignorantia, siue obliuionis excusationem.

### Ad peccatum requiritur consensus.

simile.

**Q**uamuis ex ictibus ferramēti in silice prodeant scintille, nō tamē sufficiūt ad incendendū ignem, sed oportet, vt fomitē, seu escam applices, quæ ignem concipiat, & inflāmetur. Sic quamuis diabolus ferramento tentationis petram tuam

fen-

17 sensualitatis percutiat, nunquam igne, quo te comburat, incen-  
 det, si fomitem consensus tuæ voluntatis non applicaueris. *Ab*  
 Cū igitur o frater in manu tua sit, peccato non consentire, omni o  
 studio labora, te ipsum constantem exhibere. Vt autem te de-  
 fendas, & fortis efficiaris, aliquas sanctas considerationes qua-  
 re, inter quas vna sit hæc. Si esset aliqua lex inuicibilis, quæ  
 frangi nõ posset, in qua præciperetur, vt pro primo furto, quod  
 committeres, filius regis interficeretur: dic, obsecro, quomodo  
 furari auderes? Quam impius, & crudelis esset animus tuus, si  
 tantum scelus aggredereris? O Deus infinitæ maiestatis, quo-  
 modo in visceribus nostris grauitas peccati non imprimitur,  
 si quidem propter illud vnigenitus filius tuus mortuus est? An  
 26 ma duerte o frater, te vno quoque mortali peccato, quod com-  
 mittis, filium Dei, illum videlicet, per quem vitam, & esse  
 habes, rursus crucifigere. Nam quantum est ex parte tua, cum  
 peccas infinitam eius bonitatem obligas, vt pro te iterum mor-  
 reretur, si sacratissima morte sua quam passus est iam pro omni-  
 bus sceleribus, ac peccatis, quæ sunt, fuerunt, & erunt non  
 persoluisset. Quare ergo hæc te ratio non conuincet, vt post-  
 hac fortiter resistas, & cum à demone tentaris, nullum ei con-  
 sensum præbeas? Efficacissima etiam res est ad non consentien-  
 dum peccato, perpendere, & considerare, quantum illud Deus  
 abhorreat. In libro Iudith quidam dux filiorum Amon nomi- *Iudith. 5.*  
 ne Achior duci Olopherni loquens de Iudæis hoc dixisse re-  
 fertur. Deus illorum odit iniquitatem. Quasi diceret, sabed, que-  
 el Dios de esta gente, no es de la condicion de vuestros Dioses, q  
 27 no aborrecen el peccado, porque lo aborrece mucho. Quid si,  
 ethnicus homo hoc de nostro summo Deo confessus est, quan-  
 to maiori ratione nos oportet hoc confiteri, & considerare, atq;  
 ab illis omnibus abstinere, quæ infinita eius bonitas tantopere  
 odit, & abhorret? Hunc eundem titulum ei dedit sanctus Da- *Psal. 4.*  
 uid, dum ait. Mane astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus  
 volens iniquitatem tu es. Nec habitabit iuxta te malignus: nec  
 permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes, qui ope-  
 rantur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendaciū. O in-  
 commutabilis Deus! Quis horum verborum sinceritatem au-  
 diens non contremisit, & omni animi contentione peccatum  
 vitare proponit, si quidem Deus illud non solum odit, sed  
 Loc. Com. Tom. 2. Is etiam

**Leuitic. 10:** etiam seuerissimis, atque æternis inferni supplicijs punit. Quando illi duo filij Aaron alieno igne, & non sacro thura in altari obtulerunt, fecit Deus in illis, vt ita dicam primum actum inquisitionem: nam egressus ignis à Domino deuorauit eos, dixitque Moyses ad Aaron. Hoc est, quod locutus est Dominus. Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi: & in conspectu omnis populi glorificabor. Id est. Vbi videri potest, quam sanctus ego sum, & quantum peccata abhorreo, nisi in his, qui appropinquant mihi, hoc est en los allegados a mi, in puniendo illos, atq; interficiendo eos, cum in eis peccatum videro? Que mas allegado al eterno padre, que su hijo, y mirad como lo castigo por los peccados de los hõbres, porque el los quiso poner sobre sus ombros, y pagar por ellos? Attende ergo, o peccator, quid agas, cum peccas, attende, inquam, te rem, quam Deus tantopere odit, & 29 punit, sceleratissime committere, nec ad illam condonandam sufficere omnes Patriarchas, aut sacratissimam virginem Mariam matrem misericordix, vel omnem cælestem curiam, sed dütaxat infinitam altissimi Dei potestatem. Efficax etiam consideratio est, vt peccato non cõsentias in memoriam reuocare in quod S. **Psal. 77:** Propheta David dixit. Recordatus est, quia caro sunt (scilicet homines) spiritus vadens, & non rediens, hoc est, como el hombre es flaco vase del consentimiento a la obra, y de la obra a la costumbre, y de la costumbre a la obstinacion, y a que Dios le dexee como vna cosa ya perdida. Nam licet hic supernus Dominus hominibus plurimum amorem ostendat in zelo, quo eos quarit, & a peccato educit, veruntamen quando proterui sunt eos aliquomodo relinquit. **Isai. 64:** Quod eleganter significauit sanctus Isaias, cum dixit. Domine vbi est zelus tuus, & multitudo viscerum tuorum? Iam Deus rationem illorum non habebat, iam ipsos omittebat, iam illos laboribus, & afflictionibus non puniebat. Sed quid o sancte Propheta zelum vocas? Hoc scilicet multitudo viscerum tuorum. Iam amorem illum, quem nobis ostendebas, dum nos peccantes puniebas, iam illum non ostendis. Quare fecisti nos errare à vijs tuis? indurasti cor nostrum, ne timeremus te. Nunquid possibile est, quod Deus quempiam errare faciat? Hoc perinde est, ac si diceret. Si tu Domine nos punires, vbi primum scelera commisimus, in tantam perditionem non deueniremus. Indurasti cor nostrum. Cor hominis illecebray atque

atque prosperitates maxime indurant, ut apparuit in Salomone, qui nunquam labores expertus est. Afflictiones autem, atque aduersitates cor ipsum magnopere emolliunt. Idcirco Deus aliquando peccatores in poenam suorum scelerum in hoc mundo impunitos relinquit ut postea in alio grauissime puniat.

### Peccatum nimis fugiendum.

Pro eo, quod nos legimus. Irascimini, & nolite peccare, alij ex Hebræo vertunt. Cōtremiscite, & nolite peccare. Quibus verbis, non solum peccati fugam, sed horrorem etiam, ac trepidationem fugæ adiungi Propheta vult: ut videlicet non læte, & segniter, sed quasi à facie serpentis fugiamus peccatum: cui cōcordat illud Ecclesiastici. Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Vbi alius vertit: & si accesseris ad illud mordebit te. Dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum. Merito fugiendum est cum tremore peccatum, siquidem propriū eius est, virtutem, & robur animi infringere, ac debilitare. Vnde pro eo, quod nos legimus, Infirmata est in paupertate virtus mea, B. Hieronymus ex Hebræo vertit. Infirmata est in iniquitate virtus mea, & ossa mea contabuerunt. Hinc sceleratis hominibus per Prophetam Esaiam Dominus comminatur dicens. Et erit fortitudo vestra, quasi fauilla stupæ. Ut enim Sanson abscissis capillis fortitudinem amisit: ita homo per peccatū, amissa gratia, infirmus redditur: vnde facile ab hostibus superatus in varia scelera præcipitatur. Ideo de peccatoribus dicitur. Fiant tanquam puluis ante faciem venti. Quid enim puluere mobilius, qui leuissimo flatu huc, & illuc spargitur? Tale est proculdubio, improborum cor: quod, leuissimo quouis cupiditatis impulsu, in omnia scelera rapitur. Quis igitur non vehementer horreat in hoc tam periculoso statu vitæ?

Vbi nos legimus in Psalmo. Viam iniquitatis amoue à me alia litera habet. Viam falsitatis, vel mendacij. Quia deliciae, & honores, & cætera omnia, quæ nos ad peccandum alliciunt, mendacia sunt, non vera bona, sed sophistica existimanda sunt. Vnde regi vates inquit filij hominum vsque quo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Mendacium sunt hæc bona, quia apparenter sunt tantum bona, non secundum

Psal. 4

Ecclesiast.

Psal. 30

Esai. 1.

Psal. 118

Psal. 4.

## 644 Peccatum nimis fugiendum.

Osez. 1.

rei veritatē. Vnde in Osea Propheta dicitur de malis quod co-  
medūt fruges mendacij. Et alibi. Vestiemini vestimentis men-  
dacij, nā existimat peccator. quod si ventrem repleat plurimis  
& delicatis cibis, aut carnem induat sericis indumentis, erit foe-  
lix, & beatus: & mentita est iniquitas sibi. Ecce quare peccatū  
via mēdacij vocatur, quia per illud homo acquirit ista mēdacia

Prover. 14.

Quodlibet peccatū opprobriū hominis est. Vnde in Prouer-  
bijs dicitur. Iustitia eleuat gentes, miseros autem facit populos  
peccatum. Quod alij ex Hebræo, probum, vertunt, nam dictio,  
hesed, quæ in Hebræo est, vtrumque significat, id est, probro di-  
gnos facit populos peccatum.

Psal. 118.

Ab omni peccato libera nos domine orat sancta Ecclesia, &  
regius Propheta inquit. Ab omni via mala prohibui pedes  
meos, vt custodiā verba tua, Qui enim declinat ab vno peccato,  
& in aliud relabatur, similis est homini, qui periculū ignis deu-  
tat, & in aqua postea suffocatur. Cui illud prophetæ Amos ap-  
plicari potest. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei  
vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parie-  
tē, & mordeat eū coluber: huic similē facito hominē qui vnum  
enadit peccatū, & in aliud prolabitur: nā siob luxuriā, nō peccat,  
peribit propter auaritiā: & si ob auaritiā nō dānatur, dānabitur  
propter superbiā. Esaias etiā dicit. Qui fugerit à facie formidi-  
nis cadet in foueā, & q se explicuerit à fouea, tenebitur laqueo.

Amos, 5.

Ab omni peccato libera nos domine orat sancta Ecclesia, &  
regius Propheta inquit. Ab omni via mala prohibui pedes  
meos, vt custodiā verba tua, Qui enim declinat ab vno peccato,  
& in aliud relabatur, similis est homini, qui periculū ignis deu-  
tat, & in aqua postea suffocatur. Cui illud prophetæ Amos ap-  
plicari potest. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei  
vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parie-  
tē, & mordeat eū coluber: huic similē facito hominē qui vnum  
enadit peccatū, & in aliud prolabitur: nā siob luxuriā, nō peccat,  
peribit propter auaritiā: & si ob auaritiā nō dānatur, dānabitur  
propter superbiā. Esaias etiā dicit. Qui fugerit à facie formidi-  
nis cadet in foueā, & q se explicuerit à fouea, tenebitur laqueo.

Esai. 24.

### Peccati causa.

Q Væri potest an omnia hominum peccata ex diaboli sugge-  
stione proueniāt? Ad quod Origenes ait, non esse diabolū 36  
directam causam omnium peccatorum, ita quod singula  
peccata persuadeat: nā etsi diabolus non esset, adhuc homines  
proni essent, & procliuēs ad malū, appetitumque ciborum, &  
carnalium voluptatū haberent: hie autem appetitus, nisi ratio-  
ni obediret, inordinatus esse posset. De qua re beatus Thomas,  
elegantè sicut de omnibus alijs disputat.

B. Tho. 1. 2.  
q. 80. art. 4.

### De peccato doctores admirabiles

proferunt sententias.

Orig. hom.  
33. in Num.

Origenes in quadam homilia inquit. Sicut ex iustitia gene-  
ratur iustitia, & ex castitate castitas (siquis enim primo te-  
nuiter

37 tenuiter castus esse cæperit, accepto castitatis fermento, quotidie castior efficitur) ita & qui semel intra se, licet paruum posuerit fermentum, quotidie semetipso nequior efficitur, atq; deterior.

Cyrillus Hierosolymitanus ait. Si potest serpens deponere se nequitiam, cur nos peccatum non deponemus: ac terra quoq; spinosa, cum fuerit bene culta in frugiferam transmutatur: nostra autem non reparabitur salus? Cyrillus Ca  
techi. 2.

Beatus Basilius super Esaiam inquit. Quemadmodum qui funes nequitiam, aut plectunt iuncias stercoras, ut quod superest ex fune cæpto contorqueri, consumatur, alterum ei attexunt, & interserunt, quo funis longior euadat, & augeatur. Pari modo qui in profundum malorum festinant priusquam priori peccato sit impositus finis, adoriuntur secundum. Rursus hinc alteri aliud continenter adaptant: atq; ita prorsus vita, quæ per peccatorum gradus progreditur assimilatur funiculo cuiquam contexto, & in longum protracto. Ob hoc Esaias propheta ait. Vt qui attrahitis peccata quasi funiculo longo. Sententiæ istius intelligentiâ mutuemus ab exemplo. Sit aliquis propensus, & alacer ad peccatû explendæ suæ lubricitatis. Obserua, quæso, per quot, quanta ve asciscit sibi, & attrahit peccatum luxuriæ, primum quidem suum ipsius corpus ad eundem modum simulat & componit, & crines quidem hoc modo circumtudentur; taliter vero veste amici utitur, & hæc quidem non qualicumq;, sed quæ studio quæsitæ sit, & faciat ad elegantiam, demissa vsq; ad soleas: per hæc ostentat ambitiosam, & superfluam curam suæ curiositatis. Deinde suppeditat pecunias, ut vel earum pretio redimat fruitionem pulchritudinis istius scorti. Ad hæc diligentius cogitat, quas sibi pronubas conciliet veluti lænas. Verba adornat, quæ faciant ad corruptelam ex composito sibi instruens, ac parans occasiones amatorij congressus. Hic est qui attrahit peccatum quasi funiculo longo. B. Basill. in  
c. 5. Esai.  
simile.

39 Beatus Gregorius Nazianzenus in quadam oratione inquit. Malitiæ natura est expedita, & vehemens ad deterius inclinata, torrens, per pronum decurrens, ut calamus, qui per scintillam, & ventum facile succenditur, suoque consumitur germine. Ignis enim materiæ factus existit, qui, & materiam cõsumit, quemadmodum malitia malos, & cum suo abit nutrimento. B. Greg. Na-  
zianz. orat.  
2. de pace.  
similia.

Idemque ibidem ait. Sicut cum quis aridæ stipulæ scintillam ignis inijciat, quæ insuper etiam ventis spirantibus animetur fa-

cile incenditur, & consumitur: ita velocius malitiæ parua scintilla consumimur, quam virtutis ignibus, vel accendi, vel coalescere possimus. Nam & melli plurimo cum parum absynthij iniectum velocem amaritudinem trahit: mellis vero si duplam anijciatur absynthio, non poterit eius obtineri dulcedo.

B. Chryf. li.  
contra gēti.  
simile

Beatus Chryfostomus libro contra gentiles inquit. Peccatum nisi statim prohibeatur, tanto procurrit impetu, vt contineri nequeat, non secus, quam ferocientes equi, qui fræno ex ore eiecto, & ascensore excusso, molesti primum sunt occurrentibus deinde nullo obstante, ab excelsa petra se se præcipitant. Et idcirco animas salutis nostræ inimicus ita in hanc potissimum insaniam agit, vt medicos repellant, quo destitutas à medicis grauioribus, & pluribus malis diuexet: ita enim & corpore ægrotautes, quandiu ad se permittunt accedere medicos, aliquam ad huc spem sanitatis habent. Vbi autem phrenetici facti, illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes à morbis liberari, tunc tandem incurabiliter laborant, non quod ea sit natura morbi, sed quod ab his destituti sunt, qui à morbo liberare possunt.

Idē hom. 10.  
in epist. ad  
Rom.  
simile.

4. Esdræ: 16.

Idem in quadam homilia inquit. Quemadmodum vsu venire videmus in his, qui morbo laborant, vt cum morbus non ingrauescit, tum sanitatis initium fiat: sic & in ipsa vitiositate vltius ne processeris, & tibi malitia finem habuerit, qui si id duos dies feceris, tertio facilius abstinebis. Vnde in libro Esdræ dicitur illis, qui hoc non faciunt. Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis quemadmodum ager constringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius, per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuotionem ignis.

B. Hiero. li.  
in com. in  
Esa. c. 1.  
simile.

B. Hieronymus in Commentarijs in Esaiam ait. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Quod iuxta Hebraicum, & omnes alios interpretes, peccata appellantur funiculi vanitatis, hoc significat, quod facientibus peccatum facile tegitur, & tam inane, ac futile est, vt atanearum fila texantur, sed cum inde voluerimus exire, solidissimis vinculis nectimur.

B. August. in  
Psal. 130.  
simile.

Beatus Augustinus super Psalmos ait. Quomodo vt restis fiat longa additur spartum sparto, non autem id rectum it, sed torquetur: sic addendo peccatum peccato, peccatum ad peccatum annectitur, & fit restis longa. Quorum semitæ prauæ, & flexuosæ

gressus eorum. Quo autem valet ista restis, nisi vt inde ligentur  
 43<sup>o</sup> ei manus, & pedes, & proiciatur quisque in tenebras exteriores?  
 Funiculis enim peccatorum suorum vnusquisque constringitur.  
 Vt eis, qui trahunt peccata velut restem longam.

Dorotheus ait. Otiosus erat quandoque senex magnus cum  
 discipulis suis in hortis, in quibus cupressi varia, magna scilicet,  
 ac parua creuant. Imperauit igitur vni ex fratribus senex cu-  
 pressum euellere, qua cum parua esset, & tenera, vna manu ex-  
 tirpata est. Postquam iussit aliam maiusculam euelli, qua non  
 sine magno labore extracta est. Quartam quoque ceteris altio-  
 rem extirpari iussit, qua summo conatu, labore, & sudore vix  
 extrahi potuit. Quintam adiecit maximam, quam cum ille co-  
 naretur euellere, nunquam valuit, sed incassum circa eam elabo-  
 44<sup>o</sup> rat. Tunc ad omnes conuersus senex ait. Huiuscemodi sunt pas-  
 siones nostrae, fratres. Cum tenues sunt, & paruae, si volumus, fa-  
 cile eas possumus a nobis extirpare, quod si illas neglexerimus,  
 obsurdescent illico, quoque magis obdurauerint, eo maiore vi,  
 & labore opus erit, quinimo irriti erunt conatus nostri omnes  
 in illas nisi alicuius viri sancti orationes ad auxilium nos acces-  
 serint.

Petrus Chrysologus in quodam sermone ait. Quod ignis ari-  
 dae segeti, hoc vitia corpori sunt humano, qua sola securus sepa-  
 ratione incantur, necantur ignorantia, & nescitia foeliciter eua-  
 nescunt. Nam si ad mentem, & sensus peruenerint, si contige-  
 rint animos, si semel membra penetrauerint, inextinguibile gign-  
 nitur, & exaltatur incendium, & nisi vnda caelestis corda rigaue-  
 4<sup>o</sup> rit, mentes infuderit, membra madescerit, totum, quod est cor-  
 poris humani, subditur, & redigitur in fauillam. Lex (inquit Di-  
 uis Paulus) peccatum est. Absit. Sed peccatum non cognoui,  
 nisi per legem. Ac si diceret. Aurum avaritia non est, sed avaritiam  
 non cognoui, nisi per aurum. Vinum ebrietas non est, sed ebrie-  
 tatem non cognoui, nisi per vitum.

Beatus Bernardus sermone ad clericos inquit. Si vidisti homi-  
 nem scalpere manus, & vsque ad sanguinem confricare, euiden-  
 tem habes in eo similitudinem animae peccantis expressam: ce-  
 dit siquidem voluptas illa dolori, & succedit pruritus cruciatus.  
 Neque id ignorabat sed dissimulabat dum scalperet: sic lacera-  
 mus, sic exulceramus proprijs manibus animas infelices, nisi

Dorothei.  
 docti. 11.  
 simile.

Petrus Chry.  
 serm. 116.  
 simile.

Ad Rom. 7. c.

B. Berna. ser-  
 mo. 4. ad cle-  
 c. 4.  
 simile.

quod tanto grauius, quanto excellentior est spiritualis creatura, 46  
& quæ difficilius medeatur,

Plin. li. 8. ca.  
117.  
simile.

Plinius ait. Pantera sic auida est excrementorum hominis, vt si in vase suspendantur altius, quam vt possit attingere enecet se se defatigati proreptu corporis: ita nonnullis quod est foedissimum, id dulcissimum est.

B. Chrysofost.  
hom. 1. de pecc.  
nitent.  
simile.

Beatus Chrysofostomus in quadam homilia de poenitentia inquit. Quemadmodum qui grauitate capitis, ebrietateque tenentur, stulte, simpliciterque feruntur, quamuis præcipitium, & aliud quid simile subsit, infra concidunt incaute: sic qui in peccatum corruunt veluti praua ebrietate, actionis desiderio detenti nesciunt quid faciunt, non præsentia, non futura præuidentes.

Idem hom. 4  
in Ioan.  
simile.

Idem in quadam homilia in Ioannem ait. Quemadmodum noctu amoto lumine lignum, plumbum, ferrum, argentum, lapides pretiosos, & alia omnia eodem modo & videmus, & iudicamus: ita qui sordide, & vitiose vitam viuit, neque modestiæ vim, neque sapientiæ discernit pulchritudinem. In tenebris enim pretiosi etiam lapides nullam speciem, nullum præ se ferunt fulgorem, non sua, sed caligantium oculorum culpa. Neque hoc duntaxat nobis, dum sub impia vitiorum tyrannide viuimus, molestum est, verum etiam illud, quo formidine propterea angimur: & veluti, qui per obscuram noctem iter faciunt, etsi nihil metuendum sit, metu tamen concutiuntur: sic qui scelus aliquod admittunt, etsi nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamen melius sibi fidunt, sed omnia formidant, omnia suspicantur, quippe qui perpetuis conscientiae stimulis agitantur, omnia formidolosè conspiciunt. Propulsemus igitur tam 48  
grauem, tam molestam vitam, cuius angorem mors sequitur, mors, inquam, immortalis, & perpetua, cui nullus supplicij finis est.

simile.

simile.

Vt ossa quo sunt aridiora, eo magis indicant longe abesse à vita: ita peccatores, quanto sicciores sunt, tanto longius à gratia, quæ est animæ vita, abesse intelliguntur. Quemadmodum fulmen enssem attingens, vaginam, integram foris relinquit, ferrum autem intus ferit: sic lethale flagitium corpus viuum, & sanum foris relinquit, animam autem intus occidit separans ab illa gratiam, quæ est animæ vita. Lapis in gurgitem proiectus multos facit vndarum circulos, qui, quo plures sunt eo maiores effi-

49 efficiuntur, & latius dilatantur, nam vnus excitatus alterum maiorem excitat, post quem alius oritur multo maior: eodem modo se habent peccata, nam ex vno alterum grauius oritur, ex quo aliud multo grauius producitur.

Quod peccatum gaudiū à corde depellat, & tristitiam inducat verba Hieremix manifeste declarant: lamentabatur enim dicens: Defecit gaudium cordis nostri. Et quia in defensione virtutum gaudiū defecerat, addit. Væ nobis, quia peccauimus. Hæc enim Thren. 5 fuit causa, quare gaudium defecit, & tristitia abundauit.

### Peccati cæcitas.

50 **M**axime perpendendum est, homines, qui à Deo recedentes in peccatum lapsi sunt, in obscurissimis interni hominis tenebris, & caligine versari, veluti qui diuinæ gratiæ lumē, quo spiritualia atq; diuina cernuntur, amiserunt. Vt enim Sanson, cum primum in Philistæorum manus incidit, luminibus orbatus est: ita vbi primus homo in potestatem antiqui hostis venit, diuinæ gratiæ lumen amittit, atque ita cæcus ad diuina contuenda relinquitur. Quamquidem rem notissimo Dauidis exēplo cōprobare licet, vnus enim ferè anni spatio cæcus iacuit in peccato, cū ad illuminandas eius tenebras Nathā Propheta missus à Deo fuit. .2. Reg. 12 Natus enim iam erat infans ex adulterio susceptus, huius mortē in nefarij criminis ultionem propheta fuit vaticinatus, vt hac ratione liqueat quanta sit peccati cæcitas, quæ sanctissimum aliquin virum tandiu mortifero somno sopitum tenuit: omnisque spiritualis sensus expertem fecit, à quo nisi immensi Dei misericordia excitatus fuisset, euigilare nullo modo potuisset.

Sicut Æthiopes qui sub torrida zona nati, atque educati sunt non admodum moleste eius regionis intemperiem ferunt, quæ tamen non assuetis molestissima est, Ita multi vsque adeò se per omnem vitam cupiditatum suarum, & peccatorum obsequio tradiderunt, vt hæc tanta mala nihilo magis eis turpia, & indigna videantur, quam quæuis alia consueta naturæ officia. Cum autem ad hanc cæcitatem, & deprauationem peruentum est, quæ nam, obsecro, spes salutis reliqua manet? E contrario vero iusti hanc detestandam regionem peccati nimis abhorrent. Qui enim quicquam docet inter varias herbas salutare eligere, noxiasque

respuere, & lupum quidem hostem, canem vero lupo similem  
 amare idem singulari prouidentia pios homines interno quodam  
 affectu, vitiorum odium, & virtutum amorem illorum menti-  
 bus ingenerat. Idemque ipsos dæmonem horrere, Deum dilige-  
 re, terrena despiciere, & ad cælestia semper aspirare docet Chri-  
 stus. Qui enim fit, vt vir pius mille mortes prius subire, quam  
 mortiferum crimen committere paratus sit, nisi quod hic spiritus  
 cælestis tantam illi peccati deformitatem ostendit, vt si huic ge-  
 hennæ ignem, inde lethale peccatum ante oculos ponas, ignem  
 magis irruere, quam in huiusmodi peccatum incidere malit?

### Peccati cæcitas.

**Q**uandiu homo in gratia Dei perseverat, residet quidem in  
 eo Deus tanquam in throno, & sede sibi gratissima, eum  
 tanquam sol illuminans, & inflamans: at vero cum peccatum  
 committit, non modo Dei gratia se priuat, verum etiam cæcita-  
 tem maximam incurrit, & suo animæ hospiti dæmonem ip-  
 sum recipit, & includit. Sic enim videmus Regi Sauli accidisse.  
 Cum enim Dei gratia expoliatus est, statim spiritus malus eum  
 inuasit, qui non modo eius corpus cruciabat, verum etiam eum  
 induxit, vt octuaginta quinque sacerdotes Domini sacris vesti-  
 bus indutos interficeret. Neque hac ferali, & sacrilega immani-  
 tate contentus fuit, sed etiam Nobe ciuitatem sacerdotum ferro,  
 & igne crudelissime vastauit, senem, & iuuenem, puerum,  
 atque lactentem, oues quoque, & boues, camelos, & asinos cru-  
 delissime deleuit, vt iam videas, quo tandem perueniat animus  
 diuina luce, atque præsentia orbatus, dæmonisque potestati  
 permixtus. Præterea quis, quæso, Dauide suo tempore, aut  
 sanctitate, & innocentia, aut prophetiæ spiritu: aut cælestibus  
 donis præstantior? Nihilominus tamen vbi semel adulterium  
 commisit, tanta cæcitate percussus est, vt cædem fidelissimi  
 serui sui Uriæ etiam conspiraret, & eum interfici iuberet; ne-  
 que adhuc oculos aperiebat, donec ad eum accessit Nathan Pro-  
 pheta, qui grauitatem delictorum suorum eidem aperuit.  
 Quid quæso, agis bone Rex? Quid designas? Quid sacrilego  
 isto calamo exaras? Quonam modo, & pristina vitæ tuæ, & di-  
 uinorum beneficiorum, atque tui denique ipsius oblitus, tan-  
 tum nefas animo concepisti? Nonne tu ille es qui pepercisti  
 aduer-

1. Reg. 15. &  
22.

2. Reg. 11. &  
12.

55 aduersario tuo Saul, cum tamen eum sæpe posses occidere? Nunc ergo cur tantopere de baccharis in seruum tuum supplicem, & benignum? Intelligite, quæso, fratres, vel hoc vno argumento qualis sit illius animæ status, quam diuinus spiritus, & cœlestis gratia dereliquit. Vt enim ardenti lampade in obscuro loco accensa omnia, quæ ibidem latent conspicua fiunt, extincta vero corpora etiam ingentia minime videntur: ita quandiu diuina gratiæ lux animæ nostræ præluet, minutissima etiam delicta, & cernimus, & dolemus: at vbi hæc lux per lethale peccatum extincta est, grauissima etiam, & execranda scelera nec videmus, nec alicuius momenti esse putamus. Hæc igitur tanta malorum vis ex pestilenti radice peccati deriuatur, quod quamuis fidem, & spem non adimat, cæteris tamen donis cœlestibus, & diuina gratia priuat, qua sublata præceps homo in quæuis flagitia cæco impetu rapitur. His etiam peccatis anima minus idonea fit ad splendidissimam solis iustitiæ claritatē intra se recipiendam. Est enim anima iusti velut speculum quoddam tanti solis radijs obiectum, capitalia vero crimina instar turpis luti quo speculi huius facies obducta, ad splendorem hunc excipiendum prorsus inepta fit. Venialia vero peccata instar pulueris sunt, quo splendida huius speculi facies tantummodo fuscatur: atque ita fit, vt minus claro & igneo splendore solis huius radijs in se excipiat. Quod cum ita sit, qua cura, & studio vitare conuenit, quod nos a pleniore huius lucis communione repellit? Quisquis igitur leuiora peccata, solícite vitare studet non dubium quin a grauioribus tutior sit, cum saluator dicat:

57 Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis erit. Qui enim a minimis etiam delictis offendere veretur, multo magis grauiora, & maiora vitabit.

simile.

## Peccati initium.

**I**NITium peccati est pessima cogitatio. Exire autem e corde cogitationes malas asserit apud Matthæum Christus Deus noster. Et Salomon in Prouerbis inter mala Deo odibilia numerat cor machinans cogitationes pessimas. Vnde colligitur non omnes nostras malas cogitationes forinsecus aduenire, dæmonis instinctu excitatas, sed et emergere aliquando ex motu arbitrij humani. At cū eas diabolus in homine esse suspicatur, statim accendere

Matth. 15.

Prouerb. 9.

illas

simile.

illas ad vitia conatur: intimis visceribus stimulos conturbat, & commouet, ortum inflammat ardorem, & faces admouet tentationum. Vt faber ferrarius prunas non efficit in officina, sed follibus ignis exuscitatoribus eas accendit. Sic diabolus cogitationes malas in animo conceptas follibus tentationum sufflat, & inflammat, & incendium conflare nitens, vitijs pabulum subministrat. Cor nostrum est ferraria officina, cogitationes malæ sunt prunæ, diabolus sufflatur. Dolendum quidem est, & acerbè ferendum, nutriti in anima cogitatus pestilentes, qui instar filiorum viperæ eam miserè occidant, aut certe polluant, & contaminent. Ideo iusti summopere laborant cogitatus suos omnes in Deum collocare. Quemadmodum enim in medio Sphæræ est centrum, à quo omnes lineæ deductæ tendunt ad circumferentiam: sic vir iustus charitate & pietate præstans habet Deum pro circumferentia. Quicquid cogitat, loquitur, & agit tendit ad Christum, qui eum circumdat. Nam vt dicitur in Psalmo. Dominus in circuitu populi sui. Et iterum. Circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. Et rursus. Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Est enim Christus Iesus diuina circumferentia cingens viros iustos. Ideo aiebat Esaias Propheta. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Vel vt potest verti ex Hebræo, quoniam multiplicat ad ignoscendum. Ac si dicat: non solum semel ignoscit, sed sæpissime.

Psal. 124.

Psal. 90.

Psal. 31.

Esa. 55

## Peccatum originale.

60

B. August.  
simile.

**B**Eatus Augustinus libro de baptismo paruulorum inquit. Quomodo palea, quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu, quæ de purgato nascitur tritico: ita peccatum, quod in parentibus per baptismum est ablatum, manet in eis, quos genuerunt.

Idem, lib. de  
nup. c. 19.

Idem libro de nuptijs, & concupiscentia ait. Hæc inuisibilia, & infidelibus incredibilia, sed tamen vera, vt haberent aliquod visibile exemplum, hoc in quibusdam arbutis diuina prouidètia procurauit. Cur enim non credamus propter hoc esse institutum, vt ex oliua nascatur oleaster? An credendum non est,

est, in aliqua re, quæ creata est ad vsus hominum; creatorem providisse, & instituisse, quod ad generis humani valeret exemplum? Mirum est ergo quemadmodum à peccati vinculo per gratiam liberati gignant tamen eodem vinculo astrictos, quos eodem modo oporteat liberari. Fatemur mirum esse. Sed quod latent fetus oleastrorum etiam in seminibus olearum, quando & hoc crederetur, nisi experientia probaretur? Proinde sicut ex semine olearum gignitur oleaster, cum inter oleastrum, & oliuam plurimum distet: ita gignitur, & de carne peccatoris, & de carne iusti vtrinque peccator, quamuis inter peccatorem, & iustum plurimam distet.

Peccatum veniale.

Non parui faciendum est peccatum veniale, cum certissimum sit atque (vt docet B. Thomas) experientia comperitur id, quod Ecclesiasticus dixit, scilicet. Qui spernit modica, paulatim decidet. Sin juicio, y loco se diria aquel, que passando por vna altissima puente rasa, estrecha, y sin pretiles de su propia voluntad se apartasse del medio, por donde pudiese passar seguro, y se fuesse llegando a los cantones, y orillas poniendose a peligro de perderse, y ya que se descuidasse algo del medio no procurasse de boluer luego a lo seguro. Pds angustus est virtus ac diuina lex à qua tantisper, & paululum discedere peccatum est veniale, discedere vero multum, & in extremis quempiam se ponere est in periculo peccadi mortaliter se cõstituere, quod quidem est peccatum mortale. Vnde quilibet cognoscere, & intelligere potest, quantũ damnũ secũ peccatum veniale afferat.

D. Tho. 1. 2. q. 72. ar. 5. eccle. 19.

simile.

Peccati venialis grauitas.

Tam graue malum est peccatum veniale, quod si omnia mala pœna, quæ concipi possunt, tã tẽporalia, quam æterna (cum tanta ac tam excessiua sint mala hominum in terra, & iustorum in purgatorio, & damnatorum in inferno) si inquam, hæc omnia mala, & pœnæ in statera reponantur, ex vna parte, & ex alia vnum dumtaxat peccatũ veniale ponatur, magis profecto hæc sola culpa grauis esset, & ponderaret, quam tota illa pœna. Nam pœna est contra creaturam, quæ limitata est, & finita, culpa vero est contra Deũ, qui est summum atque infinitum

tum

Arist. 8. Phys.  
 tex. 14. & 1. de  
 celo tex. 52.  
 & 64.

simile

similia.

tum bonum. At sapientia humana fatetur, nullam inter finitum, & infinitum esse proportionem, vt optime plurimis in locis docet Aristoteles. Quis ergo posthac hoc intelligens non pertimescet, in peccata venialia incidere, & magna cum caute-  
 la viuere non curabit, maxime considerans non solum malum, quod in se est peccatum veniale, sed etiam quia est dispositio ad mortale. Qui curat, & intendit findere lignum aliquod per grande prius conatur ponere in illa fissura quã fecit cuneum paruum, & ille locum aperit ad aliũ maiorem, & si lignum paulatim finditur quousque omnino per mediũ separatur. Sic diabolus omni studio contendit, vt peccata venialia tanquam cunei in animam ingrediantur, quo paulatim ipsa peruertatur, ac tandem per mortale peccatũ confringatur. Experientia etiã docet in rebus paruis periculum aliquando inesse: etenim paruo aeris flatu fructus arborum decidunt, & minima scintilla tota nemo-  
 ram flua inflammatur, & in parua rupi allidit nauis, & in paruo lapide offendit pes, & minimo haro magni pisces capiuntur, ac denique ex paruo vulnere grandis persona moritur.

### Peccatum veniale à beato Augustino exaggeratur.

B. Aug. Epi.  
 108. ad Seleu-  
 sianum.

**B**eatu8 Augustinus in quadam Epistola inquit. Illa dimitti volumus nobis peccata, quæ humane fragilitati quamuis parua tamen crebra subrepunt. Quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat nauem, atque submergat? Hæc sententia beati Augustini sane est intelligenda. Nunquam enim multa peccata venialia æquivalent vno peccato mortali. Sed sententia sancti doctoris in hoc tendit, vt per multa peccata venialia homo corrumpatur & disponatur, vt facillime in peccata mortalia irruat.

Idē li. de decē  
 chordis. Cor. c.  
 11.

Idē libro de decē chordis inquit. Noli peccata cõtēnere quia minora sunt, sed tunc quia plura sunt. Attendite fratres mei minuta sunt, nō sunt magna: nō est bestia quasi Leo, vt vno morsu guttur

67 guttur frangat, sed bestia plerumque minutæ multa necant. Si proijciatur quisquam in locum pulicibus plenum, nuquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestiis interimi potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt, & cavete, quia plura sunt. Quam minutissima sunt grana arenæ si arenæ amplius in nauium mittantur, mergunt illam, vt pereat. Quam minutæ sunt guttæ pluviæ, nonne flumina implent, & domos deijciunt? Ergo ista nolite contemnere. Hæc sententia, sicut & prior intelligenda est.

simile.

Ignis lignum combusturus non protinus ligni formam corrumpit, vt suam introducat, sed paulatim illius accidentia destruit, quibus destructis facile forma eius corrumpitur, & alia introducit. Sic igitur dæmon ad leuiora nos primum incitat delicta (quæ sunt tanquam spiritualis vitæ accidentia destruentia, deinde ad maiora trahit, quibus amittitur gratia. Hinc scriptum est. Qui timet Deum nihil negligit. Clauus in pariete firmiter infixus si hinc atque hinc repetitis ictibus concutiatur, tandem euelletur, sic igitur venialia peccata, si frequentius iterentur constantiam animi, & firmum non peccandi propositum labefactare sæpe solent. Quare quisquis perseverantiam in virtute, & Dei gratiam diligit, non solum mortalia, sed etiam venialia fugiat.

simile.

Eccles. 7.  
simile

## Peccatum veniale quam fugiendum sit.

69 **Q**ui timet Deum nihil negligit, inquit Ecclesiasticus. Sicut enim qui vitam diligit, non solum mortem, sed morbos etiam fugit, qui vitam ad mortem præparant, & deducunt. Ita qui lethalis peccati mortem odit, venialia quoque peccata, quæ velut ægrotudines animæ sunt, diligenter vitare studet. Vnde Beatus Hieronymus ad Celantiam scribens inquit. Neque vero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum Dei mandata contemnant, quæ ve quasi vilia, se parua despiciant. Nec metuunt, ne secundum diuinam sententiam, minima contemnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria iudicare, nec ullum inter scelus, & erratum discrimen

Eccles. 7.

Stoicorum  
opinio.

face-

facere. Nos vero, etsi multum inter peccata distare credimus, tamen satis prodesse ad cautionem dicimus etiam minima pro maximis cauere. Tanto enim facilius abstinemus à quocunque delicto quanto magis illud metuimus. Nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat. Et sane nescio an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur: estque prudentissimus, qui non tam considerat, quod iustum sit, quam illum, qui id iusserit: nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem. Huiusmodi vero peccata non adferunt animæ mortem, sed ægrotudinem: non extinguunt Dei spiritum, sed contristant: non mentem interimunt, sed ad interitum præparant: Denique non auferunt charitatem, sed feruorem charitatis. Sicut enim ignis, cum vehemens aura spirauit, flammam emittit, quibus & natium calorem, & lucem auget: ita charitas in piorum cordibus residens frequenter diuini spiritus aura ita excitatur, vt intus in anima ferueat, & splendidissimas quasdam flammam emittat, quibus nos ad clariorem diuinæ bonitatis cognitionem, & ardentioram amorem excitat. Quandiu autem diuinus hic motus in anima perstat, non dubiū quin vir pius, & ad bene operandum alacrior, & ad turbulentos animi motus comprimendos potentior sit. Vnde quemadmodum nauis vbi secundam auram spirare vident, funes soluunt, carbasa pandunt, & iter institutum omni celeritate vrgent: ita cum hanc diuini spiritus auram afflare senserimus, tota animi contentione nos ad eius ductum applicare debemus, ne hoc diuinum munus frustra recipiamus. Hunc igitur charitatis feruorem, & animi claritatem venialia peccata extinguunt, atque ita mentem deprimunt, & à Dei conspectu paulisper quodammodo auocant, vnde in nos omnis vigor, & diuinæ lucis splendor emanat. Hinc fit, vt animus præsentis hanc lucem, & feruorem nudatus torpeat, & langueat, minusque alacer ad boni operis studium, & ad spiritualia certamina reddatur. Quo fit, vt si tunc, vel occasio aliqua ad peccandum vehementer vrgent, vel violentior aliquis tentationis æstus ingruerit, periculum sit, ne in lethale peccatum homo æger, & languidus ruat. Hac enim de causa venialia peccata ad lethalia, viam sternere theologi dicunt. Imo vero magna pars eorum, qui à diuina gratia exciderunt hac occasione excidisse verisimile est. Obseruat enim callidus

simile:

simile.

73; dus hostis noster has temporum commoditates, cumque piorum animos paulo negligētius se gerere viderit, aliqua peccandi occasione oblata, & tacto cum satellitibus suis impetu in illos irumpit, & interdum etiam prostermit. Quemadmodum igitur iunci ipsi, & ligaturæ in circulis doliorum parui momenti primo aspectu esse videntur, qui tamen si dissoluantur, & negligantur magna incommoda in terra solent, ita ut tandem vini effusio, vel similis liquoris, & humoris consequatur: sic plane etiam peccata venialia, quantum in nobis est, vitare debemus, ne sensim ex eis in lethalia dilabamur.

## P O E N I T E N T I A.

**A**VDIVM erit in cælo coram angelis Dei super Lucæ. 15.  
vno peccatore pœnitentiam agente. Dixit sum-  
ma veritas apud Lucam euangelistam. Tunc mi-  
lites Christiani magna perfunduntur lætitia, cum simile.  
postquam urbem aliquam infidelium expugnarunt, tandem  
eam Regi suo subijcere, & submittere faciunt. Sic angeli maxi-  
mo afficiuntur gaudio, cum vident animam rebellem, quæ est,  
velut ciuitas maximi valoris, suo creatori subijci. Quod si omnes  
angeli magnam capiunt lætitiæ voluptatem, multo magis pecu-  
liariter eam accipient illi, qui ipsam animam expugnarunt, &  
quorum ministerio ad pœnitentiam conuersa est.

2 Pœnitentia est velut aqua salita maris, in qua pisces qui in aqua  
dulci aliti fuerunt, non benè se habent: quin potius vbi primum simile.  
eam ingrediuntur, statim inde exire volunt. Peccata sunt velut  
pisces in aqua dulci voluptatum creati, quæ vbi primum in aquam  
amaram pœnitentiæ contritionis, & lachrymarum projiciun-  
tur, statim ad oram exeunt, & per os in confessione se manife-  
stant, atque ita facile capiuntur, & interficiuntur. Quam ob cau-  
sam diabolus omni studio procurat à peccatoribus aquam lachry-  
marum auferre, eosque inducere, ut se in risu, & in alijs, quæ  
gaudium, & lætitiâ afferunt, continuo occupent: quod qui-  
dem solet animam in maxima necessitate ac discrimine consti-  
tuere. Ciuitas illa Betulæ quando ab Holopherais exercitu cir-  
cundata fuit, tunc maiorem tribulationem, & maiorem laborem

ex omnibus accepit, quando ei aqua ablata fuit. Similem tribulationem accipit anima, quando artificio Satanæ aqua pœnitentiæ lachrymarum priuatur. In Exodo legitur sanctus Moyses, postquam populus peccauerat, à Domino postulasse, vt cum illis pergeret: nam sine eo, quid ipsi omnes valerent? Sic in omnibus negotijs nostris Dominam obsecrare debemus, vt nos comitetur, nam sine eo, cum tã fragiles ac miseri simus, quid boni faciemus? Dixit autem Dominus. Denudetur populus omnibus ornamentis; quibus idolum adorauit, & festiuitates suas celebrauit, volo enim illum nudum videre, & vt alium habitum sumat. Iam nũc, ait Dominus, depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. O grande mysterium. Vbi primum se denudarunt, & vestimentis lachrymarum, ac contritionis se induerunt, statim dixit Dominus ad Moysen. Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Non posuit Deus oculos suos in peccato, sed in lachrymis, & pœnitentia atque in sancti Moyse oratione. Sic cum proximus tuus propter iniuriam illatam veniam à te postulat, oculos non figas in iniuria seu damno quod intulit, sed potius in cognitione, & contritione, qua ex offensa tibi facta conteritur: atque ita cor tuum, vt erga illum misericordia vtaris, emollescet. Vt autem qui libet vestrum, qui in peccato est ad pœnitentiam agendam, & ad veniam postulandam animetur, consideret, quod magis, vt ita dicam, vlciscitur Dominus parcendo, quam infernali pœna castigando. Si habes amicum, qui te iniuria affecit, quæro quomodo de illo maiorem sumes vltionem? Interficiendo ipsum an vulnus infligendo? Profecto interficiendo: nam si illum duntaxat vulneres, & percutias cum ipse viuis remaneat, maiorem occasionem te ledendi habet. Sic quæro qualiter Deus de peccatore maiorem vindictam sumit, proijciendo ipsum in infernum an veniam ei præstando? Respondeo quod aliquo modo de ipso magis vlciscitur, ei parcendo, quam in gehennâ mittendo: etenim si in infernum detrudatur, adhuc remanet peccatum viuum, & contra Deum semper bellum gerens: dum autem ei parcat, interficit in illo quidquid ei bellum faciebat, quod est peccatum ipsum. Hoc optime amplificauit sanctus Moyses, cum à Deo postulans, vt Hebræis parceret, dicebat. Magnificetur fortitudo Domini, sicut iurasti dicens. Dominus patiens, & multæ misericordiæ auertens iniquitatem, & scelera. O Domine amplietur, &

Iu dith. 7.

Exod. 33.

simile:

Numer. 14.

magni-

6 magnificetur nomen tuum in parcendo: recordare te iurasse ve-  
 niam hominibus propter scelera præstaturum, & quod patiens  
 futurus esses. Ait. Magnificetur fortitudo Domini, quoniam tunc  
 quinquam fortior apparet, quando maiori potestate eum, qui sibi  
 bellum inferebat, superat, & cum peccatum Deo maius bellum  
 inferat, si homini parcat, interficit in eo peccatū, ideo tunc mag-  
 nificatur fortitudo Domini. Perpende etiam quomodo inquit:  
 Sicut iurasti dicens. Dominus patiens, hoc est. iurasti Dñe te esse  
 Deū patientiæ. Quare o fratres mei cogitatis, quod cum tot cri-  
 mina perpetretis, quotidie terra non dehiscit, & aperitur, vt vos  
 absorbeat, nisi quia Deus in singulos dies vos ad pœnitentiam  
 expectat? Quia iuravit se esse Deum patientiæ. Quod cum ita  
 sit, non diffidatis, licet vos multis sceleribus immeritos videatis,  
 7 sed bono animo, & corde recto misericordiam ab eo postulatis  
 nam siquidem iuravit, promissis fidelissime stabit.

Pœnitentia singularis est dispositio ad do-  
 na spiritus sancti recipienda.

**I**N mari amaro radij solis reuerberant ipsi que penetrantes  
 in eo gemmas, lapillos pretiosos, ac res odoriferas, quale est  
 ambar, alunt. Sic in corde per contritionem, & dolorem amaro  
 diuini radij maximas faciunt operationes ipsi que penetrant  
 & illuminant, atque in eo plurima gratiarum dona generant. O  
 quantum oportet, & condecit, nos hunc diuinum solem per ve-  
 ram pœnitentiam querere, non enim minus spiritualis vita à su-  
 pernaturali Dei auxilio, quam inferior hic, & corporeus mundus  
 ab astris, & motu cælorum pendet. At videmus in solis detectu,  
 etiam breuissimo corpora nostra lædi, & varie atque moleste af-  
 fici. Quid ergo de illa anima censendum est, quæ multis diebus  
 absque sole iustitiæ, Christo in tenebris iacuit, quæ non vnius  
 horæ sed multorum dierum eclipsem passa est? Si ad horam pau-  
 lisper discedente Domino Regius Propheta dicit. Auertisti fa-  
 ciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Quid illos  
 passuros esse credendum est, à quibus lucis suæ  
 radios, multis diebus Dominus auer-  
 tos habuit.

simile.

simile.

simile.

simile.

## Pœnitentia animæ est reparatio. 9

simile.

Ecclesiast. 21

**C**ymbalum seu campana, postquam fracta est, non potest re-  
fici, aut reparari nisi virtute caloris liquefiat, & iterum in  
formã redeat, id est, se buelua al molde. De peccatore sic in Ec-  
clesiastico dicitur. Cor fatui quasi vas cōfractum. Et quemadmo-  
dum malus sonitus signum est, & ostendit campanam esse fractã:  
sic apertum signum est, quod aliquis cor, & animam confractam  
habet, quando est murmurator, mendax, atque alia linguæ sce-  
lera committere solet. Y pues miserable peccador eres campana  
quebrada, si te has de remediar, necessario es. que con el calor de  
la charidad y del diuino amor te derritas en lagrymas de compun-  
cion, y te enmoldes en el diuino molde, que es Iesu Christo nue-  
stro Saluador.

10

## Pœnitentia animæ est reparatio.

Ecclesiast. 21

**P**ostquam continua febris ægrotum reliquit solent in eo ali-  
quæ antiquæ ægritudinis reliquæ apparere, scilicet amaritu-  
do gustus, pedum debilitas, &c. Hæ autem reliquæ non ilico  
reparantur, sed paulatim adhibita diligentia confumuntur. Sic  
ille, qui per veram pœnitentiam à pestifera peccati ægritudine  
surrexit, habet nihilominus gustum insipidum ad spiritualia, ma-  
nus, ac pedes debiles ad bene operandum, & ad gressus rectos per-  
ficiendum. Idcirco in sanctis exercitijs orationis, meditationis, le-  
ctionis, verbi diuini auditionis, atq; alijs sanctis operibus paula-  
tim se debet reficere, & iterum exercere.

## Pœnitentia animæ est ablutio. 11

Apocal. 7.

simile.

**I**n Apocalypsi dicitur, quod sancti stolas suas in sanguine agni  
labuerunt, easque dealbauerunt, & albas reddiderunt. Mirum  
profecto est, sanguinem Iesu Christi, cum rubicundus sit, ani-  
mas dealbare. Et in primis hic modus loquendi metaphoricus  
est: cum enim inquit. Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni,  
perinde est, ac si diceret, quod per merita sanguinis, ac mortis im-  
maculati agni Iesu Christi diuinam gratiam, qua eorum animæ  
pulchræ, & eleganter ornatæ fuerunt, consecuti sunt. Deinde  
quia sanguis sacratissimi Domini est velut simegma, siue sapo, &  
sicut lixiuium: cum enim sapo, quo sordes linteaminum mūdantur

tut

<sup>12</sup> *tar* sit fere niger, & lixiuium turbidum, maculas emundant, & quidquid cum eis lauatur, album, & mundum redditur. Sed est notandum, quod quâuis Christus Reparator noster (vt Christiana fides fatetur) suo sanguine, & pretiosissima morte nobis gratiâ iustificationis meruit. Hæc tamen merita mediantibus diuinis sacramentis nobis applicari debent. Nascitur fons aliquis in altissimi montis cacumine parû prodest, quod aqua eius sit nimis clara & sapida, & abundanter scaturiat nisi fiant aquæ ductus, per quos ipsa ad ciuitatē ducatur, & perueniat, vt sic omnibus ciuibus comodo, & vtilitati esse possit. In mōte Caluario ministri iniquitatis lancea, clauis, & spinis foderunt, & sic fontes vitę, & gratiæ fecere, & Dominus instituit, vt hæ aquæ ad ciuitatem ecclesiæ suæ per aquæ ductus, videlicet per sacrosancta sacramenta peruenirent, vt sic vicini, ac ciues eius, hoc est Christiani, ex hac cælesti aqua bibant, vnum autem ex his sacramentis est pœnitentia, quæ tres habet partes, scilicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem. De contritione, & confessione satis suis locis diximus: de satisfactione vero vnum duntaxat verbum dicere volo, scilicet, quod Deus nimis liberalis est de his, quæ sibi debentur, verû alienum nemini parcit: esset enim contra ius (si ita dici potest) Deum de alieno liberalem esse. Quo circa de alienis sudoribus, de debitis, de damnis proximo illatis, in honore, vel in diuitijs maxime oportet, vt integra fiat satisfactio, alioquin nūquam Deus tibi veniam condonabit, hæc namque debita ipse aliena reputat,

<sup>14</sup> proximo enim tuo debentur.

simile.

### Ad pœnitentiam multa nos mouent

**B**eatus Augustinus in quadã epistola inquit. Qui gehennam metuit, non peccare metuit, sed ardere, ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum sicut gehennã metuit. Demissionē animi, ac affectū veræ pœnitentiæ insinuat. David in Psalmo cum ait. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Siue, vt B. Hieronymus vertit. Quoniam ego ad plagas paratus sum, & dolor meus contra me est semper. Quia iniquitatem meam annuntio, & sollicitus ero pro peccato meo, siue, vt alius vertit, anxius ero pro peccato meo. Quod quidem verbum, falsam peccatorum securitatem satis arguit: Qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.

B. August.

Psal. 37.

*Osc. 7.*  
*1, Reg. 4*  
 Multa sunt, quæ nos ad peccati odium, & commissorum doloris rem excitare debent: sed illud imprimis, quod peccâdo Deum amittimus. Quid autem lamentabilius, quid infortunius, quam à Deo bonorum omnium parente desereri? Væ eis, ait Dominus per Prophetam Oseam, qui recesserunt à me. Hoc est primum, væ, secundum vero, quod ex hoc sequitur, væ eis, cum recessero ab eis. Quid enim reliqui esse poterit ei, qui Deum amisit? Hoc est illud malum, quo ita vxor Phinees sacerdotis perculsa est, vt, cum mortem sibi ex doloribus partus imminere cerneret, & natus ei filius nunciaretur, obstetrice dicente, noli timere, quia filium peperisti non intellexisse, nec animaduertisse dicitur: ea enim doloris magnitudine cõcussa fuit, cum arcam Dei à Philistæis captam audiuit, vt nec instantis mortis metu, nec nati filij gaudio vlllo modo tangetur, sed acerrimo doloris sensu hanc vocem repeteret. Translata est gloria Dei ab Israel, quia capta est arca Dei. Credebat enim prudens mulier ad nihilum esse illum populum redigendum hoc tam incomparabili præsidio destitutum: vnde tota illius populi salus, & gloria manebat, ideoque inter causas doloris, & lætitiæ constituta, hoc solum cogitabat, hoc solum lamentabatur, hanc vnâ querimoniam iterum, atque iterum repetebat. Translata est gloria Dei ab Israel, quia capta est arca Dei. Cum igitur per lethale peccatum homo hoc tantum bonum amiserit, & à se repulerit, cur non simili modo lamentetur? Noli (ait Propheta Oseas) lætari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo,

### Ad pœnitentiam consilium

*Eccle. 21.*

**A** Vdi peccator Ecclesiasticum salutiferum tradentem tibi consilium. Fili peccasti, ne adicias iterum. Et adicies absque dubio, nisi per pœnitentiam curaueris cor tuum à præterito peccato. Vide quam malum, & amarum sit post peccati infirmitatem, medicinam non statim querere. Nonne, si carni tuæ morsum inferret leo, statim quæcumque dura, & amara, vsque ad ignis combustionem pro salute sustineres? Et quid vel difficile, vel pretiosum iudicares? Et heu lethale vulnus peccati in sequentem annum dimittis curandum, vt tibi insipienti. Audi, & intellige. Qui veniam per pœnitentiam repromisit, diem crastinam ad pœnitentiam non promisit. Quere ergo statim à medico tuo salutem, ne forte promittens tibi ipsi in longa-

18 **I**nganimitate Dei, & suavi patientia ipsius remissionem, & veniã, in tormentis æterni cruciatus sequenti nocte inueniaris. Vnde pro eo, quod nos legimus in Psalmo. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno: Veruntamen in diluuiio aquarũ multarum ad eum non approximabunt. B. Hieronymus ex Hebræo vertit. Vt cum inundauerint aquæ multæ, ad illum non accedant. Vir enim timoratus opportuno tempore veniam peccatorũ impetrare cõtentit, vt cum calamitatũ & tentationum flumina inundauerint, ipse intactus, & incolumis perseueret. Tanta est pœnitentię necessitas, vt Beatus Ioannes Baptista ministerium suæ prædicationis eam prædicã inchoaret. Et Christus Redemptor noster etiam suam sacratissimam prædicationem à pœnitentia incepit: ambo enim initio suæ prædicationis hæc verba dixerunt.

19 **P**œnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Regnum cælorum ambo appropinquare demonstrant, & pœnitentiam ad illud consequendum docent. A maritudinem radicis dulcedo pomi compenfat, periculum maris spes portus delectat: dolorem medicinæ spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum nucem frangat, pœnitentiam agat, qui vult adhærere bono, & regnum cælorum consequi.

Psal. 37.

Matth. 3. &  
Matth. 4  
similia.

Non solum autem summus mundi Redemptor Iesus Christus pœnitentiam prædicauit, sed etiam discipulis suis præcepit, vt eam prædicarent. Et exeuntes (inquit Beatus Marcus) prædicabant, vt pœnitentiam agerent: appropinquabit enim regnum regnum cælorum. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, sed non auditur appropinquabit regnum cælorum, sine pœnitentiam agite, neque

20 demandatur pœnitentia sine repromissione regni cælorum. Nihil ergo amarum habet, aut durum, aut impossibile, etiam carni nostrę, cum mente recogitat, quale sit hoc verbum: Appropinquabit regnum cælorum. Omnes mundi angustię, & gemitus labores, & ærumnę non sunt con lignæ ad futuram gloriã, quæ reuelatur in verbo regni cælorum. Et Propheta Esaias inquit. Nemo nouit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te, diligentibus te dixit Beatus Paulus: expectantibus te, dixit Propheta. Pœnitentia de qua sermonem agimus, dilectionem Dei super omnia habet, & in pœnitentia hac fundari debent cætera omnia bona, quæ homo operatus fuerit. Et ita apud Prophetam Ezechielem dicit Dominus. Si impius egerit pœnitentiam

Matth. 6.

Esai. 64:

1. ad Cor. 2

Ezech. 35

à peccato suo, feceritq; iudicium, & iustitiam, &c. vita viuet, & <sup>21</sup> non morietur. Vbi obserua, quod pœnitentia non solum habet resipiscentiam, & nouam vitam, sed ante omnia habet dolorem: si impius egerit pœnitentiam (inquit Dominus) ac deinde: fecerit-  
que iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit, &c.

<sup>2. ad Cor. 7.</sup> Beatus Paulus ad Corinthios scribens, & loquens de pœnitenti-  
tiae tristitia ait. Contristati estis secundum Deum, vt in illo detri-  
mentum patiamini ex nobis. Quomodo aliquis patitur detrimē-  
tum in Christo ex tristitia pro peccatis suis, vt hic Beatus A po-  
stolus inquit? Detrimentum patitur gaudij præsentis iocundita-  
tis, qua fruebatur in delicijs carnis suæ, dicit tamen sanctus Apo-  
stolus, tale detrimentum esse in Christo: quia tristitia, quæ secun-  
dum Deum est, per quam detrimentum fit gaudij, est detrimen-  
tum in Christo, id est propter Christum, & à Christo per suum <sup>22</sup>  
fauorem operata. Cum autem quis absorbetur à tristitia per des-  
perationem, talis tristitia non est detrimentum in Christo, sed in  
diabolo, & mortem generat.

### Ad Pœnitentiã peccatorum memoria necessaria est.

Hier. 2.

**A**D pœnitentiam peccatorum memoria necessaria est. Quis-  
quis es peccator, audi quid tibi admoneat Dominus per Hie-  
remiam Prophetã. Vide, inquit, vias tuas in conualle. Scito quid  
feceris. Ac si dicat. Adhuc vestigia apparent in valle quibus ter-  
ram attingebas, cum ibas ad idola colenda: intuere ea, considera  
peccata tua, vt illa detesteris, teq; illorum pœniteat. Et in Deute-  
ronomio dicitur. Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad ira- <sup>23</sup>  
cundiam prouocaueris Dominum Deum tuum. Ideo præterita  
peccata sunt in memoriam reuocanda, vt ea ploremus, atque vt  
ea confiteamur. Confessio enim necessaria est, vt qui incidit in  
flumen non obruitur quãdiu aqua nõ accedit ad os, quoniã respi-  
rare potest: si autem aqua attigerit, & impleuerit os, statim obrui-  
tur submergitur, & moritur: sic qui incidit in peccati gurgitē ad-  
huc spem habet vitæ, si os non habet impeditũ, si paratus est de  
sceleribus debite confiteri: si autem tanta est culparũ aqua, vt ei  
super os ascendat, quo flagitia suo silentio prætereant, nolēs de il-  
lis confiteri, obruitur miser, & ad ima tartarorum descendit. Eam  
ob causam dicebat Regius Propheta Dauid. Non me demergat

Deut. 9. c.

similet.

Psal. 68.

tempe-

14 tempestas aquæ neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

In libro Iob dicitur. Quis vnquam restitit ei, & pacem habuit? Iob. 8.  
Ac si dicat: nullus. Alia est enim ratio, & longe diuersa consequendæ pacis ab aduersario potentissimo, alia vero est ratio assequendæ pacis ab aduersario, cuius sunt exiguæ vires, exiguaque sapientia: nam ab hoste, & inimico, qui & sapientia, & viribus inferior est, pugnando pacem acquirimus: ab aduersario vero longe potenti, obnixè petendo, fundendo preces, atque per omnia illius non voluntati accommodando. Ergo qui cupit pacem cum Deo habere, & amicitias cum illo componere, non resistendo, nõ pugnando, sed per omnia se ipsum illius imperio committendo externam, atque internam pacem, & animi tranquillitatem consequetur.

Pœnitentia à sacris doctoribus cõmédatur.

Euseb. Emiff. in homil. ad pœnitentes. simile.  
Eusebius Emiffenus inquit in quadam homilia. Sicut homo in cruce positus nullis iã delectatur illecebris, mortua ei prorsus sunt, quæ aut per auditum, ac visum, per gustum, ac odoratũ, pariter ac tactum, animum captiuare consueuerunt, omnia ante oculos prætereuntia, velut transacta iam reputat, quia extremam horam cælos emigraturus expectat. Ita & vos, qui animas vestras ad contritionem abstinentiæ, & crucem Christi pro æternæ salutis remedijs contulistis, obliuiscimini pristinas consuetudines, & blandas mundi seductiones: obliuiscimini concupiscentias, quæ de cælestibus mentem in inferiora deuoluunt.

B. Chrysof. homil. 7. ad Colof. simile.  
26 Beatus Chrysofostomus in quadam homilia super illa verba. Mortificate membra vestra inquit. Quid dicis ò Paule? Non dixisti: Quoniam simul cum illo sepulti estis: quoniã circumcisi estis quoniam exuistis corpus peccatorũ carnis? Quomodo ergo rursus dicis: Mortificate? Non est tibi contraria ista loquutio: sed quemadmodum si quis statuam auream squalidam iam expurgatam, imo denuo quoque excusam, splendidam quæ exhibens dicat quidem extersam esse, ac sublatam rubiginem: admoneat vero rursus eandem vt diligenter tollatur rubigo eius, nõ eis sibi ipsi contradicit, neq; enim abstersam iam rubiginem, sed eam, quæ postea rursus accedit, auferri hortatur. Ita & Paulus hic nõ priorẽ mortificationẽ dicit, neq; priores fornicationes, sed ea, quæ postea

succedunt. Non enim est ista nostra vita, sed alia quę in cęlis est. 27

Idem. li. 2. de  
comp. cordis  
simile.

Idem libro de compunctione cordis ait. Sicut impossibile est, ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctione cordis vigere in delicijs. Contraria enim hæc sibi inuicem sunt, & inimica. Illa enim mater fletur, hæc mater est risus. Illa cor constringit, hæc dissoluit. Illa animæ alas innecti, & volare facit ad cælum, hæc plumbi pondus imponit, & demergit in infernum.

Idem hom. 6  
in Marth.  
simile.

Idem in quadã homilia inquit. In sæcularibus iudicijs quãtura libet post acceptam sententiam lamenteris, & lugeas, non tamen effugies flendo supplicium: hic vero si toto corde ingemueris ad Deum, soluisti repente sententiam.

Beda super  
Isai.

Venerabilis Beda in verba illa Isaię: Lauamini mūdi estote, inquit. Quid prodest spinis purgare agrum tuum, si non etiam aratro scindes eum, & seres in eo semen, vnde gaudeas in futuro? Ita 28 & qui deserit peccata, & ea non plangit pœnitendo, nec bonū postea facere consuevit, nunquid fructuosum est peccata deserere, & bona non facere?

simile.

Communiter melior est innocentia, quã pœnitentia quẽadmodum melior est vestis integra, quã dissuta, & scissa etiã si cõmissuris quibusdam refarciatur. Sed tanta potest esse pœnitentia, ut sit incorruptione, & innocentia præstantior. Ut vestis cæsura si aureis funiculis, & pretiosis gemmis copuletur, pulchriorem reddit vestem ipsam, quam si tota sana fuisset, & integra: sic fieri potest, ut tam acerbò animi dolore, tanta gratia, & charitate quis resurgat, ut pulchrior reddatur, quam si in crimen non incidisset.

simile.

Si Christus Iesus Redēptor noster ieiunauit, orauit, si iniurias pertulit, quare nos voluptatibus ducemur, & labores repudiabimus? 29 Properat quidã Rex ad prælium vndiq; armatus, ducēs exercitum militum omnibus armis indutorum, erigitur signū militare, expanduntur vexilla, & regia stemmata. Sed si videres esse in exercitu homines aliquos dearmatos illecebris delinitos qui leuia scuta induerēt pro galeis pileos bōbicinos, & pro scopetis, vel gladijs flabella portarēt, eos insanos cēseres, moneresq; ne corã rege ita apparerent? Eodem modo cū Christus Iesus laboribus, & doloribus se induerit, signum crucis erigat, procedantq; armati apostoli, & martyres, quare nos relictis armis delicias amplectemur? Mutemur igitur vestimēta, & armis penitētię induamur, & sic cōtra nequissimi, hostis vires ac potentiam præualebimus.

Pœni-

## 30 Pœnitentia quam primum est facienda.

**Q**uemadmodum in ludo pilæ, non solum dicitur bona pila, & aptus globulus lusorius, cum expedite volat, & fertur altius per aerem, sed etiam, si attingens pavimentum cadens in terram statim ob terræ reuerberationem saliat, ferens se in sublime, & reciprocetur: sic non solum dicitur iustus, qui nunquam cecidit in terram peccati, sed ille etiam, qui etsi aliquando cadat, confestim tamen per veram pœnitentiam resurgit. Per actum criminis mortiferi amittit gratiam & iustitiam, nomen tamen iusti non amittit si celerrime ad gratiam redit. Ceterum multi sunt, qui etsi resurgant, non tamen statim. Cecidit David, & ob crimina aduersus Dominum admissa in ter-

simile.

31 ram ruit: & non resurgebat, donec Nathan Propheta eum grauer reprobenderet, asserens Deum tam turpia scelera nequam impunita esse relicturum. Et deplorans David maculas suorū scelerum, easq; lachrymarum fluuio delens, aiebat. Adhæsit pavimento anima mea. Ac si diceret, cecidit pila mea, adhæsit terræ, non pullulabat per pœnitentiam non se per contritionem in altum ferebat. Neque est magnopere mirandum: nam omne graue naturaliter tendit deorsum. Ergo si aliquando ceciderimus, quia sicut lutum graue facti sumus, statim cum Dei adiutorio conemur resurgere, nam vt ait Diuus Hieronymus?

1. Reg. 11

2. Reg. 12  
Psal. 118.

Nomen iusti non amittit, qui per pœnitentiã cito resurgit. Quod autem adiutorium Dei paratum sit quærentibus eum in veritate, verba illa Psalmi manifeste indicant, vbi dicitur. Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ira iuxta Euthymij sententiam castigatio est, quæ est in excandescencia Dei. Sed licet vt iustus puniat, tamen vt misericors vitam retribuere desiderat. Duo efficit, nimirum punire, & misereri. Vnum nõ est ex eius electione, sed propter nostra delicta, alterum est eius natura, & voluntate. Ex quo efficitur, vt eius castigatio sit breuis, misericordia autem, qua nos prosequitur, duret omnem vitam. Id ostendit versus hic, si eum voluerimus profundius scrutari. Nam pro ira est in Hebraico, regagh, quod nomen significat nomen-

Psal. 29.

32 tum siue instans, hoc est, breuissimum tempus. Quare potest in hunc modum verri ex Hebræo: quoniam ad punctum tēporis est indignatio eius, & vita in volūtate eius. Seu vt habet trāllatio

Com-

Cōplutensis. Et vita in repropitiacione eius. Potest etiã transferri: Et vita in amore eius. Vt fit sensus. Et si in nos Deus graui-<sup>33</sup>ter aliquando animaduertat, momentanea tamen est hæc eius excandescencia. At amor, quo nos amplectitur, quo suæ erga nos charitatis, fontem aperit, quo vult vitam nobis tribuere immortalẽ, semper durat.

### Pœnitentia quam primum est facienda.

ad Rom. 6.

**N**on exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & mēbra vestra arma iustitiæ Deo, inquit B. Paulus ad Rōmanos scribens. Quod perinde est ac si dicat: nolite membris vestris intemperate abuti, nolite ex illis arma conflare flagitij ad peccati executionẽ, cum ea vobis Deus tribuerit, vt sint arma virtutum, quibus aduers<sup>34</sup>us animæ hostes pugnetis, sed illi seruite tanquam à morte culpe ad vitam gratiæ suscitati, exhibētes membra vestra arma iustitiæ actiones per illa virtutum exercentes. Homo vitijs imbutus, & à virtute separatus, vtitur membris suis tanquam gladijs, & hastis, quibus animam suam transfigit. Sin autem vitia detestatur: & ad Christum confugit, gladios in vomeres conuertit, quibus sui ipsius agrum pœnitentia, & maceratione colit, & hastas in falces, quibus vberrimas virtutū fruges metit. Et hoc est, quod in Christi Dñi aduentu Esaias fore prædixerat, cum has voces emisit. Et cōflabūt gladios suos in vomeres, & lāceas suas in falces. Vt enim ager quãuis fertilis, sine cultura tamen fructuosus esse non potest sic sine cultura pœnitentiæ animus. Inter omnia vero pœnitētia-<sup>35</sup>lia opera maximè ciborum abstinentia cōducit. Vt enim inimici in obsidione se dedunt hostibus, si illis alimenta auferantur: ita caro & sensualitas hostes animæ ablati epulis se tradunt ipsi animæ, vt ipsa quod B. Paulus ad Romanos scribens docet adimplere valeat. Ait enim sanctus Apostolus. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Hostia occidebatur, & diuinus prædicator monet, vt carnem mortificemus, vt sit hostia viuens, vt sit victima viuua. Si victima est, occisa est: si occisa quomodo viuua? Qui fieri potest, vt mortua, & viuua eodem tempore sit? Vult significare Beatus Apostolus, ita nos debere carnem mortificare, vt sit

Esai. 2.  
simile:

ad Rom. 11.

mortua peccato, viua autem gratiæ, mortua concupiscentiæ, viua vero virtuti. Imo viua esse non poterit, nisi hoc modo fuerit mortua. Ait enim idem Apostolus. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Viuere secundum carnem est eius imperio subesse, eius legibus obtemperare, eius desiderijs duci. *Ad Rom. 8.*

## PEREGRINATIO AD LOCA SACRA.

**S**ANCTISSIMA res est peregrinationi operam dare, loca sacra ac sanctorum corpora inuisendo. Quod adeo à fidelibus, & credentibus vsitatum semper fuit, vt non solum in lege gratiæ, verum etiam in lege antiqua assidue fuerit obseruatum: & quidem ex lege gratiæ possemus plurimam sanctorum, ac sanctarum, qui sacrorum locorum peregrinationi vacarunt, exempla adducere, sed ex omnibus annotatione dignum est quantum ab effectu. **B.** Luciæ virginis Deo deuotæ notissimum exemplum, quæ cum in infantia sua Christianissima esset, matrem suam Vticiam fluxum sanguinis patientem in Catanam adduxerit, vbierat corpus sanctæ Agathæ, cuius precatu matri suæ impetrauit salutem. Vbi silentio prætereundum non est, quam gratam se hæc inclyta virgo Christo Iesu seruatori nostro ostenderit: nam statim vt vidit matrem suam incolumem, & exultans sanctam, eam maxime obsecrauit, vt dotem, quam sibi datura erat Christi pauperibus distribuere pateretur. At illa respondens: Filia post obitum meum, omnia mea, tua erunt, vt tibi libuerit tunc facies. Rursus ei prudentissima virgo dixit. Mater mea, quandiu vixeris, pauperibus opes tuas impende, nam quod moriens das, ideo das quia tecum ferre non uales. *consilium totis uisceribus amplexiandum: & in mente diu, nocturno, uersandum! Utinam omnes opulenti, & qui diuitiarum copia affluunt dogma tam salubre susciperent. Quod moriens das ob id das, quoniam tecum ferre non potes. Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar illuc: clamabat uir iustus Iob. Cui sententiæ alludit illud Di. Pauli. Nil habemus in hunc mundum, nec auferre quid possumus. Idque quotidie experimento agnoscimus in obitu Regum, & principum nempe nihil*

nihil secum deferunt, nisi eleemosynas, & pia opera, quæ fecerunt. Quam ob rem vbi B. Lucia cum matre sua Siraculas venit sancta pecuniam, quam ex facultatibus venditis congregavit, pauperibus Christi distribuit. Non enim ignorabat eleemosynam misericordia mediante, actum esse charitatis: unde Græcè eleemosyna à misericordia dimanat. Quæ omnia eleganter docet B. Thomas. Equidè hæc virgo sancta sanctos honorare, & invocare, & ad visitanda corpora eorum peregrinari nos docuit: nunc etiã omnes Christianos admonet, vt misericordes sint erga pauperes. Quod autem in lege veteri hæc peregrinationes etiam vtitæ fuerint, constat aperte ex Sacra scripturam vallis Hebron, quæ in terra promissionis erat, velut maximū sanctuarium ab Hebræis reputabatur, (id est, el valle de Ebron era templo y sanctuario) quoniam in ea, vt patet in libro Josue, sepultus erat primus parens Adamus. Et ibi etiã sepultus erat Abraham, Sara, Isaac, Rebeca, Iacob, & Lya. Et ibi vota vouebant Hebræi, & ad ipsa implenda illuc se conferebant. Atq; ita Absalon patri suo dixit, Vadam, & reddam vota mea, quæ voui Domino in Ebron, Galgalis etiam signatus locus erat, & sanctitate reputatus vbi fuit prima mansio filiorum Israel, postquam Iordanem transierunt, atq; ibi celebrata fuit circumcisio, & positi fuerunt duodecim lapides. Et quia hic locus sacer erat, eum Helias Propheta visitauit, antequam in paradysum terrenum curru igneo veheretur.

Ex omnibus his lethifera hæreticorum temeritas, qui diaboli suggestu asserere audent solum Deum orandum fore, & non sanctos confunditur, ac labefactatur. O insignem ac modis omnibus detestandam dementiam! Nonne precibus Prophetæ Helix filius viduæ Sarepthanæ iam mortuus subinde surrexit. Nunquid non Eliscus Sunamite plorante filium suum mortuum, orauit ad Dominum, & viuum reddidit matri suæ? Nonne mortuus quidam accedens ad corpus Elisei defuncti vitam recepit? Faceat ergo ille pessimus error, & sancti Ioh dogma, nos Catholici firmiter teneamus. Voca, si est, qui exaudiat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Vbi notandum, quod bifariè orationem alicui offerimus: primo, vt sit per eum implenda, secundo, vt per ipsum impetranda. Primo vtriq; modo soli Deo orationem exhibemus, eo quod omnes orationes nostræ eo tendere debent, vt gratiam, & gloriam assequamur, quæ Deus solus impendere potest, iuxta illud. Gratias,

B. Tho. 2. 2.  
q. 32. artic. 2.

Josue. 14.

1. Reg. 15.

4. Reg. 4.

Iob. 5.

Psalm. 83.

gloriam dabit Dominus. Secundo autem modo in re optimo pre-  
 cationes nostras præbemus sanctis angelis, & hominibus non  
 plane, vt per eos Deus petitiones nostras agnoscat, sed, vt eorum  
 precibus, & meritis orationes nostræ sortiantur effectum, idque  
 perspicuum est in Apocalypsi, vbi dicitur. Ascendit fumus in-  
 censorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram  
 Deo. Hanc doctrinam perspicue, & eleganter docet B. Thomas. Apocalyp. 8.  
D. Tho. 2. 2.  
q. 83. ad. 4.

## P E R S E Q V V T I O S A N C T O R V M.

**I**ACHRYMABILE est videre quomodo impij Psal. 82.  
 coadunantur, vt iustos persequantur, quod Propheta  
 regius optimè depingit, cum ait. Super populū tuū  
 malignauerunt consiliū, cogitauerunt aduersus san-  
 ctos tuos: dixerunt: Disperdamus eos de gente, & non memore-  
 tur nomen Israel ultra. Sed qui sunt isti, qui conuenerunt aduer-  
 sus sanctos Dei? Statim ipsemet Dauid manifestat dicens. Ta-  
 bernacula Idumæorum & Ismaelitarū, Moab, & Agareni, Ge-  
 bal, & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Ty-  
 rum. Ecce quod malos aduersus paucos bonos conuenerunt. Sed  
 perpendendum est, quam grauitè peccant, qui iustos persequuntur  
 cum Dominus per Prophetam Zachariam dicat. Qui tangit vos  
 tangit pupillam oculi mei. Vbi tactum pro vexatione, & perse-  
 quutione accipiendum est. Beatus Hieronymus super illa verba  
 Nolite tægere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malig-  
 nari, inquit. Qui sanctos Domini tetigerit sic est quasi si vexare  
 cupiat pupillā oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare. Per-  
 pende, quod iniuriosi in proximis maius damnū reportant, quā  
 inferunt quia in Hebræo est Qui tangit vos, tangit pupillam  
 oculi sui, & ita vertunt septuaginta interpretes. Et Plantinus te-  
 statur duō exemplaria vulgatæ editionis vidisse, in quibus erat,  
 oculi sui. Quod si hoc secundo modo legatur, magnum cer-  
 te timorem verba vatis iniuriosis in proximis injiciunt. Scire  
 enim debent se longe maius damnū reportare, quam infe-  
 rant. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei,  
 inquit.

Esa. 3.

inquit sanctus Esaias. Quod de illis dicitur, qui alios ledunt, quibus longe maior poena referenda est, & ob eam rem propheta dicit. Vt in pio in malum, &c. Quae interiectio ingentis cuiusdam vitiosis significationem habet. Licet autem bellum hoc semper sit inter bonos, & malos, Deus tamen illud conuertit in bonum iustorum: quoniam diligentibus Deum (vt inquit B. Paulus) omnia cooperantur in bonum. Sic etiam ecclesiasticus ait. Contra malum, bonum est, vt contra vitam mors: sic contra virum iustum peccator. Nam sicut ex bono, & ex vita multa bona oriuntur, sic ex persecuione peccatorum merita accrescunt iustis & aliquando eorum inuita persecutio eos, ne corruant, tenet, nec enim (ait B. Augustinus de Ciuitate Dei) Deus vnum non dico angelorum, sed vel hominum creasset, quem malum futurum precesisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum viribus commodaret, nisi enim hoc intelligere vellet, sapiens non diceret. Contra malum bonum, & contra mortem vita, sed e conuerso. Contra bonum malum, sic & contra virum iustum peccator, qui eum tanquam mors, & malum, in perditionem mittit: nunc autem dicit, quod sicut bonum malo obstat, & vita morti: sic peccator in cauta est aliquando ne iustus peccet aut mortem incurrat.

Odiu Cain aduersus Abel (quod quidem oriebatur ex eo, quod opera eius mala erant, fratris autem bona) odiu designat, quod improbi aduersus pios gerat: si enim propter hoc frater fratri non peccat, & naturae vinculu, ac foedus vis huius inimicitiae dirupit, quid fiet, vbi nullu huiusmodi vinculu intercedit? Praeterea si caro, & spiritus in eodem homine tam opere sibi aduersantur (que naturae federe in vna personam coeunt) quid erit cum ista inter se separata sint? quando videlicet alter homo totus carnalis, alter vero totus spiritualis est? Timeant tamen impij, quia hoc supplicio eos Dominus solet punire, vt quibus ipsi tendiculis innocentes illaqueare parant, illaqueentur. Vnde in Psalmo dicitur. Gladius eorum intret in corda ipsorum (id est intrabit) & comprehendantur in superbia sua. Aucupes ex stercore turdis cum conficiunt, quo turdos ipsos illaqueare, & prehendere solent, ita plane Dominus armis, & consilijs impiorum ad eorum perniciem vtitur.

Psalm. 36.

simile.

Exo. 5.

Improborum persecuiones, & odia aduersus pios: ista Pharaonis verba declarant, quibus ad Moysen, & Aarō ait. Quid Moyses, & Aarō peruertitis populu ab operibus? discedite vnusquisque ad opus

6 ad opus vestrum. Hoc in loco Origenes ait. Donec secum est populus, & lutum operatur, ac laterem, donec in paleis occupatur, non putat esse peruersum: si vero dicat. Volo ire viam trium dierum, & seruire Domino, peruertere populum ait. Sicut hodie, cum sermo Dei sollicitat hominem ad eius seruitium, continuo dici audies ab ijs, qui Pharaonis vnanimes, & amici sunt. Videte quomodo seducunt homines, qualiter adolentes, ne laborent, ne militent, relictis rebus necessarijs, & vtilibus otium & inertia sectentur, inducant, & ita laborare nolunt, & inertijs otij occasiones querunt. Qui talia loquuntur absque dubio ministri sunt Pharaonis.

7 Clemens Alexandrinus inquit. Quomodo qui vexant possessiones, Dominos iniuria afficiunt, & qui milites, eorum imperatorem: ita Domini contemptus est contemptio eorum, qui sunt illi dedicati.

Clemens  
Alexa lib. 7.  
Strom.

8 Beatus Gregorius Nissenus in quadam oratione ait. Quis ignorat quanto grauius esse iudicetur insidijs peti, quam diligere? Hoc tamen, quod molestum esse videtur, saepe felicitatis causa multis extitit. Quale de Iosepho sacra scriptura indicat qui a fratribus insidijs petitus, & ab illorum conuictu remotus per venditionem Rex eorum designatus est, forsitan ad tantam dignitatem aliter non progressurus. Quemadmodum igitur si quis futuri scientia praeditus Iosepho dixisset. Insidijs petitus beatus eris. Prima fronte credibilia dicere audienti, & ad id, quod in praesentia acerbum est, respicienti non videretur. Ita nimirum cum persequutio, (qua fideles a tyrannis agitantur,) multum iuxta sensum acerbatis habeat, efficit, ut ab ijs, qui carni paulo magis obnoxij sunt, spes regni, quae per res asperas ipsis proposita est non facile admittatur, atque probetur: sed Dominus naturae vitio despecto praedicat infirmioribus, qualis laboriosa certaminis euentus sit, ut spes regni aduersas res facile vincant.

B. Grego.  
Nisse. Orat.  
8. de beatitu  
dine.

simile.

Beatus Augustinus super Psalmos inquit. Tenetur corpus Christi, id est, Ecclesia in torculari, id est, in pressuris. Sed in torculari fructuosa est pressura. Vuae in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde manat, mittitur in torculari calcatur, premitur. Iniuria videtur fieri vuae, sed ista iniuria sterilis non est, imo, si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret.

B. Augusti in  
Psalm. 115. in  
prasa.

simile.

## PERSECUTORES IUSTORVM.

Abacuc. 1.

**V**elociores lupis vespertinis vocat propheta Abacuc equos persecutorum filiorum Israel. Est enim lupus truculentissimum animal, & ad saevitiam in primis genitum, quo nullum aliud magis à pastoribus timetur, propterea quod non solum ventris, & famis gratia prædas parat, sed ad crudelitatem, ac ferocitatem explendam totos sæpe greges trucidat. Acutissimus denique, & audacissimus est lupus, ut pote qui multa milliaria nocte vna conficere soleat, cumque ad prædam peruentum fuerit, omnia loca circum ire, omnes aditus tentare, undique procurrare, omnia circumspicere, ut, & sibi ab insidijs caueat, & rapiendi commoditatem percipiat. Est autem duplex luporum genus, alterum quod vulgo lupus est, alterum, quod Hyæna vocatur: illud quidem sub aurora, hoc nocturnas rapinas exercet. Ergo cum diuina scriptura lupos vespertinos appellat, non utique matutinos illos, ac vulgare luporum genus, sed nocturnas Hyænas intelligit; nec id porro absque exaggeratione, siquidem vespertinorum luporum nunquam ingerit mentionem, nisi cum ingens aliquod minatur malum, aut insignem aliquam feritatem, & inhumanitatem ostendit. Nam & Propheta Sophonias sic scribit. Iudices eius lupi vespere, id est vespertini. Et Sanctus Hieremias. Lupus ad vesperam vastabit eos, lupus ad vesperam, hoc est lupus vespertinus, sic enim habent Hebræa. Et cum Hieremias leonum, & luporum, atque pardorum pariter meminisset, solis lupis hoc tribuit epitheton, etenim ait. Idcirco percussit eos leo de Silita, lupus ad vesperam vastabit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum. Est sane lupus prioris generis (quod dixit Aristoteles) generosum, ferox, & insidiosum animal, ita tamen, ut & canes fugiat, & homini parcat: Hyæna vero catulis implacabilis hostis, vomitus quoque humanos mentitur, ut canes alluciat, falsisque singulis sollicitatos deuorat. Molitur homini etiam insidias, sequiturque stabula pastorum, & auditu assiduo addiscit vocamen, quod exprimerè possit imitatione vocis humanae, ut in hominem astu accitum nocte sauiat: adeo carnis hominum auida, ut vel sepulchra effodiat, eruatque cadaue-  

 Aristoteles, Plinius, Solinus, atque ab antiquis historiis tradiderunt. Sicut ergo persecutores Hebræorum equis du-  
 pis

Sopho. 3.

Hierem. 5.

Aristoteles

Plinius

Solinus

Aristoteles

12 pis vespertinis velocioribus vsi sunt. Sic nunc ministri dominorum tyrannorum, & aliorum persecutorum iustis crudelissimi, & immanissimi sunt.

Loquens Christus Redemptor noster de persecutione suorum discipulorum dixit. Tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Quasi ad maiorem laudem Dei in Synagogis flagellabantur sacrati discipuli: vbi orationes, & laudes, vbi lectiones, vel sacrificia fiebant, ibi impij Iudæi sacros Apostolos pænis afficiebant, quasi sacrificium Deo offerentes, quod maxima ponderatione dignum est. Perfidi enim Iudæi arbitrabantur, se sacrificium offerre Deo persequendo sacros illos viros: ideo in Synagogis suis eos flagellabant. Re autem vera sacrificium erat Deo cruciatio Apostolorum, non ad Iudæorum mercedem, sed ad ipsorum Apostolorum coronam:

13 Iudæorum autem erat interitus.

De Christo reparatore nostro loquens vates regius inquit. Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Quia autem iusti corpus sunt Christi ipsius sicut peruersi homines conueniunt aduersus caput: ita conueniunt aduersus corpus. Sanson vulpium caudas ad caudas iunxit & faces ligauit in medio, vt Philistinorum segetes incederet, & consumeret sicut Iudicum narrat historia. Sic impij astuti, & dolosi sicut vulpes astu dæmonis coniunguntur ad inuicem, vt malum inferant iustis. Sed tamen sicut vulpes illæ quanuis damnum intulerunt, ipsæ nihilominus combustæ sunt; sic malignum alijs nocent, sibi primum damnationem adquirunt.

Matth. 10.  
B. Chrysostr.  
Hom. 24.  
Ope. imper.

Psal. 2.

Iudicum. 15  
Simile.

14 Omnia, quæ habentur litera. M. titulo Martyrium, & litera, L. titulo labores iustorum, possunt huic materiae deferuire.

# PERSEVERAN- TIA IN VIRTUTE.

Leuit. 19.



**I**N Leuitico præcipiebat Dominus, vt quarto quoq; anno fructus sanctificarentur. Vbi aperte significauit fructus, & bona opera cū perseuerantia facta, non autem ieiunia, elemosynas, & bona exercitia

Apoca 1.

corū, qui statim defeciscunt, ac terga vertunt, benedictionē mereri. Hinc est, quod B. Ioannes in Apocalypsi vidit similem filio hominis vestitum podere, id est veste talari. Legitur etiā in

Gene. 37.

Genesi sanctus Patriarcha Iacob tunicā polimitā talarem filio suo Ioseph, quem præ omnibus diligebat, fecisse. Sed quorsum nobis Spiritus sanctus enarrat rem, quæ humano iudicio parui

1. Ad Cor. 13

ponderis, ac momenti videtur? Quis dubitat hoc maximo misterio non caruisse? In quo significatū est dilectos Deo, & diuinę voluntati obediētes, debere vestem diuersarum lanarum, & colorum habere: & hæc est charitas vestis polimita; quia, vt ait Beatus Apostolus, charitas benigna est, patiens est, omnia

3. Regum. 13

suffert, omnia sperat, omnia credit, quę credenda sunt. Hęc autem vestis debet esse talaris, id est vsque ad terram hoc est vsq; ad sepulturam: non enim sufficit bene incipere nisi in bono perseueraueris. Vir ille Dei, de quo sacra scriptura refert arden-

ti zelo regi Ieroboan dixisse, si dederis mihi dimidium domus tuę non reuertar, nec cibos tuos accipiam: quoniam sic Dominus mihi præcepit, sed quoniam persuasione cuiusdam

falsi Prophetę ab illo sancto proposito defecit iussu, & permissione Dei à leone fuit interfecus.

3

3

3

## Perseuerantia in paucis reperitur.

simile.

**A**Liqui sunt, qui cum dicere audiunt magnam auri, & argenti copiam esse apud Indos, vehemēti desiderio illuc se cōferendi incitātur, sed cū ad litus maris perueniūt, & aquę profunditatem contēplantur, audiuntq; referri magna pericula, quę se se eō pergentibus offerunt, ab incepto proposito desistūt. & in

Nume. 13.

paupertē suam alacres redeunt. Idem fere Iudęis contigit, quibus dum exploratores racemum ficus, ac mala granata tāquam

signa

signa

4 signa fertilitatis terræ promissionis attulerunt, statim ipsi illa  
 conspicientes magnum desiderium illuc pergendi, imo & in  
 terra illa habitandi concepere. At postquam audierunt se per  
 terras gigantum procera staturæ transituros esse, timuerunt  
 valde, & plorantes dicebāt. Vtinā mortui essemus in Aegyp-  
 to, constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum.  
 Hoc contingere solet filiis huius sæculi, qui cum dicere audiūt  
 quot quantasque diuitias, voluptates, atque illiæcebras Deus  
 in celo diligentibus se preparauit: ad hæc audita inardescit ani-  
 mus eorum, iamque illic cupiunt assistere, vbi se sperant sine  
 sine gaudere. Sed cū miseri filij Adæ dicere audiunt ad magna  
 premia perueniri non posse, nisi per magnos labores, à sancto  
 proposito se auertunt, nec vltierius progredi audent, vt cum  
 tam fortibus gigantibus quæalia iudicio suo sacra exercitia vitæ  
 Christianæ apparent, dimicent, & bellum gerant: atque ista ig-  
 nauia perterriti ad scelera, & turpitudines suas, in quibus antea  
 versabantur, libentissimè redeunt. De iusto autem sacra scrip-  
 tura sic inquit. Firmabitur in illo, & non flectetur, continebit. **Eccles. 15.**  
 illum & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos  
 suos. Vbi alia translatio habet. Firmabitur super eam, hoc est  
 super sapientiam firmabitur iustus, quod idem est: nam in no-  
 stra translatione etiam loquitur de sapientia diuina, quæ firma-  
 tur in iusto, & ideo non flectetur quauis omnis infernus con-  
 tra illum se erigat, nulla tentatio aduersus eum preualere po-  
 test, nec illum terga vertere faciet. Continebit illum, id est in-  
 tra se ponet; hoc est diuina sapientia eum in sua viscera inclu-  
 det. Si rex malefactorem aliquem intra viscera sua includeret, **Simile.**  
 quamuis iustitiæ ministri illum ad puniendum persequeren-  
 tur, nihil profecto ei nocerent. O miser peccator animaduerte,  
 & attende aduersus te pœnam, & condemnationem venire, sed  
 si per veram penitentiam te ad Deum conuertis, ipse in visceri-  
 bus suis te includet, & nullam patieris confusionem. Nam hic  
 diuina scriptura testatur, quod ille, quem Deus intra se ponit,  
 non confundetur; & exaltabit illum apud proximos suos:  
 licet enim peccator extiteris, & ab omnibus, vt scele-  
 rator cognitus fueris non attendendum erit  
 ad id, quod fuisti nisi ad id  
 quod nunc es.

## Perseuerantiæ defectus horribile exemplum.

7

1. Ad Cor. 10

**Q**VI stat videat ne cadat, inquit B. Apostolus ad Corinthios scribens. Merito hoc Diuus Paulus asserit, si quidem maximas ruinas quas de plurimis viris alijs sanctis refert sacra scriptura videmus. Et quidem de sacerdote Aaron narrant diuinæ literæ, quod cum Hebræi ab eo postularent di-

Exod. 32.

centes. Fac nobis Deos, qui nos præcedant, respondit dicens. Tollite in aures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Quod cum fecisset populus, formauit ille opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflabilem. O rem tremendam dictu, & auditu! Ecce quomodo vir plenus Spiritu sancto, & qui familiariter cum Deo conuersatus, & locutus fuerat, & propter quem Deus multa prodigia operatus fuerat, in tam graue scelus miserrime cecidit. Quis ergo non perhorrescet, & totis artibus non contremiscet? Quis

Exod. 32.

admirabitur, cum viderit proximum suum in peccatum cadentem? Non est quod miremur fratres, sed quod deploremus, & ingentem lachrymarum copiam profundamus, à Domino humiliter perseuerantiam in bono postulantes. Aliqui dicunt sacerdotem Aaron cogitasse, quod cum aurum illud in aurium in igne proiecisset, statim cõsumeretur, atq; ita Hebræi nec aurum nec idolum haberent: aiunt etiã diabolum sua operatione fecisse, vt ex illo auro vitulus conflatus exiret. Sed, quidquid dicatur, non est, quod omnino illum à peccato excusemus, non enim

Matth. 26.

debebat rem male aliquomodo cõmittere. Nullus ergo in se ipso confidat, & dicat. Non cadam. In sacratissime passionis nocte Dominus ad discipulos suos dixit, Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Petrus autem nimis cõfidenter dixit. Etiã si omnes scandalizati fuerint, ego nõ scandalizabor, imo si oportuerit, me mori tecum nõ te negabo. De se fiduciam habebat existimans, impossibile esse se diuinum magistrum suum negare posse, atq; ita hac fiducia fretus magis sibi quam Domino credidit. O Petre alios contemnis, & parui facis, & inquis alios quidem posse scandalizari, te autem minime? Ergo non tantum scandalizaberis, sed etiam in alijs scandalum gignes, cum enim te magistrum tuum negantem viderint, dicent. Videte qualis est magi-

-171

7 11

-171

ster

10 ster eius, siquidem eiusmet discipulus ipsum negat. Nadie diga de esta agua no beber, porq̄ no sabeys que sed os vendra. Tal sed os podra venir, que aun peor la bebereys. Nadie diga Fulano cayo en tal culpa, nunca yo caere en ella, que sabeys que tentacion os podra venir, y en que ocasiones os vereys, y que flaqueza sera la vuestra porque tales cosas pueden succeder, que por vuestra presuncion, y soberuia os dexe Dios caer en peores culpas. Attendite ergo ò fratres id, quod Diuo Petro contigit, qui de se tantopere præsumebat, sed postquam fragilitatem suam expertus est, rogatus à Domino: Petre amas me? respondit timore plenus. Tu scis Domine. No responde con orgullo, y impetu como de antes, sino tamañito, y encogido, 11 & quando vidit quod Dominus ipsum ter interrogabat, nesciebat, vbi se absconderet. O Petre quare non respondes, te maximo amore prosequi magistrum tuum? Quoniam iam mihi non credo, & iam in me, sicut antea, non confido, sed totum me manibus tuis ò Deus meus trado, & cõmitto, y creo que no soy mas de quanto vos me tuvieredes de vuestra bendita mano.

## Perseuerantiæ causa.

**D**E quolibet iustorum dicitur in Threnis. Bonum est viro, cū portauerit iugū ab adolescētia sua. En dezir, que es varō, y que del de mãcebo baxo su cabeça, y su cuello al yugo de Dios, y traxo sobre sus hōbros la diuina ley, denota la perseuerãcia q̄ tuuo en el seruicio de Dios, porq̄ el tal entendio, q̄ no le llamo 12 Dios, para darle luego el descanso, q̄ desseaua, mas que primero auia de trillar, o por mejor dezir, ser trillado, q̄ le diessẽ a comer el pã del cõsuelo. Non cogitauit sibi dandã esse gratis pacẽ illã, de qua Dñs per Isaiam Prophetã inquit. Vtinã attendisses mã- data mea: facta fuisset sicut flumen pax tua. Abominabilis est homo ille, qui hodie sæneratur, & cras expetit, quod mutuaue- rat, & odibilis est homo homini. Si igitur ob hoc homo homini odibilis est, etiam odibilis erit Deo ille, qui se obtulit, & propter Deū omnibus voluptatibus renuntiauit: odibilis, inquam, erit, si vult, vt ipse Deus illi statim præmiū, & consolationẽ tri- buat pro illo paruo, quod reliquit. Oportet, vt perseueret ad ce- lestia dona cõsequendū, & ad diuinas cõsolationes obtinẽdas. Id circo iustus sub iugo diuinę legis perseuerat. Escõtra vero idem

Thre. 2.

Isai 48.  
Eccles. 10.

Hierem. 2.

Propheta Hieremias in Dei nomine sic ait. A seculo cōfregisti iugū meū, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiā. Todo lo q̄ el hōbre malo haze, lo haze de veras y para q̄ dure: sola la enmiē da de la vida haze de burlas para vn punto, y no mas de para en quanto se haga, no es obra maciça, ni duradera, ni que ha de passar de alli. Sumpstisti, ait Dominus, o peccator, iugū meum, sed statim illud confregisti. Idem fuit accipere iugum meū, & cōfringere illud. Rupisti vincula mea, & dixisti. Nō seruiā. Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Et vnde tanta licentia, & tanta in vitijs dissolutio nata est ita, vt nulla sit occasio peccandi in aliquo vitiorum genere, cui tu parcas? Vnde? A seculo confregisti iugum. Ex deprauata consuetudine, qua in peccato perseuerasti hoc ortum habuit. Cum his concordat optime verba illa Prophetæ Davidis. Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius. Hoc sic exponitur. Dixit iniustus, clausula integra est, & sic ibi sistendū. Dicere in sacra scriptura non semper refert id, quod sequitur, sed aliquando est verbum absolutum significans determinationem, & firmum propositum, negotio tratado, y caso de muy atras pensado. Sic intelligitur illud eiusdem Prophetæ. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: hoc est. Firmiter proposui, quod, licet inimici mei me raptitent, & caput meū confringant non loquar vllum verbum, nec ob id eos odio prosequar, vel quod debeo pretermittam. Atq; ita cū ait, Dixit iniustus, peninsē est ac si diceret. Ei maio ha tratado cōsigo vn negocio, y lo ha pensado muchos dias en su coraçon, y a na die badado parte del por q̄ no se lo estorne. In semetipso illud habua absconditū, id autem, quod constituit est, vt delinquat, quia non est timor Dei ante oculos eius. Vbi obserua verbum illud, delinquat, de notate maximam in iniquitate perseuerantiam, quæ oritur ex firmissimo proposito, quod in deprauato corde suo habet scēsus assidue committendi.

Psalm. 35.

Psalm. 38.

### Perseuerantia in quolibet bono

exercitio requiritur.

Eclēf. 1.

Ulline in multis sint actus tui, inquit Ecclesiasticus. Nam (vt ait Beatus Gregorius) animus eius, qui confusus per varias, & diuer-

16 diuersas res diuagatur, nunc vnā sumens, nunc illā relinquit  
 statim, & aliam assumens, nunquam operi, quod bonum sit fi-  
 nem imponet. Vnde optime Seneca inquit: Fastidientis stōma-  
 chi est multa degustare. Sic signum est spiritus ægroti, & fasti-  
 dientis plurima opera, atque exercitia incipere, & nullum fi-  
 nire. Ad Philippenses Beatus Paulus scribens inquit. Consi-  
 do in vobis, quod, qui in vobis incepit opus bonum, perficiet  
 vsque in diem Christi Iesu. Qui fundamenta erigit in pluri-  
 mis locis, vt domum ædificet, si tempore, quo parietes iam  
 eleuati sunt, domum ipsam operire, & aquarum illuuiem prohi-  
 bere non vult, labor eius inanis est, & expensas amittit, id est, si  
 después q̄ leuanto las paredes las dexa por cubrir, y no toma las  
 17 aguas todo el trabajo, y la costa pierde. Id ipsum facit, qui bo-  
 na opera incipit, & ea non perficit. Sicut non est ars mechani-  
 ca quantumuis abiecta, & infima, qua artifex, qui eā callet, &  
 in ea perseuerat, si sollicitus est victum sibi, & sustentationem  
 querere nō possit. Sic in vita spirituali non est exercitiū, cui si  
 nos ipsos tradere volumus, non prouideat animam nostram de  
 victu, ac diuitijs spiritualibus. Etenim si vere in prouerbiō dicitur.  
 Qui habet officiū, habet beneficiū, melius profecto dicetur.  
 Qui habet exercitiū habet beneficiū; qui autem illud non  
 habet, sed vagabūndus est, in plurimis se miserijs, ac laboribus vi-  
 debit. Et his omnibus infertur, quam vtile ac fructuosum sit in  
 aliquo bono exercitio assidue perseuerare.

18 **Perseuerantia iustorum in labo-  
 ribus nimis pretiosa est.**

**N**on propter labores, & pericula iusti ab incepta virtute de-  
 sistunt. Quod S. David de se testatur dicēs. Anima mea in  
 manibus meis semper, & legem tuā non sum oblitus. Animā in  
 manibus habere est in periculo, & discrimine vitā habere, nam  
 quod quis tenet manibus, facile eo priuatur, vel quia ē manibus  
 inaducitenter elabatur, vel quia potest fortior eo superuenire,  
 & facili negotio ē manibus eius violenter auferre. Ideo dixit  
 Geptē coram filijs Ephraim. Posui animam meam in manibus  
 meis, transiuiq; ad filios Amon, & tradidi illos Dñs in mani-  
 bus meis. Cui sententiæ applaudit Chaldaica paraphrasis, quæ

Psalms: 119.

Iudicum. 12.

sic dicit. In periclitatione fuit anima mea, ac si fuisset in extremitate manus semper, & in maxima afflictione. Igitur verus seruus Dei nec periculis, nec afflictionibus à mandatis eius diuelli poterit, sed cum Apostolo dicet. Nec mors, nec vita, nec alia quęcunq; nociua me separabunt à charitate Christi. Et alibi. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, hoc est, semper vndiq; circumdati pro Christo doloribus, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris perseuerantibus in virtute, & patientia ad imitationem eius. Multis datur gratia iustificans, quibus non conceditur perseuerantia in illa, quę à præsentissimo, ac gratuito diuino auxilio causatur, hæc enim gratia est illa, de qua dicunt Theologi, quod non potest mereri, sed impetrari precibus. Quare sancta Ecclesia in suis collectis solet postulare dicens. Da nobis, quę sumus Domine, perseuerantem in tua voluntate famularum. Ideo (vt ait Caietanus) intelligens propheta Dauid gratiã non sufficere ad salutem, nisi semper adsit præsens diuinum auxilium gratuitum, ob cuius subtractionem Petrus negauit Dominum & quicumque lapsi ex charitate peccauerunt, clamauit dicens. Fiat manus tua, vt saluet me. Vbi hoc gratuitum auxiliũ, nempe gratiam perseuerantię poscit.

### Perseuerantia in virtute postulanda est orationibus ab omnipotenti Deo.

Petenda est perseuerantia, & stabilitas in bono ab omnipotenti Deo, qui mutabiles res stabiles, & constantes facit. Vnde in Psalmo inquit regius vates: Fundasti terrã & permanet. Videtur terra quasi fundamentum, & basistotius vniuersi. Est enim elementorum infimum, ac super eam cætera elementa eleuantur, atq; mouentur, ipsa autem secundum se totam stat. Est tamen tanquam mirabile quoddam prodigium considerandum, quod cum ipsa terra grauis sit, nullo innitatur fundamento, immobilis tamen ac firma consistat, & cum rotundę sit figurę, quę aptissima est ad motum, ipsa tamen immota perseueret, imo, (quod mirabilius apparet,) quod si aliquod fundamentũ habet illud est aqua, secundum illud Psalmi. Qui firmavit terrã super aquas. Aqua autem lubricum, ac labile fundamentum est.

22 est, quomodo ergo terram istam stabilem tenet? Nullam aliam rationem adinuenies, nisi quia ita placitum fuit auctori naturæ: quippe cū natura vnicuiq; rei sit illa, quæ ab ipso naturæ auctore ei indita est. Vnde hac sola ratione dicitur terra fundata, quia ita omnium opifici placuit, sicut enim solo Dei verbo cōgregate sunt aquæ in vnū locū, vt partē terræ discooperirēt, in qua respirantia animalia vegetarētur, ita solo Dei verbo terra ipsa immobilis, atq; stabilis permanet. Et ideo inquit David. Qui fundasti terrā super stabilitatem suā, nō inclinabitur in seculū sicut Iob hoc solū, quia sic disposuisti eā Domine super firmam stabilitatem confirmans, absq; alio materiali fulcimento. Qui vero sic stabilitatem terræ fundauit, potest etiam stabilē, & firmū facere cor tuum in bono. Eum ergo deprecare, vt perseuerans sic in suo diuino obsequio sis: nam in Prouerbijis dicitur. Impius facit opus instabile, seminanti autem iustitiam merces fidelis: & in Hebræo est. Impius facit falsitates, & seminanti iustitiam merces veritatis: quia instabile opus est tanquam opus falsum, & operi vero ac stabili debetur merces vera & stabilis.

causa  
causa  
causa  
Prouer. 11.  
causa  
causa  
causa

Perseuerantia fons est perfectionis.

24 Perseuerantia mater est perfectionis. Vnde B. Augustinus de verbis Apostoli ait. Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id, quod nondū es. Nā vbi tibi placuisti, ibi remanisti: si autem dixisti, sufficit: perijsti. Et Beatus Bernardus in quadam Epistola ait. Minime pro certo est bonus, qui melior esse nō vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis etiā esse bonus. Ideo perseuerantia summē necessaria est, qua iusti quotidie proficiunt, & se ipsis meliores in dies fieri curāt. Quod in interrogatio illa facta in Cāricis optime declarat. Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens? Auroræ enim lux continuo crescit, quod quidem pij homines studiosissime præstare debent, deuotionē deuotioni, studiū studio, & laborē labori continuo iungētes, vt sic semper in Christo adulescāt. Quare Beatus Bernardus in Epistola ait. Proficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionem perfectio reputatur. Sicut enim lactantes pueri continuum lactis alimentum percipientes ad iustam magnitudinē paulatim perueniunt: ita qui spiritali deuotionis nutrimento quotidie aluntur in virtute magis, ac magis crescunt, & roborentur.

B. August. de verbis Apostoli.  
Cant. 6.  
Simile.  
Prouer. 4.

Prouc. 4.

rantur. Ideo in Prouerbijs de illis dicitur. Iustorum semita qua  
si lux splendens crescit vsque ad perfectum diem.

math. 7

Omnis, qui audit uerba mea, & facit ea, assimilabitur viro sa-  
pienti, qui ædificauit domum suam super petram: ait Saluator  
noster apud Matthæum. Vocatur in hoc loco Christus Iesus pe-  
tra propter soliditatē, & firmitatē. Quemadmodum multis in  
locis alijs. Hic est lapis ille, de quo ait Deus per Esaiā prophe-  
tā. Ecce ego mittā in fundamentis Siō lapidē, lapidem proba-  
tū angularem. Vbi versio Chaldaica pro lapide probato, habet  
regē Messiam. Hæc est petra illa, in qua Iacob inclinauit caput,  
quādo in somnis vidit illā gloriosam scalā, sublimē, & stantē.

Esaï. 28.

His enim, qui in Christo requiescūt illia thærētes, suamq; co-  
gitationē in illo collocātes, ostendētur arcana cælestia sole ipso  
splendidiora. Oportet ergo super hunc lapidem caput statuere, 26  
domumq; nostram supra petram istam firmissimam ædificare;  
de qua petra loquebatur David, cum dicebat. In petra exaltauit  
me. Et in alio Psalmo. Statuit supra petram pedes meos. Et  
Beatus Paulus ad Ephesios scribens inquit. Super ædificati  
estis supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ip-  
so summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædifica-  
tio constructa crescit in templum sanctum in Domino.

psalm. 26

Psalm. 39.

Ad Ephe. 2

### Perseuerantia à sacris docto- ribus commendatur.

B. Chryso-  
stomus  
Homi. 24 ad  
Hebr.

Beatus Chrysostomus in quadam Homilia inquit. Non oportet exordia sola habere clara, sed & finem clariorem. Nonne  
rhetor circa finem orationis satagit clarior apparere, ut cum  
plausibus discedat? Nonne circa finem perfunctionis suæ  
actionem clariorem demonstrat? Nonne athleta nisi finem  
ostendat clariorem, & vsque ad consummationem semper exu-  
peret, & si omnes vicerit, vincatur autem à nouissimo, nonne  
omnia illi infructuosa fient? Nonne gubernator si pelagus  
totum pertranseat, circa portum autem confringat ra-  
tem omnem perdidit anteriorem laborem? Quid etiam me-  
dicus, nonne si liberauerit ægrotantem morbo, cum autem ad  
perfectionem salutis peruenturus erat ægrotus, tunc eius  
corumpat valetudinem, nonne, inquam, totum opus corrupit, &

8 pit, & perdit? Sic etiam in virtute cōtingit. Quotquot exordijs finem non posuerunt competentem, & consequentem, & concinnum perierunt, & corrupti sunt. Tales namq; sunt, qui ex carceribus ipsis clari, & gestienter prosiliunt? Postea verò dissolutius laxiusq; mouentur, idcirco palma fraudantur.

Beatus Gregorius in moralibus ait. Non est absolutus debitor, qui multa, sed qui omnia reddidit, nec ad brauium victoriae peruenit, qui in magna parte spectaculi currit, si iuxta metas veniens in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodest longū iter carpere, si non etiam totum valeant consummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud, quam quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest, quod car-

9 primus multa, si ea, quæ ad perueniendū restant, negliguntur reliqua? More itaque viatorum nequaquam debemus aspicere, quæ bona iam fecimus, sed ea, quæ nobis facienda restant.

B. Greg lib.  
22. mora. c. 6

Gallina, quæ continuo ouis incubat, & calore suo fouet illa in pullos breui temporis spatio transformat, quæ autem frequenter oua deserit, vix pullos educit. Quo exemplo discimus, quantum perseuerantia in acquisitione virtutis, & sapientia iouet, quantumq; huius studij, & laboris frequens intermissio noceat.

Simile.

Beatus Augustinus sermone secundo feriatæ quintæ cineris, (& habetur in Decretis de penitentia distinctione 3. ca. Inanis) ait. Inanis est penitentiā, quā sequēs culpa coinquinat. Et addit idem sanctus doctor. Si alicui pes frangatur, aut manus, cum labore solet ad pristinum officiū reuocari, tamen utcumq; reuertitur. At si multoties frangitur, multis doloribus vulnera ipsa curanda sunt. Similis ratio militat in animæ fracturis; semel peccans faciliter medetur, heu tamen, si peccatis peccata addere consuescit miser homo. Et ubi nimis vulnera putrescere cæperint, difficillime, & magnis curantur laboribus.

B. Augu. in  
sermone.

simile.

Perseuerantiam suam nobis Beatus Paulus ostendit, cū dixit ad Philippenses scribens. Sequor autem si quomodo cōprehendam in quo, & comprehensus sum à Christo. Quo pacto cōprehenditur à Deo? Quemadmodum si tyrannus captiuos quosdā abducat, quos rapuerat: deinceps recuperentur à vero rege: ita quoque Paulus cū à tyrannico peccati spiritu torqueretur,

Ad Phil' p 3.

Simile.

tur,

tur, persequebatur, & devastabat Ecclesiam: at quoniam non odio Dei, sed per ignorantiam hoc agebat, tanquam certans pro veritate, non est neglectus, sed apprehendit eum Dominus cælestis rex, & verus, vbi circumfulsisset arcano modo, illumq; voce sua dignatus, in faciem percussum, vt seruum liberavit, inquit beatus Macharius in Homilia. Super quod inquit Beatus Chrysostomus. Medicum tunc maxime admiramus, quando febrem, (quæ infestior, & flamma morbi vehementior est) extinguere, & penitus abolere potest. Id quod & in Beato Paulo contrigit. Vox enim Domini quasi res quædam de super cadens eum à morbo in ipso teruore flammæ liberavit. Taliter vero comprehensus fuit à Christo Iesu, vt nunquam ab incepto defierit, sed sequebatur, vsquequo comprehenderet.

B. Mach. Ho  
mi. 14  
simile.

### Perseuerantia in virtute in prosperitate periclitatur.

**I**N libro Exodi Dominus sic S. Moyse dixisse legitur. Ascende ad Dominum tu, & Aaron, & Nadab, & Abih. Hi duo postremi (vt in Levitico dicitur) erant filij Aarō & tanquã principes, & de quibus Deus magis confidebat fuerunt nominati, vt sociarent Moysen, quando cū Domino locuturus erat. Post aliquot autem dies (vt ibidẽ legitur) quia ausi sunt in quadã forma prohibita sacrificiũ offerre, ignis de cælo descendit, & deuorauit eos. Tiempo fue, q̄ estos estuieron muy adelãte cõ Dios, y quiẽ auia de pensar, q̄ auian de venir a tan mal estado, que para vengarse Dios dellos no bastasse quitarles la vida, sino que embiasse fuego dei cielo, y los quemasse viuos? O quam merito B. Apostolus nos admonet dicens. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. Vno de lostiẽpos en q̄ el hõbre tiene mas necesidad de mirar por si, es quãdo le parece, que esta mas pegado, y asido con Dios. A Egritudines spirituales solẽt habere eosdem terminos, quos habent corporales. Contingit aliquando, quod dũ homo firmiori vritur valetudine, morti magis propinquus. Succe de que veysa un hombre gordo, sano, de buen color, y re- zado, y passados quatro dias oys dezir, Fulano es ya muerto, y quedays passado de ver que tan cercano estuiesse a la muerte un hombre a quien vos vistes con tan buena disposicion, y que

Exodi. 24.

Leuit. 10.

1. Ad Cor. 10

34 que al parecer y juyzio de todos estaua tan lexos della. Sic plurimis euenit hominibus, qui cum in aliquo tempore sancti fuerint, daemones postea facti sunt. Idcirco ad perseuerandum semper in bono, hoc remedium adhibe. De te ipso diffide, & omnem fiduciam tuam in altissimo Deo maxima cum efficacia colloca, sic enim rex Iosaphat ad populū dixit. Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis. Vbi in Hebræo est. Et stabili emini. Dicens autem, Credite in Dño Deo vestro, perinde est, ac si diceret. Cōfidite in Domino Deo vestro. De scraphico patre nostro Frācis̄o legitur, quod postquam illa singularis amoris Dei pignora, (videlicet sacra vulnera recepit,) tam pauā de se fiduciā habebat, vt diceret, Nescio quando Deus me a potenti sua manu relicturus est, & ab ordine, quē suscepi exiturus sum, 35 vt vxorem, & filios habeam. O admirabilem sancti viri humilitatē! Discite fratres ab eo de vobis ipsis diffidere, & omnē fiduciam vestrā in infinita Dei bonitate reponite, & sic Dominus in bono incepto vos conseruabit, vobisq; perseuerantiam præbebit, vt de bono in melius procedentes continuo proficiatis.

2. Paral. 20.

## De perseuerantia in virtute grauis quæstio:

**P**articipes Christi effecti sumus, inquit B. Apostolus ad Hebræos scribēs, hoc est, lia nos cabido parte de la passion de Iesu Christo, cuius meritis eo die, quo sacrosanctū baptismi sacramentum recepimus, in libro eorū, qui de familia eius sunt, 36 scripti fuimus, nobisq; peccata remissa fuerunt, & gratia cōmunicata, & gloria promissa, hoc autē totū sub quadā conditione nobis donatū fuit, si tamen initiū substantiæ eius firmū vsq; in finē retineamus; id est. Si cō gran constantia lleuaremos al cabo el fundamento, que nos dio e ser de hijos adoptiuos de Dios. Pro declaratione horū verborū primo obseruare oportet, fidē esse fundamentū, & principiū, quo homo in gratia Dei cōstituitur, & ex filio perditionis, in statū filiorū adoptiuorum transir. Secundo notandum est, quod licet fides sit accidens, vocatur tamen substantia per metaphoram, quia sicut substantia præsupponitur ad accidentia, quæ sine illa impossibile est naturaliter conseruari: sic fides præsupponitur ad virtutes Theologales, quæ

Ad Hebr. 3.

quæ ipsa perempta, pereunt. Tertio observa hanc cōstructionē<sup>37</sup> esse intransitiuā, initiū substantiæ, idest, initium substantiale: & significat fidem, quæ est fundamentum totius Christianæ perfectionis. His præhabitis sensus huius loci sit iste. Nos, qui credimus, sumus gloriæ heredes, si tamen retineamus vsq; in finem firmiter (idest maxima constantia, & fortitudine) initium substantiale eius, videlicet fidem Iesu Christi. Itaque conditio, quam nobis Sanctus Apostolus apponit ad fruendum Deo, est perseuerantia, & firmitas in fide viua Iesu Christi.

Super his verbis grauis quæstio sese offert: nã cū Sanctus Apostolus nobis dicat, quod si in fide viua vsq; in finē vitæ perseuerauerimus, erimus gloriæ Iesu Christi participes; & idem Saluator noster docet inquiēs. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Est difficultas quo pacto hæc duo sacrae scripturæ loca<sup>38</sup> sunt intelligenda? Vtrū ad saluationem animæ ita sit necessaria gratiæ perseuerantia, vt qui ex ea ceciderit saluus esse non possit, quod manifestissimum errorem, atq; hæresim esse non dubitamus. Nam Diuus Petrus propter negationem à gratia, quam habebat cecidit, similiter, & D. Paulus, quando Christianos persequebatur gratiam, quam in circuncisione acceperat, amisit. Et idem dicendum est de Magdalena, & alijs plurimis, qui (vt sacra refert scriptura) saluati fuerunt sine continua in accepta gratia perseuerantia. Ex alia parte Sanctum Euangelium, & gloriosus Apostolus perseuerantiā in gratia vsq; in finem ad vitam æternā comparandam necessariā esse testantur. Itaque si assidua perseuerantia in gratia necessaria est ad vitam æternam, sequitur, quod hi sancti non fuerunt saluati; si autem<sup>39</sup> re vera saluati fuerunt, sequitur, contra Diuum Paulum, & Sanctum Euangelium, perseuerantiam non esse necessariam. Huic difficultati respondetur, quod, cum dicimus perseuerantiam in gratia esse necessariam ad vitam æternam, non est ita intelligendum, vt sit necessarium nunquam à gratia semel accepta cadere, taliter quod si ab ea ceciderimus, non possimus per virtutem penitentiae eam iterum recuperare, hoc enim esset coincidere in hæresim Montani, & Nouati Hæresiarcharū, qui negabant hominē, postquā gratiā amisit, posse amplius reparari: quod manifeste pugnat contra plurima sacrae scripturæ loca. Cum ergo D. Paulus, & Sanctum Euangelium dicunt, per-

<sup>40</sup>perseuerantiã in gratia esse necessariam ad vitam æternam, intelligendum est de perseuerantia in gratia finali. Itaque cum dicitur. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, perinde est, ac si diceretur. Qui in fine vitæ gratiam habuerit, saluabitur, iuxta quod scriptum est in Ecclesiastico. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Et hoc modo sunt intelligenda alia diuinæ scripturæ loca, scilicet. Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo. Et illud, Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Quod intelligendum est nisi pænitentiam egerit, licet enim toto tempore vitæ suæ in peccatis vixerit, si tamen se in fine conuerterit, Saluus erit. Hæc expositio est D. Augustini sic dicentis. Asserimus ergo donum Dei esse perseuerantiam, qua vsque in finem perseueratur in Christo, finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodò periculum est, ne cadatur.

Ecclesi. 11.

Math. 10.

B. August. li. de bono perseuerantiæ. in principio.

### Ad perseuerantiam in virtute exhortatio.

**V**olens D. Paulus Hebræos nouiter ad fidem conuersos animare, & fortes reddere, vt in bono incepto perseuerarent eos sic per epistolam alloquitur. Rememoramini pristinos dies. Quasi diceret. Fratres mei, qui ex circumcisione ad fidem conuersi estis, vos obsecro, vt in fide, & vnione ecclesiæ perseueretis & ad hoc recordamini primos dies vestræ conuersionis, in quibus illuminati, id est, quando per virtutem fidei illuminati estis, & ab errore infidelitatis exiistis ac Iesum Christum verum Deum & verum Messiam in remedium populi Israelitici missum recepistis, & sic illuminati virtute fidei, & gratia spiritus sancti adiuti magnam certamen sustinistis passionum, & viriliter aduersus diuersa persecutionum genera, quæ initio conuersionis vestræ se se vobis obtulerunt, dimicastis. In altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti estis, id est. Ex vna parte vos tanquam malefactores in plateas, & loca publica ad conspectum omnium educebant, maledicta, & opprobria vobis proijcientes, & vos ipsos publicis præconijs flagellantes, & dicentes. Hæc est iustitia quam Pontifices, & principes Synagogæ fieri iubent his hominibus,

Ad Heb. 10.

minibus, quia legis Moy si transgressores sunt, & ritus nouos ac<sup>43</sup>  
 legem nouam crucifixi Iesu profitentur. Et has publicas igno-  
 minias vocat sanctus apostolus spectaculū que es facar a vno a  
 la verguençapara que todos le miren, y quede afrentado. In his  
 autem publicis ignominijs Hebræi nouiter conuersi forti, & cō-  
 stantianimo se ostendebant, licet enim plurimis opprobrijs, &  
 persecutionibus afficerentur, non tamen se improbis tyrannis  
 submittebant, nec fidē acceptā relinquebant, quin potius sacros  
 imitabantur Apostolos, de quibus dicitur, Ibant Apostoli gau-  
 dentes a conspectu concilij &c. Aliū etiā laborem patiebantur,  
 cum scilicet videbant sanctos Apostolos magistros suos pluri-  
 mis persecutionibus vexari, & ideo subdit sanctus Apostolus.  
 In altero autē socij taliter conuersantiū effecti, hoc est, non solū<sup>44</sup>  
 labores vestros sed etiam alienos sentiebatis, & eratis socij tribu-  
 lationū, quas sancti vobiscum conuersantes, & eandem intentio-  
 nem scilicet augēdi, & defendendi fidē saluatoris mundi habētes  
 patiebātur. Nā & vinētis compassi estis, hoc est, quādo alij Chri-  
 stiani in carceribus inclusi erant, vos eos visitantes de ipsis com-  
 patiebamini, eisque elemosinas tribuebatis. Et rapinam bono-  
 rum vestrorum cum gaudio suscepistis, hoc est, patienter tulistis  
 confiscationē bonorum vestrorum propter fidei Iesu Christi  
 confessionē. Vocat autem rapinam bonorū sanctus Apostolus  
 confiscationem diuitiarum, quam aduersus Christianos tyranni  
 primitiæ ecclesiæ faciebant, & quia illa confiscatio erat iniusta,  
 rapina dicebatur, hoc est, iniusta alienorum bonorū occupatio.  
 Post quam igitur sanctus Apostolus eis ante oculos proposuit<sup>45</sup>  
 fidē, quā initio suæ conuersionis habuerunt, pro cuius defensio-  
 ne, tā in proprijs personis, quam in diuitijs, & familiaribus tot  
 aduersitates passi sunt, ex his omnibus quandā infert cōclusionē  
 & inquit. Nolite itaq; amittere confidentiam vestrā, quæ magnā  
 habet remunerationē. Quod perinde est, ac si diceret. Maxima  
 profecto infania, & dementia esset ô frates mei, si postquā tot  
 seruitia in defensionē ecclesiæ catholicæ Deo exhibuistis, & in  
 confirmationem susceptæ fidei vos ipsi Deo obtulistis, peccatū  
 aliquod mortale committeretis, per quod amitteretis fiduciam,  
 quam de bonis cælestibus (quæ tam magna sunt ac tam ex-  
 cellentia, vt nullus ea explicare valeat) hætenus habebatis. Ef-  
 ficacissimum equidem est argumentum hoc ad persuadendum

seruis Dei, vt in bonis coeptis perseuerantiam habeant. Dementia  
 proculdubio intolerabilem diceretur habere ille, qui maximo labore, & multorum dierum spacio magnum thesaurum adquisi- Simile.  
 uisset, & ad ludendum sedens totum illum in vno iactu pericu-  
 lo amittendi exponeret, & tandem amitteret, hoc est, loco seria  
 el que con mucho trabajo vuisse ganado vn gran thesoro y af-  
 sentandose a jugar lo auenturasse todo a vn resto, y lo perdiessse.  
 Multo ergo maior insania est aliquorum Christianorum, qui,  
 postquam maiorem partem vitæ suæ pie ac sancte vixerunt,  
 propter vnam duntaxat momentaneam voluptatem, vel quia  
 iniuriam illatam vlcisci volunt, vel quia honorem aliquem, aut  
 diuitias acquirere intendunt, mortaliter peccant, & thesaurum  
 47 meritorum, quem tam multis, ac largis temporibus acquisiue-  
 rant, imprudenter amittunt. Idcirco adiecit sanctus Apostolus.  
 Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes re-  
 portetis promissionē. Patientia ad duo se extēdit, videlicet ad pa-  
 tiendū mala præsentia, & ad expectādū futura, nō enim solū pa-  
 tientia dicitur propter amorē Dei iniuriā illatā condonare, & per-  
 ferre, verum etiā patientia dicitur, quando aliquis expectat vno  
 & alio anno, ac centū si tot vixisset bona quæ Deus ei promisit,  
 & hoc vocatur lōganimitas, quæ significa sufrimiento, y anchora  
 de animo, para esperar por mucho que durē las tribulaciones,  
 que al fin se hā de acabar, y Dios ha de cūplir la palabra, q̄ tiene  
 dada de comunicar a los suyos los bienes æternos. Idcirco vo-  
 bis patientia necessaria est, ne malū pro malo reddatis, & Deū  
 48 expectare non defeciscatis. Præmiū autē nō vtcūq; erit, sed am-  
 plissimum, & ideo ait. Reportetis. Reportare significat super hu-  
 meros ferre id, quod præ magnitudine ponderis in brachijs por-  
 tare non possumus. Et vtitur sanctus Apostolus hoc verbo, re-  
 portare, ad insinuandū magnum æternæ gloriæ pondus, quod  
 Deus ijs, qui in aduersitatibus patientiam, & in virtute perseue-  
 rantiam habuerint, præparauit. Quod quidem pondus adeo mag-  
 num est, vt si Deus animam mirabiliter non sustentaret, illud  
 nequaquam ferre posset. Qua propter id etiam alibi idem san- 2. Ad. Cor. 4.  
 ctus Apostolus magnum pondus appellauit dicens: Quod in præ-  
 senti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra  
 modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in no-  
 bis. Perpēdite, quæso, quomodo præmiū gloriæ appellat æter-  
 num

num pondus, quod, vt significaret sanctus Apostolus, vtitur hoc<sup>49</sup> verbo, reportare.

Perseuerantia in virtute quam necessaria sit ostenditur.

Ad Heb. 6.

**Q**uantum conducatur, & necessarium sit iusto perseuerantiam habere, aperte constat ex illis verbis, quæ. D. Paulus ad Hebræos scribens dixit. Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū Dei verbū, virtutesq; seculi vêturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā, hoc est, per pœnitentiā) rursus crucifigētes sibi metipsis filiū Dei, & ostētui habētes. Pro intellectu horū verborū primo obseruare oportet, hæresin esse affirmare, quod peccata cōmissa post sanctū baptismum sunt irremissibilia: quod quidē manifestē est contra id, quod Dominus apud Ioannem dixit. Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Vbi expresse loquitur de sacramento confessionis; quod dari non potest nisi ijs qui baptizati sunt. Item apud Lucam idem Dominus inquit. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et apud Matthæum interroganti Petro, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsq; septies? Respondit ipsemet Dominus. Nō dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Vbi determinatus numerus pro indeterminato ponitur. Et eundem Apostolum ad pœnitentiam quendam incestuosum, qui post baptismum acceptum cum vxore patris sui dormierat, recepisse legitimus. Galatas etiam postquam à fide accepta defecerunt, ecclesiæ idem Apostolus reconciliauit iuxta id, quod eis scripsit dicēs Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Ex quibus omnibus infertur sanctum apostolum his verbis non asserere, quod ruina baptizatorum sit irrecuperabilis per pœnitentiam, quæ fit post baptismum, sed inquit impossibile esse eos renouari per pœnitentiā, quæ præcedit baptismū, Quod autem hic sit verus sensus verborum sancti Apostoli probatur ex eo, quia verbum illud, renouari, significat duntaxat effectum baptismi, & non pœnitentiæ, per quam homo spiritualiter non renouatur, sed solum à peccati ægitudine sanitatem consequitur. Differentia igitur est inter Sacramentum bapti-

Ioan. 10

Luc. 13.

Matth. 18.

1. ad Cor. 5.

ad Gal. 4.

12 baptisimi, & sacramentum poenitentiae, quoad eorum effectus in  
 hoc consistit, quod sacramentum baptisimi vocatur regeneratio,  
 vt de eo loquens inquit Dominus apud Ioannem. Nisi quis re-  
 natus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Et D. Paulus. Saluos nos  
 fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis. Tunc enim  
 homo in Christo nascitur, & in domo eius, ac familia videlicet,  
 in ecclesia catholica recipitur. At Sacramentum poenitentiae ap-  
 pellatur reparatio: nam mediante poenitentia homo reparatur, &  
 id, quod per peccatum amiserat, recuperat. Item virtute baptisimi  
 remittuntur peccata, non solum quantum ad culpam sed etiam  
 quantum ad poenam temporalem, & aeternam: at vero virtute poe-  
 nitentiae quauis remittatur culpa, remanet tamen homo ad tem-  
 poralem purgatorij poenam obligatus, nisi quando contritio adeo  
 13 intensa est, vt per illam temporalis poena remittatur. Ideo B. Au-  
 gustinus inquit. Eos, qui iam baptizati fuerint curari melius dici-  
 mus per poenitentiam, non renouari, quia in baptismo renouatio  
 est. Itaque haec verba; Impossibile est rursus renouari ad poeniten-  
 tiam intelligenda, & exponenda sunt de poenitentia, quae prece-  
 dit baptismum, vt exponit B. Chrysostomus, Theophilatus, D.  
 Thomas, & B. Augustinus. Quae quidem poenitentia cum sit di-  
 positio ad baptismum non potest iterari, sicut nec baptismus: &  
 non loquitur de poenitentia instituta pro remedio peccatorum  
 post baptismum commissorum. Quod autem hic sit verus huius  
 loci sensus, confirmatur ex eo, quod sequitur, scilicet, rursus cru-  
 cifigentes in semetipsis filium Dei, id est, impossibile est peccato-  
 rum ruinam per secundum baptismum reparari: nam cum ba-  
 14 ptismus sit imago, & representatio mortis Iesu Christi, si secun-  
 dus baptismus licitus esset, profecto representaret duas mortes,  
 & ignominias Christi quod est impossibile, ipse enim semel tan-  
 tummodo passus, & mortuus est. Hic etiam sensus colligitur  
 ex his, quae Sanctus apostolus initio capitis dixit, scilicet. Non  
 rursus iacentes fundamentum poenitentiae &c. id est. Nolo age-  
 re de poenitentia, qua tyrones in fide docentur, nec de fide, nec  
 de baptismo, nec de confirmatione; & rationem reddit dicens.  
 Impossibile est enim rursus renouari, &c. Hoc est, quia virtute  
 horum principiorum non potest peccator renouari, quoniam  
 non sunt iterabilia, sicut & baptismus. Ex hac expositione,  
 quae literalis est, sequitur quantum oporteat baptizatos in

Ioan. 3.  
Ad Tit. 3.

B. Aug. super  
epistolam ad  
Hebr. 6.

innocentia baptismali perseuerare, ne scilicet tātum bonum, quā s̄  
 tum in baptismo acquirunt, per cōmissum peccatum amittant.  
 Alia est etiam declaratio huius loci, quam tenet Nicolaus de Li-  
 ra asserens, sanctum apostolū hic agere de publicis peccatoribus  
 qui quoniam multo tempore in peccato perseuerauerunt, diffici-  
 le conuertuntur: atque ita verbum illud, impossibile, declaratur  
 tanquam æquiualens, huic verbo difficili. Quasi dicat, quod ta-  
 les indurati peccatores difficile conuertuntur. Pro cuius declara-  
 tione obseruandum est hoc verbum impossibile in sacra scriptu-  
 ra aliquando idem significare, ac rem difficilem. Facilius est ca-  
 melum transire per foramē acus, quam diuitem intrare in regnū  
 cælorum, inquit Dominus apud Matthæum. Vbi diuinus redē-  
 ptor comparat ingressum diuitis in cælum rei impossibili, & ita s̄  
 tim dicit, quod apud homines est impossibile, apud Deum est  
 possibile. Vbi verbum illud impossibile, idem est, quod, difficile,  
 nam plurimi diuites, vt Abraham, Isaac, Iacob, & alij in cælum  
 ingressi sunt. Hoc modo (inquit Liranus) significat hic impossi-  
 bile. Vbi sanctus Apostolus aperte significat difficultatem, qua  
 huiusmodi indurati ad Deum conuertuntur. Et est valde notan-  
 dum, non dicere sanctum Apostolum, & ceciderunt, vel & pec-  
 cauerunt, sed dicere, & prolapsi sunt, hoc est, dieron gran cayda.  
 Hoc verbum, prolabi, cōponitur ex pro, & labor, laberis, quod  
 significat, cadere non vtcunque, sed secundum Calepinum, sig-  
 nificat vltra labi; hoc est omnino cadere, ò dar vna profunda cay-  
 da. Sicut, qui plurimis diebus perseuerant in aliquo peccato  
 odij, latrocini, adulterij &c. qui propter consuetudinem pec-  
 candi adeo indurati sunt, vt nullum in conscientia sua sti-  
 mulum sentiant. De his ergo loquitur hic sanctus Apo-  
 stolus, & non de illis, qui, post quam peccauerunt, statim  
 pænitentiam agere, & ab ipso peccato surgere intendunt. Pro  
 quo obserua, quod inter peccatorem obstinatum, & iustum  
 non est discrimen, quod iustus nunquam peccet, peccator  
 autem semper in peccato sit: (nam de plurimis iustis mul-  
 toties peccasse legimus), sed consistit differentia in hoc,  
 quod iustus, postquam in peccatum prolapsus est, sese me-  
 diante gratia Dei, ac pænitiæ virtute erigere procurat: pec-  
 cator vero obstinatus semper de malo in peius procedit. Hoc  
 aperte diuina scriptura nos docet inueniens. Septies in die

Matth. 19.

prouerb. 24.

58 cadit iustus, & resurgit: impij autem corruent in malum. Per  
 numerum septenarium in sacra scriptura numerus indeter-  
 minatus significatur, atque ita, cadere septies, idem est, quod  
 cadere multoties, & quamuis iustus multoties cadat, statim re-  
 surgit per penitentiam: non enim audet per noctem integram in pec-  
 cato dormire: at obstinatus profunde in peccatum cadit, vt  
 in illo maxima cum durezza, & obstinatione sit, & de huius-  
 modi ait D. Paulus. Impossibile est, hoc est difficile, eos  
 renouari per penitentiam. Ita hunc locum vltra Liranum ex-  
 ponunt. B. Hieronymus & D. Ambrosius, qui sancti do-  
 ctiores, licet exponant illum in primo sensu, etiam hunc secun-  
 dum, qui literalis est, sicut primus, admittunt. Adiecit sanctus  
 59 Apostolus dicens. Rursus crucifigentes sibi metipsis filium  
 Dei. Quando homo est in gratia Christus in eo viuit iuxta  
 id, quod de se Apostolus inquit. Viro ego tam non ego, vi-  
 uit autem in me Christus: quasi dicat. Operationes vitales eo-  
 rum, qui in gratia Dei existunt (quales sunt intelligere, ama-  
 re, cupere, contristari, lætari &c.) omnes ordinantur non  
 iuxta appetitum sensitium in amorem sui ipsius, sed dirigun-  
 tur in amorem Iesu Christi, & cum eo regulantur. Hoc mo-  
 do viuit Christus in animis iustorum & ideo qui a gratia ca-  
 dunt in peccatum, Christum in semetipsis crucifigunt, quia  
 illum ab animis suis remouent. Vnde opera, quæ faciunt non  
 sunt conformia voluntati Christi, sed voluntati mundi, &  
 demonis, quia in eis viuunt. Non solum autem obstinati,  
 60 sed et quibus loquimur, Christum crucifigunt, sed etiam illum  
 ostentui habentes, hoc est, escarnecen spiritualmente del  
 mesmo Christo. Escarnecer es mosar de vno honrando le  
 de palabra, y menospreciandole por obra. Hoc modo mini-  
 stri impij iudicis Pilati subsannabant Christum. R. N. quan-  
 do ante eum flexis genibus dicebant. Aue Rex Iudæorum,  
 & simul in faciem eius spuebant, & crudelissimas ei ala-  
 pas infigebant. Hoc etiam hodie spiritualiter faciunt impro-  
 bi Christiani, de quibus Dominus per Isaiam Prophetam  
 conqueritur dicens. Populus hic labijs me honorat: templa  
 ingrediuntur, genibus flexis dicunt: Pater noster &c.  
 fiat voluntas tua. Ecce quomodo labijs Deum honorant: cor  
 autem eorum longe est à me: quia voluptates mundi & creaturas

B. Hiero lib.  
 2. aduersus  
 Iouinianum  
 & B. Amb. li.  
 2. de Sacra-  
 mentis.  
 Ad Gal. 2.

diligentes, me ipsum contemnunt: hi sunt ostentui habentes Christum. Vt autem tantum malum (quale est exire a peccato ea difficultate quã nobis hic sanctus Apostolus depinxit) fugiamus omni studio curemus in bono incepto perseuerare, & si forsitan aliquando, vt fragiles in peccatum incideremus omni cum diligentia curemus, nos ipsos per veram p̃nitentiam, antequam cor nostrum indurescat, ad altissimum Deum conuertere.

### Perseuerantiæ defectus ex obliuione beneficiorum oritur.

Num. 10.

Pro monarchis.

Ezech. 6.

**I**N libro Numerorum sic legitur. Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium contra Dominum. Quod cum audisset iratus esset, & accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. Obliti Iudæi singularium beneficiorum, quæ a Deo acceperant, dum per ipsum a tyrannide Pharaonis liberati sunt, nec memoriam habentes mirabilium, quæ in deserto pro ipsorum conseruatione Dominus fecerat, afflicti aliquo labore itineris, os suum contra Deum aperuerunt de ipso conquirentes, & cum hoc adeo iram Dei suscitauerunt, vt ignis de celo pluerit, & magnam exercitus partem inflamauerit. Hoc corporale supplicium, quod Dominus in hos ingratos homines exercuit, quotidie etiam spiritualiter exercet in eos, qui opera p̃nitentiæ odientes diuinæ maiestatis obliuiscuntur, eique gratias pro tam singulari beneficio, quale fuit eos ab Aegypto, hoc est a tenebris peccati eruere, minime reddunt, quin potius se ipsos relaxare incipiunt: in cuius obliuionis p̃nam Deus hoc supplicium de illis sumit, non quidem mittens de celo ignem, vt eorum vitam corporalem consumat, sed potius illos igni carnalis ipsorum concupiscentiæ tradens, vt in omni peccatorum genere comburantur. Hoc modo tempore Ezechielis Prophetæ puniuit eos, qui originem trahebant ab illis, quos in solitudine punierat, eo quod cum eis peccata pepercisset, rursus ad scelus idololatriæ redierunt: quamobrem sic eis minatur. Requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. Heu quam multis hodie Deus minari potest, eosque iustis supplicijs punire, dexandolos quemar del fuego de su concupiscentia, porque se olvidaron, de que siendo de quinze

64 quinze, o veynte años los sacó de los vicios, y les dio spiritu de deuocion, y començaron con feruor a seruirle, y luego se cansaron, y voluieron a tras, y a otros, que en la ternura de su edad los sacó del mundo, y de las abominaciones en que estauan y los lleuó a la sançta religion, y auiendo començado a seruirle alli con spiritu, se començaron despues à relaxar. His ergo merito ait Dominus, Auferetur zelus meus à vobis, eo quod non fueritis recordati dierum adolescentiæ vestræ. Hæc est Ego permittam, vt in pænâ huius obliuionis, & ingratiitudinis cadat super vos ignis concupiscentiæ vestræ: atque ita deterioris eritis quam perditæ sæculares. Vnde B. Augustinus inquit 65 testis est super animã meam, ex quo Deo seruire cæpi non sum expertus peiores, quam qui in monasterio defecerunt. Vbi aperte testatur hic sanctus Doctor se nunquam magis perditos homines vidisse, quam eos, qui, post quam in religionem ingressi sunt beneficiorum à Deo acceptorum obliuiscuntur.

B. Aug. epist. 137. tomo. 5. & ponitur in c. quantum libet. 47. d.

### Perseuerantiæ defectus ex timore laborum oritur.

66 **C**Ausa, quare homines in bono incepto non perseuerant, in libro Numerorum significata fuit vbi legitur, quod cum Hebraei ab exploratoribus terræ promissionis audirent, in ea esse quædam monstra de genere gigantæo, vociferans omnis turba fleuit nocte illa. &c. dixeruntque alter ad alterum. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Vbi nimis ponderandum est, que no mirauan aquellos Iudios lo mucho, que les auia costado llegar a aquel termino, y que por no hallar, que comer en el desierto les embio Dios mana del cielo. y que si se boluian a Aegypto auian de perecer de hambre en el camino, y tambien q̄ a la venida se les abrió el mar, in diuisiones aquarum, y que lo auian de hallar cerrado, y lo que peor era ya que llegasen a Aegypto el mal tratamiento q̄ les harian el nueuo Pharaó, y los suyos si se fueran a meter en su tierra como procuraran tenerlos aherrojados, por que no boluiesien a huyr, sed oblitus horũ & aliorũ inconuenientiũ dicũt. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Ecce igitur causam quare

Pro monachis.

homines in bono, quod ceperunt, non perseuerant. Hoc quod<sup>67</sup> de Hebreis dicitur spiritualiter quotidie de illis cōtingit, qui post quam pœnitētiā egerunt, præsentibus laboribus perterriti, mala futura non considerantes ad præteritam vitam redeunt: quando estauan mas cerca de la tierra de promission, y mas adelante con Dios, entonces les toma vn hastio de la virtud, y se bueluen a la mala vida passada. Hæc mutabilitas eis, sicut & populo Israe litico ex parua consideratione malorum futurorum procedebat. No mirauan aquellos los grâdes inconuenientes, que se les offerecian si se boluian a Egipto los quales eran mayores males, que pelear con los Cananeos: y assi se arrojauan a querer se boluer. Sa le se vn nouicio de la religion cansado, y harto de la vida regular, y buelue a los vicios, que auia renunciado enfadado del recogimiento, que auia tenido: por do piensa ganar pierde, y pensan-<sup>68</sup> do librarse de trabajos aun aca en esta vida se le augmentan, y con los vicios compra en la otra tormentos. Hoc totum ex eo nascitur; quia re vera mala, in quæ non inciderent, si in bono perseuerassent, non considerant. Non sic faciunt iusti, quin potius profunde animo euoluunt præsentis huius vitæ labores paruos esse, & quam breuissimos, bona autem quæ per illos comparantur per grandia esse, & æterna: qua consideratione in bono perseuerant. Sic faciebat Diuus Paulus, qui ad Corinthios scribens ait. Id enim, quod in præsentibus est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis non contemplantibus, quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Ecce quomodo sanctus Apostolus docet maxime nobis conducere comparisonem de<sup>69</sup> rebus præsentibus ad futuras facere, si quidem præsentis labores quantum per grandes sint, tandem finiuntur. at vero labores alterius vitæ sunt æterni Deus nos illuminet vt hanc cælestem doctrinam intelligamus.

2. Cor. 4.

simile.

Quemadmodum firmissimum robur, licet à ventis concutiat-  
 tur ingenti quadam vi omnem vim, atque impulsum sustinet,  
 resistitque maxime, semperque rectum perseuerat, & quamuis  
 nonnullæ sibi frondes defluant, ipsum nihilominus firmum per-  
 manet, ac quasi manet immobile: sic plane vir studiosus qui-  
 buscuq; contradictionibus etiã obstâtibus semper perseuerat in  
 felici

70 felici cæpto, & quanquã aliqua decidant eius folia, hoc est fiat iactura rerũ temporalium, & diuitiarum, nunquã tamẽ retrocedit, neq; vlla vnquam possunt eusti retrahere à perseuerantia.

Sicut etiam palina, (vt affirmat Plinius, & Aristoteles in suis Problematibus) eam habet proprietatem, vt lignum ex ea præscissum, appositumq; in aliquo ædificio, si pondus illi superpositum nimium sit, incuruetur sursum versus, cum tamen reliqua ligna, si graui pondere premantur, deorsum incuruentur. In quo manifestari videtur, quod magno robore resistat oneri imposito: sic vir fortis ac constans, quo grauiores ingruerint calamitates, & contradictiones in bono, eo amplius fortiori animo debet viriliter perseuerare, omnem euincens atq; exuperans difficultatem. Ad hanc constantiam & fortitudinem consequendam nos inuitat Christus Redemptor noster apud Ioannem dicens. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Super quo inquit Beatus Augustinus. Aduerte, quod non dicit. Si me audieritis, aut ad me accesseritis, vel simile quid: sed si manseritis. Et certe aut perseuerare laboriosum est, aut non; quod si laboriosum est, debemus nobis præmium tãtum ante oculos proponere: sin minus plane grauissimam incurrimus reprehensionem si non perseueramus. Cæterum quid aliud est dicere, si manseritis, nisi in petra ædificaueritis? A Edificium quidem supra firmam petram nullis ventis aut imbris diruitur. Quid aliud porrò est, perseuerare, nisi non labi, & cespitare in ipsis tentationibus, siue succumbere? Vnde præmium sequetur, quod veri discipuli simus Christi & noscamus veritatem ipsam, & ipsa liberet nos. Nam ibi sequitur; postquã dixit; vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatẽ: & veritas liberabit vos.

72 Beatus Augustinus libro de Ciuitate Dei inquit, Quod Simachus quidã Puluillus, cum phanum quoddam extrueret Ioui, Iunoni, atque Mineruæ, nonnulli inuidentes honori, & famæ eius, quam ex tali opere futuram esse perpetuam arbitrabantur, falso nuntiarũt ei filium è vita decessisse vt statim opere relicto eius sinus procuraret. At vero Ethnicus ille retulit, se non valde de filij obitu sollicitari, sed malle in opere cæpto perseuerare, ex quo maiorem, vberioremq; laudem esset relaturus. Multo ergo magis nos in studioso proposito perdurare profecto debemus, quibus præmia parata sunt sempiterna.

Plinius li. 16  
naturalis hi-  
sto.  
Simile.

B. Aug. de  
verbis domi-  
ni sermo. 48.  
tom. 10.

B. Aug. lib. 9  
de Ciui. Dei  
cap. 28.

# PETRI APOSTOLI LAUDES.



Matth. 16

Luc. 22.

Ioannes. 21.

Matthæi. 17.

**C**ERTISSIMUM est Christum Iesum mundi redemptorem particularibus privilegijs, & prærogatiuis adornasse beatum Petrum sicut fuit, quod quãdo eum confessus est verum filium Dei, vt ait Diuus Matthæus, tunc dominus ipsi dixit Beatus es Simõ Bariona, & ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauis regni cælorum, & quodcunq; ligaueris super terrã erit ligatum & in cælis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Apud Lucam etiam dixit illi. Ego rogauì pro te, vt non deficiat fides tua: quod perinde fuit, ac si diceret. Quia caput futurus es ecclesiæ neq; tu, nec successores tui, in quantũ caput ecclesiæ deficies in fide, imo potius Petrus, & cæteri eius successores erant confirmaturi debiles in fide. Præterea apud Ioannem, cũ Petrum interrogaret dominus Iesus. Simon Ioannis diligis me plus his? Ipse respondit: Tu seis domine, quia amo te. Dixit ergo ei Christus verus mundi Saluator. Pasce oues meas. Tum etiam, quod narrat Beatus Matthæus iussisse dominum, vt solueret Petrus didrachma pro utroque, quod tributum qui erant capita soluebant, fuit maximum iudicium, quod eum constituerat caput supremum suæ Ecclesiæ: quod nulli alij ex Apostolis fuit datum, vel concessum

Ex his igitur constat beatum Petrum esse Christi seruatoris nostri vicarium, & pastorem totius Christiani populi, caputque suæ ecclesiæ. Sed quæro, cur magis omnipotens dominus ad huiusmodi dignitatem beatum Petrum, quam alium Apostolorum elegit? Non ne ibi erat Iacobus maior, qui cõsanguineus eius erat? Non ne etiam erat ibi Ioãnes, qui non solum consanguineus erat etiã, verum inter cæteros etiam magis dilectus? Erat etiam ætate idoneus ad tolerandos labores, erat etiam excellentissimus Theologus, & tantus quidem, vt solum ex vna lectione quam didicit recumbens in cæna super pectus domini Iesu, vsque adeo in altis-

simura

4 summum locum conscēderit, vt si altius euolasset, nemo eum cape-  
 re potuisset, vnde etiam merito aquila nuncupatur. Cur igitur  
 hos dimittit, & Petrum sublimat, & euehit ad tātam dignitatem?  
 Aliqui respondent, quod si dedisset tantam dignitatem Ioāni vel  
 Iacobo, cum essent eius consanguinei, occasione nonnullis dedis-  
 set distribuendi Ecclesiasticas dignitates cognatis ipsis, & san-  
 guine coniūctis. Quod ipsi domino non placet, quia potius præ-  
 Exod. 18.  
 cipiens, vt ad altare non ascenderēt per gradus, significare voluit  
 ad gradus ecclesiasticos non esse ascendēdum per gradus consan-  
 guinitatis & cognationis, ita vt dignitates ecclesiasticæ distri-  
 buātur cognatis eo dūtaxat nomine, quod cognati sunt, etiam si  
 sufficiētia, & requisita non adsint merita. Verum hæc ratio non  
 videtur concludere, si quidem si cognatus habuerit conueniētes  
 partes poterit etiā præponi, & præfici, nec debet, propterea quod  
 5 sit cognatus amittere eam dignitatem dum merita ipsa adsint, cū  
 igitur Apostolis, quos nos nominauimus non defuerint partes  
 ad tantum munus requisitæ, cur non Christus dominus hanc dig-  
 nitatem eis concessit, sed Petro? Respondere possumus, quod in  
 dāda huiusmodi dignitate se accōmodauit diuinus Saluator ita, vt  
 haberet rationem eorum, cum quibus tractaturus erat, qui eam  
 dignitatem obtineret, apertum est autē, quod cum ad summum  
 Pontificē accedere debeāt peccatores, & perditī homines veniam  
 consecuturi, homicidæ, periuri, & alij id genus hominum peccato-  
 rum si isti accessissent ad B. Ioānē, ve etiā ad Iacobum, qui fue-  
 rūt sanctissimi, tractassēt fortasse isti cū asperitate peccatores: hoc  
 autem non intendit clementissimus Deus. Vt igitur omnes conso-  
 lati recedāt à pedibus pontificis sit Petrus summus Pontifex, qui  
 non horrebit peccatores; non fugabit homicidam, cum ipse auricu-  
 6 lam amputauerit; non reiiciet periurum, cum ipse fuerit periurus,  
 iurando, & anathematizādo, quod non cognouisset Christum,  
 atque ita nemini claudet cæli portas, qui voluerit ad regnum, per  
 penitentiam intrare, sacramentorumque remedia adhibere. Item  
 si status ipsos consideres, Episcopus inueniet Petrum Episcopum  
 & sacerdos, sacerdotem, & denique coniugatus coniugatum. Hæc  
 quidē ratio accōmodata est, verū est alia accommodatior: quod  
 videlicet maior in ecclesia dignitas dāda erat maioris san-cto; ma-  
 ior autē sanctus erat, quia magis Christū amabat, & tēpore, quo  
 datus est summus pontificatus Petro, ait B. Thomas, quod affir-  
 mare

Ioannis, 21

Ad Galat.

nare alium plus amasse Christum Dñm, quam Petrum, & San- 7  
 ctiores illo fuisse, error esset. Hoc colligitur ex textu euangelij,  
 vbi dicitur, quod interrogauit Dominus Petrum. Simon Ioãnis  
 diligis me plus his: Ipse vero Petrus respondit. Etiam Dñe; tu scis  
 quia amo te. Supposito igitur, quod Christum magis amabat,  
 maior etiam sanctus erat, & ita conueniebat ei maior dignitas in  
 ecclesia, quæ ipsi fuit data: Beatus Augustinus obseruat quod ter  
 Christus Saluator noster hoc modo eũ interrogauerit, cũ ter eũ  
 negasset: & quod cum Petrus responderet semper eodem modo,  
 dixit Petro in vltima interrogatione. Pasce oues meas: volo, vt  
 summus pontifex sis, vicarius meus in ecclesia mea, tibi que trado  
 claues regni cœlorum. Quanta autem sit hæc dignitas ostendit.  
 aperte B. Paulus ad Galatas scribens, vt obseruat Chrysostomus.  
 Ego (inquit Apostolus) post annos tres veni Hierosolymam vide 8  
 re Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Ait itaque Sã-  
 ctus ille doctor. Quorsum quæso, Paule in Hierusalem pergis per  
 tanta pericula, & labores, vt videas piscatorẽ hominem videlicet  
 Petrũ? Nonne satius fuisset dicere. Eo ad templum oraturus, sicut  
 solebant multi Iudæi ex varijs regionibus? vel si tibi non place-  
 bāt ritus, & cæremoniæ synagogæ, poteras videre saltem Iacobũ  
 fratrem Domini episcopum eius ciuitatis, virum sanctum, mag-  
 ni exempli, magnæque sanctitatis. Poteras etiam videre Ioãnem  
 illum euangelistam eximium, præclarissimum, & singularem à  
 Christo Domino tantopere dilectum, vel denique sacratissimam  
 Domini nostri matrem, quam quidem vt visitaret charissimus  
 ille discipulus tuus doctissimus Dionysius ab Athenis in Hierusa-  
 lem venit, & aduentum plurimi fecit, quod eam vidisset, quæ 9  
 Christũ verum Deum, & Dominum in suo utero portauerat.  
 verum nihil horum dicis, sed quod pergis videre Petrum. Quid  
 tandem in eo dignum est visu? Cæterum præclare ait, se ire, vt  
 videret Petrum, quando quidem cum eum constituit Christus  
 Iesus caput ecclesiæ suæ; ei dedit potestatem ligandi, atque solu-  
 uendi: & cum piscator exiguus esset, dedit ei potestatem aperien-  
 di regnum cœlorum, & mittendi ad infernum, alios absoluen-  
 do alijs vero absolutionem negando. Magnum ergo fuit beneficium  
 concessum vniuersis hominibus dimittendo hoc remedium in ter-  
 ra, quo possent liberari à peccatis suis. Maius etiam beneficium  
 fuit, quod Petri potestas deriuaretur ad alios sacerdotes, qui pos-  
 sent.

10 sent etiam peccata laxare. Quod si vnus duntaxat esset confessor, & ille in extremo situs mundo, laudabilis quidem, & vtilissima esset profectio, quæ ad eum fieret causa relaxandi peccata, & esset maxima culpa, & pæna illius, qui eo cum posset, non se conferret ad tantum beneficium consequendum. Nunc autem cum tã multis confessoribus ornauerit Deus ecclesiã suã, qui vbi-  
 11 cunque adsunt, & peccata remittendi potestatem habent, magna sanè culpa est, ad eos crebro non accedere ad remedium impetrandum, & sanitatem consequendam. Hoc autem ita constituit Deus ad maiorem confusionem damnatorum, & eorum, qui seipso de industria, & data opera infœliciter perdere volunt, recusantes, & negligentes ad tam diuinum sacramentum accedere. Non igitur nos tãtam medicinam negligamus, sed eam potius, quantum possumus frequentemus, & Deo gratias eo nomine agamus, præsertimque hodierna die, in qua festum. B. Petri celebramus.

Verum non frustra tam exacte B. Matthæus locum describit, vbi mundi Saluator illam tam grauem, ac frugiferam quæstionẽ protulit discipulis suis dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Sane aliquid mysterij habet, quod iuxta Cæsaream ciuitatem insignem eam proposuerit: par enim erat, vt prope ciuitatem gentilium fides sancta palàm fieret quippe quam multitudo gentium, tempore præstituto sequutura erat. De Messia utiq; vaticinatus est Patriarcha Iacob dicens: Ipse erit expectatio gentiu. Idq; Esaias notauit plerisque in locis suæ Prophecix. Iuxta Cæsaream à Philippo instauratã hæc interrogatio facta est. Nam  
 12 historix tradit, reges solitos esse in hac ciuitate tributum exigere, ab vniuerso regno. Quod præculdubio non male conuenit, quod Iesus Rex Regum ibidem censum fidei exposcit, à discipulis. O tributum sanctum, & persoluentibus satis proficuum, vt credamus Christum Iesum filiũ 1 Dei, & virginis almæ esse. Si  
 Ad Heb. 11. sine fide namque ait Apostolus, impossibile est placere Deo. Cupiens ergo summopere cœlestis saluator suam Ecclesiam fundare, stabilemque perpetuo manere firmissimum fundamentũ ponit. Quamobrem interrogat sacros Apostolos. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Recte quidem de hominũ opinione exquirat, quo illorum errore euulso veritatem sacre fidei in eis stabiliat. Agricola sapiens primo tribulos, & fentes euellere molitur, simile

& deinde terram optime excultam, optimo tritico occupat. Hinc<sup>3</sup>  
 dogma illud Hieremiæ omni acceptione dignum. Nouate vobis  
 nouale, & nolite serere super spinas. Ad eundem modum domi-  
 nus vulgi imperiti errores funditus euertit, & subinde semen se-  
 lectum seminavit. Cæterum homines, vt pote rudes ea, quæ foris  
 sunt tantum iudicantes, Christum non filium Dei sed virginis  
 sanctæ vnigenitum fore asserebant. Alij Ioānem Baptistam, alij  
 Hieremiam, aut vnum ex prophetis ipsum existimabant. Mira-  
 bile est, quā varie vulgus imperitum de Dño sentiat. Obelluam  
 non vnus sed multiplicis capitis. Vnusquisq; abūdat in suo sen-  
 su, ait apostolus. Quod se nūc filium hominis, alijq; plenisq; lo-  
 cis dominus appellat, humilitatis signum est, vt beatus Hierony-  
 mus notat, & pulchre, vbicunque vero scriptum est, filius ho-  
 minis, Hebraice habetur filius Adæ: & quia verbum caro fa-  
 ctum est, filium Adæ se se nominare non dedignatur. Honora-  
 uit enim mirum in modum naturam quam ex nobis suscepit, vt  
 vicissim nos honorificemus, quod accepimus ab ipso, videlicet, vt  
 filij Dei nominemur, & simus: idque opere adimplebimus, si ge-  
 sta eius sequentes perfecti fuerimus, sicut pater noster cælestis  
 perfectus est. Observatione dignum est, quod saluatorem non la-  
 tebat quid populus de eo cogitaret; nuda enim, & aperta sunt ei  
 omnia ante quam fiant. At voluit interrogare, vt doceat Reges,  
 & prælatos id facere, quo occasiones cuiusuis mali auferant. O si  
 Reges inquirerent vnusquisque de se. Quem dicunt homines me  
 fore? In quo grauatur regnum? Quis querelam habet quod iuste  
 non egerim? Enimvero plurima scandala, si hoc fieret, rescinde-  
 rentur in populo. Vtinā etiā & prælati hoc ipsum efficerēt. So-  
 lerti vigilātia requirentes, quid erga oues suas minus bene agatur.  
 Melius est tibi nomen bonum, quam diuitiæ multæ: dicitur in  
 scriptura sacra. Et rursus, Curam habe de bono nomine, non de  
 congerendis diuitijs per fas, & per nefas, non solcite honores ac-  
 cumulare nitaris, sed de fama bona curam habe: in omnibus ope-  
 ribus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloriā tuam.  
 Elaborare in hoc etiam omnes fideles debent, vt cum Apostolo  
 dicere queāt. Bonus Christi odor sumus in omni loco. Præterea  
 audiens saluator vulgi erga se opiniones varias, (quamuis in ci-  
 uitate Naïm iuvene suscitato, populus acclamaret. Propheta mag-  
 nus surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem suam, iam veluti  
 obliuis

Hier. 4.

Ad Rom. 14.

Matth. 5.

Ab Heb. 4.

Prouerb. 12.

Ecclesi. 41.

Ecclesi. 33.

2. Ad Cor. 2.

Luc. 7.

16 oblitus miraculorum eius non Messiam fore ipsum testantur, sed aliquem eximium prophetam dicunt ( auocat tunc Apostolos, vt aliquid maius profiteantur de illo, & ait illis . Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit . Tu es Christus filius Dei viui. Sunt quidem erroris viae pleraque, veritatis vero via vna . Quam ob causam varia fuit vulgi responsio. Homines erant & ceu homines iudicantes de humanitate saluatoris loquebantur. Sed non erant ij, ex quibus ecclesia sancta construeretur. Ideo supernus mundi Redemptor alios voluit interrogare, qui supra hominum captum illuminati altius de ipso sentirent. Et quidem optimè illorum nouerat sinceram fidem, qui eam cordibus ipsorum inseuit, nam fides donum Dei est, & non ex nobis. Sed nunc fratres ad nos nostra se vertat oratio.

17 *Quem me esse dicitis hodie clamat Christus Iesus? Vos si deles superbij, qui honores tã opere diligitis, & crucis meę probra solerti cura fugitis, quid de mea humilitate iudicatis? Vos auari, qui ppe qui auaritię idolo, noctu, diuque obsequium offertis quid de mea paupertate sentitis? nonne ex ore meo audistis: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum? O cæcitatem de testandam eorum, qui quamuis fide integra Christũ Iesum filium Dei confitentur, operibus tamen sanctis non vacant. Contra quos beatus Paulus inuehitur dicens. Qui confitentur se nosse Deum factis autem negant. Væ illis, quoniam, nisi respiscant, poenas commeritas in gehena ignis in perpetuum dabunt. Tu es Christus filius Dei viui fatetur Simon Petrus . O mirabilem summi numinis erga homines magnificentiam, & piscatoris stupendã Theologiam. Plane philosophorum caterua aut Rhetorum schola arcanum hoc nunquam attigit: imo dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, vt probe Apostolus asserit. Obseruandum magnopere est quod vulgi opiniones omnes Apostoli narrarunt: at cum omnes Dominus secundo in-*

*ad Rom. i*  
 terrogasset, non vtique omnes sed solus Petrus maior nati qui futurus pastor Ecclesię vniuersalis erat, perinde atque omnium ore respondit. Faceat hæreticorum temeritas, & prorsus fatiscat eorum stultitia, diaboli suggestu exorta nostra hac tempestate. Summo Pontifici incumbit ea, quæ sunt fidei, & quæ ad mores bonos spectant, definire. Qui non obedierit sacer-

*Dentis, 17.*  
 doti, morte moriatur, in lege veteri præceptum fuit. Cui senten-

tia consonat illud. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Vnus igitur respondit, quia vna est fides vnum baptisma, vna columna electa, & hæc est sancta Ecclesia Romana regalis Christi Iesu domus. Tu es Christus filius Dei viui. Paucis complexus est beatus Petrus vrranque naturam in Christo, scilicet, humanam & diuinam. Paulisper hæc rimari oportet, nam totius fidei nostræ fundamentum, & basis hæc confessio egregia beati Petri est. Quandoquidem breui methodo nedum saluatoris nostri humanitatem, sed diuinitatem amplectitur. Christum ipsum esse asserens, humanitatem confitetur: nam Christus græce vnctus dicitur. Nempe Christi humanitas vncta fuit, non alio quo reges Israel, Prophetæ, & sacerdotes vngebantur, sed oleo illo, de quo in psalmo multis retro sæculis regius Vates prophetarat dicens. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Hoc ad literam cum Messia loquens dixit. Quo oraculo vsus est Apostolus ad Hebræos scribens, vt verū Mesiā probaret iā venisse, & nō falso aliū Hebræi expectarēt. En oleū vocat Propheta spiritū sanctū qui oleū est exultationis, & mirabilis lætitiæ. Vnde in synagoga Nazareth dominus vaticiniū Esaiæ legens palā dixit. Spiritus domini super me, eo quod vnxit me, euāgelizare pauperibus misit me. Et cōfestim addidit. Hodie cōpleta est prophetia hæc in oculis vestris. Hinc Petrus clamabat redarguēs crucifixores dicēs. Quē vnxit Deus de spiritu sancto. Et quidē noster Aarō-Christus Iesus est sacerdos in æternū secūdū ordinē Malchisedec, ideo vnquentū eius defluit in barbā, etiā vsq; ad orā vestimenti eius: nā de eius plenitudine nos quotidie accipimus. O verū Israel Regē qui nō vt David Salomon, & cæteri principes corpora duntaxat, sed animas nostras ex ore leontis funesti Satanæ eripuit, & populū suū proprio sanguine viuificauit. Hic vere Messias, & mūdi saluator est, quoniā non est aliud nomē datū nobis sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, idq; optime sciēs sponsa non solū vnctū dilectū suū Christū vocauit, sed oleū ipsum. Oleū effusum, inquit, nomen tuū, ideo adolescētulæ dilexerūt te. Quod perinde est, ac si dicat Quoniam vehementer clemens, benignus, & pius es, nec non totius misericordiæ fons, idec fideles animæ te Iesu bone tot diligūt corde, & rebus futilibus spretis, vestigia tua sectantur. Ecce quomodo. B. Petrus dicens: Tu es Christus, tam humanitate

ad. i. p. 4.

Pl. 44.

Esai. 61.

Luc. 4.  
Actuum. 10.

Ioannis. 1.

22 saluatoris, quã functionem eius subindicauit. Et quia satis non est hominẽ eum fateri, nisi filium Dei, & verum Deum confitemur, subinde adnectit. Tu es filius Dei viui. Mira res, Petrus omnium orthodoxorum sententia hic typũ præ se tulit vnus ecclesie. Verum sine hac fide nemo potest placere Deo, nec hæres regni cælesti fieri. Huc attinet, quod sanctus Augustinus, dixit libro de correctione, & gratia. Illa fides sane est, qua credimus nullum hominem, siue maioris siue parue ætatis liberari à contagio mortis, & obligatione peccati nisi per vnum mediatorem Deum, & hominem Iesum Christum. Hoc etiam docet beatus Thomas in sua theologia. Cæterum signanter ait. Tu es filius Dei viuit. Siquidem mysterium Trinitatis his verbis pandit. Pater Deus viuus est qui generat filium suum vnigenitum Christum, quippe qui alterutrum se se amantes spiritum sanctum spirant. Quod vero Dei viui eum filium testatur, gentium Deos mortuos, & nihil esse indicat. O infælices qui idolis suis inserviunt, superbiæ, avaritiæ, gulæque famulatum præstâr, hoc fonte viuo relicto. In quos ipse inuehitur, & merito quidem dicens. Me de reliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent retinere aquas. Obseruandum maximè est, quod solus Christus est filius Dei viui, quia naturalis filius nos autem omnes filii Dei sumus, non viui, sed mortui. videlicet Iesu Christi, qui cũ verus Deus, & viuus esset, pro nobis in cruce mori dignatus est, ac ita per eũ adoptionẽ filiorum recepinus. Alioquin omnes nascimur filij iræ, obpiaculum Adæ, à quo summi Dei gratia sola purissima Virgo Maria immunis fuit.

B. Aug. li. 3.  
de correct.

B. Thom. 2. 2.  
q. 2. ar. 7.

Hiere. 2.

24 Et quia iã diui Petri egregiam confessionẽ audiuius, nũc par erit, gratulationẽ, & benedictionẽ saluatoris attẽtius consideremus. Beatus es Simon Bariona (ait illi bonus Iesus) quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est. Ecce quã beneficus sit Dñs in eos, qui fide dilectioni coniũcta laudes eius personãt. O quã merito per Hieremiã prophetã inquit idẽ d. mentissimus Deus. Nũ quid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Super quo sic inquit beatus Hieronymus. Nõ est terra serotina saluator noster fratres, sed festiua, & ferax cõmitamus ergo ei operũ honorũ, & landũ semina. Notãdũ etiã est, qd Bariona non vna, sed duę sunt dictiones. Bar, id est, filius: Iona, hoc est Ioannes, sic pater Petri vocabatur. iuxta illud: Simon Ioannis

Hiere. 2.

diligis me plus his? Felix, qui beatus à Domino vocatur, & nō à mūdo. Si mundus vos fratres vocat beatos, ne efferamini, obsecro, sed caute, ne cū eo vobis cōtingat id, quod cōtingere solet plurimis hominibus cū istis Aegyptijs inter nos habitātibus, qui multos homines, ac mulieres ideo fēlices nūcupant, vt eorū supellectilē, aut pecunias furari queāt. Huc plane pertinet quod Dñs ait per prophetā Esaiā. Popule meus qui te beatū dicūt, ipsi te seducūt. Nōne homines mēdaces sunt in stateris suis, qui videntes tot millia ouiū, & boū dixerūt: Beatus homo, cui hęc sunt. At cōtra regius propheta eū populū beatū dixit, cuius Domin⁹ Deus eius. Is nimirū beatificare valet tū angelos in cælo, tū etiā homines electos suos, qui mādatis eius obediūt, nō solū in cælo glorificare potest, sed etiā in terra degētes lætitia inenarrabili cōsolari. Vnde in Psalmo dicitur. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Domini. Et saluator beatos appellat pauperes spiritu, mites, misericordes &c. Sed iā fas erit querere, quid subest causę, q̄ Dñs nec Nathanielē nec Marthā beatos vocauerit à quibus familiaria verba audiuit, quæ beat⁹ Petrus deprōsit? Nēpe (vt pulchre diuus Chrysostomus ait) Nathaniel & Martha non Christū filium Dei naturalē cognouerunt, quando hoc, dixerunt sed adoptiuū, q̄, nisi fallor ex verbis Nathanaelis claret. Tu peres filius Dei viui, inquit: tu es Rex Israel. Qui ergo nō totius mūdi principē sed Israel dūtaxat regē esse dixit, non nisi filiū Dei adoptionē eū tunc credidit at beata Martha quanquā dixit: ego credidi quia tu es Christus filius Dei qui in hunc mundū venisti, non cōtinuo addidit, tu es filius Dei viui vt adnotat beatus Chrysostomus, eā ab rem de eius potētia dubitās, dicēte domino. Tollite lapidē restitit dicēs. Quatriduanus est, iā fetet. Præcellēs ergo Petri fides cōmeruit benedictionē hanc mirabilē, quæ ei à Christo domino data est. Videte Petri fastigiū charissimi. Quemadmodū enim Abrahā vocatur quia, fide, pater multarū gentiū futurus erat, ita Simō, Petri nomē accepit, quoniā omniū, firmissimę fidei professorū typūgerit. Secundum enim beatum Thomam nomina, quæ imponūtur aliquibus diuinitus, semper significāt aliquod donum gratuitum eis datum.

¶ Omnia quæ habentur Litera. R. titulo renūtiati deseruiunt huic materiæ

# PIETAS ET BENEFICENTIA.

**D**Vovbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs : inquit sponsus loquens in canticis cum sponsa . Solet pectoris pulchritudo feminis multum decoris , ac venustatis præstare : obeamque rem sponsus duo vbera sponsæ hinnulis in lilijs pascentibus assimilat. Aptissime vero duobus vberibus pietas, & beneficentia exprimitur, quæ homini Christiano apprime necessaria sunt. Beatus Paulus duo hæc vbera vehementer commendat in Epistola ad Hebræos dicens. Beneficentiæ & cõmunionis nolite obliuisci. Si Christiano homini hæc vbera necessaria non essent , nunquam Diuinus Paulus ad Thessalonicenses scribens dixisset: Facti sumus paruuli in medio vestrum quomodo sinutrix foueat filios suos. Vnde vero sanctus Apostolus Thessalonicenses lacte poterat nutrire si vbera nõ habuisset. Sed oportet , vt spiritalis homo, & sponsa Christi vbera habeat similia hoedis gemellis, qui vt teneri sunt, ita etiam & æquales, Admirabilis beati Pauli teneritudo: qui pro omnibus ecclesijs orat , collachrymatur aliquando manus eleuat in cælum, ad prædicandum omnibus est paratus, omnibus se agnoscit esse debitorem. Sic æqualia sint oportet vbera spiritalis hominis, nam in fide non est distinctio Iudæi, & Græci, regeneratio enim Christiana, que cunctos abluit ex æquo nullos distinguit. Omnes, inquit Beatus Paulus egēt gloria Dei, vt iustificētur gratis per gratiã sponsi. Iudæus existimabat à gratia euāgelica gētes fuisse arcendas, multisq; laboribus, & lōga prædicatio. e vix potuit beatus Apostolus id suadere, Iudæis, euāgelicã scilicet gratiam omnibus ex æquo debere esse comunē: sed intueri beati Pauli vbera, qui vere spiritalis homo erat, inter tot dissidia, & tumultus vtriusque populi vtrique vbera adhibebat æqualia: Iudæis fiebat tanquam Iudæus, & his, qui sine lege erant, quasi si sine lege esset. Omnibus inquit omnia factus sum vt omnes lucrificiam. Parum prodest tamen vbera habere æqualia & similia duobus hoedis gemellis,

nisi foris ad nutriendum paruulos quo aptentur. Nunquid prodest, si proximo compatiaris interno quodam animi afflectu, nisi eius etiam infantia contemperare te commode scias. Quid prodest, si compatiens affectu meam in te causam transferas, si exterius nunquam spiritalis hominis vbera adhibeas? Necessarium vtrique est, vt interius proximo compattaris, exteriusque more nutricis vbera adhibeas. Secundo oportet vbera sint æqualia; ita vt beneficentia Christiana, & pietatis opera omnibus ex æquo impendantur. Nam videre est quosdam beneficos quidem, & pietatis operibus intentos, sed in parentes, amicos, & affines, cæteros vero omnino negligunt, & prætermittunt: quasi sponsum eis vberibus delectetur, quæ non sunt æqualia, & similia hædis gemellis.

¶ Omnia que habentur litera. M. titulo Misericordia hominis de seruire possunt huic materia.

## P O T E N T E S. T I R A N N I.



Iob. 15-

**N** libro Iob dicitur, Cūctis diebus suis impius superbit & numerus annorū incertus est tyrānidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cū pax sit, ille in fidias semper suspicatur. Tyrannorū vita & mōres his verbis elegātissime describūtur. Principio, inquit Eliphaz, cūctis diebus impius, & tyrannus superbit, & numerus annorū tyrannidis eius absconditus est. Recte etiā Hebræa habent, Cunctis diebus impius dolet in modū parturientis, & a numeris annorum, quibus seruiat, absconditus est tyranno. Hæc fortasse dicuntur, propterea quod tyrānus (quem agmodū dixit Euripides in Ione) vultū quidē habet suauē cæterorum domestica omnia tristia sunt. Appellat itaq; Eliphaz dolores parturientis, quibus excruciat tyrāni, anxietudines illas, sollicitudines, & curas, quibus penitus absumentur quo vel magistratum consequantur, vel adeptum retineant, vel diuitijs, & opibus abundant, longoque seruorum comi

tatu

34 ratu sint constipati. Multa de hac re dicuntur sapienter, & elegā  
 ter à Xenophonte in Hierone. Longas itaque tyranni texunt te  
 las, & se inutiliter macerant, & conficiunt, & instar parturien  
 tis doloribus' grauissimis premuntur, cum sit ab eis abscondi  
 tus numerus annorum, quibus in subditos possint defœuire.  
 Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille  
 semper insidias suspicatur. Elegans profecto descriptio tyran  
 ni, & libertatis publicæ oppressoris. Recte Elianus de eadem simile.  
 re suam atque tyrannum persimiles esse dixit: nam si quis  
 suam tetigerit, grunit ilico, & clamat, idque merito:  
 nam nec vellera habet, nec quodpiam aliud præter carnes. Sem  
 per igitur mortem somniat, cum sciat quibus vsibus præstandis  
 vsurpari possit. Sunt ergo illi tyranni similes. Omnia, inquit Eli  
 35 phaz, suspicantur, atque metuunt: sciunt enim, quod quemad  
 modum fuesita & ipsi vitam omnibus debeant. Ob eam rem  
 Phalaridis sententia illa celebratissima est. Tyrannidi malim su  
 besse, quã præesse: nã subditus aliorũ malorũ securus vnũ tyrãnũ  
 metuit, tyrannus autẽ & eos, qui foris insidiantur quin etiã & il  
 los, per quos seruatur omnes, metuit, ob eamq; rẽ elegantet subie  
 cit Eliphaz, Nō credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucẽ cir  
 cūspectās vndiq; gladiũ. Si tenebris circūfunditur hoc est, aduer  
 sa fortuna premitur, nunquã sperat, se ad meliorẽ rerũ statũ reuo  
 candũ, sed quasi ex alta spelunca semper gladiũ, hoc est, diuinas  
 & humanas castigationes vêturas pertimescit, & addit. Cum se  
 mouerit ad querẽdũ panẽ nouit, quod paratus sit in manu eius te  
 nebraũ dies. Hũc locũ ita nostri iuxta vulgatã versionẽ accipiẽ  
 dũ putant: quod dicitur, ad quærẽdũ panẽ: idest, cũ accesserit  
 36 hora edẽdi, atq; bibendi, quæ maximẽ solet cæteros homines ex  
 hilarare, & alacritate, & gaudio afficere (nã est illa hora hilarita  
 tis, atq; lætitiæ plena): tũc, inquit, maxime ad tristitiã cõtorque  
 tur impius, & tyrãnus grauiori sepe metu, & solitudine correp  
 tus. Quod quidẽ argumentũ est animi terroribus attoniti, atque  
 perculli: nã domestici probisunt, atq; sapiẽtes, vel ob eã rẽ vehe  
 menter illos reformidat, si uero fortes, ne quid audeãt libertatis a  
 more, si sapiẽtes, ne quid machinẽtur aduersus illũ: si iusti, ne mul  
 tudo cupiat ab illis iustis gubernari. Prosequitur inferius dicẽs.  
 Nō ditabitur, nec perseverabit substantia eius: nec mittet in ter  
 ra radicem suam, nec recedet de tenebris. Difficillimum est mala

parta & multorum iniuria atque incommodo congesta diu retinere. <sup>37</sup> Poterit impius, & tyrannus florere ad tempus: poterit opibus, atque diuitijs multorum excitare admirationem, harum tamen rerum possessio non erit diuturna: fragili enim, aut potius nullo nititur fundamento. Quemadmodum arbor, quæ non in inanem terram radices immittit, sed ipsa tantum terræ superficie facile exarescit absumpto prorsum omni humore, ita vt ex-

Simile.

tingito virore inter ipsos oculos applaudentium; atque laudantium corruat, & deficiat: Sic de tyranno, totaque illius fælicitate iudicandum est. Quis nesciet Phærei Alexandri exitus, & aliorum multorum tyrannorum. Qui quoniam non probè fuerant radicati, facile exaruerunt, nec recessere de tenebris, hoc est, nunquã ab infelici rerum statu ad meliorem facere regressum potuerunt. Et quia arbores vt externo virore, ita & frondibus, & ramis se solent commendare, propositam metaphoram amplificat dicens. <sup>38</sup> Ramos eius arefaciet, flamma, & auferetur spiritu oris eius. Id quod est ramus, & frondes arbori, sunt etiam & amici, & consanguinei, ministri, assentatores, consiliarij impio Principi, aut tyranno: nam quemadmodum prodeunt rami ab ipsa arbore, & quemadmodum eodem alimento sustentantur, & naturam, & ingenium arboris referunt: ita hi omnes imitatores sunt tyrannicæ impietatis, qui illi semper sunt adiumento ad perficiendas suas libidines, & explendas impietates. Hos itaque (inquit Eliphaz) flamma diuinæ ultionis perdet. Et auferetur, inquit, spiritu oris sui. Vbi in Hebræo habetur. Disceditq; in spiritu oris. Qui locus sic potest explicari, vt quæ arbor videbatur in terra plantata, probeque radicata, virens, & frondosa, flante <sup>39</sup> Deo subito recedat atque dispareat, in cineres videlicet, & fauillas redacta. Et paulo inferius eius miserabilem exitum adhuc eleganti explicat metaphora sumpta à re rustica. Lædetur, ait, quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Nam vitis fructus, & fructus oliuæ, dum florescunt inter cæteras arbores tenerrimi sunt & cuiusque nocimenti impatientes, & gelu infestantur, & decutiuntur imbribus ac deniq; ventorum flatus eis nocimenta inferunt grauissima. Vt ergo flos vitis, atque oleæ ita etiam & flos quidem fortunæ. Solent enim homines florere integerrima ætate, optimo habitu maximis vitibus opibus, & honoribus, ingenio, liberis, propinquis af-

Simile.

40 finibus, amicis. Cum ergo maxime floruerit impius (inquit Eliphaz.) tum maxime pelletur à vita cum nihil tale sperauerit. Caer sea como flor de Oliua y cortarle han en agraz.

## Potentes Tyranni quomodo in hac vita puniuntur.

**S**Aepe numero Deus in hac vita potentes tyrannos punit propter tyrannides, quas in proximos suos crudeliter, & immaniter exercent. Et hoc significant verba illa, quæ in libro. S. Iob scribuntur, scilicet. Immisit in rete pedes eius, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo: & exardescet contra eum sitis. Iod. 18.

Loquitur de homine potenti, maligno, & tyranno, quod perinde est, ac si diceretur. Suis se prauis consilijs ita implicabit, vt dàna, atque detrimenta non subtere effugiat, & ea, quæ in alios te-  
41 debat pericula, sibi euenient: id quod iniquis hominibus anxie David imprecatur dicens. Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit apprehendat eum, & in la-

queum cadat in ipsum. Hic vero, vbi nos legimus, Exardescet contra eum sitis, in Hebræo est Zamim: quod sitientes interpretatur. Quare intelligendum est. Exardescet contra eum sitis alicuius sitientis, id est, qui fortunas, & opes eius vehementer inhiat, eis que diripiendis neruis omnibus incumbat. Et additur de eodem. Abscondita est in terra pedica eius, discipula illius super semitam. Persistit enim Baldath Suhites in eo quod dixerat suis consilijs iniquos homines perituros, videturque huius rei satis considerandam rationem expone-

42 re: nam in ea: quam instituit, vitæ ratione, quam opportunissimam existimat ad auctoritatem sibi & potentiam parandam ea, quam munit, via, vt sui sit voti compos malum & incommodum maximum latet, in quod ex improviso ignarus incidet. Id ergo incommodi pedicam & discipulam illius appellat, in quam se suis sceleratis consilijs conijciat. Id, quod planius docet Ecclesiasticus dicens. Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & non agnoscet  
vnde adueniat illi illusio, & improprium superborum, & vindicta sicut leo insidiatur illi. Cuius rei vnicuique res hu-  
manas attente consideranti, exempla multa in vita succurrent

quæ homines certe maxime terrere debent, & à dolosis, ac per-  
 ditis consilijs auocare. Addit ultra Baldath. Undique terre-  
 bunt eum formidines. Quibus verbis doctissime modum  
 hominis impij describit, qui licet, cum res prospere cadunt  
 erecto animo sit, si offendat tamen, seque ei immutet fortu-  
 na vehementer metu exanimatur, ex flagitiorum enim con-  
 scientia magnus timor, & ingens oritur sollicitudo. Dixi-  
 mus, quod sepe Deus punit hic tyrannos, sed non semper  
 quia multi iniqui tyranni toto suæ vitæ tempore rebus huius  
 mundi potiti sunt, & gloria magna circūflexerunt. Sed quæro,  
 si res ita se habet, quod multi tyranni toto suæ vitæ tēpore glo-  
 ria magna potiti sunt quomodo intelligitur, quod in libro Iob  
 dicitur: scilicet, Gaudiū hypocritæ ad instar puncti? Vbi nomi-  
 ne hypocritæ impius intelligitur: nā in Hebræo est haneph, hoc  
 est impij. Sic etiā dixit David, Inimici vero Domini mox, vt ho-  
 norificati fuerint, & exaltati, quemadmodū fumus, deficiēt. Vt  
 autē id intelligamus, minime improborū gloriā metiri debemus  
 huius vitæ exiguo tempore quod nobis naturā ad viuendū dedit  
 tā parua enim mensura rem tantam minime comprehendemus,  
 sed mentem oportet in illam æternitatem traducere, quæ nulla  
 mēsurā circū scribi potest, quā sibi proponens David dixit. Mil-  
 le anni ante oculos tuos, tāquā dies hesternæ, quæ præterijt. Quod  
 difficile mortales rudes æternitatis breue tantum vitæ tēpus ex-  
 perti cognoscūt, ac sibi persuadent. Et propterea forte Græci hūc  
 versum interpretantes nihil de breuitate gloriæ impiorum dixe-  
 rūt, sed tātum impiorum lætitiā tristi casu gaudium perditio-  
 ne esse terminandū. Postea vero dicitur, Ossa eius implebuntur  
 vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere Dormient. Hæc ra-  
 tio dicēdi similis eius est, qua de bonis viris Diuus Ioānes in Apo-  
 calypsi, dixit. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Opera  
 enim illorum sequuntur illos. Sicut autē officia sua pios viros mor-  
 tuos sequuntur, eo quod magnā post mortē illorū mercedem à  
 Deo consequuntur ita ossa improbotum hominum implentur  
 vitijs adolescentiæ suæ, & cū eis in puluere dormiūt, eo quod mag-  
 nas apud inferos scelerū suorū pænas pendant, sicut de quodā di-  
 uite narratur apud Lucā, quod sepultus est in inferno, & magna  
 ibi supplicio propter scelera sua constringebatur. De hoc etiam  
 impio sequitur ibidē. Cū enim dulce fuerit in ore eius malū, ab  
 scon-

Iob. 20.

Ps. 36.

Ps. 89.

Apocal. 14.

46 abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non de relinquet illud, & celabit in gutture suo. Vbi describitur homo profligatissimus & ad omne scelus proiectissimus, qui pecandi cōsuetudine ita vitijs cumulatus est, vt nihil illū consciētia pungat, aut Dei, officij ve cura remordeat, sed vehementer flagitijs, & peccatis delectetur. Cum dicit, Abscondet illud &c. alludit ad rationē agēdi eius, qui fructum, aut bolum sibi iocundissimū non deglutit, sed quo magis delectetur in ore versat, linguaq; in quavis gustatus posita est voluit, atque reuoluit. Vt ita declaret, quam iocundum scelus sit quibusdam sceleratissimis hominibus. Huius rei exempla multa traduntur in hystorijs Sardanapali, Neronis, Heliogabali, & aliorum immanium hominum, sed quia hæc cito finiuntur; additur, Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Aspides venenum dicitur esse amarissimum ita, vt hac potissimum de causa mortiferum sit. Panem autem vocat Hebræa dicendi ratione (qua quicumque cibus panis vocatur). cibū illū, quo vt superiore versu dictū fuit, adeo delectatur, vt illud sub lingua contineret, idest, peccatum. Peccatum igitur, quod fuit illi iocundissimum, vertetur in fel aspidum, idest, erit e amarissimum, & horribile, cum panis quas illo meruit, afficiatur. Et sequitur, Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet illas Dominus, idest: cum motce, fuerit absumptus missas faciet & diuitias, quas comparauerat, nec illi in tormentis vllō modo subuenient, sicut canebat David Quoniam cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. Aspides, viperæ & aliæ serpentes, quæ morfu veneno inficiunt, constat id in capite reconditum habere: nam est eorum saliuum, quod lingua in id vulneris iniiciunt, quod dentibus imponunt. Propterea ergo dicitur. Caput aspidum suget &c. idest, amarissimum hauriet venenū, quo panis eius iocundissimus in fel conuertatur, idest, grauissimo supplicio scelus eius vindicabitur, est enim eiusdem sententiæ alijs verbis repetitio. Quoniam autē duplici pœnarum genere, ex theologorū sententia, iuui homines multandi sunt vno, quo in æternum agentur cruciatum, altero, quo amicitia Dei, & beatæ eius vitæ expertes fient: omnibus his verbis, actum est de primo genere, sequenti vero versu agitur de altero: sequitur enim. Nou

Pf. 36.

videat

videat riuulos fluminis torrentes mellis, & butyri. Riuli, flu-<sup>49</sup>mina, & torrentes rerum copiam, & affluentiam significant: mel & butyrum res quasque iocundissimas. Gratia ergo, & gloria Dei, quæ melle, butyroque iocundiora, & suauiora sunt iniquus homo priuabitur, quia tamen hæc omnia æterna erunt sequitur. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, hoc est perpetuis pænis afficietur iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic sustinebit: id est, supplicium pro meritis erit, sicut antea dictum fuit: Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius. Postquam vero actum est de supplicio, quo sunt homines iniqui constringendi, agitur statim de peccatis, quibus tantas pænas commeriti sunt his verbis. Quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit & non edificauit eam. Cum autem varijs diuersisque flagitijs inquinati fuerint, quibus & <sup>50</sup> in Deum impij in se nefanda libidine spurci, & obscæni, in homines crudeles, & acerbi extiterunt, tantum rapinam, & alienorum bonorum direptionem commemorat. Ex quo intelligitur tam graue id scelus esse, vt vel solum merito tanto supplicio vindicetur. Quod est maxime aduertendum: nam ita plerunque in sacra sit scriptura, vt cæteris hominum flagitijs prætermisis hoc vnum ponatur, ad declarandum, quanta sint pæna, & cruciatu digni. Pauperem appellat eum, qui vim illatam sibi propulsare non poterat, quem à diuite confractum, & nudatum esse dicit eo quod præterquam quod eum fortunis spoliavit, contumelijs etiam, ignominijs, plagis, & alijs modis vexauit, sicut clarius dicit Propheta <sup>51</sup> Isaias. Rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis. Ac si diceret. Quam non edificauit domum alienam diripuit & alienas fortunas inuasit, sed est maxime notandum, quo tempore impium hominem in cruciatum dicat esse dandum, cum satiatus, inquam, fuerit arctabitur, estuabit, & omnis dolor irruet super eum. Quod iniquos homines maxime terrere deberet, qui satiari vehementer expetunt diuitijsque, & delicijs, vt abundant, laborant. Quare interitum suum, & magnam ruinam quærere videntur. Ex quo factum est vt cum grauius Dei gratiam exulcerasset Israel & illum Deus acerbè punire decreuisset per Prophetam Oseam dixit. Quo-

52 niam sicut vacca lasciuens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine, id est, sicut pecoris Dominus, eum agnum, quem sibi occidere decreuit, vberime pascit, vt pinguem reddat. Cum qua re conuenit illud, quod canit. S. Dauid. Ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum. De hoc etiam inferius dicitur. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur. Chaldæus vero interpretis ignem gehennæ esse dicit, de quo narrat Propheta Isaias. Preparata est ab heri thophet à Rege preparata profunda, & dilatata. Nutrimenta eius, ignis, & ligna multa, flatus Domini sicut torrens fulguris succendens eam. Et additur. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, id est, nota erit, & omnibus manifesta iniquitas eius. Quod fieri solet, quando publica autoritate iniquus homo ad supplicium rapitur. Est autem hebræa dicendi ratio, ad significandum rem testatam, & in medio positam esse, vt cæli eius esse testes, & eam reuelare dicantur. Quamobrem inquit Regius vates Annuntiabunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. 53

Psa. 77.

Isai. 30.

ps. 96.

### Potentes domini & tyranni ex bonis receptis sumunt occasionem superbiendi.

54 Non faciunt (ait Seneca) meliorem equum aurea fræna, neq; hominem præstantiorem fortunæ ornamenta. Empturus equum phaleras, & cætera ornamenta tollit, nudumq; considerat: idem etiam facere debet quisquis hominis præstantiã diiudicare cupit, non illum ex fortunæ additamentis, sed ex animo, & virtutibus) quæ propria hominis, & vera bona sunt æstimet. Cur ergo sibi potentes, & opulenti homines magni videntur. Nimirum quia metiris illos cum basi sua. O singularem hominis ethnici sententiam. O æterne Deus & quam multis potentia, perditionis est causa: David enim si priuatus homo fuisset, nec omnia in eius arbitrio sita essent, fortasse alienam vxorem non concupisset, aut certe non facile in domum suam solo iussu adducere potuisset, nec deinceps eius virum interfici præcepisset. Sed (o mira Dei iudicia)

dicia) quo tempore Vrius Etheus non est ausus accedere ad suam, 55  
 Dauid alias sanctus, & Spiritu sancto plenus inuasit alienam. Hoc  
 exemplo colligere eorum pericula licet, qui in potestate degunt,  
 quibus videlicet omne, quodlibet videtur licere.

### Potentes Domini.

**E**Xistimo, quod nullo vnquam tempore erga se & pro sua uti-  
 litate vsus est sua omnipotentia dominus Iesus Redemptor  
 noster prater quã in ieiunio quadraginta dierũ vbi cũ esurisset ac-  
 cesserunt angeli & ministrabant ei. Benedic ergo hunc pium pro-  
 tectorem: qui aliquãdo esuriens non sibi produxit in ficu grossos:  
 & sitiens in cruce non sibi potum concessit. Pro nostra autem sa-  
 lute suam reuelauit potentiam. Quod si obijcias de multiplici re- 56  
 pressione inimicorum, vt cum parabant illum præcipitare de su-  
 percilio montis, aut lapidare: vbi transiens per medium illorum  
 ibat: respondemus quod in his, aut similibus sua omnipotentia  
 vsus fuit pro bono nostro sublimiori illa fecit, & ad perficiendam  
 dispensationem, & œconomiam mysterij Incarnationis. Habet  
 ergo principes & potentes huius sæculi magnam doctrinam in  
 Christo Iesu Redemptore nostro cuius potentia, pro aliorum uti-  
 litatibus multa bona dispensabat, vt doceret quomodo potentia  
 magnatum debeat seruire utilitatibus paruulorum.

Non est cur in potentia humana homines fidant flante enim  
 Deo omnia corruunt, omnia, tanquam infirma euanescent. Non  
 saluatur Rex (ait Dauid) per multam virtutem, nec gigas in mul- 57  
 titudine fortitudinis suæ. Fallax equus ad salutem in abundan-  
 tia virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi domini super metuen-  
 tes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Quæmad-  
 modum nubes magna exhalationibus nimis plena totum cælum  
 cooperit, & mundum tonitribus, & fulminibus terret, quæ sta-  
 tim in aquam resoluta cadit in terram, ex qua lutum efficitur,  
 quod pedibus teritur: ita potentes, & principes huius sæculi nu-  
 bes sunt plenæ fumis terræ in aere versantes, & superbia fortitu-  
 dine, opibus, ac potentiam totum orbem terrentes, flante verò  
 calamitate, vel infirmitate à Deo emissa, cadunt statim in terram

Ps. 31.

Simile.

78 & in lutum veuertuntur. Quid ergo superbis terra, & cinis? Humiliare sub potenti manu Dei, vt exaltet te in æterna felicitate.

Esaias Propheta pollicetur futurum esse, vt Dominus excitet gladium fortem, & potentem aduersus leuiatam serpentem antiquum; quæ locum quamuis de Sathana interpretentur aliqui: tamen de rege Babylonico primo est accipiendus, de alijsque principibus sæculi huius, qui pauperes homines, & tenues solent multis modis opprimere, atque vexare. Quos eleganter sanctus Propheta bestijs marinis assimilat, potius quam terrestribus, quia in mari multo sunt quam in terra maiores, & sauiiores, tum propter humeris luxuriam, tum alias ob causas, quas Plinius refert.

Esai. 17.

Plinius. lib. 9  
c. 2.

99

## Potentes tyranni & domini tribus præsertim vitijs immergi sunt.

**T**Ria vitia, fontem, & originem plurimorum malorum esse reperio videlicet faustus familiæ, atque inuentiones vestium, quibus quotidie alia atque alia forma renascentibus quod patrimonium sufficiens esse poterit? Secundum vitium est gula: nam cum vnum tantaxat nemus vel silua sufficiat ad sustentandum plurimos elephantes, leones, vrsos, atque alia bruta animantia, ventri vnius hominis nec tellus nec mare sufficit. Tertium vitium est ludus. Et hæc vitia maiori ex parte in dominis temporalibus huius mundi regnant, ex quibus tanquam ex fonte luxuriæ, tyrannides, atque alia plurima scelera oriuntur, inter quæ vnum valde infestum, & nociuum est inimicitiam cum Christi pauperibus habere, eisque elemosynas non erogari: nam cum præcipuum iter, quod nobiles & illecebris dediti ad saluandas animas suas habent, sit elemosyna quam pauperibus erogare debent, si hoc non agunt quod remedium habebunt ad animarum suarum saluationem? Et enim vigilias, ieiunia, disciplinas, atque alias corporis macerationes ipsi vehementer odiunt, & abhorrent. Vnde Sanctus Daniel regi Nabuchodonosor non dixit: In due saccum, sede incinere, ieiunij.

Danic. 4.

ieiunij corpus macera, terga verberibus caede, nudis pedibus gra- 61  
dere: hæc namque omnia à regio splendore, & maiestate aliena  
sunt; sed ei dixit. Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates  
tuas misericordijs pauperum. Si ergo domini huius sæculi om-  
nes dititias ludant, & consumunt (y estan empenados hasta los  
ojos) quomodo elemosynas pauperibus erogabunt? Igitur  
in maximo periculo, & discrimine eorum salus spiritualis sita est.  
Quid ergo vobis, qui ita pignerati, & impossibilitati estis aliud  
dicam, nisi quod Diuus Petrus in actibus apostolorū dixit. Sal-  
uamini à generatione ista praua. Cum autem potentes huius mū-  
di ita corrupti, & deprauati sint aliud super hoc ingens malum ha-  
bent (ex quo eorū ægrotudo fere irremediabilis est) videlicet quod  
recipere nolūt alicuius correctionem, quin potius ei, qui ipsos in-  
crepat dicunt id, quod Rex Amasias cuidam Prophetæ ipsum 62  
reprehendēti dixit. Nū consiliarius regis es? Quiesce, ne interfi-  
ciam te. Non sic fecit rex David, sed patienter tulit Prophetæ  
Nathan correctionem: sicut etiam Rex Ezechias reprehensio-  
nem Prophetæ Isaiæ, & Theodosius increpationem sancti Am-  
brofij humiliter sustinuerunt. Sed proh dolor quam pauci nunc  
extant Theodosij, & quam pauci viri sunt qui animum, pectus,  
& constantiam D. Ambrosij ad increpandum magnates habeāt:  
idcirco dicimus eorum peccata esse pene irremediabilia. Væ cym-  
baloalarum: dixit Isaias Prophetæ. Quod intelligi potest de hu-  
ius mūdi potētibus, qui sunt velut campanæ alatae, virtutibus va-  
cui, & aere vanitatis, ac superbiæ pleni. Tienen alas de grandes dig-  
nidades, officios, y gouernaciones, heró como a la hormiga le cre- 63  
cen alas por su mal, asi estos por su mal tienen alas de potencia,  
pues con ellas han de volar, hasta el infierno.

Actuum. 2.

2. Paralipo.  
25.2. Regū. 11.  
Isai. 39.

Isai. 48.

## Potentes Dominos decet clementia præditos esse.

**O**portet potentes dominos clementes esse, ac pios erga  
domesticos suos, & etiam erga extraneos. In Deuterono  
mio præcipiebat Dñs Hebræis vt in celebratione festorū  
hoc modo se gererēt. Epulaberis corā Dño Deo tuo tu, & filius  
tuus & filia tua, & seruus tuus & ancilla & leuites qui est intra  
por

64 portas tuas, & aduena, ac pupillus, & vidua, quę moratur vobiscū. Indignus est seruitute seruorū, & famulorū Dominus ille, qui quando ipse otio, & voluptatibus vacat, vult, vt serui eius laborent, & affligantur. Attendite Dei prouidentiam, qui quoties iubebat Hebræis, vt festiuitates cum gaudio, & comessationibus celebrarent, statim eis præcepit, vt etiā famulos suos, & pauperes in illis festiuitatibus sibi adhiberent, omnesq; simul gaudio, ac lætitia ibi afficerentur. In quo docuit non equū esse, vt Domini sine seruis suis gauderēt. Docuit etiā potētes huius sæculi quo pacto potentia sua vti deberent subditos suos mansuete, ac patienter tolerando, quando S. Moyse præcepit, vt verbis mansuetis postularerit à quibusdā regibus, vt sibi liceret per eorum terras transire: atq; ita inquit S. Moyses. Misimus nuntios

65 ad Seon Regē Eiebon verbis pacificis dicētes. Transibimus per terram tuam, via regia gradiemur, alimenta pretio vende nobis vt vescamur; aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Cum Hebræi tam potentes essent, & secum Dei fauorem asportarent, possentque Regem illum, ac terram eius destruere urbanitate illa vsi fuerunt. Addiscant ergo potentes huius sæculi, addiscant à creatore suo nō vti violentia, addiscant subditos ac vassallos suos tolerare, & ab eis pacificē & mansuete exigere id, quod vel etiam iuste eis debetur. Hoc apertius ostendit Dominus in libro Numerorum cum Rege Edom, quando misit Moyses nuntios ad eum, vt per terram eius sibi transire permitteret, cumque Rex Edom eis non assentiretur, iussit Dominus Hebræis, vt per alium locum iter facerent, ac si ipse vi-

66 res & potentiam ad illos euertendos non haberet. Ecce quomodo potentes Domini huius sæculi in hoc apertissimum habent exemplum, quo admonentur, ne à vassallis, & subditis suis vi extorqueant illa, quę ipsi eis concedere nolunt, & animaduertant como Dios no se desprecia de torcer el camino porque el hombre no consiente que passe por su tierra. Quis vnquam rem talem audiuit? Quis potens huius sæculi talem patientiam habuit? In his docentur potentes, vt subditos suos patienter ferant, & ne potestate sua quando ius, & ratio aliud postulauerint, continuo vtantur.

Deute. 2.

Num. 30.

Potentes tyranni sunt Dei flagella, quibus ipse populos flagellare solet: atq; ita Dominus Pharaoni dixit in libro Exodi

Exod.

Ad Rom. 9. c. (quem locum citat D. Paulus ad Romanos scribens) Posui te, <sup>67</sup>  
 ut ostendam in te fortitudinem meam: Videtur Dominus in  
 hoc dicere se impium Pharaonem crudelem fecisse ad ostendē  
 dum suam in eo fortitudinem. Ex quo infert carnalis homo.  
 Quid adhuc quæritur? Voluntati eius quis resistet? Quasi di-  
 cat. Si Deus hominem facit improbum, quomodo ipse pro-  
 bus esse poterit? Ad hoc respōdet ibi D. Paulus inquires. O ho-  
 mo tu quis es, qui respondeas Deo. Nūquid dicet figmentū ei,  
 qui se finxit. Quid me fecisti sic? Deus nō opus habet homines  
 improbos facere, ut suam ostendat potentiam, sed ipsi suæ vo-  
 luntatis depravatione se improbos efficiunt. Hoc autem quod  
 hic Dominus de Pharaone inquit, significat, quod cum Pharao  
 sua depravata voluntate improbus esset, & mortē iure optimo  
 mereretur, Dominus eū patiēter tulit, permisitq̄; , ut viueret & <sup>68</sup>  
 ipsum ad regni imperium euegit, & permisit, ut populi sui fla-  
 gellum esset, atq̄; in eo potentiam suam ostendit, ipsum tot fla-  
 gellis puniens, siquidem se indignum fecit, ut in eo suam Deus  
 misericordiam ostenderet. Itaque si Pharao alios flagellauit,  
 ipse etiam flagellatus fuit. Experientia apparet, quod montes  
 proceri, & alta cacumina, ac turres communiter à fulminibus  
 percutiuntur, in imis autem vallibus rarō fulmina ipsa cade-  
 re videmus. Sic diuina providentiā & ordinatione poten-  
 tes, ac magnates huius mundi magnis flagellis percutiuntur,  
 & multis aduersitatibus expugnantur, in quibus Deus suam  
 potentiam ostendit. Dicunt artifices, quod ad ædificandum  
 firmum, ac perpetuum ædificium oportet lapides esse quadra-  
 tos, nam teretes & rotundi non se tangunt, nec amplectun- <sup>69</sup>  
 tur nisi in puncto, atque ita sunt causa destructionis ædificii.  
 Idem contingit in hoc spiritali edificio: cum enim potentes  
 mundi Domini se se ad inuicem per charitatem non ample-  
 ctantur, porque non estant quadrados con las virtudes antes son  
 como piedras rollizas, y redondas inchados con soberuia, que  
 non se tocan vnos con otros sino en vn punto, pues toda su vi-  
 da vnos con otros andan en puntos, y en pñdonores, son cau-  
 sa de grandes dissensiones, y de grandes destrucciones de las Re-  
 publicas, y de toda la Sancta Iglesia.

Daniel. 4.

In libro Danielis refert sacra scriptura regem Nabuchodo-  
 nosor vidisse arborem magnę altitudinis ad cuius vnam erat  
 pluri-

70 plurimæ aues, & animantia; & sicut idem Sanctus Propheta explicuit, arbor illa erat ipse Nabuchodonosor superbus, ac tyrannus sub cuius vmbra, & protectione homines bestiales, & vani per aues illas ac bestias significati, viuebant. Y si este mal se acabara alli harto bien fuera, pero ha cundido tanto, que hallgado a los poderosos señores de la Christiandad, porque pocos sanctos, ni virtuosos, ni deuotos, ni sabios hallareys, que moren en sus casas, ni se cubran con sus ramos, con su sombra, y con su fauor; solo hallareys en sus casas hombres bestiales, y vanos que hablan al favor de su paladar, y son terceros y instrumentos para el cumplimiento de sus torpes appetitos, y tiranias. Cierto si todos los grandes pagassen a sus criados lo que por ellos hazen peccando para cumplir sus appetitos, como 71 Dauid pago a los que le traxeron la cabeça de Isboseth, no se harian tantas offensas de Dios como se hazen para agradar a 2. Reg. 4. a los señores del mundo.

### Potentes Domini in duobus præcipue exercere se debent.

**X**enophon princeps Philosophiæ, & eloquentiæ dicere solebat Dominum temporalē duo præcipua habere debere, videlicet honorare obediētes, eisq; fauere: & inobedientes punire, ac castigare. Nam sicut corpus nō potest esse perfectū, nisi duo brachia habeat; ita qui præest, non potest recte gubernare, nisi & faueat probis, & improbos coerceat: vtro autē horū magis vti debeat, explicuit, & declarauit imperator Titus cuidam amico suo hāc sibi quæstionē proponēti affirmando, q̄ el hazer mercedes es el braço derecho, y el castigar culpas es el yzquierdo, & quēadmodū dextro brachio plus vtimur quā sinistro, & contrarium est res mōstruosa: sic gloriosius est virtutibus fauere, quam vitiis punire. Nam in illo splendet amor in hoc autem timor. Huc spectat illud Beati Augustini dicētis eum, qui rem publicam aliquam gubernat, optare debere potius diligi, quam timeri: quod significauit visio illa quam vidit Propheta Ezechiel, qui ait se vidisse in quodam tēplo plurimos cherubines depictos quorum quilibet duas facies alteram hominis, alteram vero leonis habebat, y con cada vna dellas miraua para vnas

Simile.

Ezech. 47.

palmas que estauan entre cherubin, y cherubin. Cherubin, secundū B. Hieronymū, significat quasi plurimos, que es el principe o el perlado, que se llama quasi muchos: nam omnes virtutes quæ per subditos sparsæ sunt, in eo simul esse debent ya de ser, quasi muchos, porq̄ ha de acudir a todos, y ser de todos. De manera q̄ quiẽ menos ha de tener en el es el. Tener cada Cherubin dos caras vna blanda de hombre y otra ceñuda, y braua de leõ, es enseñar Dios, que el principe y señor a los buenos se ha de mostrar blãdo, y suauẽ: y a los malos aspero, y temeroso, mas aora fauorezca al bueno, aora castigue al malo siempre ha de tener los ojos puestos en la palma, q̄ es el premio de la victoria, y el eterno galardón al qual Sant Pablo llama corona de iusticia

1. Ad Ti. 6. c.

que es Dios. In hoc ergo oculos suos collocare debet ille, qui errare noluerit. Cum autem dicitur tēporales Dominos debere 74  
 equitatem seruare, non significat eos tantum vnīs quam alijs tribuere debere, hæc enim æqualitas potius inæqualitas est, sed vult dicere, quod munera ac beneficia debent esse æqualia meritis, & supplicia delictis. Sol quando suis radijs percutit alicuius ædificij frontispitium, per omnes fenestras quæ in illa parte apertæ sunt, ingreditur, sed cum aliæ alijs ampliores sint, fit, vt per alias plurimum splendoris, per alias vero parum ingreditur, & tamen dicimus solem æqualiter per omnes illas fenestras ingredi, non quia tantum per vnā quantum per aliam ingreditur, sed quia æqualiter, & iuxta magnitudinem cuiusq; ingreditur. Sic tunc dicimus principes, & prælatos æquales, ac iustos esse nõ quando tantum fauoris præstant ijs, qui parua merita habent, quantum ijs, qui magna, sed quando beneficia 75  
 quæ eis conferunt meritis proportionantur. Qui hoc habuerit vere princeps erit, & æquus Dñs: si vero nullus reperitur, qui hoc habeat, ille, qui magis huic propinquus fuerit iustior erit: sicut ex plurimis sagittarijs, qui in album sagittas dirigunt, licet nullus scopum figat, ille melius sagittam dirigere dicitur, qui propius albo accesserit, & pertigerit.

simile.

simile.

Plurimi sunt, qui cum se in prælaturis, & dignitatibus collocatos vident, volunt vltionem sumere de illis, qui ipsos offendunt, quando illud munus, vel illam dignitatem non habebāt. Non sic fecit Traianus ille Græcus, qui cū tyrannos Athenienses interfecisset, & solus in omni principatu remansisset v-

dens

76 dens plurimos adhuc existere, qui ipsum offenderant, legem  
 quandam instituit, qua præcepit, vt nullus propter præteritas  
 culpas puniretur, aut accusaretur, ne videlicet occasionem habe  
 ret vlciscēdi iniurias sibi ab inimicis suis illatas. Legitur de quo  
 dā duce de Vriens, quod cū aliquando iniuriam ab alio poten  
 ti Domino accepisset, tandē tractu temporis ad regni Franciæ  
 culmen euectus est, cumq; aliqui ipsum hortarentur, vt illatam  
 sibi iniuriam vindicaret, siquidem per tempus, & potentiam si  
 bi licebat, respōdit non licere regi Galie vlcisci iniurias sanctas  
 Duci de Vriens, nec eas in memoriā reuocare. De huiusmodi  
 principibus omnes huius tēporis gubernatores exemplū sume  
 re debebāt, sed plurimi adeo infimo ingenio præditi sunt, vt mu  
 77 nera & officia nō acceptent, nisi ad vindictā de inimicis suis su  
 mendā. No ay cosa, en q̄ mas vn hōbre se descubray manifeste,  
 q̄ en gouernar alli se conoce su pecho, y su marco. El hōbre sin  
 officio es mercaduria cerrada, q̄ no se vee della sino el embolto  
 rio, y no mas, pero el officio desembuelue vn hōbre, defatale, y  
 muestra lo q̄ no se parecia. Vas vacuū licet rimas habeat, nō po  
 test facile defectus eius videri, quousq; liquor aliquis in illud in  
 fundatur, entōcēs comiença a reçumirse, quando esta lleno. Sic  
 plurimi sunt, qui quādo munus, seu officiū nō habēt, plurimos  
 defectus suos operiūt: at vbi primū officia accipiūt, & in aliqua  
 dignitate collocātur statim, quid intra se habeant, ostēdunt lue  
 go se reçumen, y descubren lo que tienē. Vnde optime Philo  
 sophus ille Græcus nomine Pitacus inter septem Græciæ sa  
 78 pientes annumeratus dixit, Magistratus virum ostendit.

## Potentes Dominos decet humilitas.

**B**Eatus Chrysostronus in quadā homilia inquit. Puto quod  
 Centurio inter seruū, & Dominū nullā differentiā estimā  
 bat, sciens, quoniā etsi dignitas in hoc seculo diuersa est inter il  
 los, vna est tamē natura illis. Ideo magis Dei imaginē honora  
 bat in homine, quā opus captiuitatis cōtēnebat in seruo. Quod  
 Deus non secundū suā iustitiam creando disposuit, sed propter  
 peccata hominū permittēdo suscepit. Si tu enim Dominus pre  
 tiū dedisti pro seruo, Deus spiritū suum plantauit in eo: quāto  
 ergo maior est spiritus Dei, quā pretium hominis, tanto maius  
 est, quod ametur, quam quod cōtemnatur in seruo. Vide ergo,

B. Crysosto.  
 Hom. 22 sup.  
 Matth. 10. 2.

ne fortè si tu propter pretium tuum abusus fueris illo sine timore Dei, Deus propter spiritum suum rationem à te exigat sine misericordia. Audiant etiam, & intelligant serui. Sicut enim habent Domini, quod imitentur in Centurione, propter eius misericordiam, sic habent & serui, quod imitentur in puero Centurionis propter eius sinceritatem. Putas enim qualis erat ille puer, vt sic amaretur à Domino? Secundum dilectionem Domini mensurate fidem serui. Nec enim possibile erat, vt sine pretio bonorum morum talem sibi dilectionem Domini comparasset. Domini ergo seruis debent amorem, propter communem naturam: serui autem debent Dominis suis timorem, propter ordinationem diuinam. Et in seruis Christus ametur à Dominis, & in Dominis Christus timeatur à seruis. Et quanuis non satis male torquebatur ille seruus, tamen aestimabat illum Dominus male torqueri, quia sic diligebat eum. Nam vnusquisque, quem diligit, & si modice fuerit tædiatus, grauius eum putat habere, quam habeat.

### Potentes tyrannos potenter confringit Dominus.

Zacha, 2

**I**Nter mirabiles visiones, quas Propheta Zacharias vidit, vna singularis fuit, quam ipse enarrat dicens. Et leuavi oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me. Quid sunt hæc? Et dixit ad me: hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Hierusalem. Cornu autoribus sacrosanctis robur, & vires significat, quibus & nos defendimus, & alios lædimus. Metaphora ducta ab ijs animalibus, quibus cornua sunt à natura data: illis enim eorum præcipua vis ad alia oppugnanda continetur. Sic Dauid in Psalmo dicit. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Idest, vires, & robur peccatorum labefactabo, vires vero iustorum confirmabo: quasi dicat. Validiores, & potentiores erunt iusti, quam impij. Et quoniam prouinciæ siue nationis vires, atque potentia in regno posita sunt, hinc factum est, vt cornu pro regno vsurpetur. Vt in 1. lib. Regum, Dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui, Quod de regno Messiaë Chaldaicus paraphrastes interpret-

Psalms, 74

1. Reg. 2

83 Interpretatur cui respondet illud Luce: & erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Id est, regnū Messie, quod nobis salutem allaturū erat, stabiliuit in domo David. Quare non dubium est quin quatuor cornua, quę ostensa sunt sancto vati significant quatuor regna, quę infestissima fuerunt Ecclesię; & ob eā causam dicit: quę ventilauerunt Iudā &c. Quo grauissima oppressio significatur. Primum regnum fuit Chaldæorū, à quo regnante Nabuchodonosor regnum Iudę vastatū fuit. 4. Reg. 11. 3  
 Alterum Persarum, quod regnante Assuero nimis Hierusalem perturbauit, edificium vrbis, & templi impediuit. 1. Esdr. 4  
 Tertium Græcorum, quod regnante Antiocho Catholicam rempublicam obruit, & fere deleuit. 1. Mach. 1  
 Quartū Romanorū, quod quantum Ecclesiā agitauerit, quantū vastauerit, sexcentę narrant historie.

84 Sex enim Imperatorum, Neronis, Traiani, Maximiani, Diocleciani, Maxentij, Decij, nefarijs, & iniquis edictis omnes Christiani per orbem terrarū interfici iussi sunt. Hos ergo visio Zacharię Prophetę præfagit. Ita Chaldeo interpreti visum fuit, qui interpretatione sua quatuor expresse regna reddit, ita plerique interpretes Latini, & Hebręi censent. Deinceps igitur vates ait: Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Hieronimo, & alijs placet hos fabros esse quatuor angelos, à quibus hęc quatuor regna cōuulsa, atq; deleta sunt. Quidā vero Hebręus magni nominis inter Hebręos vult hos quatuor fabros esse quatuor reges, qui regna illa infregerūt: ita vt faber, qui deiecit cornu Chaldæorum, fuerit Cyrus Persa, qui vero cornu Persarum conuellit fuerit, Alexander Gręcus, qui cornu Gręcorū Scipio Asiaticus, qui cum cōsul Romanus esset, superauit Antiochū: Item alij Imperatores Romanorum, qui Gręcos in potestatem suam redegerunt. Faber verò ad præscindendum cornu Romanorum fuit Attila, vel Totila, & alij, qui Romanum Imperium labefactarunt. Quę explicatio mihi non displicet. Sed si magis primę sententię assentiamur, fateri saltem debemus, hos reges secures, siue malleos fuisse, quibus angeli ad illa cornua amputanda, aut confringenda vsi sunt. Illud autem in hoc loco nobiscum meditari debemus, ad vitam nostram dirigendam, & cum veritate colendam, nullas esse opes, nullas vires, quibus se quisquam munire, aut res suas certis præsijs firmare possit. Corruerunt quatuor regna & imperia post

hominum memoriam florentissima, atque firmissima, quæ ter 86  
 rori fuerunt orbi terrarum. Quis ergo fortunæ confidet? Imo  
 quo erectior, & sublimior eius status videtur, eo propius im-  
 pendet ruina. Id significauit arbor illa tam vasta, & ampla, &  
 quæ tantas radices egerat, quæ Nabuchodonosori per insom-  
 nia apparuit, vt Sanctus Daniel interpretatus est, & declarauit.  
 Daniel. 3. Cum enim robustior esse videbatur, mādatum est cuidam An-  
 gelo, vt illam conuelleret. Cum maiori confidentia, & securita-  
 te fretus Balthasar conuiuia agitabat, illa ei manus representa-  
 ta est, quæ in pariete eum esse interficiendum scripsit, ipsaque  
 eadem nocte, & ciuitas à Cyro capta, & ipse necatus est. Quo  
 Hierc. 9. circa rectissimum illud præceptum est Hieremix. Non glorie-  
 tur sapiens in sapientia sua: & non gloriatur fortis in fortitudi-  
 ne sua: & non gloriatur diues in diuitijs suis. Sed in hoc glorie. 87  
 tur, qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus,  
 qui facio misericordiam, & iudicium in terra. Hæc enim pla-  
 cent mihi, ait Dominus. Nec copijs vnquam, & viribus ad alio-  
 rum damnum & incommodum abutamur, scientes fabrum es-  
 se à Domino constitutum ad huiusmodi cornua excidenda, &  
 se summissæ gerentium erigenda, & exacuenda, quibus hostes  
 suos dissipent, & omnia cornua peccatorum confringant. Et  
 Pfalm. 74. exaltabuntur cornua iusti. Vt inquit David. Et Esaias quoque  
 nomine Dei ait. Quiescere faciam superbiam infidelium, & ar-  
 rogantiam fortium humiliabo, id est, eorum, qui sibi robur, &  
 potentiam arrogat, neque intelligunt vsum sibi ad tempus  
 esse permissum, proprietatem vero penes Deum ita esse, vt quo-  
 ties, & quando cunq; ipse voluerit, eam vni detrahere, & alte 88  
 ri concedere possit. Ideo salutare illud est Ecclesiastici consi-  
 lium. Quanto magnus es humiliate in omnibus, & coram Deo  
 inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius. Et vt fi-  
 nem faciam illud pro certo habeatur, vt qui se non humiliave-  
 rit à Deo humiliabitur, qui ad extremam de trudit miseriam.  
 Quod vt sibi quisque persuadeat, horum tyranno-  
 rum, & cæterorum potentissimorum  
 regnorum exemplum satis  
 esse debet.

# P R A E D E S T I - N A T I O N I S E T reprobationis differentia.



N hoc est magna diffentia, & distantia reproba-  
tionis, & prædestinationis diuinæ: quod voca-  
tio, iustificatio, & glorificatio sunt fructus, &  
effectus prædestinationis. De quo Beatus Pau-  
lus ad Romanos scribēs ait. Quos prædestinauit,

Ad Rom. 5

hos & vocauit: Quos autem vocauit, hos & iustificauit, quos  
autem iustificauit (finaliter scilicet) illos glorificauit. In qua  
sententia electio, vocatio, iustificatio ex liberalitate Dei con-  
stant: glorificatio autem merces est etiam operū bonorum. Vn-  
de ex pacto, & lege diuina dicitur glorificatio corona debita, &  
iustitia. Peccata vero nō sunt effectus reprobationis, imo causa  
vltimi effectus, qui propter propria peccata infligitur: non qui-  
dem actus diuinæ voluntatis causa sunt, sed ordinationis ad pœ-  
nam æternam, præuisa finali impænitentia, vt docet Scotus  
lib. 1. & in hoc concordat Beatus Thomas cum Scoto super  
Epistolam ad Romanos. Et omnes scholastici in hoc etiam con-  
sentiunt, si sano modo intelligantur.

Ad Ti. 4

scotus lib. 1.  
dist. 42. quæ.  
vnica,  
B. Thom. su.  
9. c ad Rom.  
lectione. 2.  
schola. 1. sen-  
tent. dist. 41.

Nota etiam, quod ad reprobationē sunt tria. Permissio pecca-  
ti, ipsum peccatū, & æterna punitio. Neque hæc tria simul sunt  
effectus reprobationis diuinæ, quemadmodam omne ordi-  
nans in vitam æternam, est effectus prædestinationis. Vnde  
diuersa est sententia de causa reprobationis, & prædestinatio-  
nis: quia vltimus effectus reprobationis, qui est punitio, ha-  
bet causam ex parte reprobati, scilicet culpam: cuius nullo mo-  
do Deus est author: prædestinationis autem vltimi effectus, sci-  
licet beatitudinis, licet sit in nobis aliqua causa scilicet, meritū,  
id tamen est à Deo prædestinante: & sic de effectu toto vtrius-  
que scilicet reprobationis, & prædestinationis alia & alia est sen-  
tentia, vt docet Beatus Thomas: quia licet præscientia meritorū  
non sit causa prædestinationis, præscientia tamen demeritorum  
modo quodam speciali causa est positivæ vltimi effectus repro-  
bationis, quia propter demerita præscita, nec à Deo preparata

B. Tho. 1. p.  
9. 23. arti. 5.

B. Tho. 1. p. q. 23. art. 5. ad. 3. ad Roma. 9

Matth. 20

B. Tho. 1. p. q. 23. art. 5. B. Bonau. 1. sent. dist. 41. art. 1. q. 1

statuit à se quosdam perpetuo puniendos: & in hoc diuina bonitas suo modo in hac iustitia participatur. Voluit namq; Deus in hominibus, quantū ad aliquos, quos prædestinat, suā representare bonitatem, per modum misericordiæ parcendo: & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum iustitiæ puniēdo, vt docet Beatus Thomas. Hanc rationem ostendit B. Paulus in Epistola ad Romanos dicens. Volens Deus ostēdere irā, (idest, vindictam) iustitiæ, & notam facere potentiam suam sustinuit (idest, permittit) in multa patientia vasa iræ apta, in interitum, ex propria culpa, quam Deus non fecit, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ ipse fecit, & præparauit in gloriam. Neque in hoc iniquitas apud Deum, si inæqualia, non inæqualibus præparat: hoc enim esset contra iustitiæ rationem si prædestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratia. In his autem, quæ ex gratia dantur potest quisq; pro libito suo dare, cui vult plus, vel minus, absque præiudicio iustitiæ, dummodo nulli subtrahat debitum; & hoc est quod dicit pater familias apud Matthæum. Tolle quod tuū est & vade. An non licet mihi, quod volo facere?

Nota secundo, vt ad difficillimam sententiam cum veritatis face accedās, & confirmare possis, quæ proximè diximus: scilicet quod prædestinationis nulla datur causa: reprobationis vero aliquomodo sic. Primū ostenditur; quia volens ordinare aliquē finem, & ea, quæ sunt ad finem, prius vult finem, quam aliquid eorum, quæ ad consequentiā finis spectant, quia propter finem vult media, vt ait Beatus Thomas, & Beatus Bonauentura. Sicut qui vult orare Deum, vult locum quietum, & ieiunium, & domū sacrā, sed prius vult orare: hic enim est finis intētus, & desideratus, seu volitus. Deinde vult media ad hunc finē ordinata, scilicet ieiuniū, per quod mens eleuari possit in Deū, & locum solitariū, ne ex tumultuante populo distrahatur, & minus grata sit oratio. Et vult sanctam ædem, quæ domus exauditionis est. In his omnibus prius vult finem, & media deinde ordinata ad finem. In hunc modum Deus vult creaturæ Beatificabili finem, idest, beatitudinem perfectam. Prius quidem vult ei gloriam, ac deinde media ad consequentiā eius. Hæc sunt fides, bonus vsus liberi arbitri, gratia, & finalis amicitia. Ergo prius vult beatitudinem tali creaturæ, quam aliquod istorum,

rum, & prius vult ei aliquod istorum quam præuideat habituram. Manifeste ergo sequitur, quod propter nullū istorum, scilicet, propter fidem præuisam, quæ donum Dei est, aut propter bonum vsum liberi arbitrij, qui à Deo est, & eius amicitiam finalē, Deus prædestinat: cū potius sint effectus propositi, & diuine voluntatis prædestinantis, quam causa eius. Et impossibile est velle primum propter posterius, sed è contra. Secundum demonstro: quia damnatio non videtur bona, nisi quia iusta, (vt inquit Scotus, ) crudelitatis enim est punire aliquem non præ existente in eo culpa. Igitur non videtur Deus aliquē velle punire quin præuideat esse peccatorē. Nō ergo primus actus diuine voluntatis circa Iudā est, velle dānare Iudā, pro vt offertur in puris naturalibus, quia tunc videtur velle damnare illum sine culpa. Sed Iudas offertur diuinæ voluntati sub ratione peccatoris, antequam velit ipsum damnare. Nec Deus prius est vltor, quā homo sit peccator, inquit Beatus Augustinus. Ergo cū reprobare positivè sit velle damnare, reprobatio habet ex parte obiecti rationem aliquam, scilicet finale peccatum præuisum. Vnde Beatus Augustinus libro de prædestinatione sanctorum ait. Prædestinauit eos, quos elegit: reliquos vero reprobauit, id est, ad mortē eternā præsciuit peccaturos. Ex natura boni, & malitatio huius diuersitatis nascitur, nimirum quia omnia bona tribuuntur, & iure optimo principaliter Deo: mala autē nobis. Et ita cōgruit bonitati suæ prædestinare sine præuisis bonis operibus, imo dat bona opera ad consequutionem: sed velle dānare, suæ adscribitur iustitiæ: quæ quidē iustitia vindicatiua malum culpæ habet pro obiecto, & non certe hominē in puris naturalibus, qui, vt sic, neq; gloria, nec pēna aliqua iudicatur dignus. Hoc verba Hieremię optime confirmant, qui ait. Domine omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuientium Dominum. Est liber vite, de quo in Psalmo nomine Christi Redemptoris nostri dicitur: In capite libri scriptū est de me. In hoc libro scripti sunt quotquot præordinati sunt ad vitam eternam. In terra autem scripti sunt, qui ad astra, & sedes regni celorū non perueniunt; in qua scriptura scripti sunt, vt hic ait sanctus Propheta, quia dereliquerunt venam aquarū viuientium Dominum.

Scotus. 1. sen.  
ten. dist. 41.  
q. vnica,

B. Augu. c. 4.  
super Gene-  
sim.

B. Augu. lib.  
de præd.

Hiere. 17

Psalm. 48.

Prædestinatio licet infallibilis necessitatem non imponit. 10

**O**bservandum est prædestinationem certissime & infallibiliter suum effectum consequi: nec tamen necessitatem ipsa prædestinatio imponit, ut scilicet effectus cum necessitate proveniat. Nam cum prædestinatio sit pars providentiæ, & non omnia, quæ subduntur providentiæ, necessarias causas habeant: sed aliqua contingentes, aliqua verò necessarias, inde est, quod in prædestinatis, qui liberi arbitrij gaudent facultate, libertas remanet, & contingentia: Certissime tamen salvantur quicumque prædestinati sunt. Et sic comprobatur, quod providentiæ ordo est infallibilis. Sic & ordo prædestinationis est certus. *2. Petr. 1.* Observa obsecro, gravissimam annotationem ex doctrina Apostoli Petri pro illa distinctione Theologorum de sensu diuiso, & composito. Inquit enim Beatus *Nota profen* **A**postolus. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim *su diuiso &* **f**acientes non peccabitis aliquando. In qua sententia nisi uti *sensu compo-* **f**acientes non peccabitis aliquando. In qua sententia nisi uti *sito.* **f**acientes non peccabitis aliquando. In qua sententia nisi uti velis distinctione sensus diuisi, & compositi, gravissime impinges, & implanaberis. Quid est; hæc enim facientes non peccabitis aliquando? In sensu composito illud debes interpretari, quod scilicet, iustus, dum ministrat in fide sua virtutem, in virtute scientiam, & in scientia abstinentiam, & in abstinentia patientiam, & in patientia pietatem, & in pietate amorem fraternitatis, & in amore fraternitatis charitatem, (quæ omnia proposuit diuinus Petrus) dum ergo hæc facit iustus, non peccat: & hic est sensus compositus. Quod si in sensu diuiso esset interpretanda litera, certe falsa esset. Post hæc omnia peccare quidem potest iustus, & aliquando peccat. Necessario ergo debes uti illa distinctione sensus compositi.

*2. Ad Timo.*  
*2. cap.*

Maxime etiam perpendenda sunt pro hac materia verba illa **B.** Pauli in Epistola ad Timotheum ubi ait. Cognouit Dominus qui sunt eius, & discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. O mirabilis sapientia doctoris gentium. Ne quis sibi vanè promitteret salutem, etiam si notus, & prædestinatus sit à Deo, vel quia inuocat nomen Dñi, quibus duobus videtur repromissa salus, & consequutio regni, addidit, quod subinde *necessa-*

13 necessariū est, & ex libero arbitrio cum Dei adiutorio: & discer ab iniquitate. Non sufficit notum à Deo esse, vel etiam invocare sanctum nomen eius. Sed oportet discedere ab iniquitate, & operari iustitiam. Sigillum diuinæ prædestinationis superscriptionem hanc habet: Et discedat ab iniquitate: nec dicere licet. Si prædestinatus sum, saluabor vtcumque vixerō: quia sigillū hoc in mente æterna inscriptionē hanc habet: discedat ab iniquitate. De quo regius vates inquit. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Psalm. 14.

## Prædestinatio quid sit,

14 **B**Eatus Augustinus libro de prædestinatione sanctorum ait. Prædestinatio est diuinę volūtatis per gratiā electio. Prædestinatio Dei multis est causa stādi, nemini est causa labendi. Sicut tu memoria tua nō cogis facta esse, quę præterierūt; sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quę sunt futura. Hanc diuinam electionem, & prædestinationem Ecclesiasticus designavit his verbis. Omnes homines ex solo, & ex terra vnde creatus est Adā. Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit, & humiliavit, & conuertit illos à separatione ipsorum. Hoc est, (vt alia translatio habet) & evertit eos à suis sedibus. Quasi lutum in manu figuli plasmare illud, & disponere. Omnes vię eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddidit illi secundum iudicium suum. Hęc ibi. B. Aug. li. de prædestinatione.

15 Ad hoc altissimū mysteriū spectat, quod Dñs in Euangelio apud Mattheū ait. Vē tibi Corozain, vē tibi Bethsaida, quia si in Tiro, & Sidone factę fuissent virtutes, quę factę sunt in teolum incinere, & cilicio pænitiā egissent. Sciebat ergo Dominus hos melius vsuros gratiæ: quam tamen illis non exhibuit, vt appareat diuinam electionem ex diuina voluntate, nō ex meritorum præuisione pendere. Neq; enim hęc ciuitates recte vsę gratia, quibus tamen impensa est. Sicut nec populus Iudaicus, de quo Dominus in Psalmo secundum Beati Hieronymi versionem ex Hebræo ait. Quadraginta annis dilplicit mihi generatio illa, & dixi. Populus errans corde est. Ecce quomodo oblata gratia vti noluerunt. Et Tyrus: & Sidon recte ea vsurę Matth. 11: Psalm. 49:

Ad Rom. 11. *v*isura fuissent, quibus tamen tributa non est. Quo in loco li- 16  
bet exclamare cum Apostolo Paulo dicente. O altitudo diui-  
tiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia  
sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

## Reprobationis signa, & præ- destinationis.

Ad Rom. 8. **I**Nter omnia reprobationis, & obdurationis signa, duo mihi  
præcipua videntur: facilitas lethaliter sine ullo doloris sen-  
su peccandi (quod Salomon appellat, pedes veloces ad curren-  
dum in malum) alterum animabus proximorum offendiculo  
fuisse, ac ruinæ. Exigere enim æquitas diuinæ iustitiæ videtur,  
vt pereat, qui alios perire fecit, vt eadem videlicet à Domino 17  
mensura metiatur &c. Præcipuū autem prædestinationis sig-  
num est, bona vita diuque retenta innocentia. Si rex ingens  
aliquod palatium struat, & cedros in silua, lapides, signaque ad  
id coaptari iubeat, quisquis ibidem dolata ligna intueatur, faci-  
le colliget ea ad fabricam illam parata esse, quod non item de  
alijs lignis nondum excisis, aut dolatis conijci poterit, cum  
nil in eis appareat, propter quod merito de illis hoc existima-  
ri queat. Idem etiam de pijs, & improbis hominibus, (quan-  
tum ad prædestinationem, & reprobationem attinet) conijci  
poterit, quamuis secus aliquando contingat. Hoc autem in-  
uunt illa Apostoli verba. Quos prædestinauit, hos & vocauit:  
& quos vocauit, illos & iustificauit. Quos autem iustificauit, 18  
illos & magnificauit. Cæterum de his, quos nondum vocauit,  
neque iustificauit, merito dubitari potest ad quam sortem per-  
tineant, cum secundum præsentem iustitiam in reprobatorum  
numero collocati sint.

## Prædestinatio non præsup- ponit merita.

Exod. 33. **I**N libro Exodi loquens Dominus cum Propheta Moyse di-  
xit. Miserebor, cui voluero, & misericordiam præstabo, cui  
mibi placuerit. Non vult Dominus his verbis significare, quod  
gloria danda sit sine meritis, sed quod prædestinatio æterna,  
cuius

19 cuius effectus sunt merita non præsupponit merita, sed solum  
 diuinum beneplacitum pro quo obseruandum est, ex Beato  
 Thoma, quod prædestinare aliquem, est eligere ipsum ad bea-  
 titudinem, & ex consequenti vult Deus, vt opera, quæ ipse  
 prædestinatus fecerit, sint gloriæ meritoria. Itaque merita sunt  
 effectus, & non causa prædestinationis. Veluti si Rex consti-  
 tueret equitem aliquem alicuius vrbs Comitem facere, & ad  
 hunc effectum ipsum cuidam exercitui ducem præficeret con-  
 intento de darle aquel estado en recompensa de sus seruicios.  
 En tal caso el escogerle para conde fue solo por la voluntad del  
 Rey sin tener respecto a las obras de aquel cauallero y el ac-  
 ceptar sus seruicios para darle aquel estado se figuio de lo pri-  
 20 mero que fue el quererlo hazer conde. Similiter in proposito  
 applica.

D. Tho. 1 p.  
 q. 23. art. 5.

## Prædicator.

QVemadmodum Alexander Magnus prohibuit, ne quis illū  
 pingeret præter vnum Apellem, cui in arte pictoria anti-  
 quorum ætas primas absq; controuersia tribuit: sic non debet  
 Christum Iesum verum Deum & hominem à quolibet prædi-  
 catore timido, indocto, adulate prædicari, sed à viris animi  
 fortitudine præstantibus, & sapientia ac virtute excellenti-  
 bus, qui possint labentem & iacentem populum ad virtutem  
 erigere, ab errore deducere, omnes in rerum cælestium amorē  
 incendere, de arcanis redemptionis nostræ grauitè differere, &  
 21 quemcunq; in animis hominum motum (vt res & causa po-  
 sulauerit) vel excitare vel sedare: qui deniq; iuxta Diui Pauli  
 doctrinam possint rectè arguere, obsecrare increpare in omni  
 patientia & doctrina. Vnde Diuus Ambrosius in sermone de  
 ieiunio, & habetur distinctione. 35. ait. Qui Christum annun-  
 tiat ab omni vitiorum incentiue præstare se debet alienum.

Simile.

1. Ad Tim. 4.

B. Ambr. serm.  
 de ieiunio  
 sexta die

## A D L E C T O R E M.

Omnia quæ habentur litera. C. titulo con-  
 cionator hic poterunt conscribi & etiã  
 quæ habentur titulo, prælatus.

P R A E.

# P R A E L A T V S E T C O N C I O N A T O R .

Matth. 5.



Ad Galat. 1.

Esai. 58.

4. Reg. 2.

**P**R A E L A T O S Et concionatores comparavit Dominus cum sale exulcerante, & non cum melle deliniente, cum dixit apud Matthæum. Vos estis sal terræ. Væ ergo prælato vel concionatori, qui principum, & magnatum gratiã aucupans, & populi laudes affectans, loco salis utitur melle; loco, inquã, reprehensionis utitur adulatione. Non sic ille admirabilis concionator Paulus, qui ad Galatas scribens ait. An quæro hominibus placere, si adhuc hominibus placere Christi servus nõ essem. In tueris igitur, quanta arguendi libertate per sale significata debeat uti Evangelicus prælatus vel concionator. Hanc significare volens Dominus dicebat olim illius temporis cuidam concionatori. Clama, necesse, quasi tuba exalta vocem tuam; & annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Quibus verbis significat Dominus, quod nõ solum debet loqui Evangelicus concionator, sed clamare, nec solum clamare, & statim tacere, sed quod oportet nõ desistere. Ideo ait. Clama, necesse. Sed non contentus Deus his duntaxat verbis adiecit. Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Sal etiam sunt præfules quia plenos sapientia oportet eos esse quandoquidem capita Ecclesiarum sunt. Et quemadmodum natura comparatum est, ut caput præ ceteris corporis membris vigeat sensibus, ita rationi consentaneum est, ut præsul, qui caput est corporis mystici præ ceteris membris vigeat doctrina, prudentia, ac sapientia. Hoc intelligens Eliseus Eliam vocabat currum Israel & aurigam eius. Auriga est, qui ducit & viam ostendit, currus vero, qui supra se pondera suscipit, illa efficiens, quæ alijs præcipit facienda. Debet Christianus præsul, & concionator aperire quid sit de sanctissimo nomine sentiendum, quæ sit vera sanctimonia, quid in vita sequendum, quid fugiendum, hoc est aurigæ officium, & præsulis munus. Sed non sat esse putandum est, quod errantibus viam indicarit, nisi ipse portauerit pondera, quæ alijs portanda monuerit, & hoc quidem est currum esse, pondera sustinen-

4 rem. Vterius inquit Saluator: neque accendunt lucerna & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum &c. Vocatur etiam prælati lucerna; vt enim lucerna vna, alteram incendere non potest, si illa fuerit extincta, sic præsul, aut concionator alios non inflammabit amore diuino si ille fuerit lumine eiusdem amoris destitutus. Non tamen me fugit fieri posse, vt Deus per vnum flagitiosum præfulem aut concionatorem, si velit, peccatores conuertat. Nam vt herus, per iniquum famulum aliquando porrigit eleemosynam pauperi, sic Deus ministerio scelerati hominis potest ad se impios attrahere. Lucerna etiam consumitur, vt alios illuminet: vnde Beatus Paulus inquit. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et de Moyse dicitur in Psalmo: Vexatus est Moyfes propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Vt enim sartago alijs præparat cibum, ipsa autem igni applicata incenditur, & flammis comburitur: sic præfules pii, & charitate præstantes, alios pabulo doctrinæ, & exemplo nutriunt, ipsi autem nimio zelo, & sancto desiderio inflammantur. Eam ob causam fortasse Deus apud Ezechielem ferreæ sartagini charitatem comparauit, ita enim ait. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem. Lux lucernæ præire debet, vt qui eam sequuntur non errent. Vnde illud quod Propheta Eiaias ait. Transite, transite per portas: præparate viam populo, planum facite iter, & eligit lapides. Alij vertunt: procedite ante eos, procedite ante eos, & proijcite lapides. Alloquitur sanctus propheta principes, & præfules, quorum est alios vita, & exemplo ante ire, & omnia impedimenta, & scandala, quibus possunt alij lædi, & à via veritatis retardari, tollere. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, ait etiam Dominus. Hoc est eorum, qui in dignitate constituti sunt, non potest vita abscondi, ibi enim probatur, & examinatur. Vt gemmæ quædam sunt in obscuro splendidiore, quam in luce: sic nonnulli in vita quieta latitantes, probitatis claritatem ostendebant, qui postea ad magistratus, & gubernandæ reipublicæ munus euecti, non ita resplendent.

2. Ad Cor. 11

simile.

Ezech 41

Esa. 62.

simile.

Prælati & concionator iustus  
& misericors.

Simile.

Psalm. 39

B. Greg. libr.  
3. mor.

Psalm. 22

B. Greg. in  
pastoral.B. Bernar. de  
consideratio  
ne.

**C**Or membrorum omnium calidissimum natura formavit; quia ex eo, tanquam ex caloris fonte, ad membra omnia vitalis calor manat: Qualis ergo episcopus, qualis prædicator futurus est, qui in spirituali Ecclesiæ corpore instar cordis est, quod ingenti charitatis suæ ardore, algentia hominum pectora, quæ sunt velut huius corporis membra, in amorem sui conditoris accendere debent? Qui autem isto calore prædicauerit, dicere Deo poterit cum regio vate. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo. Tu ergo Domine, ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia, tua, & veritas tua semper susceperunt me.

Loquens Beatus Gregorius in moralibus de prælati ait. Miscenda est lenitas severitati, faciendo quoddam ex utroque temperamentum, ut nec multa asperitate exulcerentur subditi, nec nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significabat, in qua cum tabulis virga simul, & manna erat, quia cum scripturæ sacræ scientia in boni rectoris pectore sit virga discretionis, sit manna dulcedinis. Hinc Sanctus David ait. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Sit ergo discretio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Et addit ibidem idem sanctus doctor Moyses sic amavit eos, quibus præfuit, ut pro eis, nec sibi parceret, & tamen delinquentes sic persequutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladijs egit.

## Prælati humilitas, sanctitas &amp; cura.

**B**Eatus Gregorius in pastoralis inquit: subtilissima ars vivere est, culmen tenere, & gloriam reprimere, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire.

Beatus Bernardus de consideratione ait. Monstruosa res est gradus summus, & animus infirmus, status supremus, & gradus minimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus

no manus otiosa: fermo multus, & fructus nullus, vultus grauis, visus leuis: ingens autoritas, & nutans stabilitas. Ideo loquens prælati ait idē sanctus vir in epistola. In omnibus exemplo Apostoli honorificabitis ministerium vestrum, ministerium, inquam, non Dominum: ipsum quidem honorificabitis non vos, nam qui quærit, quæ sua sunt, se cupit honorare non ministerium. Honorabitis autem non cultu vestium, nō fastu equorū, non amplis edificijs, sed moribus ornatis, studijs spiritualibus, ac bonis operibus. Ideo Beatus Petrus loquens illis ait. Attendite vobis, & gregi &c. & B. Chrysostomus in tractatu de simbolo inquit. Quemadmodum videns arborem folijs pallentibus marcidam intelligis, quod aliquam culpam habeat circa radicem; ita cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quod sacerdotium eius non est sanum.

Actuum: 20.

simile.

Cicero in Tusculanis ait. Qui non laborat, vt charus militibus sit, animare milites nescit. Humanitas ducis in exercitu fulmen aduersus hostes est. Iulius nunquam legitur iussisse, Ire illuc, sed venite huc. Participatus enim cum duce labor persuedetur militibus minor.

Cicero in  
Tulcu.

Prudentiam prælati cum simplicitate esse debere coniūctam declarant illa verba Psalmi. Et pait eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum. Pro quo Beatus Hieronymus vertit: & pait eos in simplicitate cordis sui: & in prudentia manuum suarum dux eorum fuit. Has autem duas virtutes simul coniungere singulare Dei donum est.

Psalm, 77.

De prælati loquens Beatus Paulus inquit. Ipsi peruigilant quasi rationem pro animabus reddituri. Cū mulier prima diuini præcepti præuaricatrix fuerit, tamen vir primum à Domino interrogatur, quoniam caput ipse mulieris erat: vt hac ratione prælati intelligant se prius, quā subditos, de subditorum sceleribus interrogādos. Sic etiam cæteris Apostolis simul dormientibus Petrus ante omnes corripitur his verbis. Simon dormis? Qui videlicet ad vigilandum alios excitare debuisses.

Ad Hebr, 13.

Matth: 26

Nomina duodecim filiorum Israel præcepit Dominus in superhumerali, quod humeros tegebat, duobus onychinis lapillis inscripta, & in rationali, siue pectorali (hoc enim vox Hebræa, hosen, significat) duodecim lapillis infixæ gestari: quo intelligeremus commissas animas & in pectore per ardentē amorē, &

Exod, 28

in humeris per cōtinuū laborē a prepositis debere portari. Quorum quidem alterū ex altero sequi B. Gregorius his verbis affirmat. Quantum amas proximum, tantū portas: quod si desinis amare, desistis portare. Hoc igitur, & cætera omnia charitas prestat, vt merito Dominus Ecclesiæ suæ Petrum in pastorem daturus, hoc solum ab eo quæsierit dicens. Petre amas me?

Ioann. 11

Sūmus sacerdos in rationali hæc duo verba scripta gestabat, VRIN, & THOMEN, hoc est doctrinam, & veritatem, quæ erant in pectore Aaron. Alij autem vertunt, illuminationes: & perfectiones, hoc est, doctrinæ lucem, & vitæ perfectionem, quo possint facere simul, & docere. Hæc enim duo propria sacerdotum munera, & ornamenta sunt.

### Praelatos, & duces oportet esse strenuos.

14

Mirabilis planè fuit constantia Caleb, & Iosue, quicum sexcenta hominū millia aduersum se sentire, atque adeo concitari viderent, nihilominus ita in sua peristere sententia, vt contra hunc tantum torrentem se opposerent, tam facilemque illis victoriam promitterent, vt dicerent. Sicut panem poterimus eos comedere. Narra totum quod circa hoc in libro Numerorum continetur. Magnum equidem exemplum, & ad fiduciam in suis periculis retinendam, & ad vulgi vana iudicia, & opinioniones contemnendas. Infirma enim est valde autoritas, quæ sola nititur multitudine: Quandoquidem præclare dictum est, nunquam optima placere pluribus.

Nume. 14

B. Greg. sup.  
Ezech.

Beatus Gregorius super Ezechiel inquit. Scire prelati debent, quasi peruersi perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Et Beatus Augustinus libro de pasto. ait. Omnis, qui in conspectu eorum quibus prepositus est, male viuit, quantum in ipso est, omnes occidit. Et super Ioannem inquit idem sanctus doctor. Homicida diabolus dicitur non gladio armatus ad hominem venit, sed verbum seminavit, & occidit; noli ergo putare te homicidam non esse, quando fratri tuo mala persuades.

B. Augu. libr.  
de pasto.

Simile:

Sicut exemplari vno apud Typographos vitiato, omnes deinde libri, qui per illud excudantur, vitiat i prodeunt (qui sunt pene innumerabiles) ita vnus prelati vel principis vicium, totius fit populi offendiculum.

Domi:

16 Dormitauerunt qui ascenderunt equos, ait regius vates. Id est, qui in dignitatis fastigio sunt, qui sunt veluti equites Domini exercituum respectu inferiorum, qui sunt veluti pedites. Quod propheta Abacuc clarius dixit. Pastores vestri dormitauerunt. Quanto vero damna somnus pastorum caulibus ingerat, Dominus explicauit, dum singulariter Petrum dormitantem exci-  
 tat, atq; carpit. **N**iet enim lupus, rapiet, iugulabit, dilacerabit que oues, nec ipsi sopiti aduertent. Decet ergo prælatum vigil-  
 le esse & gloriæ secularis, & voluptatum contemptorē, aliter  
 continget illi, quod matri, quæ lactabat filium, quem dormiēs  
 interfecit: lac Euangeliorum doctrina est: somnus mala vita præ-  
 latorum, qua interficiunt illos, quos lactant.

Matth. 26

3. Reg. 3

17 Quam perniciosum sit omni populo peccatum propo-  
 sitorum verba illa, quæ in Paralipomenone describuntur, ma-  
 nifeste declarant. Consurrexit, (inquit sacer textus) sathan  
 contra Israel: In quo surrexit Sathan contra Israel? nunquid  
 Philisteos adduxit, aut alium Pharaonem excitauit ad bellū?  
 Minime: sed quid addit ibi scriptura sacra? Et incitauit Dauid,  
 vt numeraret Israel. Propter quod ab Angelo Domini septua-  
 ginta millia virorum interfecta sunt in Israel.

2. Para. 21

### Prælati vigilantia.

**E**legit Deus pisces in Apostolos & ante, Moysem ele-  
 git & Dauid pastores in duces populi sui. Vbi impletū fuit  
 illud: Eduxit nubes ab extremis terræ; Quæ verba explicans  
 Beatus Hieronymus inquit: Eduxit Deus nubes, non à fini-  
 18 bus terræ, non à consulis, non à diuitibus, sed ab extremis  
 terræ; hoc est, à paupertate; beati enim pauperes quoniam ve-  
 strum est regnum cælorum: vides quomodo ab extremis ter-  
 ræ educat Deus nubes. Propterea si volumus nubes fieri, ad  
 quas peruenit veritas Dei, nouissimi omnium fiamus. & tam affe-  
 ctu, quam opere dicamus: puto quod nos Deus Apostolos  
 nouissimos ostendit. Quod si non sum Apostolus, licet tamen  
 mihi fieri extremum, vt educens nubes Deus ab extremo ter-  
 ræ, educat me, & fulgura in pluuiam faciat. Hæc ille. Quis au-  
 tem non miretur videns Deum pastorem pecudum, ducem  
 populi, & pisces, prædicatores, & præfules suæ Ecclesiæ  
 constituere? Cogitavi aliquando, quare Dominus pastores

Psalm. 134

1. Ad Cor. 4

in reges, & duces commutauerit, & piscatores præfules Ecclesiæ fecerit. Perdēde, quæso, omne artificū genus, & deprehendes omnes pastores, & nautas in maximo vitæ discrimine versari, nullumque artificium his laboriosius. Pastor enim nō dormit, sed fere continuo vigilat: vix vestitur maleque vescitur: sic etiam & piscatores nudi in laboribus, in periculis, ac vigilijs semper sunt. Vt ergo tam reges, quam prælati scire se non ad quietem, non ad delicias assumptos, aut diuitias, sed ad labores, sudores, & vigilias, hos, inter cæteros, deligere curauit. Quare Beatus Chrysostomus super Matthæum cum prælato loquens ait. Circa vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem.

### Prælati oportet esse benignos & mansuetos.

20

Esa. 41.

**L**oquēs Propheta Esaias de rege Messia inquit. Non contēdet, neq; clamabit, neq; audiet quis in plateis vocē eius, arūdinem quatātā non confringet, & lignum fumigans nō extinguet, hoc est, erit mitissimus, & modestissimus Messias. Vide, obsecro, & alto animo considera huius diuini præfulis modestiā, lenitatē, benignitatem, tolerantiam, & mansuetudinē. Discāt ab hoc cælesti magistro Christiani præfules, & principes, ne velint nimia asperitate subditos perdere. Vt enim qui vasa vitrea contaminata mūdare vellent, nō debent duriter applicare manus: ne dū volunt sordes abstergere vasa conterant: sic præfules, qui volūt subditos coinquinatos corrigere summa ope niti decet, vt id efficiāt moderate, ne illos perdant, dū eos ad animi puritatem perducere conantur. Et quēadmodū inter Chirurgo ille est laudabilior, qui leuius tangit vulnera, quā ipse qui asperè manus imponit: sic ille præsul est prudētior cēsendus, qui potius benignitate, quā nimia seueritate animi vulneribus medetur. Et vt Chirurgus, (vt in eodē simili versemur) secturus membra corrupta, nō impletur ira, quin potius tū maiorē tranquillitatē, & mansuetudinē ostendit, ne perturbatio impediat artem: sic præsul in reprehensionibus, & punctionibus magna debet temperantia vti, ne ira turbatus modum trāseat. Nihil est enim præstantius, nihil magno præfule dignius clementia, & tamen ira  
præ-

Simile.

Simile:

præberenda est mansuetudo. Vt exhibeatur etiã seueritas, absq̃  
 qua administrare rectè rempublicam non potest. Quod si idē  
 Propheta in eodem capitulo etiam ait: Dominus sicut fortis  
 egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum, vociferabitur,  
 & clamabit &c. hoc non de primo aduentu sed de secundo in-  
 telligendum est, quãdo cum potestate magna, & maiestate ad  
 iudicandum vniuersos mortales venturus est. Quod si de pri-  
 mo aduentu hæc verba intelligere velles, facile difficultatem  
 absolues dicens, prius prophetam voluisse, Christi mansuetudi-  
 nem, patientiam, & humilitatem ostendere: qui suas iniurias  
 toleranter ferens inimicis suis litem non intendebat, sed sicut  
 agnus ad occisionem ductus silentio vtebatur. Et ideo ait.  
 Non contendet, neque clamabit &c. Infra verò facit eum cla-  
 mantem, & mundi scelera reprehendentem, & potenter aduer-  
 sarios, & hostes suos, hoc est, idola & vitia Euangelica prædica-  
 23 tione deijcientem. Ex quo colliges præfulem, & concionato-  
 rem contumelias in se iactas æquo animo tolerare debere: mū-  
 di vero scelera querebunda voce arguere, vt non suam sed Dei  
 gloriam quærere videatur.

### Prælati & magistri, Senes eligendi sunt.

ET senes, & antiqui sunt in nobis multò vetustiores, quã pa-  
 tres tui, dixit Eliphaz Sãcto Iob. Quod perinde est, ac si di-  
 ceret. Sunt inter nos homines, & canitie, & vetustate veneran-  
 di, vetustiores patribus tuis, qui & iudicij grauitate & sapientia  
 possunt cum patribus tuis de rerum peritia, atque sapientia  
 24 certare. Patres, fortasse, more sacrarum scripturarum, magi-  
 stros & præceptores appellat: sic in libro Regum dicitur. Quis  
 est pater eorū? Sic & liber Genesis primum inuentorem artis  
 cuiuspiã patrē appellat, vt Tubal pater Canētium Cithara, &  
 organo: & Iabel pater habitantium in tentorijs. Homines præ-  
 terea consilio, & scientia valentes, patres appellantur: vt Ioseph  
 pater Pharaonis dicitur: eosdē autem, & senes, & præceptores  
 simul appellat, Eliphaz. Nam solet rerum experimentum potē-  
 tissimè vincere omnium rerum imperitiam. Et ex sententia  
 Alexidis, est homo natura similis vino. Vt enim vinū nouum,  
 item & virum deferuescere necessarium est, vt deinde ab omni

Iob, 15.

1. Reg. 10.  
Gen. 4.

Gen. 45.

malo defectum, confirmata iam ætate moribusq; cõpositis, & re-  
 presis omnino importunis affectibus alijs possit consulere. So-  
 lent iuuenibus impedimento esse ad vitã beatã tum vires corpo-  
 ris, quibus temere res aggrediuntur, tum inconsideratio quedã  
 rerũ vtilium. Vnde Solon Atheniensis legẽ sanxit, nequis iuue-  
 nis ad magistratus, & consolationesmitteretur, quantum vide-  
 retur prudẽtissimus. Architas Pythagoricus libro de viro bo-  
 no, & felici, de iuuentute, & senectute aiebat, iuuenẽ aggre-  
 dendo præualere, senem vero prouidendo, est enim summum  
 prouidentia, atq; sapientia munus, futura præsentium, præsen-  
 tia verò collatione præteritorum trutinare. Senectus ad præte-  
 ritum tempus memoriã accommodat, ad præsens sensum, ad  
 futurum prouidentiam. Quocirca eum oporteat eos, qui ceteros  
 iuuarẽ consilio debeant atque doctrina, non tantum sensu, 26  
 sed & memoria, & prudentia valere, iure Eliphaz gloriatur ho-  
 mines habere apud se, qui ad summam senectutem vixissent.  
 Nam habet in ætatibus authoritatem senectus, quemadmodũ  
 in exemplis antiquitas.

### Difficile opus & onus prælatorum.

B. Greg. Na-  
 zianzen. in  
 Apologetico  
 simile.

**B**Eatus Gregorius in Apologetico inquit. Sicut enim (verbi  
 gratia) si fieri possit, vt ex multis animalibus, ac bestiolis ge-  
 nere, ac specie diuersis, magnis, & exiguis, ferocibus, & mitiori-  
 bus, vnũ aliquod animal, & bestia constaret, hæc vtiq; sicut ad  
 mitigandum crederetur, quantum ei immineret operis, ac laboris,  
 quantum eius requireretur industria, vt vniciq; bestiarum,  
 vel animalium se accommodaret, pro vt mos exigit singulorũ, 27  
 vel prout natura poscit? quoniã quidẽ neq; eadem vox apta est  
 omnibus, neq; eisdẽ (vt ita dicam) sibilis aguntur, sed nec cibus  
 quidem vnus atq; idem est, nec palpandi, ac fouendi mos vnus  
 est bestiis, ita vt interdum iisdẽ ipsis quibus mitigatur alia, ad  
 furores aliq; suscitentur. Quibus ergo semodis singulis quibusq;  
 bestia huic eruditor ille aptabit? Quomodo se ad vnus cuiusq;  
 naturam, atq; ingenium accommodabit? Nam necesse esse erit eũ,  
 eũ sit apud semetipsum simplex, & constans, tam fieri varium,  
 & tam in diuersa mutabilem, quam poscit ipsa diuersitas bestia-  
 rum, vt vnũ quodq; animal, pro natura, & ingenij sui oppor-  
 tunitate cõuertatur, quod possit totius bestia corpus ex tanta diuer-  
 sitate

28 sitate compositum rectè inter se inuicem bestiis moderatis in pace, ac tranquillitate persistere. Ita ex multis, ac diuersis, & moribus, ac linguis, & institutionibus, velut vnum animal compositum, sibiq; dissimile, commune hoc corpus Ecclesiæ qui instituendum suscepit, ac regendum, cum esse debeat ipse apud se semper immobilis & idem, necesse habet tamen singulorum moribus se, & institutionibus conformare, ac sermonem suum in singulis aptare opportunum: quoniam quidem alij lacte indigent, hi videlicet, quibus prima adhuc religionis fundamenta traduntur, cum sint paruuli in fide, virilis adhuc (vt ita dixerim) cibi vigorem ferre non possunt.

29 Beatus Gregorius in pastoralis, ait: Nulla ars doceri presumitur nisi intentæ prius meditatione discatur. Ars artium est regimen animarum. Quis cogitationem vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamen sæpe qui nequaquã spiritualia præcepta cognouerunt, cordis se medicos profiteri non metuant, dum qui pigmentorum vim nesciunt, medici videri carnis erubescunt.

B. Greg. in  
Pasto. par. 1.  
c. 1.

Beatus Bernardus inquit. Quotidianas expensas quotidiano recipimus scrutinio, & innumera Dominici gregis detrimenta nescimus. De pretio escarum, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est, rara admodum celebratur collatio cum presbyteris de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam; perit anima, & nemo est, qui reputet: sic optimi aestimatores rerum, qui magnam de minimis, paruum vel nullam de maximis curam gerunt.

B. Bernar.  
lib. 4. ad Eu-  
genium.

30 In libro Iob narrat sacra scriptura filios eius in domo fratris maioris & primogeniti in conuiuio existentes mortuos fuisse: non sine mysterio in domo maioris mortui sunt, vt significaretur, (vt optime notat Beatus Gregorius in moralibus) quod cum maiores voluptati, & luxui deseruiunt, tunc nimirum minoribus lasciuia fræna laxantur. Multoties videmus hominem sine pede, aut sine brachio viuere, aut sine oculis, aut auribus, sine capite verò nusquam hucusque visum est animal viuere. Domus autem aut respublica habens filios & subditos à gratia abscissos, & moribus perditos, infelix & miseranda est, tamen cum hoc viuitalis domus, aut Ecclesia dummodo caput aut prælatus viuat in gratia, si

B. Greg. lib.  
2. c. 16. Mora-  
lium.

verò caput ægrotat, nimis miseranda certè respublica est. 31

simile.

simile.

Doctrina sine exemplo parùm prodest. Qui enim ad virtutè excitant, & exhortantur, sed in eam non incùbunt similes illis sunt, qui præmungunt lucernam, sed oleum nequaquam infundunt. Et quemadmodum, qui theriacam vendunt, eam prius in se experiuntur, alioquin nemo eam vult emere: sic qui virtutem docent, eam in se debent experiiri, & id quod alijs dicunt efficere, si volunt, vt alij ad virtutem moueantur.

simile.

simile.

Vt illis qui dignitates ad suã perniciem quæsierunt. Vt enim vermiculus sericarius admirabili labore, & industria cõficit sericũ & nesciens construit casulam, in qua cõstructa cõmoritur, & seũ proprium sepulchrum condit: sic qui dominandi cupiditate inflãmati falsos honores quærunt, sibi ipsis nescientes infamẽ, æternamq; perniciem moliantur. Quemadmodum in ætate, 32 cum vehementius tonuerit, quam fulserit, signum est ventorũ (vt Plinius ait) sic qui in aliorum peccata vehementer inuehitur, & clamores attollit, cum ipse non perinde vitæ claritate micuerit, facile ostendit animum habere ambitionis potius ac vanitatis vento tumentem, quam colentem iustitiæ.

### Prælati & sacerdotes mediatores sunt ad Deum.

Exod. 19.

**I**N Exodo legitur Dominus S. Moyfi sic dixisse. Hęc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Israel. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarũ &c. & paulo inferius. Cumq; retulisset Moyses verba 33 populi ad Dominũ &c. Erat S. Moyses mediator inter Deũ, & populũ Israeliticũ, & legationẽ ex populo ad Deũ ferebat, & ex Deo ad populũ respõsum referebat. Nec hoc mirandũ erat, siquidẽ creaturæ rationales, tã angeli, quã homines nõ possunt scire intentionẽ, quã Deus erga homines habet, nisi per reuelationẽ, aut per aliũ nuntiũ, seu legatũ, cui Deus animi sui sensa circa rẽ aliquã patefecerit. Illud autẽ plurimam admirationem affert, quod cum Deus sciat omnia, S. Moyses ei dicit. Domine hęc populus ait. Cuncta, quæ locutus est Dñs faciemus. Nunquid Deus ò sancte Propheta respõsum populi nesciebat? Quorsum ergo tu ei illud annuntiabas? Prestauit in hoc Sãctus Moy-

34 Moyſes boni prælati officium, qui non ſolum in quantum iudex ſubditos corrigere, ſed etiam erga Deū ſe aduocatum exhibere debet, ſeruitia, quæ ipſi faciunt corā Deo allegās, & proponens. Et ideo Moyſes populi reſponſum Deo annuntiauit dicens. Domine populus reſpondet ſe ad tui ſeruitium, & obediētiam in omnibus, quæ iuſſeris eſſe paratiſſimum, vt hac reſponſione miſericordiam Dei ad fauendum populo inclinaret.

In eodem libro Exodi iuſſit Dominus Moyſi, vt fieret menſa ex lignis Sethim auratis, & ſuper illam poneretur aureū candelabrū & duodecim panes, quos propoſitionis vocabāt, qui, ( vt ait ibi gloſſa) dicebātur etiā panes facierū. Propoſitionis dicebātur à proponendo, id eſt corā omnibus ponēdi: at vero panes facierū appellabantur, quia duas facies habebāt, no como los que ſe cuezen aca en los hornos q̄ tienen ſuelo, y encima corteza, ſi no coziaſe como en hierros de hoſtias, y aſi tenian de ambas partes vna meſma forma. Hi vero nūquam à templo deeſſe debebant, poterant tamen ſingulis Sabbatis renouari. Nullū præceptum diuinū eſt, quod myſterio careat. Candelabrū igitur & panes duarum facierum, qui in templo ſemper eſſe debebant, reſentabant conditiones, quas oportet habeat ſacerdos, qui futurus eſt miniſter menſæ, vbi ſupernum ſacrificium, qui eſt Ieſus Chriſtus reparator noſter celebratur. Quod multo melius Eccl. ſuaſticus prælatus habere debet. Nā debet eſſe meſa, in qua egeni ſuſtentionē inueniāt, & debet eſſe candelabrū, quod lumine doctrine omnes ſubditos illuminet, & in hac meſa ponēdi ſunt panes duarū facierū, quoniam opera prælati nō ſufficit, vt ap-  
36 probētur ab hominibus ſicut opera hypocritarum, nec ſufficit, vt ipſe bonus ſit erga Deū tātummodo, ſed oportet, vt eius opera ſint bona, & exēplaria erga Deum, & homines. Quā propter, oportet vt ſint duarū facierū: nā re vera bona eſſe debēt, & bona debēt apparere. Præcipiebatur etiā, vt hi panes ſemper aſſent corā Dei conſpectu, porque nunca los perdieſſe de viſta, & ſemper oculos in eis fixos haberet. Vbi ſignificatum fuit talia debere eſſe prælatorū opera, vt non ſint digna, quod Deus ab eis, nec ab ipſis prælatis oculos auertat. Cum Deus oculos in aliquo ponit, idem eſt, ac ſi fauores ſuos, & gratiam ei communicet: è contra vero Deum ab aliquo oculos auertere, eſt ipſum à ſua diuina manu relinquere. Porro cum præcipiebat, vt menſa

aurata esset, significauit, quod prælati vndique per amorem<sup>37</sup> & charitatem erga Deum, & erga subditos suos micare debent, & hac charitate ornatus debet semper inter Deum, & subditos suos mediator existere.

### Prælati ad misericordiam, & non ad rigorem procliui esse debent.

Ezech. 34.

**C**VM Dominus per Ezechielē Prophetā de impijs prælatiſ conquereretur inquit. Vē p̄storibus Israel. Quare Dñe Gregem meum non p̄ſcebatis, nullam curam habebatis ministrandi pabulū dōctrinæ ouibus vestris, nō curabatis delinquentes punire, nec beneficia dignioribus providere. Quod crassum erat occidebatis. Super quæ verba B. Hieronymus inquit. De<sup>38</sup> diuitibus populi loquitur, quos mali principes iugulare narratur, dū vitia eorū increpare non audent. Esta vn rico amancebado, es vsurero, tiene muchos testamentos por cumplir, retiene muchas mandas pias a hospitales, y a pobres, que son peccados, que caen a cuenta de los prelados para los castigar, y si el prelado no tiene espíritu de Dios dissimula con sus culpas, por que le presta los mil y los dos mil ducados quando los ha menester. Quod crassum erat occidebatis. Pensays que le hazeyshonra a esse hōbre poderoso en dissimular sus culpas, y quitays le la vida eterna, quanto es de vuestra parte: porq̄ quiça se conuertiera, si le castigarades. Quod infirmum fuit non solidastis. Hoc aliud supplicij genus est, quod Deus malis, & negligentibus prælatiſ proponit. Debiles, & infirmi dicuntur illi, qui in fide<sup>39</sup> atque in Ecclesiæ sacramentis nō bene instructi sunt. Plurimi episcopi parochias suas in locis nemorosis, atque ab vrbibus semotis habent, & omni diligentia curant vt ab illis parochianis decimæ exigantur, at in toto anno ipsi pauperes parochiani nec vnā concionem audiunt & omnia ferè ad sacratissimam fidem nostram, atque ad diuina sacramenta Ecclesiæ pertinentia ignorant. Hi infirmi sunt, nec habēt aliquē, qui eis vires prebendo in rebus fidei ipsos instruat, atq; ita ipsi per ignorantia peccant. Quod ægrotum erat non sanastis. Esta vno amancebado y contentase con lleuarle el marco: y quedan se el, y ella en el pueblo en el mesmo peccado, que antes, pudiendo desterrar  
los

40 los o encarcelarlos. Quod fractum fuit non alligastis, hoc est; si respublica, vel capitulū contractum est, & in diuersas partes dispersum, atq; inter se publicis inimicitijs dissentiunt, aliqui prælati negligētes, & insolertes non solū dissimulant, & ipsas dissensiones crescere permittunt, sed etiam se ipsos ex vna illarum factionum partiales esse ostendunt. Ita q; non solū illos cōformare non curant, sed etiam ignem magis incendunt, dum se partiales ostendunt. Quod abiectum est non reduxistis. Munus prælati est ad gremium, & obedientiam Ecclesiæ reducere eos, qui extra illam viuunt, quales sunt excommunicati, ipsos, vt ab excommunicatione exeant, admonendo; malus autem prælatus non tantum eos inuitat, & inducit sed etiam propter leuissimas causas illos ab Ecclesia expellit. Tēpore primitiuæ Ecclesiæ, & multo postea, vt tempore. B. Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij non excōmunicabatur aliquis, nisi ob grauissima peccata, & raro; atq; ita excommunicationes, & ipsa sancta Ecclesia timebantur. Nunc autem quicumq; singraphā, seu diploma excommunicationis exposcit, statim vel minima occasione ei datur: porque le hollaron las viñas y porque le hurtaron quatro libras de vuas le dan carta de anathema. Ex quo oritur, vt excommunicationes non timeantur, & sacrosancta Ecclesia propter inobedientiam subditorum contemnatui. Esta espada de la Iglesia con el mucho exercicio se ha embotado, y perdido los filos y por tanto no auian de ver vsar della los prælados, sino en casos graues, y a mas no poder. Sic docet Beatus Ambrosius in quies. Omnia tentanda sunt priusquam ad hoc disciplinæ genus veniatur. Ratio huius est, quia, cum excōmunicatio sit grauissima pœna, nō debet imponi, nisi propter rebellionem aduersus Ecclesiā in grauissimis peccatis. Leges ciuiles pœnam mortis non minantur nisi propter grauissima, & exorbitanti delicti mors enim maior omnium corporalium pœnarum est. Sic vna ex maioribus pœnis spiritalibus est excommunicatio, quoniam priuat hominem ab Ecclesiæ suffragijs, nec pro illo deprecatur, nec ipsum in suis sacrificijs participem facit; idcirco huiusmodi pœna nō nisi pro grauissimis peccatis imponenda erat. Quod quidem iam sedula cura a sancto concilio Tridentino optime prouisum est. Aliud etiam Deus prælatis imponit videlicet. Quod perierat non quesistis.

B. Ambr. lib.  
2. officiorum  
c. 27

Conci Tride  
sess. 5. de re-  
formatione.  
c. 3.

Quæ

Quærendi sunt perditæ: etenim euenire solet, quod aliquis in 43  
terra Maurorum captiuus detineatur, & præ infirmitate, ac pu-  
sillanimitate nõ corde, sed ore à fide defecit: iste morte spiritua-  
li mortuus est, & inter infideles viuens ad perditionem æter-  
nam pergit: ideo prælati illum quærere ex obligatione tene-  
tur. Magna est multitudo fidelium Christianorũ, qui apud infi-  
deles captiuus commorantur, sed nunquid aliquis Episcopus est,  
qui recordetur oues suas quærere, & ex quadraginta mille au-  
reis quos singulis annis ex redditibus suis accipit, mittere curat  
satis mille aut quingentos, ad redimendum eos, qui ex di-  
cesu sua apud Mauros captiuus sunt? At forsan dicent ad hoc  
non obligari. Sed ego quærero. Nunquid Episcopus tenetur ei,  
qui in extrema necessitate corporali positus est, subuenire? Ita 44  
plane. Si ergo scit ouem suam non solum cum periculo corpo-  
ris, sed etiã animæ apud infideles detineri, quare illam redimere  
non tenebitur? Nihil profecto de hoc dubito: nam quanto ani-  
ma melior est corpore, tanto est maior obligatio, quã prælati  
habet subueniendi ei, qui in periculo amittendi vitã spirituale  
positus est, quam ei, qui in periculo est amittendi vitam corpo-  
ralem. Hęc est sententia D. Hieronymi super hunc locum, vbi  
Ezech. 634. sic ait. Quod errare viderint, non reducant permittentes eos ab  
Hæreticis decipi. De hoc singulare exemplum habemus in B.  
Paulino ciuitatis Nolæ apud Italiam Episcopo, à quo cũ vidua  
elemosynam ad redimendum filium suũ (qui apud infideles  
captiuus detinebatur) exposceret, ipse sanctus episcopus, cum  
non haberet, quid viduæ elargiretur (omnia enim pauperibus 45  
erogauerat) in Africam se contulit, & se ipsum pro illo adoles-  
cente captiuo in seruitutem tradidit, existimans eum in pericu-  
lo amittendi fidẽ positum esse, atq; ita illam in suam diçcesim  
mittens, ipse tãquam seruus captiuus remãsit. Cũ autem postea  
Rex idololatra tantum amorem prælati erga subditos conspi-  
ceret, eum condonatis omnibus eius ciuibus, qui captiuus erant  
liberum dimisit, & ipse cum eis in suum episcopatum rediit.  
Hic episcopus cælestẽ episcopũ Iesum Christum (qui dimissis  
nonaginta nouẽ ouibus in deserto ouem perditam quæruit, &  
super humeros suos portauit) imitatus est. Vt autem prælati in  
hos defectus, de quibus Dominus hic conqueritur, non inci-  
dant, sed potius munera sua fideliter, & ritẽ exerceãt oportet, vt  
in cor-

46 in cordibus suis scripta habeant verba illa D. Pauli, sic ad Hebræos scribentis. Omnis nāq; Pōtifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, hoc est para mirar principalmente por sus ouejas, en las cosas, q̄ tocan a la honra de Dios, y biē spiritual de la sancta Iglesia. Et addit: vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Ad intelligendum autem quomodo prælati, & parōchi ex lege diuina, & naturali pro subditis suis, à quibus decimas recipiunt, sacrificia offerre teneantur, videndus est magister Soto, qui hanc materiam ad plānum explicat. Ait præterea Diuus Paulus. Qui condolere possit ijs, qui ignoranter errant, hoc est. Oportet, vt prælatus non sit seuerus, & executiuus, sed mitis, compalsiuus, & amorosus ita, vt compatiatur de illis, qui ignoranter peccant, & in hoc omne comprehendit peccatum, quia omnia peccata cuiuscunq; generis sint ex ignorantia procedunt, atq; ex errore incōsiderationis iuxta id, quod in Prouerbijs scriptū est, errāt, qui operātur in malum. Omnes peccant ex ignorantia & errore non quidē ex ignorātia priuatiua, quæ est defectus cognitionis malitię peccati: nō enim homicida, latro, & aduler ignorāt, peccata sua esse legi Dei, & naturali rationi contraria; nec etiam peccant ex ignorātia positiua videlicet quando aliquis iudicium deprauatum, & retortum habet dum id, quod malum, & illicitum est, bonum esse iudicat; non enim latro hoc iudiciū erroneum habet, videlicet, Licitum est furari, sed peccat furādo ex ignorantia incōsiderationis: nō enim eo tempore, quo peccare instituit considerat malitiam peccati, sed tantum recordatur vtilitatis, & voluptatis, quam ex illo peccato accipit: ni pecca con titulo de pretender lo que es malo, sino con esperāça y color de algun bien vtil, o deleytable. Idcirco loquens sanctus Apostolus de prælato dicens, Qui condolere possit ijs, qui ignoranter errant, comprehendit omne genus peccati, licet sit ex malitia: omnes namque peccatores non malitiam peccati, sed voluptatem, & vtilitatem tēporalem, quam ex eo recipiūt, considerant, atq; ita ex aliqua ignorantia peccant. Hæc expositio est Theophilasti super hunc locum, cuius hæc sunt verba. Animaduerte omne peccatum ex ignorantia, & errore nasci: num etiam si indicatur quis nouisse, quod malum sit, tempore tamen transitionis peccati, tenebris circumfusis ignorantia,

Ad Heb. 5

soto lib. 9. de iust. & iure. q. 3. art. 1. & q. 2. arti. 2. & in. 4. dist. 13. q. 2. art. 1

Proue. 24

B. Tho. 1. 2. q. 77. art. 1

Theophila. su. episto. ad Hebræ. c. 5

rantia, & errore languet, voluptatis liuore, ac lubrico præcipita-  
 tur. Quod autem Sanctus Apostolus loquatur hic de ignoran-  
 tia inconsiderationis, quæ est communis omni generi peccato-  
 rum, patet, quia ex contrario sequeretur, quod prælati tantum  
 modo deberet compati de his, qui per ignorantiã priuatiuam,  
 aut positiuam peccant, & non de his, qui per fragilitatem, aut  
 malitiam delinquant: quod est omnino contra misericordiam,  
 quam prælati debent erga subditos habere. Oportet ergo, vt  
 prælati compassius sit; hæc compassio in duobus consistit,  
 videlicet in hoc, quod de peccatis alienis doleat, & lachrymis  
 sanguineis pleret, quoties eis dictum fuerit, aliquem ex subdi-  
 tis suis mortale peccatum commisisse. Alterum vero, in quo  
 hæc compassio consistit, est in moderatione supplicij: & ideo  
 adiecit. Quoniam ipse circumdatus est infirmitate: propterea  
 quemadmodum pro populo, ita & pro se ipso offerre debet pro  
 peccatis. Omnes miseri, & fragiles sumus, & opus habemus,  
 vt de nobis ad inuicẽ cõpatiamur. Et si prælati sacrificiũ offert  
 pro peccatis alienis, etiã pro suis illud offerre debet, & ideo in  
 canone missæ omnes sacerdotes dicunt. Nobis quoq; peccatori-  
 bus famulis tuis de multitudine miserationũ tuarũ sperãtibz  
 partem aliquã, & societate donare digneris. Cõpatiantur ergo  
 prælati de subditis delinquentibus, eos cũ misericordia puniẽdo.  
 Sepenumero euenit, quod propter nimiũ rigore prælatorũ, li-  
 cet delinquens maneat punitus in exteriori, nõ tamẽ in interio-  
 ri emendatus remanet, quoniam supplicium illud patienter nõ  
 perfert. Penitẽtia igitur cum misericordia peccatore resuscitat.  
 Refert namq; sacra scriptura Prophetam Eliseum suum bacu-  
 lum per manum Giezi serui sui ad resuscitandum filium Suna-  
 mitidis misisse, famulus autem Prophetæ puerum resuscitare  
 non potuit, quousq; ipse met Prophetæ eõ se contulit, & cum  
 puero mortuo se metitus est ponens os suum cum ore eius, ma-  
 nus cum manibus, corpus cum corpore, atq; ita eũ resuscitauit.  
 Profunda sunt mysteria sacræ scripturæ, & profundæ eius cõsi-  
 derationes. Quando prælati cum illo, qui est in peccato, vtitur  
 baculo suo videlicet rigore iustitiæ, ipsum per ministros suos as-  
 pere, ac seuera puniẽs, non potest eũ resuscitare nec ad statũ gra-  
 tiæ reducere: quin potius quãto magis eũ punit, ipse magis cõtu-  
 max, magisq; rebellis aliquãdo est. Quid igitur remedij sumẽdũ  
 est, vt

4. Reg. 4. c.

51

62 <sup>e</sup>st, vt induratus ad poenitentiam reuocetur? Metiatur se cum eo Prælatūs, & dicat intra se. Si ego occasiones peccandi, quas iste habuit, haberem, forsan deterior, ac peior, quam ille essem: iste adolescens est, & ego senex: ideo non mirandū est, quod ego ab appetitu carnis me defendam, ipse autē ab illa se vinci sinat. &c. Hoc modo metiēs, & cōparans fragilitatē suam cū fragilitate delinquentis poterit rigorem suum temperare, ipsum delinquentē cum misericordia puniens, atque ita eum resuscitabit, Hoc Ecclesiasticus inquit his verbis. Intellige quę sunt proximitui ex te ipso. Quando prælatūs se cum subdito non metitur, sed vult, vt subditus cū illo se metiatur, & conformet, impossibile est inter eos pacem existere. Inter religiosos euenire solet, quod prælatūs sit homo sanus, fortis, ac robustus, & qui potest religionis seueritatem perferre, & vult, vt subditus ægrotus se cum eo metiatur, & conformet, y se trate con aquella aspereza, y rigor, q̄ el se trata, no teniendo fuerças para ello. Este no es bueno para prelado, pues no sabe compadecerse de sus subditos. In Genesi legitur dixisse Esau fratri suo Iacob. Gradiamur simul, eroque socius tui itineris. Cui respondit Iacob. Vides domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues ac boues factas mecū, quas si plus in ambulādo fecero laborare (hoc est si las facare de su passo) morientur cunēti greges vna die. Quando el prelado saca de su passo a los subditos con demasiado rigor, es causa de su perdicion. Noluit Patriarcha Iacob, vt oues suæ, ac teneri filij se cū passu ipsius conformarent (ille enim plurimum ambulare poterat) sed ipse se cum passibus eorum conformauit, nō eos cogens ambulare, plusquā poterant. El prelado que tuuiere mas fuerças, que los subditos para poder hazer penitēcia, haga el lo que pudiere, y a ellos no los saque de su passo, & hoc est quod ait S. Apostolus. Qui condolere possit ijs, qui ignorāt &c. Et adiecit amplius. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tāquam Aaron. Ille vocatur a Deo in prælaturam, quem homines non fauore, nec amicitia, aut largitionibus, sed iustitia, & quia alijs dignior est eligunt. Qui autem nō sic in prælaturam ingreditur a este no lo llama Dios, sino el se viene, y vsurpa el pontificado sicut erant illi principes Sinagogæ, qui (vt ait Propheta Amos) dicebant. In fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua: hoc est, Potestatem & autoritatē, quam habemus nostra negociatione obtinuimus.

Ecli. 31.

Gen. 33.

Amos 6.

De his per Oseam Prophetam dominus conqueritur dicēs. Reg. 6.  
 nauerunt & non ex me. Quare hodie plurimi prælati pectus, &  
 animum ad resistendum potentibus huius sæculi dominis, & ad  
 ipsos puniendum non habent? Quia non sunt vocati à Deo tan-  
 quam Aaron. Non eos posuit Deus in pontificatu: si enim illos  
 posuisset, ipse eis animū ad resistendū tyrannis & ad puniendū  
 concubenarios præberet: at quoniam illi se in pontificatu posue-  
 runt, Deus illis animum non præbet, quia illum non merentur.

### Prælatus maximum pondus super se sumit.

Ad Rom. 7.

**M**AGNUM laborem D. Paulus sentiebat in ponenda concor-<sup>66</sup>  
 dia inter duas tantummodo voluntates, siquidem dicebat.  
 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis  
 meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris  
 meis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-  
 jus? Si igitur factus apostolus tantum pertimescebat duas solum  
 modo voluntates concordare, quid faciet prælatus qui omnium  
 subditorum suorum volūtates componere, & concordare debet?  
 Ex hoc sequitur, quam difficile sit prælati munus exercere, &  
 quanto timore acceptandum. Considerando esto pone gran ad-  
 miracion el ver como se atreue vn hombre a encargarse de tantas  
 almas, siẽdo verdad, que no toma vn angel cargo mas que de vna  
 sola, y el q̄ no es angel sino hõbre flaco se atreue a encargarse de  
 veynte, y treintamil almas con mucha alegria, quod quidem ex<sup>67</sup>  
 defectu considerationis oritur: non enim attendunt homines spi-  
 rituale periculum, cui se exponunt, sed attendunt opportunita-  
 tem, quam possunt habere ad viuendum delitiose, & abūdanter,  
 atq; vt possint ab hominibus magni æstimari. Prælati dixit Do-  
 minus debere esse luminaria in candelabro posita: Sed ad hoc  
 oportet animaduertere id, quod in lege præcipiebatur, videlicet  
 quod in vno loco esset mensa, in alio vero esset candelabrũ ita, vt  
 non esset candelabrũ super mēsa qui non cupiūt esse, prælati, nisi  
 vt sint super mensam videlicet ad comedendū, ad bibendum, &  
 ad voluptuose vitã ducendam, atq; vt consanguineos suos diuites  
 faciant. Non ergo ad hoc prælati munus subeundum est, sed ad ie-  
 iunandum, ad orandum, ad prædicandum, ad labores perferen-  
 dupa

68 dum, atq; vt subditos suos ad diuinum amorem, & obedientiam reducant sicut re vera plurimi maxima suarum ecclesiarum ædificatione faciunt: porque es peligrosa cosa ser hornera, y tener la cabeça de manteca. O prelados, que han de ser como horneras para poner los subditos en el horno encendido del diuino amor, y si son de manteca delicados, y regalados todos se derretiran de manera, que no puedan hazer su officio. Quod quidem erit sacrosanctæ ecclesiæ, ac toti reipublicæ Christianæ maxime nociuum, & plurimis lachrymis, ac lamentatione dignū, sicut Hieremias Propheta deplorabat dicens. *Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus. Non deplorat Sæctus Propheta, eo quod obscuratū fuerit æs, ferrum, vel plumbum, quæ infima metalla sunt, sed quod obscuratum fuerit aurum, metallum videlicet pretiosissimum. Vbi aperte significauit, peccata Principum, & prælatorum plusquam subditorum, ac cæterorum esse deploranda: nam peccata, quæ infimi homines committunt non sunt plusquam peccata: at vero illa, quæ prælati ac principes committūt, sunt peccata, & simul sacrilegia atque scandala.*

Tren. 4.

Notabilis concio pro prælatis, & pro  
Euangelio vos estis sal  
terræ.

Isai. 61.

70 **I**N nomine sanctæ Ecclesiæ Propheta Isaias (Sicut Beatus Hieronymus, Cyrilus, & Eusebius Cæsariensis exponunt) inquit verba illa. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Hoc vestimentum est Iesus Christus reparator noster, qui factus est nostra iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sic testatur Beatus Hieronymus, & Beatus Cyrilus, & septuaginta interpretes hoc apertius significant, qui sic transtulerunt. Induit me Dominus vestimentum salutis. Et quidam vir perdoctus sic transtulit. Induit me vestimento, iustitiæ, dico Iesu. Nam omnes baptizati Iesu Christo Salvatore nostro induti, & vestiti sunt: sicut Beatus Paulus asserit dicens, *Quicumque in Christo baptizati estis,*

B. Hiero. super. c. 61. Isai. & B. Cyrilli, de rect. fide ad Theodo:

Ad Gal. 3,

Christū induistis. Et adiecit amplius S. Propheta in nomine senatus apostolicorum virorum. Quasi sponsum decoratum corona & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Vbi alia litera habet (cum qua etiā concordat translatio Aquilæ sicut B. Hieronymus hic adnotauit). Tanquam sponsum sacerdotali more ornauit me magnificentia, id est, hermoso como mi Dios con este ornamento, que me puso como vn hermoso desposado adornado, y compuesto, qual suele estar el sacerdote, quando quiere sacrificar. Quid, obsecro, significat, videre Episcopū tam sumptuoso, & magnifico apparatu indutum, nisi considerare quendam sponsum elegantissime compositum suæ diæcesis, in thalamo sanctæ ecclesiæ? Quæ quidem ornamenta significant cælestia dona, quibus anima eius adornari debet. Cū Deus Hieremiā Prophetā faceret prædicatorem, & prælatum Israelitici populi, ipsum sic interrogauit. Quid tu vides Hieremia? Et respondit dicens. Virgam vigilantē ego video. Quæ autem sit hæc virga vigilatrix exponit B. Cirilus Alexandrinus dicēs, quod quando Aegyptij curam, & vigilantiam alicuius prælati significare volebāt, ponebant quoddā sceptrum cū oculo supra ipsum sceptrū. Per sceptrū significabāt gubernationem; per oculū verō curā, & perpetuā vigilantiam. Et cum populus Hebræus inter Aegyptios alitus esset, ac vixisset his symbolis, & similitudinibus delectabatur, atq; ita per virgam cum oculo supra (quā vocabāt virgā vigilantē) intelligebāt vigilantiam prudentiam, ac prouidentiam boni prælati. Et vnā picturam harum Deus Hieremiæ ostendit, dum ait. Virgam vigilantem ego video. In quo Dominus ei significauit, quod siquidem sceptrum in manu eius ponebat, ipse dormire non debebat, sed vigilare, sicut exponūt Oechumenius antiquissimus Doctor, & D. Ambrosius, ac B. Augustinus. Et ad hoc alludebat prima illa vestis, videlicet tunica lineæ angusta vsq; ad pedes pertingens qua Deus sumum sacerdotem indui præcipiebat: & vt ex Hebræo constat, hæc vestis plurimas figuras oculorum habere debebat. In quo Deus insinuabat, que lo primero que ha de tener vno para ser prelado de almas ha de ser muchos ojos, mucha vista spiritual, y mucho conocimiento de Dios y de la ley diuina, y aunque para vn proposito ha de ser vara, que se doble ha de ser compadecerse de las miserias de los suyos, por otra parte ha de ser columna fortissima: atque ita Dominus ibidem eidem

Hierem. 1.

B. Ciril. lib. 2  
contra Iulianum  
apostatam

74 Propheta dixit ego dedi te hodie in columnam ferream, ut videlicet onera omniū perferre possis. Volēs Samuel vngere Saulem in Regem Israel, fecit illum ad mensam secum sedere, iussitq; famulis suis, ut afferrent illi ad manducandum arietis armum (id est vna espalda de carnero) dixitq; ei. Comede quia de industria seruatum est tibi: Quod nam est hoc misterium? In hoc ei significare voluit munus, & officium in quo eum constituere volebat, y que era necessario hazer vnas fuertes espaldas para sufrir vna tan pesada carga como es la del gouerno. Atque ita vbi nos legimus apud. S. Isaiam filij tui de longe venient, & filia tua de latere surgent, septuaginta interpretes transtulerunt, & filie tuae

1. Regu. 6

Isai. 60.

75 super humeros portabuntur, Super quem locum inquit B. Hieron. diligenter esse animaduertendum que ay dōs maneras de almas que vienien al gremio de la sancta iglesia: vnas que con poco trabajo se conuerten, y se esfuerçan a la virtud, otras flacas que no se acaban de desarraigar de las cosas deste siglo, y estas tales han de lleuar los prelados sobre sus hombros para offrecerlas a Dios.

B. Hiero super. cap. 60. Isai.

Dominus praelatos, & concionatores vocat sal porque la sal muere las carnes dōde se echa, y las escueze. Vbi significatū fuit sapientiam euangelicam habere virtutē mordendi corda humana, quod etiam significauit spiritus sanctus per aliam elegantissimam metaphoram, quam in prouerbijis posuit his verbis. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi pessimo. Predicar al peccador (dize el spiritu sancto) es como echar vinagre en el salitre. Optatissimam similitudinem, ait venerabilis Beda, cuius hec expositio est, quod si acetum mittatur in nitrum fumigat instar calcis viua cum aqua perfunditur. Pnes dizen muy al proposito estas palabras que los effectos que haze el vinagre en el salitre, haze la verdad prædicada en el coraçon del peccador que en oyendola luego humea el peccador con ira y colera ciega por murmuracion contra el predicador, y el prelado como humea la cal viua quando se lechan agua: Si enim prædicamus ecclesiasticis eisque dicimus, quam male conueniant breuiarum, & alex, os quod Deum consecrat, & mendacium ac falsarium amentia, statim murmurant, & dicunt non esse rationi consentaneum, uti sacerdotes Deo consecrati publice reprehendantur, & ita nec publice nec secreto reprehensionem admittunt. Si adno-

Simila.

nemus reipublicæ gubernatores, eosque hortamur vt per vici-  
 scera celestis agni Iesu Christi velint esse rectores, & non dissi-  
 patores, aduersus nos se erigunt dicentes pulpitem esse ad prædi-  
 candum & non ad libellos infamatorios in eo decantandos. Si ad  
 populum prædicamus, & ipsum de suis atrocinijs, ludis, mēdacijs  
 & fraudibus increpamus dizen que mas valdria predicar nuestro  
 euangelio, que quebrar las cabeças en vano. Si aseamos los abu-  
 sos de las mugeres, sus profanidades en las composiciones de sus  
 cuerpos, dizen y no sin menosprecio del sancto Euangelio, que  
 por que no tenemos, que predicar nos damos a reprehender. Vnde  
 ergo o popule Christiane tanta impatientia oritur; Quia, sicut  
 acetum in nitro, ita qui cantat carmina cordi pessimo, Como  
 cruce, y se deshaze el salitre en el vinagre: así se deshaze el pecca-  
 dor con furor, quando se le predica la verdad. Pues porque entien-  
 da el prelado, y el predicador q̄ la doctrina, que ha de predicar ha  
 de escozer, y morder con reprehension le llama el señor sal terre.  
 Et quemadmodum (vt ait Ecclesiasticus) thesaurus absconditus  
 nullius vtilitatis est: sic sapientia abscondita nullam ecclesiæ affert  
 vtilitatem, nisi ignorantibus cōmunicetur. Ideo Dominus in hoc  
 loco adiecit dicens. Vos estis lux mundi: nam lux pro officio ha-  
 bet illuminare, & se ipsam omnibus cōmunicare. Hoc officium  
 prælatorum significatur in quadam admirabili ceremonia, quæ  
 fit in Episcoporum consecratione. Fuit olim constitutio quedam  
 sacrorum Apostolorum (de qua S. Clemens discipulus B. Petri. &  
 B. Dionysius mentionē faciūt) vt quoties Episcopus consecrādus  
 erat, super caput ei⁹ liber apertus sacrorū Euāgeliorū poneretur:  
 cuius rei rationem nō aliā quæramus, nisi quā assignat B. Diouy-  
 sius, videlicet, quia liber ille apertus euāgeliorū positus super  
 caput Episcopi consecrādi significat quod sicut accipit à Deo il-  
 lam firmam hierarchicam potestatem, & illuminationē, cōmuni-  
 cationemque diuinorum mysteriorum ac sacramentorum sic  
 eam inferioribus sine inuidia communicet. Diuina profecto, at-  
 que apostolica ratio sicut vigor, & vis omnium sensuum in ca-  
 pite resident, & ex illo magna cum liberalitate toti cor-  
 pori communicantur, sic quando consecratur Episcopus en cabe-  
 ça miltica de la yglesia, poner sobre el el libro de los euange-  
 lios abierto, es dezirle, que el conocimiento de los diuinos my-  
 steros ha de tener su asiento en el, como en cabeça pero que lo

Ecclesi. 10.

B. clemens. li  
 8. c. 45.  
 B. Dion. lib.  
 de ecclesiasti-  
 ca hierarchia  
 c. 5.

Si = ille.

Joha de communicat a todos como a sus miembros místicos. Quo-  
 niam autem vita prælati debet esse plena charitate, & amo-  
 re, eleganti metaphora id eis diuinus magister significauit dicens  
 Vos estis ciuitas supra montem posita: nam cum ciuitas sit  
 quædam congregatio, quæ per amorem conseruatur, dum paupe-  
 ri diues, & ignoranti sapiens remedium adhibet, & lætus, tristem  
 consolatur, omnia hæc in prælato reperienda sunt quod si hic di-  
 uini amoris ignis in eius pectore, ac voluntate ardet, procul  
 dubio plurimum intellectus sui luce illuminabit. Quid enim plus  
 illuminat, quam facer amor: Virgines quas Salomon in illis mi-  
 sticis canticis introducit sponsam sic interrogant. Qualis est di-  
 lectus tuus ex dilecto, id est verbum, qui Deus de Deo est, hoc  
 verbum humanatum quale est? Quid facitis o virgines quare  
 sponsam de pulchritudine sponsi interrogatis. Nonne scitis af-  
 fectionem ad se trahere rationem. Ad hoc respondere possunt.  
 Verum quid est quod prophanus amor opertos, & velatos habet  
 oculos circa id quod plurimum amat: at amor sanctus longe dissimilis est  
 habet enim lucidos, & clarissimos oculos qui autem hoc amore  
 plus amat, plus de amato cognoscit. Quanto magis anima fuerit  
 amica Dei, tanto melius de eius pulchritudine loquetur. In celesti  
 hierarchia (inquit B. Dionysius) sunt coniuncti Seraphines, qui  
 quiere de zir encendidos en amor, y los cherubines qui significã ple-  
 nitudine sciëntia: por qui entendie ssemos, quã hermanados hã de a-  
 dar, conocer y amar a Dios de donde pensais hermanos qui nace  
 cõfessar en el simbolo de la fe, qui el spiritu sancto hablo por los pro-  
 phetas, diziendo, credo in spiritum sanctum, qui locutus est per Pro-  
 phetas. Pro responsione obserua quod licet verum sit opera sanctissi-  
 mæ Trinitatis ad extra esse indiuisa, tamen quædam ex illis tri-  
 buimus patri alia filio alia spiritui sancto. Videbatur autem hoc quod  
 est loqui & docere potius filio (qui verbum est & sapiëntia patris)  
 quã spiritui sancto pertinere: nam loqui est proprium verbi, Sicut &  
 docere sapiëntiæ & tamē verba & documeta Prophetarum tribuuntur  
 spiritui sancto quonia amor est hic diuinus amor ad intelligē-  
 das res sacras perspicacissimus est & ad ipsas explanandas eloquentissi-  
 mus atque ita dicitur. Qui voluerit cognoscere Deum diligat. Vnde B.  
 Joannes non vult vocare cognitionem illam, quæ charitatē non  
 habet, & ita ait, Qui non diligit, non nouit Deum. Itaque omnes  
 sapiētes ac literatos, qui pleni sunt sciëntia speculatiua, & inflammati

Cant. 5.

B. Dion.

i. Ioan. 4.

ambitione & vel ipſa niſe in diuino amore frigidiores beatus  
 Ioannes loſ deficiente, diziendo, que no tienen conoſcimiento  
 de Dios. Ex his, quæ dicta ſunt, o fratres mei aperte intelligetis,  
 quam reuerentiam maioribus veſtris Episcopis, ac prælatiſ exhibe  
 bere debetis, ſiquidem ipſi in veſtro commodo, & utilitate ſe oc-  
 cupant. Qui voſ tangit, tangit pupillam oculi mei: ait Dominuſ  
 per Zachariam Prophetam loquens (yt exponit Summuſ Pon-  
 tificex Alexander in ſua decretali) de Episcopis, conſiderans ſpi-  
 ritualem anatomicam corporiſ myſtici eccleſiæ: ſicut beatuſ Pau-  
 luſ depinxit dicens. Sicut in vno corpore multa membra habe-  
 mus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita om-  
 neſ vnum corpus ſumus in Chriſto. B. Theodoretuſ, inquit, oeu-  
 loſ ſacroſanctæ eccleſiæ eſſe Episcopos, & prælatos eiſ: quo-  
 rum munuſ eſt ſubditos corrigere, ac docere: & cum caput eccle-  
 ſiæ Ieſu Chriſtuſ dicat, quod iſ, qui tangit prælatos, tangit pu-  
 pillam oculorum eiſ; aſſi murmurar de loſ preladoſ, eſ vituperar  
 loſ ojoſ de Dios. Et obſeruandum eſt ſeptuaginta interpreteſ in  
 hoc loco ſic tranſferre. Qui voſ tangit, tangit pupillam oculi ſui.  
 Et, ſicut exponit B. Ciriluſ, ſignificat: Qui voſ perſequitur, ſe  
 ipſum perſequitur, qui de vobis murmurando detrahit, ſibi ipſi  
 nocet. Qui voſ tangit, ſibi ipſi oculoſ eruit. Quapropter popule  
 Chriſtiane prælatoſ veſtroſ diligentiffime honorate, ſiquidem  
 eiſ tantum debetis. Eſtoſ ſon veſtroſ maſtineſ, que velan por  
 defenderoſ de loſ loboſ. Hi ſunt paſtores veſtri, qui voſ pabulo  
 vitæ paſcunt, & per viam ſalutiſ ducunt. Hi ſunt veſtri ſoleſ, qui  
 ſua claritate, & radijſ doctri-næ euangelicæ, tenebraſ ignorantie,  
 & erroriſ a vobis expellunt, y cauſan vn claro dia de gracia. Hi  
 ſunt veſtri Cherubineſ, qui velut prunæ inflammate zelo amo-  
 riſ veſtri aſiſtunt ad latera arce teſtamēti Ieſu Chriſti reparatoriſ  
 noſtri, miſericordiam ab ipſo pro vobis poſtulant. Eſtoſ ſon  
 veſtroſ Moſeneſ, que anegado el impio Pharaon con trium-  
 phante braço, oſ facan del captiuerio de Egipto. Eſtoſ ſon v-  
 eſtroſ Aaroneſ, que aſiendo loſ incenſarioſ llenoſ de olorofos in-  
 cienſoſ ſe ponen entre loſ viuoſ y loſ muertoſ aplacando el ayra-  
 do pecho de Dios, a quien veſtroſ peccadoſ por momentoſ en-  
 cienden en ira. Eſtoſ ſon veſtroſ eſpiat, que por continua con-  
 templacion exploran la fertilidad de la tierra de promiſſion de  
 la bienauenturança ceſtial, y oſ muetran en loſ pulpitoſ aquel  
 diuino

Zach. 2.

1. ad Cor. 12.

B. Theodo.  
lib. de non iu  
dicandis pro  
ximis.

1. ad Cor. 12.

84

85

86 diuino raziño de uuas, que en el lagar de la cruz derramo tanto molto de amor. Estos finalmente son vuestros Iosuefs, que despuchos trabajos de penitencia, pasado el Jordan de esta vida entraran con vosotros en la tierra de promission de gloria. Si autem aliquando opus fuerit vt per modum correctionis prælatūs aliquis admoneatur, hoc maxima cum reuerentia, & vrbānitāte faciendum est. Cum summus sacerdos Aaron tan graue commiſſet peccatum, quale fuit illud adorationis vituli, quando por no poner la vida antes que consentir con el pueblo en aquella grande idolatria, que cometieron en el desierto en ausencia de Moysen, fue hecho participante de aquel peccado, con todo esto reprehendio Moysen con mansedumbre diziendole. Quid tibi fecit hic populus vt indiceres super eum peccatū maximum?

Exod. 32.

87 Vbi aperte nos docet, quod taliter admonendi, & reprehendendi sunt prælati, vt tamen debitam eis reuerentiam semper obseruemus. Sic docet etiam beatus Paulus, cum ait. Seniore[m] ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem. Et alibi. Oportet seruum Dei esse mansuetum cum mansuetudine arguentē. Et est valde ponderandum quod non reprehendit, sanctus Moyses sacerdotem Aaron coram populo, ne videlicet populus ipse debitam prælati suo reuerentiam amitteret. Est etiam obseruandum, quod prælati minores non eliguntur, vt auctoritatem a maioribus auferant, sed vt ipsos adiuuent: atque ita quando Dominus septuaginta illos senes sancto Moysi socios dedit, vt ipsū adiuuarent ad onera populi supportanda, voluit, vt ipse Moyses eos signaret, & per manum eius eligerentur, & Dominus eis ex eius spiritu dedit,

1. ad Tim. 9.  
2. ad Tim. 2.

Num. 10.

88 dando a entender, que el spiritu de los mayores y menores ha de ser todo vno, y que el mayor es como fuente y origē de los otros inferiores.

Quemadmodum qui fidibus lyram pulsare nesciunt, aut tyrones in ea exercitatione sunt dum prætentant pollice chordas, eas incite, nimiumque contendendo, aut remittendo, non modo insuauem quendam omnium auribus influūt sonum, sed etiam chordas multas sæpe confringunt: ita qui regendi artem non norunt, aut parum in ea exercitati sunt, dum rigide nimium vel remisse se gerunt erga subditos, non solū spectatores omnes offendunt sua gubernatione, sed etiam status omnes reipublicæ, seu communis deuaſtare plerunque solent, atque destruere.

Si. ille.

## Proprælatis concio & maxime pro beato Augustino.

**V**os estis sal terræ : inquit Dominus cum prælatis loquens. Parui refert (teste Platone) si res publica optimas habeat leges, & earum legum vigilantes executores non habeat. Quæ sententia sua præ natura tam vera, est, ut minime probatione indigeat, Frustra plane Rex, vel princeps leges ordinat, nisi ministros constituat, qui transgressores puniant, observatores autem illarum, honore, & præmio afficiant, Et quia Imperator insuperabilis imperij Christus Iesus, in monte leges optimas condiderat, tam de diligendis inimicis, quam de beatitudinibus, quas Matthæus paulo antea dictauerat, par erat ut de ministris, per quos hæc leges observandæ erant, fusius tractaret. Vnde ait. Vos estis sal terræ. Hac pulcherrima metaphora Dominus optime indicat, quales esse velit, tum prælatos, tum prædicatores, tum denique omnes reges fideles, atque suæ ecclesiæ ministros. Experimēto enim quotidie agnoscimus, sal bifariam habere virtutem. Nam carnes à putredine eximit, & cibarijs magnam præstat suauitatem. Quos quidem effectus Dei ministri in sancta ecclesia efficere debent. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Vbi beatus Hieronymus ait. Apostoli sal appellantur, quia per illos vniuersum hominum genus conditur. Atqui si sal euauerit, in quo salietur id est, si doctor errauerit, quo alio doctore emendabitur? Quid inutilius infatuato sale? Equidem si vinum vapescit, acerum generat, & vsui nostro inferuit. Sal vero insulfum ad nihilum prodest. Ideo contemptum habeatur oportet prauus minister, quo nihil perniciosius, foris mittendus est, & ab hominibus conculcandus, quod in phariseis, & sacerdotibus legis antiquæ gestum legimus. Sane foras missi sunt, iuxta illud, Amē dico vobis auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Non solum autem ministros suos salē Dñs appellat, sed etiā lucē dicens. Vos estis lux mundi. Ac si dicat, Talis sit vita, doctrinaq; vestra ut omnibus intuentibus sit dux, atq; norma recte viuendi. Vnus

Math 5.

91

vtiq;

92 utique est sol mūdi, qui tā efficaci, & copioso lumine abūdat, vt  
 omnibus terram incolētibus ē longinquo luceſcat. Iuxta illud Eccli. 42.  
 sol illuminans per omnia. Imo intra terræ viscera virtute sua  
 aurum, & argentum, omniaque metalla, lapides preiſoſos gene-  
 rat. Ad eandem imaginem sermo Dei, qui cælitus datus nobis Simile.  
 est, vniuerſa terrarum climata luſtrat idola cuncta ſubuertens, &  
 errores mirabiliter depellens, in visceribus hominum præcullen-  
 ti ſua virtute margaritas vernantes, fidem, ſpem & charitatē gige-  
 nens cæterasque virtutes in mente fidelium proferens: viuus  
 enim est sermo Dei, & efficac (ait beatus Paulus) & penetra- ad Heb. 4.  
 bilior omni gladio ancipiti. Equidem philoſophorum argumen-  
 ta, & illorum ſubtilia dogmata ſuapte natura mortua ſunt, &  
 propterea nec illis, nec ſequacibus illorum vitam ſpiritualem,  
 nec minus æternā præbere quiuerūt. At sermo Dei viuus est, &  
 interne vitā habet, energiā, & efficaciam mirabilē obtinet, adeo  
 vt ex mancipijs, & filijs diaboli, filios Dei efficiat, & hæredes reg-  
 ni cælorum. Non ſolum autem prælati & prædicatores lux vocā-  
 tur quia hanc lucem hominibus præbent, ſed etiam, quia ipſi bo-  
 nis exemplis & vitæ integritate lucem eſſe debent. Cogitemus  
 igitur nos in totius orbis teatro lucem eſſe, & miniſterium no-  
 ſtrum agere debere, quo ſolicitudo nos acuat, excitetque ad cir-  
 cuſpectionem, & ſolertiam. Obſeruanda hic eſt præclara, &  
 inclita euangelij virtus. Lex vetus fere regnum vnum, & popu-  
 lum vnum illuminabat, ita vt pſalmographus audacter diceret.  
 Notus in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Sed pc. 75.  
 94 lege noua aduentante, totius mundi climata illuminantur, Sci-  
 thæ, & Barbari, Græci, Indi, atque Romani ſponte colla iu-  
 go ſuaui Chriſti ſubmittunt. Vos eſtis lux mundi, nedum reg-  
 ni Iſrael lux eſtis, parum hoc eſſet, ſed omnium nationum, quæ  
 cæli ambitu continentur. Ecce homines, quos nuperrime ter-  
 ram vocauit, nunc mundum appellat, eo quod, quæ mundi  
 ſunt, & breui admodum pereunt, illi magnopere diligebant.  
 Huc pertinet illud: Mundus eum non cognouit. Si cælum dili-  
 gis, cælum es, vbi thronus Dei loquatur, ſi terram diligis terra  
 es, inquit beatus Auguſtinus. Ergo ſi mundū, & quæ ſunt mūdi  
 amaueris, mūdus es. Sed obſecro, quæ ſub eſt cauſa vt Apoſtoli  
 lux à Chriſto dño nūcupentur, cū de glorioſo Baptiſta dictū ſit, Icaan. 2.  
 Non

Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine, id est, Christo qui solus lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Plane sicut in cælo triffarie lumina splendere videmus, nam aliud est quod illuminat, & non ab alio illuminatur, vt sol. Ille planetarum princeps à philosophis nominatur & merito, quonia ab alio planeta nō sortitur suum lumen. Quin & omnia astra à sole illuminantur. Aliud lumen in cælo est, quod illuminat, & nihilominus illuminatur. Huiuscemodi sunt planetæ sex in quorum medio, totius mundi effector Deus solē collocauit. Est aliud deniq; lumē, quod illuminatur & tamē nō illuminat: hæ sunt stellæ paruulæ in cælo, quas obrutus noster percipere nō valet. Ad eandē imaginē in ecclesia sancta, quæ sæpenumero, regnum cælorū vocatur, est lux vera Christus Iesus, lux æterna, suapte natura angelos, & homines illuminans, à nullo nisi à patre cælesti accipiēs lumen, & hoc orthodoxa fides astruit: Deum verum de Deo vero, lumen de lumine. Quas obres, ipse inquit, Ego sum lux mundi. Apostoli vero, & sancti prælati, & prædicatores, lux sunt ab hac luce vera radios suos accipientes. Illuminant, & illuminantur. Ideo de præcursores Dñs dixit: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Lucerna vero, vt experimento agnouimus, à se non habet lucē sed aliunde, sic stellæ vocantur in libro Danielis, qui ad iustitiam erudiūt plurimos. Quod vero stellæ paruæ in cælo sint, quas minime videmus, Astrologi non dubitāt, quæ illuminantur, & non illuminant. Eodem modo in ecclesia sunt humiles, qui sibi nihil fidunt, sed toti pendunt à Deo, qui que diuitias: & honores mundi, vltro aspernantur, cum Dauide dicentes: Domine tu es gloria mea, tu exaltans caput meum. Et rursus. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Tales profecto in conspectu hominum non fulgent, irradiantes in conspectu angelorum: parum est hoc, quouis iurare illustriores sunt in oculis Dei.

Sicut in festo beati Augustini prædicaueris poteris dicere, & sic exclamare. O sapientem virum, o lucem mirabilem Augustinū, nonne ipse totum terrarum orbem scientiæ suæ cælestis fulgore illuminauit? Equidem triplici radio ipse in ecclesia fulsit: Nā iuxta, vt stella, & sicut luna plena, & quod mirabilius est, refulsit, veluti sol. Ecclesiasticum nunc audiamus, & ipse natiuis coloribus

Ica. 7. 8.

Ioan. 5.

Danic. 13.

Pf. 9.  
Pf. 39.

89 gloribus scientiam stupendam doctoris huius sanctissimi Augustini deliniet. Quasi stella matutina in medio nebulae, quasi luna plena in diebus suis lucet. Quasi sol refulgens, sic iste refulsit in templo Dei. Enimvero instar stellæ matutinæ effulsit egregius Doctor, quando primo conuersus ad Christum, vox illa cælitus allata tonauit. Augustine, tolle, lege, tolle lege. Tunc antea vitam deflens lachrimis scelera sua diluens, exclamabat dicens. Vsq; quo Domine, vsque quo obliuisceris mei in finem? Pulchritudo antiqua, & noua quam sero te cognoui. De his in libro confessionum latius. Emicuit, ut luna plena ubi presbyter factus est, & sacrum Euangelium, Valerio episcopo cogente, palam prædicauit.

99 Observate fratres, nos sicut luna dimidia fulgemus duntaxat credentes, non autem Deum toto corde, & proximum, ut nos metipsum diligentes. At beatus Augustinus corde, & opere, verbo, & vita, affatim in templo Dei, ut luna plena illuminauit fideles. Denique veluti sol refulgens, iam episcopus apicem attingens, hac, & illac, tum sermone, tum etiam scriptura, quot quot orthodoxi erant, illuminati sunt. Vel sic, quia in quouis statu, alij incipientes, alij proficientes, alij tandem perfecti inueniuntur, utrosque Beatus Augustinus edocuit, utrisque sese accommodans, quo plus eis proficeret. O virum ineffabilem, o sapientissimum doctorem, omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret Christo Iesu. Quanta vero sapientia, & eloquentia doctor hic præstâtissimus polluerit, opera

100 eius manifeste declarant, & testis est diuus Hieronymus, qui in quadam epistola sic ait. Duobus libellis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis, & omni eloquentiæ splendore fulgentibus, ad tempus respondere non potui. Et paulo post inquit: Certe quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum

1. ad Cor. 2.

 Lib. Epist. 5.  
 Augu Epist.  
 30.

Pfal. 103.

de potētia, & sapiētia summi Dei scripsit, Socratem eruditū vitorum magistrum habuit. Aristoteles philosophorum princeps annis viginti scholam Platonis frequentauit. Itaque nemo sine docente euasit sapiens, & in liberalibus artibus apprime eruditus nisi solus Augustinus. O portentum portentosum, o ingenium monstruosum, o sol lucidissime quibus te laudibus efferam ignoro. Te illucēte illud Dauidicum impletum est. In ipsa, scilicet, nocte, pertransierunt omnes bestię syluę, ortus est sol & in cubilibus suis collocabuntur, quandoquidem bestię syluę, hoc est, hæretici) quę nocte infidelitatis pertransibant, & animas fidelium seducebant, in varios errores eas abducentes, iam iam Augustino irradiante pudefiunt, & vel ad lucem fide conuolant,<sup>102</sup> vel ad cubicula sua effugiunt, vbi obsecro, leo cruentus Arrius? Vbi vrsus insidians Manichæus, vbi fortunatus Manichæorum presbyter, qui sathana suggerente plurimos seducebat? Plane ab Augustino deuicti ceciderunt, & falsa dogmata eorum instar fummi beato Augustino redarguente euauerunt.

Ephes. 4.

Gubernandi dignitas magistratus appellatur à magistro, vt ait Varro, quoniam qui alijs præest eorum vitę debet esse magister. Vnde .D. Paulus in Epistola ad Ephesios, inquit: Deus dedit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores. Pastores & doctores simul copulat & connectit: non ait: alios pastores, alios doctores, sed alios pastores & doctores, significans debere illos præditos esse doctrina, qui rem publicam gubernandam susceperunt.<sup>103</sup> Et Vegetius de arte militari inquit: Nullus est quem oporteat, vel plura, vel meliora scire quam principem, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.

## Pro prælatorum residentia.

**V**T impię mulieres, quę vt pariunt, infantulos exponunt, & vt aiunt vulgo fortunę committunt, vt alieno lacte & labore nutriantur, aut, pereant, debent graui supplicio puniri: sic præsules, qui vt liberius se dedant voluptatibus ecclesias suas alijs committunt curandis, vt aliena alantur doctrina, aut

104 penitus destituatur, grauiſſimum crimen incurrunt, cuius debitas  
pœnas Domino perſoluent.

Omnia quæ habentur retro titulo potentes  
Domini, & tyranni deſeruiunt  
huic materiæ.

Promiſſa Dei quomodo adimplentur.

105 **S**Ci tu digniſſimum eſt quare cum diuina ſcriptura dicat, quod  
non eſt Deus ſicut homo vt mutetur, aut ſicut filius hominis  
vt mentiatur, quare inquam, Chriſtus Redemptor noſter, poſt  
quam diſcipulis ſuis (inter quos erat impius Iudas) dixit, in rege-  
neratione, cum ſederit filius hominis ſedebitis & vos ſuper ſedes  
duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael, hoc verbum impio  
Iudæ non adimpleuit? Ad hoc reſpondetur quod Deus non mu-  
tatur, ſed creatura. Vnde non ſolum quando Deus mortis ſentē-  
tiam aduerſus aliquem peccatorem ob ſcelera eius pronūtiat, ſed  
etiam quando propter ſeruitia ſibi exhibita præmiū promittit  
licet, abſolute loquatur, intelligēdum eſt ſub hac conditione vide  
licet ſi peccator ſe non correxerit, & in meliorem frugem non  
recepit, & ſi bonus in iuſtitia ſua perſeuerauerit. Hæc diuina  
veritas mundo reuelata eſt per os Hieremiæ Prophetæ dicentis,  
Repente loquar aduerſus gentes, & aduerſus regnum, vt eradi-  
centur: deſtruam & diſpergam illud; ſi pœnitentiam egerit gens  
illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœ-  
106 nitentiam ſuper malo, quod cogitavi, vt facerem ei, & ſubito lo-  
quar de gente & regno, vt ædificem, & plantem illud: ſi fece-  
rit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœniten-  
tiā agam ſuper bono, quod locutus ſum, vt facerem ei. Dicitur  
Deus facere pœnitentiā, non quod dolorē habeat, vel pœniteat  
de eo quod fecit, ſed quia ſuſpēdit ſupplicium, quod aduerſus im-  
pios promiſerat, aut præmiū, qđ bonis pollicitus fuerat, & hoc ga-  
mali in bonos, vel boni in malos ſunt mutati. Hoc aperte apparet  
in illa promiſſione facta Iudæ, & in alijs plurimis, de quibus ſacra  
ſcriptura agit: & incōminatione, q̄ Deus per prophetā Ionā Ni-  
niuitis fecit, & in eo, quod Iſaias ex nomine Dei regi Ezechiæ  
dixit

Num. 23.

Math. 19.

Ione. 3.  
Iſai. 58.

Ad Heb. 4.

dixit: **Dispone domui tuæ, morieris enim, & non viues.** Dominus etiam Israelitis, qui ab Aegypto exierunt, promissit terram promissionis, & in nullo eorum præter duos tantum modo, videlicet Iosue, & Caleb non habuit effectum promissio, quoniam parua fides, & fiducia, quam habuerunt in verbo Dei id demeruit, sicut B. Apostolus testatur dicens. Non profuit illis sermo auditus, non admixtus fide, hoc est, Non profuit Israelitis promissio Dei audita per os Moyſi, propter incredulitatem, & paruam fiduciam eorum.

### Promissa Dei quomodo intelliguntur.

Num. 13.

**I**N libro numerorū sic legitur. Locutus est Dominus ad Moyſem dicens. Mitte viros, qui considerēt terram Canaan. Cum autem sanctus Moyſes mandatum Dei exequeretur, dixit exploratoribus, quos mittebat. Considerate terram, qualis sit, & populum, qui habitator est eius, vtrum fortis sit, an infirmus: pauci numero, an plures. Orem admiratione dignam, quorsum hæc imperauit omnipotens Deus? Ipse promiserat populo Israelitico terram Chanaā. Si ergo hæc promissio deesse nõ poterat, quorsum mittebat exploratores, qui scirent gentis numerum, & qualitatem, & an fortis, vel infirma esset, siquidem licet fortissima esset desolanda erat, & populo Hebræorum tradenda? Id namque, quod diuina voluntate decretum est, impossibile est, non euenire. Hęc quæstio ventilatur à magistro sententiarū, & à Doctoribus Theologis in primo, & à sancto Thoma in prima parte. At eius difficultas, & resolutio in tribus consistit. Primū est, quod voluntas diuina ab æterno constituit omnia futura contingētia: scit enim Deus quid quid futurū est, & si illud constitutū, & decretum nõ haberet eius sanctissima voluntas, nõ vtique eius intellectus id sciret atque ita scientia diuina contingentium dependet à determinatione diuine voluntatis. Verbigratia. Scit Deus quod Antichristus erit, quoniam ita eius diuina voluntas decreuit: quod si non decreuisset, non vtique esset, & si non esset, nõ esset verum: Antichristus erit, & ita non sciretur? quia non entis nõ est scientia. Secundo sciendum est futura contingētia esse necessaria necessitate antecedentis, & non necessitate consequentis: quod periurde est, ac si dicamus. Hęc consequentia est necessaria Deus

Theologi in  
1. d. 39.  
B. Th. 1. p. q.  
q. 19. ar. 3. &  
7.

Deus determinavit, vel scit Antichristum futurum, ergo erit? Etenim voluntas, & scientia eius sunt infallibiles: consequens autem, scilicet, Antichristus erit, non est necessarium. Tertio observare oportet quod futura contingentia, aut naturaliter eventura sunt causis secundis concurrentibus (vt quando aliquis sanitatem consequitur ab aliqua ægitudine, applicando medicamenta necessaria ad salutem) aut Deus constitutum habet, quod id, quod futurum est miraculose eveniat, sicut quando sanavit Ezechiam, & quindecim annos vitæ adiecit. Hoc supposito ad questionē respondēdo, quod cum Deus decrevit dare Israelitis terram Canaam, & quando eis, ac parentibus ipsorum id revelavit, non constituit eam illis miraculose tradere, sed per media naturalia, videlicet ipsis Israelitis eam expugnātibus, atq; ita eis præcepit, vt hoc belli stratagemate vtentes ad eam videndam exploratores mitterent. Vnde inferitur, quod quāuis Deus non revelasset, se nobis gloriā esse daturū, debebamus tamen omnia media quærere, & ex parte nostra omnes diligētias possibiles ad eā cōparandam adhibere.

P R O T E C T I O  
D E I.



QVENS Sanctus Isaias Propheta de tempore legis gratiæ inquit. In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbis fortitudinis nostræ Saluator: ponetur in ea murus & antemurale. Hæc civitas refugij, & fortitudinis nostræ est

Eg. 26.

Ecclesia militās: & Iesus Christus Saluator noster est huius vrbis murus, & antemurale. Nam omnis defensio, & protectio, ac refugium huius sanctæ ecclesiæ est in Iesu Christo vero Deo, & vero homine. Cum autē dicit S. Propheta, Saluator, insinuat, que a quello con que Iesu Christo nos fue Saluador, que es su cruz, y su muerte, sus trabajos, sus lagrymas, y sus ayunos siuen de miro de toda la sancta yglesia, y de cada vno de los fieles en particular. O hombre Christiano y si quando viene el demonio con la tentacion, y te tira tiros gruesos para derribarte, te acogiesse a estos muros, y barbicanas, q̄ amparado quedarias, como a las drias con victoria de los encuentros de Satanás. Alia litera in hoc loco sic habet. Satus

tua ponet muros, & propugnacula. O dulcia verba, & digna que visceribus amoris recipiatur! Tua salus, tua vita, tuum bonū, tuus Redemptor ponet non vnum murum, sed plurimos, & propugnacula, qui son los bestiones, que se ponen a los muros para que esten mas fuertes. Todo esto significa la poderosa proteccion de Dios. O felices illos, qui ab ea cōmodum elicere sciūt. Protectio Dei etiam probatur ex illis Zachariæ verbis, scilicet. *Onus verbi Dñi in terra Adrach, & Damasci requies eius, quia Dominus est oculus hominis, & omnium tribuū Israel.* Quasi dicat. Taceant omnes habitatores Syriæ, & Damasci, qui confederati sunt aduersus amicum Dei, & aduersus populū eius, & dicunt. Yo os prometo, que los hemos de coger de sobte salto, sin que les quede lugar de preuenir el daño. O insensati, insensati, nonne videtis Deum factum esse oculos populi sui, & hominis in ipso confidentis, y que no ha assomado el peligro por aculla quando Dios lo ha atalayado y dado auiso del? y todo esto, quia protector est particularis omnium qui in eo confidunt, y aunque ellos se descuiden de si, Dios vela sobre ellos.

O I T Protectio Dei. O S I

**E**Go ero ei murus ignis in circuitu. Et in gloria ero in medio eius: inquit Dominus per Zachariam Prophetam. Hoc est ero sanctæ Ecclesiæ pro muro adeo firmo, vt non sit fossa aqua plena, vt ceteri muri esse solent, sed igne circumdata: vt hostes, & alienos homines longe repellat, nullisq; machinis dirui, neq; expugnari possit. Hæc huius loci expositione omnes interpretes contenti sunt: quæ quamuis facilis, & plana sit, loci tamen difficultate non exhaurit. Nam adhuc mens scire desiderat, quid illa tam in solitaratione dicendi significetur: præsertim, quod ignis ciuitate cingens, non solum hostibus, sed etiam ciuibus detrimentū afferret. Quare operæ preniū est intelligere, quæ huius ignis ratio futura sit. Ac primū, qui non sit sacrarum literarū insolens, cognoscat hanc dicendi rationem alijs locis esse vsurpatam ex quibus is quem tractamus, planus fiet. Nam Christus ipse Iesus, a quo hæc vrbis de qua Propheta loquitur, id est, ecclesia per orbem stabilienda erat, dicit. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Is igitur ignis ille est, quo sepiendam esse urbē factus. Propheta dicit. Qui nihil est aliud, quam vehemens quidā

zacha. 9.

zacha. 2.

Luc. 12.

amor

amor reru spiritualium, quo mens hominis a terrenis rapitur ad caelestia: ex quo ingens rerum humanarum contemptio oritur, spiritu ad se nos totos reuocante: ex quo fit, vt copias, facultates, voluptates, amicos, parentes, cognatos, corporis cruciatus pro nihilo ducamus, dum Christum supernum Dominum, & spirituales diuitias adipiscamur, & vt res acerbis tam forti, & constanti animo perferamus, vt nulli neque homini, neque perturbatio- ni animi, neque fortunæ succumbamus. Hoc igni sancta Ecclesia noua Hierusalem circūdatur, & ita roboratur, vt nulli neq; reges, neq; immanes tyranni, neque denique portæ, & inferorum acies eam superauerint, neque vnquam superare poterunt. Ex hoc intelligitur illud, quod Ioannes Baptista dixit. Ego quidē baptizo vos in aqua, ipse vos baptizabit Spiritu sancto, & igni, id est, ardētissimum amorē spiritualium, & magnū rerum humanarum cōtemptum excitabit. Hoc igni bene tactus esse videbatur B. Paulus, cum dicebat. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? An angustia, &c. Ab ijs ducibus Ecclesia defensa, hoc igni, & animi ardore inflammati milites tutissimo muniuntur praesidio: & ideo ait Dominus: Ego ero murus ignis. Nam ipsemet spiritus sanctus est ignis ille, qui inflammat fideles, ipse in figura ignis super Apostolos in die Pentecostes est de caelo delapsus: ipse (vt Ioannes ait) baptizantur fideles. Ergo qui res suas in tuto cupio collocari, hoc igne accendatur, se totum a corpore, & a rebus externis ad mentem, & spiritum auocet: nihil magnopere amandū, & expectandum existimet, nisi quod mentem, & spiritum perpetuo duraturum attingat: quo nullo maiori praesidio se, suaque omnia firmare vnquam valebit: quod ipse Dominus monet dicens, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures fodiunt, & furantur: thesaurizate autē vobis in caelo, vbi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, &c. Cum igitur ex hac diuini Salvatoris sententiā nihil in hoc orbis terrarū domicilio tutum, nihil insidijs vacua sit, quo se tutum hic quisquam arbitratur praesidio, nisi domicilium, & habitationem mutet, in caeloque se, suaq; omnia collocet: Hac ergo de causa Ecclesia tam firmū habet praesidiū, quod tota igni illo diuino cingitur, atq; sepitur, tota caelestis est, & caelestibus donis plena, quoniam, vt hic Dominus promittit, ipse est in gloria in medio eius. Verbu Hebraicu est Cabod, quod Hebraei dicunt significare gloriam, honore,

Matth. 3.

Ad Rom. 8.

Matth. 6.

& animam, eo quod anima sit corporis gloria. Et ita intelligitur illud Psalmi. Ut cantet tibi gloria mea; id est, anima mea laudet te. Sed ne tam ambigüe exponatur, melius est, vt significare dicamus, totius rei pondus, atque momentum, id quod affert decus totum, & ornamentum: qua significatione, & translatione. Latini vsurpant hoc nomen, pondus: & ita dicunt, res magni ponderis, & epistola habens pondus, id est, de rebus magnis, & grauibus scripta. Et ita recte illum Davidis versum exponemus, id est, quidquid in me ponderis est, atque momenti, laudabit te. Et si exponamus hoc modo, sicut re vera exponi potest ex Hebræo, aptissime sine tanta ambiguitate quadrabit. Igitur & in gloria ero in medio eius perinde est ac si diceret Dominus, non solum tanquam murus igneus eam vndique circumdabo, sed etiam ero quidquid intus ponderis, & momenti habebit, id est, me tantum quæret, in me omnis eius gloria, honor, copiarum facultates, quidquid expetendum fuerit, continebitur. Quod ita fieri videmus. Nullas enim opes, nullas facultates sancta ecclesia principaliter requirit, nisi cælestes. Superioribus temporibus promittebantur obseruantibus præcepta Dei bona terræ vt patet in Leuitico, vbi dicitur. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, &c. Itaque huius sæculi etiam diuitias tunc ecclesia quærebat, quando quidem ei tanquam præmium erant propositæ: At nostræ Ecclesiæ institutores, & administratores Apostoli diuitias omnes huius sæculi contempserunt. Quare quidquid per se, vique sua nunc sancta Ecclesia postulat, quidquid quærit, & æstimat, Deus est. Ideo recte adimpletur: Ego ero gloria in medio eius: Id est ero totum pondus eius, & quasi anima eius, vt tota nominis vim amplectamur. Estque pulchra similitudo ad hoc intelligendum. Vt enim animata tota corporis dignitas continetur: ita in Deo vniuersam dignitatem & amplitudinem suam positam habet. Quod Propheta Esaias etiam luculenter vaticinatus est, cum Hierusalem loquens: Non erit, inquit, tibi amplius sol ad lucendam per diem, neque splendor lune illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam. Quibus verbis aperte diuinus vir declarat hanc urbem non

materialem, sed spiritualem esse, cui nihil Sole, & Luna, materiali opus sit, sed ita totam ex Deo pendere; vt ipse sit ei pro sole, & pro luna. Ac denique omnis erit gloria eius id est, totum bonum eius, & quidquid ponderis, & momenri habebit. Certe huius vrbis legitimus ciuis erat Dauid, cum dixit. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans ca- *Psal. 3.*  
put meum,

P R O V I D E N -  
T I A D E I.



**C**ONSIDERANDA est diuina prouidentia & oculi Dei circa creaturas suas no como repar- tidos en ellas, de manera que a cada vna le aya de caber su pedaço de la vista de Dios, y de su cuyda- do: sino como si fuesse su prouidencia diuina vna ymagen de aquellas perfectissimas, que llaman Iconias, quæ tan- ta perfectione, tanque singulari artificio depictæ sunt, vt in quã- libet partem indifferenter aspicientes sic visum dirigunt & ocu- los figunt in vnoquoque eorum, qui circumstant, ac si illum dum taxat particulariter, & non alium intuerentur: atque ita experien- tia videmus, quod cum plurimæ, & variæ personæ coram ali- qua harum imaginum adsunt, ita quamlibet rectè, & intente cõ- templatur, & aspicit, vt quælibet persona earum existimet, se solam esse, quam imago, seu effigies illa contemplatur: imo etiam euenire solet, quod cum aliquis circumstantium in alium locum mutatur, existimet, quod oculi imaginis ipsum sequan- tur: de manera que mudandose a otro lugar qualquiera de los cir- cùstantes, parece que los ojos de la ymãgẽ se van tras el. Hæc pi- ctura nobis aliquo modo Dei prouidentiam depingit, la qual es de tal condicion que con mirar y tender sus ojos sobre to- das sus criaturas, assi les pone sobre cada vna particu- larmente en todas sus necesidades, como si a ella sola mi- rasse.

## P R O V I D E N T I A D E I.

Numero. 9.

**Q**ualem Deus Ecclesiæ suæ prouidentiam gerat, ducatus ille, qui in libro Numerorum latè describitur (quomodo Dominus in columna ignis, & nubis populum suum ad promissam terram pergentem antecedeat) miro modo declarat. Illa enim columna, & tempus ingrediendi, & quiescendi, & iter, per quod ingredi, & locum in quo castrametiri deberent, apertissime ostēdebat. Itaq; nil erat cur in his omnibus solliciti essent, cum pro eis dominus sollicitus erat, nil item quod eos angeret, si vel diutius in eodem loco persisterent, seu velocius properarent. Quamuis enim tarditatis, aut velocitatis, causas ignorarent, certo tamen se errare non posse credebant, cum ductorem haberent Deum: cuius occulta quidem decreta, atque iudicia, nunquam tamen aut fallacia, aut iniusta sunt. Cum ergo non minorem nunc Dominus Ecclesiæ suæ quam tunc synagogæ prouidentiam gerat (quando quidem à nobis abiens dixit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi) certum est omnia, quæ in Ecclesia fiunt, aut contingunt, ad electorum salutem, aut disponente aut permittente Deo prouenire. Notum Deo à sæculo est opus suum. Quare nemo aut angi, aut diuinæ misericordiæ diffidere debet, cum varias Ecclesiæ calamitates videt: non enim abiicit curam nostri Deus, neque dormit, qui custodit Israel: quanuis interdum dormire nobis videatur, permittens iustos persequi à tyrannis propter eorum maiorem coronam: quia, vt Eusebius Emisenus in quadam homilia ait, quanto persequutor in necem contentis immanior, tanto Deus in remuneratione perseverantis est ditior: qui nouit de impiorum criminibus merita augere iustorum. Sicut enim improbi male vtuntur bonis Dei. Ita Deus bene vtitur malis operibus iniquorum.

Matth. 28.

Euseb. hom.  
de Epipha.

## Prouidentia Dei.

**S**apientes Egyptij Deum per Ciconiam significabant: nam vt experientia patet) Ciconia linguam non habet, & ideo sicut alia aues nō potest voces formare. Elegans quidē fuit hæc cōparatio id est sue galano apodo: porq̄ el dia de oy, no tener vno lēgua, y tener cofida la boca, es estar en disposicion de ser semejante a Dios, como al reues el que tiene la boca deslenguada o es lengua-

6 raz se parece al demonio. At quamuis hoc verum sit, tamen imaginatioe. *Egyptiorum* hæc non fuit, quin potius Deum *Ciconia* comparabant, vt hinc intelligeretur silentium, & secretum consilium quo Deus mundum gubernat fin que el mas subido entendimiento le pueda dar alcance. Et hoc est quod dicitur in *Canticis*. Ego dormio, & cor meum vigilat. Quæ verba ad sponsum referri possunt, ita vt ipse dicat. Ego dormio, secundum humanum iudicium, in gubernatione mea, sed cor meum infinita prouidentia vigilat, como el relox, que por defuera parece vna joya preciosa, y que no ay alli cosa alguna, y de dentro tiene tantas ruedas, y tantos artificios, pesas, y cuerda, y andã con tanto compas y concierto, que pone espanto. Afsi el gouierno de Dios por defuera parece cosa dormida, y alla interior y secretamente ay gran vigilancia, y prouidencia, al reues de los hombres, que tienen poco artificio, y mucho ruydo como molino que de lexos se oye y mirãdolo de cerca es muy poco su artificio. Ex eo autem, quod Deus hanc mundi machinam tanto silentio gubernat homines in plurimos errores prolapsi sunt. Alij enim dixerunt non esse Deum, alij autem ipsum res mundi inferiores non gubernare asserabant. De primis ait sanctus *David*. Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Sed quomodo scis ò sancte *Propheta*, ipsum hominem esse insipientem, siquidem, nec verbum vnum locutus est? Dicere solent homines insipientem, quando tacet saltim in vultu, & apparentia exteriori nihil à sapiente differre: atq; ita inquit *Alciatus*. Qui tacet non differt à sapiente, quare ergo cum hic taceat, tu eum insipientem esse dicis? Per esso se vera, quam estremo necio era pues aun callando se echo de ver, que era necio: cum enim corde crederet deum non essetam turpiter, & prophane vivebat, vt vel ipsis operibus id, quod crederet exterius manifestaret. Alij dixerunt (vt sanctus *Iob* refert) *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.* Sed hi omnes errabant: nam prouidentia Dei infinita est licet eam homines non consequantur.

simile.

*Iob. 22*

## P R V D E N T I A .

B. Ber. sup.  
Canti.



**B**EATVS Bernardus super Cantica inquit. Discretio est quædam mediatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & motuum doctrix: tolle hanc, & virtus vitium erit. Et in quadam epistola ait: O vtinam saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes, quæ Dei sunt: intelligeres, quæ mundi sunt: prouideres, quæ inferni sunt profectò inferna horreret, superna appeteret, quæ ad manus sunt contemneret.

Naturales affectus, qui in corde nostro sunt, velut stimuli quidam ad paranda ea, quæ sunt vitæ necessaria, conditoris prouidentia dati sunt. Sed quoniam affectus isti cæci, & vehementes existunt: ratio, veluti auriga ab eodem opifice donata est, quæ illos velut præcipientes in cursu equos moderetur. Ad hunc ergo modum sancta desideria nobis ad spiritualia bona, virtutesque parandas à spiritu sancto donantur, quæ tamen discretionem tanquam auriga egent, qua regantur, & ordinis, modi, temporis, locique rationem habeat. Quare sine huius aurigæ consilio non est illis sepe fidendum. Vnde multos Dei seruos multa passim opera gradia moliri vidimus, quæ parum felices exitus habuerunt. Quæ res docet prudentiæ, & discretionis illis iudicium in hac parte defuisse. Hac de causa Salomō in Prouerbis ait, Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere nō potes: quia faciet sibi penas, vt aquile, & volabunt in celum.

Prouer. 32.

## Prudentia.

Canti. 7.

**P**Rudentiæ virtus ad hoc maxime necessaria est, vt hostium nostrorum insidias, & fraudes à longe odorari valeamus quæ nasi nomine sponsus in sponsa commēdat his verbis. Nasus tuus sicut turris Lybani, quæ respicit cōtra Damascum. Damascus caput erat regni Syriæ: quod Israelitico regno infestum semper erat: aduersus autem hostilis huius regni insidias Salomon in cōfinibus Libani montis, altissimam turrim erexit: Vnde exploratores, omnes hostium insidias à longe videre, & denuntiare possent. Recte ergo huic turri prudentia comparatur, hoc enim inter cætera præcipuum prudentiæ munus est, procul odorari bellum, & omnia hostium nostrorum consilia animaduertere, &

ad.

4 ad illa opportune præmuniri, & ante langorem adhibere medicinam, vt hac cautione muniti non circumueniamur à Sathana, non enim (vt ait Beatus Paulus) ignoramus cogitationes eius. <sup>2. Ad Cor. 2.</sup> Ideo autem altissime huic turri nafus sponsæ comparatur, quod non vulgari, sed maxima & insigni prudentia prædita, & instituta esse debeat: qua nō modo instantia & oculis obiecta pericula videat, sed procul etiam posita odoretur & ad illa se muniat. Ideo Beatus Bernardus ait. O vtinam sciperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Propter quod sacra illa Ezechielis anima- <sup>Ezech. 1</sup> lia non binis oculis, vt cætera, sed oculis ante & retro plena erant vndiq; Est enim prudentia, tum virtutum omnium auriga, tum periculorum omnium prospectrix. Melior est enim prudentia, quam vires, & vir prudens, quam fortis, dicitur in libro Sa- <sup>sapient. 6</sup> 5 pientia.

# P V R G A T O - R I V M.



**B**EATVS Augustinus in Enchiridione inquit. Nec negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatori offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt: sed eis hæc profunt, qui, cum uiuerent, hæc sibi vt postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam <sup>1</sup> malus, vt ei non profint ista post mortē. Quod autem bona opera viuorū prodesse possint defunctis, patet in libro Thobia, vbi sanctus senex filium suum consilijs erudiens ait. Panem tuum, & vinum tuum super sepulchrum iusti constitue. Quæ nimirum cum non ponantur ad pascenda corpora iustorum cum iam sint cadauera mortua, sed viuentiū pauperum & ministrorū Ecclesiæ sint subsidia: hinc est, quod, vt veræ eleemosynæ mortuis, pro quibus fiunt valde profint. De hac re reddit Beatus Athanasius Elegantem similitudinem, ad Antiochum principem. Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia peccatorum animæ (peccatores appellat, non qui descenderunt in infernum: sed qui nondum sunt purgati) cum super illis fiunt conuentus per actiones

<sup>B. August. in</sup>  
Enchir. 1.

<sup>Thobia. 4.</sup>

bonorum operum, & oblationum? Huic quaestioni respondit. Sicut vitis florescit extra in agro, & odorem eius sentit vinum intra vas reclusum, sicq; conflorescit etiam ipsum. Ita intelligemus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exanguis immolatione (incruentum sacrificium altaris nominat exanguis immolatione, vt mihi videtur) pro ipsis facta sicut solus ordinat, & praecipit qui viuorum, & mortuorum protestatem gerit.

Hoc vel maximum inter sacramentum baptismi, & poenitentiae discrimen est, quod cum baptismus regeneratio quaedam, & natiuitas interni hominis sit, nihil in regenerato pristinae vetustatis relinquit. Quemadmodum in rebus, quae generantur, nihil ex materia illa, vnde generata sunt, manet, vt in pullo, qui ex ouo generatus est, nihil ex ouo manet: at cum sacramentalis confessio non quidem regeneratio, sed veluti languentis animae medicina fit, iuxta dispositionem, quam in ea inuenit, remedium praestat. Sunt enim (vt Philosophi docent) actus actiuorum in patiente disposito. Cum autem disposito, quae ad hoc sacramentum requiritur, contritio sit, pro ratione contritionis praestat beneficium salutis: si enim ea perfecta sit (qualis Beatae Magdalenae fuit) totam simul cum culpa poenam relaxat. si vero minor sit, sublata culpa, quaedam poenae portio remanet, vel pijs operibus in hac vita luenda, vel igne purgatorio in altera expianda. Cuius rei exemplum in Absaloue Dauidis filio habemus: qui cum fraternae caritatis reus esset, & post longum tempus ab exilio reuocatus in gratiam cum patre rediisset, ante patris tamen conspectum apparere prohibitus est. Maneat (inquit ille) in Hierusale, & faciem meam non videat. Ad hunc modum caelestis ille pater se cum ijs animabus gerit, quae purgationis igne luunt, quae in hac vita commiserunt, non enim diuinae amicitiae, & gratiae exortes sunt, sed ad conspectum tamen eius, donec perfecte purgatae fuerint, non admittuntur.

Magna Dei misericordia, & prouidentia factum est, vt post hanc etiam vitam, satisfactionis locus esset. Ille enim misericors pater, qui vult omnes homines saluos fieri, quique non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat, animaduertens multos ex hac vita discedere, nec adeo puros, vt digni fiant, qui statim ad diuinae visionis gloriam sublimentur, nec tamen adeo impuros, vt extrema inferorum supplicia patiantur, me-

diu quendam eius misericordia locum destinavit, vt hac providentia & misericordiae locus esset, & diuinæ iustitiæ debito satisfaceret. In quo etiã diuinæ benignitatis splendor elucet, quod eiusmodi animas non modo pœnis suis purgari, sed piorum etiam, & consanguineorum elemosynis, precibus, & sacrificijs iuari posse constituit.

### Purgatorij ignis qualis est.

**I**gnis Purgatorij (vt Beatus Gregorius inquit) idem est cū inferni igne, hoc duntaxat excepto, quod vnus æternus est, alter vero temporalis. Nam veluti vno, eodemq; igne paleas comburi, aurūq; purius effici videmus: sic gehennalis ignis, Dei seruos purificat, idemq; improbos infelices, peccato mortali decedentes miserabiliter contorquet, & adurit. Quod discrimen B. Paulus ad Corinth. scribens ostendit, qui postquam dixerat, Christum esse fundamentū, statim subiungit. Si quis autē superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, scenum, stipulam vniuscuiusq; opus manifestū erit, & quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet, si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Ex quibus verbis satis aperte colligitur purgatorius ignis: nã quod ait, Si cuius opus arserit, detrimentū patietur, non potest intelligi de peccato mortali in hac vita, nondum dimisso: quoniam statim subiungit. Ipse autem saluus erit. At qui in inferno sunt, nunquam saluabuntur: ergo alius est locus, in quo animę detrimentum patiuntur, & postea saluantur. In illo loco animas interfectorum in bello Iudas Machabæus esse considerans collatione facta duodecim millia drachmas misit Hierosolymam offerre eas ibi pro peccatis eorū (vt Sacra scriptura refert) vt ab illis pœnis citius alleuarentur, & possent breuiori tempore in cœlū exire, ac cum sanctis patribus in limbo requiescere, & cōsolari, sicut cōsolabatur Lazarus quondã pauper. Quod etiam nunc fideles Christiani animaduertētes animabus purgatorij benefacere summa ope miti debent orationibus elemosynis & sacrificijs eas adiuuantes, vt sanctus Thobias senior filio suo consulebat dicens. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturā iusti constitue, vt pauperes inde refecti pro salute defuncti deprecantur Deum. Vbi vir sanctus emolumentum, &

B. Gregor. 4.  
dialog. c. 35.

1. ad Cor. 3.

2. Mach. 10.

Thobiz. 4.

necessi-

B. August. li.  
9. contel.

scor. in 4. d.  
45. q. 2. art. 4.

necessitatem suffragiorum, deprecationum, sacrificiorum, & eleemosynarum pro defunctis oblatorum euidenter manifestat. Sancta etiam Monica mater B. Augustini ab altaris sacrificio hæc omnia suffragia petit. Simus ergo & nos in hac pietate diligentes: nam hoc insitum est à natura vt vno membro patienti, reliqua compatiantur, & se inuicem membra iuuent cū alterutro egent. Iusti viui, & mortui omnes corporis mystici sumus membra, cuius caput est Christus. Igitur qui sunt in purgatorio huius corporis sunt viua membra. Constat etiam nobis per fidem eosdem ibi ingentes perpeti cruciatus, nos quoque, qui eiusdem corporis membra sumus, eorum cruciatibus compati debemus, totisque viribus eis auxiliari, ea sub pœna, quod si minus fecerimus, istius corporis indigna membra erimus. Quod si vero oblationes pro defunctis factæ, nihil eis prodesse, quid oportebat Thobiam seniore filio suo consilium dare, vt panem & vinum super sepulturam iusti constitueret? An ad pacendum defunctorum corpora ponenda erant? Absit: sed vt viuentes pauperes, & sacerdotes alantur huiusmodi eleemosynis oblatis, quas in vtilitatem non modicam ipsorum mortuorum cedere non est dubium. Quæstio tamen notabilis se nobis hic offert, scilicet vtrum dum defunctus tanta pro se iussit sacrificia, & eleemosynas, atque alia suffragia fieri, quæ toti pœnæ purgatorij persoluendæ sufficerent, ita vt in illo instanti quo missæ celebraturæ perficerentur, & eleemosynæ erogatæ fuerint, quas in testamento delegauit, protinus in celum euolare: mora post modum eadem suffragia faciendi eidem noceat defuncto, ne tã cito pœnas euadat? Respondetur bifariam eiusmodi suffragia cõsiderari, vno modo in virtute operis, (vt aiunt) operati, alio modo in virtute operis operatis: nomine vero operis operati nõ tantum intelligitur sacrificium missæ, sed quantitas ipsa eleemosynæ, & numerus missarum, quæ fieri, & offerri iubentur, & opus etiam operantis intelligitur, vel ipsius suffragia mandantis, vel ministri mandatum exequentis. Quantum autem est ex virtute operis operatis, nepe iubentis opus fieri, cum prius moriturus iubet hæc illa suffragia fieri, quæ bona fide facienda credit, consequitur valorem ex opere operantis, scilicet ipsius iubentis prouenientem, siue post modum suffragia fiant siue nunquam. Itaque si ratione illius affectus, & iussionis dignum est, vt quatuor ei gradus pœnarum

- 11 narum remittantur. nūquam illos in purgatorio patietur. Quod autem respondet operi operato, & affectui exequentis mandatū, non assequetur vsq; dum suffragiū executioni mandetur. O scilicet nuntium, & beatum tēpus, in quo quamuis homo fuerit peccator, talem pœnitentiam potest facere ac tales oblationes, & sacrificia, pro eo offerri possunt, vt eodē instanti, quo eius anima e corpore exeat in cælum ad fruendum sempiterna gloria deferatur. Antequam Deus incarnaretur, fieretq; homo, non vsque adeo liberalē se & munificentissimum suis famulis ostendebat, quibus solitus erat dicere. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea dabo vobis pluuiā tem-
- 12 poribus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebūtur, & comedetis panem in saturitate, & absq; pauore habitabitis in terra vestra. At verò nunc, postquā Deus homo factus est, & mortem subiit, vita æterna cuilibet bono Christiano, promittitur, siue Rex, siue nobilis, siue agricola, siue summus Pōtifex fuerit, siue pauper, siue diues, siue seruus, siue liber. Pauperculus enim homo, qui in hospitali moritur, vel in domo paleis contexta, absq; villo refrigerio, & solatio, absq; comite, ac si esset brutū animal, si recte vixerit, legemq; Dei obseruauit, huic gloriam dabit Dominus, ac si esset Rex, aut Imperator, & forsitan in excellentiori gradu, si meliora scilicet quā ille fecit opera, in illa quidem hora iustitia iusti liberabit eum. In latruncolorum ludo
- 13 (quod Hispanè dicitur, juego del axedrez) multi sunt, ac diuersi calculi, Reges, Reginae, equites, pedites, & satellites: dum ludus ille suo est compositus ordine, & quilibet situs est loco sibi competentī, alij alios valore, & æstimatione excedunt: at vero, ludo peracto, calculi omnes inuicem permiscuntur absque vllius discrimine, cunctique nemine dempto in saculum introuertuntur, sed masculi cum grandioris sint ponderis præcipue ipsi in profundum sæculi priores deueniūt. Ita pauperibus cum diuitibus, paruis cum magnatibus huius mundi in hac vita sepe contingit, quod alij in præsentis sæculo dignitate magistratus, nominis fama, generis splendore alijs excellent, alij Reges, alij serui, alij nobiles, alij ignobiles, & rustici, alij pauperes, alij vero diuites sunt. Veniunt scilicet in præsentis vitæ omnes pariter in puluerem conuertuntur, & omnes in sepultura sæculo reconduntur, & forsitan maiores, & potentiōres tanquam qui grauioris sunt ponderis citius deue-

Leuit. 26.

Ezech. 18.  
simile.

deuenient in profundum lacu, siquidem scriptum est: Potentes poterit tormenta patiētur, & exiguus conceditur misericordia.

### Purgatorij locus necessario dandus est.

**P**ostquam gloriosus euangelista Ioannes vrbis superne gloriae excellentias retulit, adiecit statim. Non intrabit in eam quicquid inquinatum est. Et D. Paulus ad Ephesios scribens inquit. Christus dilexit ecclesiam & tradidit se ipsam pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquae in verbo vitae, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nō habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Quod quidem vere in illa superna caeli congregatione adimplebitur. In quibus verbis aperte ostenditur neminē posse in caelum ingredi, nisi illum, qui est tam mundus remanserit, sicut in die baptismatis. Ex hoc sequitur, necessario dandū esse aliquē locum, in quo purificentur illi, qui exierunt ab hoc saeculo cum peccatis venialibus, aut cū obligatione poenae propter peccata mortalia, quā in hac vita plene, atque integre non satisfecerunt. Nam licet verum sit, quod in baptismo (in quo plenissime iustitia, & merita Iesu Christi, Redemptoris nostri applicantur illis, qui illum recipiunt, dummodo tamen obicem aut impedimentum nō ponant) baptizatus ab omni culpa, & poena liber, remanet tamen in sacramento poenitentiae, & in ceteris, in quibus iustitia huius caelestis Reparatoris hoc modo recipientibus non applicatur nō semper omnis poena temporalis, quae propter peccatū debetur, remittitur, & condonatur: cum plurimi hoc debito onerati, & cum peccatis venialibus (sine quibus paucissimi sunt, qui ab hac vita exeant) moriantur, necessario sequitur, esse aliquem locum, in quo haec debita persoluantur, & animae omnino purificentur, quem vocamus purgatorium propter effectum videlicet purgandi, quae facit: inde enim animae iustorum, absq; macula, vel ruga in caelum aduolant: nā de illa triumphanti Ecclesia haec Diui Pauli verba dumtaxat intelliguntur, sicut B. Hieronymus, & B. Augustinus exponunt. Hanc catholicam veritatem plurimae Sacrae scripturae loca apertissime ostendunt: inter quae sunt celeberrima, & manifestissima, una, quorum primus est apud D. Mattheum vbi saluator noster inquit Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei nec in hoc saeculo, nec in futuro. In quibus verbis, sicut annotarunt.

Sapient. 6.

Apocal. 14.

Ad Ephes. 5.

S. Hierony.  
sup. H. erem.  
ca. 31. & B.  
Augu. li. 20.  
de ciuit. Dei  
c. 25.  
Matth. 15

17 tarunt Beatus Augustinus, Divus Gregorius, Beda, & B. Bernardus, manifestissime summa veritas demonstravit, esse aliqua peccata, quæ post hanc vitam in purgatorio remittuntur. Secundus locus est Divi Pauli, qui ad Corinthios scribens postquam affirmavit, Iesum Christum esse unicum fundamentum vitæ spiritualis, inquit. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc autum argentum, lapides pretiosos, ligna, fœcum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Vbi sanctus Apostolus apertissime testatur, quæ si la obra que se funda sobre este fundamento suere pura, recibira galardón el que la vviere edificado: y si en la obra, y edificio prendiere el fuego conuiene a saber, en la obra de los que lleuan con el oro fino, y cõ la plata y con las piedras preciosas de las buenas obras, y meritorias, la leña, y el heno, y las aristas de los peccados veniales, y de la pena temporal (por la qual no dignamente satisfizieron en esta vida) daño y dolor recibiran estos tales: pero con todo esto, sera saluo purificádo por el fuego. Hunc locum Divi Pauli de igne purgatorij intelligunt Theodoretus, Oecumenius, Origenes, B. Augustinus, D. Hieronymus, & Beatus Gregorius. Tertius locus desumitur ex secundo libro Machabæorum, vbi dicitur quod fortissimus Iudas facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolyman offerri pro peccatis mortuorum in sacrificium, bene, & religiose de resurrectione cogitans. Et paulo inferius, sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Et est notandum, in Sacris literis peccatum non solum significare culpam, sed & pœnam ipsi peccato annexam: & etiam sacrificium, quod pro peccato offertur, vt in Isaia Propheeta de Christo Redemptore nostro dicitur. Ipse peccata multorum tulit. Peccata id est pœnam quæ hominum peccatis debebatur. Et Beatus Paulus ad Corinthios scribens sic ait. Qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, hoc est, qui peccatum non nouerat, factus est hostia, & sacrificium pro nobis. Est etiam apud Matthæum insignis locus ad hoc probandum, vbi

B. Aug. lib. 21. de ciuitate Dei c. 24.  
B. Greg. lib. 4. dialo. c. 29  
Beda super Marcum. c. 12.  
Bern. homi. 66. in Cantica.  
1. ad Cor. 3.

Theodo. & Oechu. sup. 1. ad Corint. Origen. homi. 6. in Erodum August. lib. 21. de ciuit. Dei c. 26  
Hiero. in fine lib. 12. cõmentatio. in Ital.  
Greg. lib. 4. dialog. c. 19  
2. Machab. 12.  
Iai. 53.  
2. ad Cor. 2,

vbi Christus Saluator noster inquit. Esto consentiens aduersa-  
 rio tuo cito, dum es in via cum eo. Vbi Dominus non loquitur,  
 de maligno aduersario, qui circum quaerens, quem deuoret (non  
 enim voluit docere tali aduersario consentiendū, quin potius dis-  
 sentiendū) sed loquitur de fratre aduersante tibi, qui habet aliquid  
 iustæ querelæ aduersum te. Dum es, inquit cum eo, in via scilicet  
 vniuersæ carnis: hoc est dum nondum es mortuus, sed in peregrina-  
 tione hac, tēdēns paulatim ad mortem: ne forte tradat te aducr-  
 sarius iudici iustis suis querelis contra te, & iudex tradat te mini-  
 stro, & in carcerem mittaris (hoc est in locum, vbi solent debita,  
 & malefacta expiari) Amen dico nō exies inde, donec reddas no-  
 uissimum quadrantem omnium scilicet debitorū etiam corū, qui-  
 bus fratri aduersanti obstratus eras. Vides ex doctrina summa ve-  
 ritatis Christi Iesu post cursum huius vitæ, restare carcerē expia-  
 tionis pro ijs, qui in via vitæ huius non fuerūt pro suis consentiē-  
 tes aduersanti sibi in bonum salutis suæ causā. Tandem extat ce-  
 lebre huius veritatis testimonium in epistola ad philippenses, vbi  
 sic dicitur. In nomine Iesu omne genu flectatur caelestium terre-  
 strium, & infernorum: Et in Apocalypsi vbi dicitur. Nemo pote-  
 rat, nec in celo, nec in terra, nec subtus terrā aperire librum, nec res-  
 picere illum. Et paulo inferius. Et vidi, & audiui omnem creatu-  
 ram, quæ in celo est, & quæ super terram, & sub terra, & quæ in  
 mari omnes audiui dicētes. Sedēti in throno, & agno benedictio,  
 & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorū, Ex quibus ra-  
 tionabili argumento licet colligere subtus terram, quosdā genua  
 flectere in nomine Iesu spem habentes in eo, & pietate quadam  
 animi tribuere sedenti super throno, & agno benedictionem, ho-  
 norē, gloriam, & potestatem. Quare etiam sunt aliqui subtus ter-  
 ram, qui ratione aliqua potuissent videri digni aperi e librum li-  
 cuti, & ij, qui viuunt super terram? Eam sane ob causam, quia in  
 fide defuncti sunt, & dormierunt in Christo, cum pietate habē-  
 res optimam repositam spem perueniendi ad thronum gloriae,  
 vbi Deus sedet cum agno. Hi autem sunt in inferno, qui est sub-  
 tus terram non utiq; in inferno inferiori damnatorum: non enim  
 ille infernus, teste Isaia, confitebitur tibi, nec mors laudabit te.  
 Sunt igitur in inferno superiori, qui est locus purgationis saluandorum.

23 Purgatorij pœna maior est om-  
ni huius seculi pœna.

**A** Nimæ, quæ in purgatorio detinentur licet sint in gratia cõfirmatæ, & certitudinē habeāt sue saluationis, nec possint mereri, aut demereri, tamē adeo constrictæ, & afflictæ sunt à pœna dāni viēdose impedidas, y detenidas por su culpa de la diuina visiō, y sientē desto tan grā dolor, y pœna q̄ no llegan ni puen den llegar a ella sola todas quantas penas se pueden padecer en esta vida, vt docēt B. Thomas, Ricardus, & Scotus: quanuis (vt ait D. Bonauētura) ipsę spe vidēdi Deū, & fruēdi summo bono magnā ibi consolationē habeāt. At vis amoris, & desiderii omnem consolationem superat, & hanc pœnam intolerabilem facit. Cui etiā pœnæ additur pœna sensus, quę illas torquet, & hæc est ipsemet ignis inferni, qui tanquā instrumentum diuinum detinebit, cõburet, & inflāmabit supernaturaliter animas, quæ ibi purificantur, tribuens vnicuiq; earum intensiōnem doloris, quā secundum culpam (vt B. Augustinus testatur) merentur. Porque como dize el Apostol. Si la obra de alguno ardiere, recibira tormento, y daño, pero el se saluara purificado, y afinado con el fuego: y quanto pidiere la culpa, tanto applicara la pœna de la llama, que parece q̄ tendra vso de razō, y entendimiēto. Quo circa vna ex magis pijs curis, quā Christianus homo in hac vita habere potest, & vnum ex sanctioribus exercitijs in quo se exercere potest est offerre sacrificia & elemosynas, atq; continuo deprecari pro illis benedictis animabus quę in purgatorio detinentur. Ex quibus omnibus ad hoc efficacissimū remediū est sacrosanctū missę sacrificiū, sicut B. Chrysostomus testatur dicens. Non frustra à S. Apostolis institutū fuit, vt in tremendis mysterijs missæ, defunctorū memoria fieret. Et alibi idem S. doctor inquit. Lumine, atq; ordinatione spiritus sancti decretum est, vt sacerdotes Deū in sacrificio missę pro animis defunctorū inuocent. Et Tertulianus, qui paulo post Apostolos vixit, testatur, ipsos S. Apostolos hoc idem in sancta Ecclesia docuisse y a ellos mismos dan por autores desta costūbre vniuersal de la Iglesia S. Aug. y S. Epiphanio y S. Iuā Damasceno. Possunt etiā illę benedictę anime adiuuari elemosynis, orationibus, ac meritis viuorum, sicut sacrosancta Ecclesia Catholica facere solet.

D. Tho. in  
dist. 21. art. 1.  
Ricar. in. 2.  
ar. 1. q. 1. sco.  
in. 4. dist. 19.  
q. 8. D. Bon.  
in. 4. dist. 21.

B. Aug. li. 50  
homiliarum  
Hom. 16

B. Chrysof.  
Homilia. 69.  
ad populum  
Antiochenū.  
Idem Homi  
41. super epi  
stolam. 1. ad  
Corinth.

D. Aug. libr.  
de Cura pro  
mortuis. c. 1.  
Epiphanius  
lib 3. contra  
hæreses. D.  
Damascenus  
in sermone  
de his qui ex  
hac vita cum  
fide discesserunt.

edocta ab Spiritu sancto per Apostolos. Sic docet, & commen-  
 dat B. Clemens D. Petri discipulus in suo compendio; & S. Dio-  
 nyfius discipulus D. Pauli in libro de Ecclesiastica hierarchia,  
 c. 7. Beatus Cyprianus, lib. 2. epistolarū epistola. 19. Gregorius  
 Nazianzenus oratione. 2. contra Iulianum: Beatus Ambrosius  
 de obitu Theodosij: B. Isidorus de origine officiorū. D. Bernar-  
 dus sermone. 66. in cantica docet etiam sancta. Ecclesia concilio  
 4. Carthaginensi. c. 95. & concilio Agathensi. c. 4. & concilio  
 Toletano. 3. c. 22. & concilio Florentino in instructione  
 Armen. & concilio Tridentino sessione. 25. decreto. 1.

Ut autē testamentarij intelligant, quam grauitur delinquāt,  
 & peccent, quando differunt pia opera, quæ eis in testamento  
 defuncti adimplere iubent opere pretium erit adducere in pre-  
 sentiarum verba concilij quati Carthaginensis, quæ maxima  
 ponderatione, & attentione digna sunt. Illi, qui negant Eccle-  
 sijs oblationes defunctorum, aut illas cum difficultate præ-  
 bent, sint excommunicati, tanquam occisores egētium. Cuius  
 sententiam verbis nimis grauibus, & ponderosis sequutum est  
 concilium Vallesedicens. Omnes, qui mortuorum oblatio-  
 nes retinent, & eas Ecclesijs, elargiri tardant, debent tanquam  
 infideles ab Ecclesia, & communione fidelium expelli, certissi-  
 mum enim est hanc exacerbationem diuinæ pietatis vsque ad  
 diminutionem fidei peruenire. Per illam enim fideles defuncti  
 à suorum desideriorum impletione, & pauperes à sua conso-  
 latione, ac necessaria sustentatione defraudantur. O tremēda ver-  
 ba! quis adeò lapideus est, qui illa audiēs non contremiscat? Igitur  
 o fratres mei, per viscera misericordiae Dei nostri vos oro, ne-  
 tam crudeles sitis, vt defunctos à suffragijs suis, & à suo reme-  
 dio defraudetis: hoc enim adeo graue crimen est, vt, sicut hic  
 fatetur sancta Ecclesia, aliquando Deus illud punire solet per-  
 mittendo, vt qui huiusmodi scelus committunt in penam tan-  
 ti criminis fidem amittant.

Non ergo fratres, autē furda pertranseamus gemitus, & lamē-  
 tabiles voces animarum sanctarum, quæ in purgatorio sunt, sed  
 potius eis opera pietatis impendamus: Quæ sic puro corde ope-  
 remur, vt Christus Iesus hilari vultu ea recipiat. Nā qui placare  
 molitur iudicē iratū, eius amicus sit oportet, regio vate dicen-  
 te. Si iniquitatē aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus

Rursus

29 Rursus ob oculos iugiter habeamus, quod magnopere nobis  
 Apostolus commendat, dicens. Mementote vincitorum tanquam Ad Heb. 11.  
 simul victi. Enim vero si tam est opus piū debita pro eo solue  
 re, qui in ergastulo fuit vnus anni tempore, quanto excellen  
 tius erit opus pro animarum purgatorij expiatione debitum  
 largiri? Mementote vincitorum, non vinculis ferreis, aut pa  
 rietibus tantum afflictorum, sed ardentibus flammis cruciato  
 rum, quales sunt animæ fidelium, quæ in purgatorio atroces  
 pænas dant pro peccatis suis, de quibus in hac vita debitam  
 satisfactionem non fecerunt.

## RENUNTIATIO.



1 **V**ERBA sacra scripturæ simplicia, magnam fre  
 quenter emphasim habent. Quæ tractatores diui  
 norum eloquiorum in lucem eruere debent. Quid Psal. 118.  
 enim animo regius propheta concipiebat, cum di  
 ceret: Tuus sum ego? Hoc nimirū perinde est, ac si diceret. Tuus  
 sum ego, non meus, non carnis, non peccati, non mūdi: sed tuus  
 per obsequiū, per intentionem, per amorem, per plenā resigna  
 tionem, & obediētiam, & mei ipsius traditionem; tibi enim &  
 me in sum, & omnia mea tēpora, omnes sensus, & cogitationes  
 dedicaui, meq; ipsum totum velut holocaustū tibi obtuli. Hęc  
 omnia vnicū illud verbū cōplectitur: Tuus sum ego. Hac sentē  
 tia ostēdit sanctissimus vir perfectam sui, & omnium rerū tem  
 2 poralium renuntiationē. Ad hanc renuntiationem B. Hierony  
 mus amicū suum Iulianū in epistola inuitat dicēs. Si vis perfe  
 ctus esse mundū relinque, pristina vestimenta contemne, & vt  
 euadas Aegyptiā dominam, sæculi pallium derelinque, vt alter  
 Ioseph. Elias ad cælorum regna festinans non potest ire cura  
 pallio, sed mundi in mundo estimenta dimittit. Contemne  
 aurum, contempserunt enim illud & multi Philosophi: è qui  
 bus vnus multarum possessionū pretium proiecit in pelagus.  
 Abite, dicens, in profundū male cupiditates; ego vos mergā, ne  
 ipse mergar à vobis. O cōfusio magna Christianorū, quibus fi  
 des non prestat quod infidelitas illis hominibus prestauit. Per  
 pendite obsecro, miseri quid vobis exclamans B. Bernardus in

B. Hiero. in  
 episto. ad Iu  
 lia.

B. Bernar. in  
episto.

epistola dicat: ò diraabusio: domus ardet: ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, & hoc ab his, qui in ipso incēdio positi sunt, & obstinatissima dementia, ac dementissima obstinatione, fugere periculum nolunt. Proh dolor, si cōtempnitis mortem vestram, cur appetitis & meam? Et quia vt in plurimū magis propinqui, & consanguinei sunt, qui hanc crudelitatem committunt merito contra eos iterum exclamat idem sanctus vir in eadem epistola dicens. O dirum patrem, ò saeuam matrem ò parentes crudeles, & impios, imo non parentes sed peremptores, quorum dolor, salus pignoris, quorum cōsolatio. mors filij est: qui malunt perire cum eis, quam regnare sine eis.

## Renuntiatio.

B. Grego. in  
Homil.

1. in 1. c. 11  
de summo  
hono.

Beatus Eusebius  
Homil. 7. ad  
mona.

1. Ad Tim. 6.

2. Ad Cor. 6.

Beatus Gregorius in quadam Homilia inquit. Multa reliquistis si desiderijs renūtiastis. Exteriora etenim nostra Domino quanlibet parua sufficiunt: cor namque, & non substantiam pensat nec perpendit, quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Et Beatus Isidorus libro de summo honore ait: Siquis renuntiat omnibus, quæ possidet, & suis non renuntiat moribus, non est Christi discipulus, qui enim renuntiat rebus suis sua abnegat: qui vero renuntiat suis moribus, se ipsum abnegat. Et Beatus Eusebius Emissenus ad monachos inquit. Exit aduersarius noster, quando nos videt maxima cōtempnisse, & in minimis postea deformius vinci. Ideoq; ea, quæ foris posita erant abiecit, nihil prodest, nisi etiam ea, quæ intus ipsius animæ visceribus adhærescunt, radicitus euellantur. Vnde & Apostolus non dixit; Aurum & argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarum: & non solum diuites, sed & qui volunt diuites fieri, incidere in laqueū, & tentationem. Ergo Apostolus non solum habentes, sed etiam habendi persequitur voluntatem. Ideoque nihil proficit homo relinquendo, quod extra se est; qui vitia intra se tenet.

Beatus Apostolus Paulus inquit, vt seductores, & veraces. Quare seductores? Respondet idem Eusebius homilia in die Petre costes: quia doceat hominem despiciere, quod habet, & sperare, quod non habet, quæ oculis exposita sunt auersis, & clausis sensibus prætereire, & quæ ab oculis remota sunt inexplorabilibus desiderijs explorare. Hæc proculdubio docuerūt Apostoli,

6 stoli, propter quod ab infidelibus, vt seductores habebantur, qui infallibiliter veraces erat.

Beatus Bernardus de contemptu mundi ait. Age eia, age; qui relinquere omnia disponis, te quoque primum inter relinquenda numerare memento: imo vero maximè, & principaliter abnega te ipsum si deliberas sequi eum, qui exinanivit, propter te, semetipsum. Si te non relinquis, non credas, te aliquid magnum facere, quanuis diuitias relinquas, quia Beatus Augustinus de moribus Ecclesiasticis inquit. Multo est mirabilius non inferuire diuitijs, quas possideas, quàm omnino eas nō possidere.

Non otiose in natalitijs Apostolorum hæc lectiones aliquando in Ecclesia decantantur, scilicet; ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Et alibi. Relictis omnibus sequuti sunt  
7 Dominū. Cum illa die de consummata eorum sanctitate, & de corona eorum sit consideratio. Quid ergo Ecclesia vocationē, in qua eorum initia consecrata sunt, tunc commemorat, cum de heroica virtute, & corona sit sermo? In hoc quidem ostenditur, quod omnis eorum gloria, de qua tūc agitur hoc habuit fundamentum, & quod vocatio hæc, & obedientia, & renuntiatio fuerit radix tantorum bonorum; vt ex hoc certo scias quale, & quantum bonum sit diuinæ vocationi obedire, & omnia tanquam stercorea, propter eius amorem contemnere. In Apostolorum quidem vocatione, immensum gloriæ pondus, quod illis erat prædestinatum, latebat. Quasi vestigium hominis erat nubes, quæ orante Elia ascendit de mari, eo quidem tempore,  
8 & sex menses non descenderunt aquæ super terram iussu Elię) & ecce cæli contenebrati sunt, & nubes & ventus, & facta est pluuia grandis, & terra, quæ diu sterilis permansit, dedit fructum vberissimum. Quasi hominis vestigium, velut nubecula leuis ascendit de mari Petrus & Andreas: & in ore eorū vniuersum hominum genus ab ortu solis, vsque ad occasum fæcundū fit virtutibus, ornatur floribus, fructusq; dulcissimus est. De quibus Apostolis, & de cæteris scriptum est in Esai. Qui sunt isti, qui, vt nubes volant?

3. Reg. 18

Esai. 60.

## R E L I G I O.

*Omnia quæ habentur litera. M. titulo monachus & hic retro titulo renuntiatio, de seruiunt huic materia.*

# RESURRECTIO DOMINI.



**A**C Sacra die sancta mater Ecclesia lætabunda, & laudans protam singulari beneficio multoties repetit hæc verba, alleluiah, idest, laudate Deum. Non enim est dictio simplex, sed composita, ex verbo allelu, quod significat laudate, & yah, quod significat nomē ineffabile Dei per sincopā. Nomē enim Ieouah, est nomē Dei, quatenus inuisibilis fons essendi: yah, autē est idē nomē cū sincopa, cōstās ex prima litera, & duabus vltimis. Hęc autē dictio, alleluiah, maximē venerabilis est, vt ait Cassianus, eo quod nulla lingua, aut natio ausa fuit eam in suo idiomate transferre, sed in primitiuo dimisit, velut hæc dictio, amen, quæ significat, fiat, vel similiter, quia Christus Dñs frequēter ea vsus est, & familiarē habuit, ob tantę vocis reuerentiam nunquā in alio Idiomate translata est, sed semper in suo proprio fuit relicta

Esai. 53.

In Esaiā dicitur, De angustia, & de iudicio sublatus est, (scilicet Christus Iesus mundi Saluator, de quo ibi ad literā loquitur sanctus Propheta) hoc est liberatus est ex afflictione, & sceleratorū iniusto iudicio: quando resurrexit, & victor, atq; gloriosus exiuit de sepulchro. De hoc cęlesti Redēptore prophetauit etiā Abacuc dicens. Egressus est (scilicet Deus pater) in salutem populi sui, non cum Moyse, aut Iosue, sed cum Christo suo, mirabili quidem modo, mirabiliq; equitatis iure: non in omnipotentia maiestatis, sed in carnis infirmitate: non in virtute milium armatorum, sed in brachijs crucis extensis, de quibus ibi dicitur: cornua manibus eius. Quid inquis Propheta sancte? potius tibi erat dicendū, vt tibi crederetur: manus eius in cornibus crucis. Et verū est, nec minus fidele, quod exultans, & confidēter exclamo: cornua in manibus eius: quibus conteret, ac deuastabit omnes contrarias potestates sibi affantes, & diabolum, & sathanam, qui est dux, & caput inferni, vt vnus describitur à me: egredietur diabolus fugiens ad occupandum arcem inferni, ad custodiendos vinctos suos, & ad conuocandam militiam omnē exercitus sui, quia adhuc sibi necessarium iudicabat. Egre diebatur ante pedes eius, quibus statim conculcata fuit corona

super-

4 superbiz eius. Ipsi met clauis, quibus in cornibus crucis affixe-  
 rat carnifices manus Domini Iesu, facti sunt illi cornua firmissi-  
 mæ, & insuperabilis fortitudinis aduersus diabolum, & infer-  
 num, in quem descēdit diuinus saluator; sicut docet vtrumq; te-  
 stamentum. David quidem in verbo illo, quod de Christo Iesu  
 scripsit: propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua  
 mea, insuper & caro mea requiescet in spe: quoniam non dere-  
 linques animam meam in inferno, neq; dabis sanctū tuū vide-  
 re corruptionē. Quod si propter hoc exultat cor Domini Iesu,  
 quia anima sua non permansura erat apud inferos, ergo illuc  
 descendit. Manifestè ergo ex hac scriptura David (interpretan-  
 te illam Beato Petro) colligitur articulus fidei de descēsu Chri-  
 sti ad inferos. Et quod Beatus Petrus sic verba David interpre-  
 5 tatus fuerit, patet in libro Actuum Apostolorum, vbi prædi-  
 cans Iudeis de Christo Iesu vero mundi saluatore inquit inter  
 alia. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni (non suis,  
 quia nullos dolores ibi passus fuit, sed solutis doloribus anima-  
 rum, quæ in purgatorio tunc detinebantur, quoniam nec sancti  
 patres, qui in limbo erant, & ibi cōsolabantur dolores patiebā-  
 tur) iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. David enim  
 dicit in eum: Prouidebam Dominū in conspectu meo semper,  
 quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear. Propter hoc lætatū  
 est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea re-  
 quiescet in spe. Quoniam non derelinques animā meā in infer-  
 no, nec dabis sanctum tuū videre corruptionem. Et post pauca  
 6 addit, viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha  
 David quoniā defunctus est, & sepultus est, & sepulchrū eius  
 apud nos est vsq; in hodiernū diē. Quod perinde est, ac si dice-  
 ret: nō potuit hoc propheta dicere de se ipso cū corpus eius per  
 tā longum tempus viderit corruptionem, & addit Beatus Apo-  
 stolus. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iu-  
 rasset illi Deus de fructu lūbi eius sedere super sedē eius, prou-  
 dens loquutus est de resurrectione Christi, quia neq; derelictus  
 est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionem. Insequutus  
 est itaq; Dominus Iesus (vt inquit Abacuc) fugientem diabo-  
 lū, vsq; ad inferos, vt ipsum alligaret in manicis ferreis, & spolia  
 distribueret magnifica, sanctos videlicet patres: quorum ani-  
 mæ detinebantur ab ingressu regni vsque ad horam hanc.

Psalm. 15.

Actuum. 2.

Resurrectionis nostræ spes vnde confurgat.

2. Ad Cor. 4.

Matth. v lti-  
mo.

Origenes su-  
per ad Ro. 1.  
Epiph. lib. 3  
contra here.  
B. Ambr. lib.  
4. de fide ad  
Gra. c. 1.

**E**X hac sacratissima Domini resurrectione spes resurrectio-  
nis nostræ confurgit. Vnde B. Paulus ad Corinthios scribēs  
ait. Qui suscitavit Iesum, & nos cum Iesu suscitavit. Propter  
quod non deficimus. Sed licet is, qui foris est noster homo cor-  
rūpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diē. In resur-  
rectionē ergo Dñi respice ò homo, vnde corpori tuo æterna in-  
cipiunt & immensum glorię pondus pro leuibus, & breuibus  
huius sæculi. Ad huius vero spei vigorē, & fortificationē voluit  
cælestis rex, vt multa sanctorum corpora tunc resurgerent. Ait  
enim B. Mattheus. Monumenta aperta sunt, & multa corpora  
sanctorū, quæ dormierant, surrexerūt, & exeūtes de monumē-  
tis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, &  
apparuerūt multis. Post resurrectionē eius, inquit; quia primi-  
tiæ, Christus, deinde hi, qui sunt Christi. Et ne putemus alios re-  
surrexisse solū secundum spiritum, dicit expresse, Multa corpo-  
ra sanctorum, qui dormierant, hoc est, qui mortui erant, surrexe-  
runt addens ad maiorem rei gestæ certificationē, ea corpora ve-  
nisse in ciuitatē, & apparuisse multis. Ne vero putemus duos,  
tres, quatuor, aut quinq; duntaxat surrexisse cum Christo, vt  
tur facer Euāgelista dictione, multa, qua fere solet vti sacra scri-  
ptura, quando numerū vincit multitudo, eo quod tam numero-  
sa erat copia tunc resurgentiū cū Christo, vt speciatim exprimi  
non potuerit. Ideo ait: Multa corpora. Est autē hæc resurrectio  
sanctorum facta in attestacionem, non solū resurrectionis Chri-  
sti, sed & efficacix eius, quā habitura erat in nobis: vt vis a partim  
impletione promissi diuini, firmior existat spes eius, quod fu-  
turū creditur. Hinc apparuerunt multis, nō paucis, aut quibus-  
dam sed multis, testantes de resurrectione mortuorum futura  
per Christū Dominū iam crucifixū. Sic intelligit B. Hierony-  
mus, alijq; patres dictū locū. Nam Origenes, Epiphanius con-  
tra Hæreses, Beatus Ambrosius de fide ad Gratianum Augu-  
stum, multiq; alij sancti existimant nunquam illa corpora  
sanctorum postea mortem fuisse experta; quibus etiam consen-  
tit Beatus Anselmus in hunc locum. Decens enim erat, vt Do-  
minus Iesus, cuius delicię sunt esse cum filijs hominū, haberet  
aliquos eiusdem humanitatis consortes in cælo, quos sanctissi-  
mi ocu

10 mi oculi eius corporei videre possent. Nam oculi corporei neque Deum, neque angelos, neque animas in cælo videre possunt.

## Quare Christus Iesus dicatur resurrectio.

**I**vre optimo ait cælestis saluator: Ego sum resurrectio, & vita siquidē mors ab eo deleta est. Nā (vt inquit B. Paulus ad Cor. 1. Ad Cor. 15 rinthios scribens) absorpta est mors in victoria, cū iā mors triūphi palmā adepta videbatur, à Christo Iesu deuicta est (quitole la victoria de las manos) atque per Christū absorpta, & resoluta in vitā mors est, ita quod iā ferē, & nomē, & officia mortis amiserit. Ero mors tua, o mors, inquit per Oseā Dominus: quia iam non mors, sed vita nūcupaberis, nam per te iusti transibūt in vitam æternam. Vnde & dies mortis iustis, dies natalis eorum 11 dicitur, quasi tunc ad vitam nouam renascantur. Et eo momento, quo clauditur oculus ad hanc vitā, aperitur ad æternam.

In sacro baptismo deponit homo veterem hominem cum actibus suis, & induit nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, vt B. Paulus testatur ad Ephesios scribens. Quia cōfiguratur morti Chri & sepulture Christi cū submergitur & vetera trāsierunt; sed quia etiā Christo resurgenti assimilatur cū ab aqua exit, etiā quantū ad corpus verificatur, quod tunc renouatur homo. licet vsque ad resurrectionem non apparet viror renouationis. Ibi tamē eā meretur per Christum, si in tali nouitate vsque in finem permanferit. Renouatur autē ibi homo sicut si ferrū vetus, & eruginosum igni adhibeatur erugine consumpta. Nam in baptisate baptizatur homo Spiritus sancto, & igne, vt inquit gloriosus Baptista, vbi erugine vetustatis consumpta noui cælestisque figuram refert.

Salutis humane fundamentū constat esse cognitionē, & fidē in Christū Dñm, Apostolo dicente in epistola ad Philippenses: vt cognoscam illū & virtutē resurrectionis eius. Virtus vero resurrectionis eius, animarū nostrarū resurrectione perspicitur. Vt enim Apostolus ait ad Romanos scribens; mortuus est Christus propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram. Quam sit verō admirabilis animarum resurrectio, declarat idem diuinus vir, cū in epistola ad Philippenses hoc potissimum precatur, vt cognoscamus, que sit magnitudo virtutis eius in nobis, qui credidimus, secundum operationem virtutis

eius, quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis. In quibus verbis iustificationis nostræ beneficium in eo amplificat, quod videlicet similis potentia requiratur ad animā à peccato ad iustitiā excitandā, sicut ad corpus à morte; in vitā reuocandū. Præterea sicut solius diuinę virtutis fuit corpus Christi ad vitā excitare, ita eiusdē potentię fuit, eā vitā donare, in qua nullū deinde ius mors haberet. Hęc autē duplex gratia per ipsam Christi resurrectionem piorum mentibus concessa est, vt & à morte ad vitam excitentur, & in ipsa vita conseruentur.

### Resurrectio Christi à prophetis prædicta fuit.

**M**aximè perpendendum est B. Paulū de resurrectione Domini agentē sæpius addere hęc particulā secundum scripturas. Ait enim ad Corinthios scribens. Tradidi enim vobis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia sepultus est, & resurrexit tertia die secundū scripturas. Non dicit secundū scripturam, ne putemus vnā tantū esse quæ de hoc sacro resurrectionis mysterio agit sed secundū scripturas, quia multæ sunt. Hoc autē fecit, ne velut figmentū hominū obijciat quispiā potissimum Iudæus, quod credimus de morte, & de resurrectione Christi Iesu. De monstratur enim ex proprio suorum Prophetarū testimonio. Secundo ideo facit, ne inexpectata putetur, aut nihili pendēda resurrectio Domini, de qua adeō solícite prænuntiarunt Prophetę, vt etiā scriptis eam prædictam, & testatam posteris relinquerent. Et quæ sunt istæ scripturæ? Prophetarum, ac primo Davidis Psalmo. 3. & 70. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ reuocasti me. Et Psalmo. 15. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Secundo est scriptura Osee, qui depingit Propheticè & tēpus resurrectionis, & fructū inde sequuturū in nobis. Nā dicit. Viuificauit nos, (idest nostrā naturā) post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Quoniam tertia die incepit in Christo & in multis alijs cum eo resurrectio, quæ in nobis omnibus consummabitur, qui morimur in Christo.

16 **Quæstio difficilis de numero  
trium dierum.**

**Q**uomodo fuerit Christus Dñs tribus diebus, & tribus noctibus in sepulchro, sicut Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, quia valde difficile est, operæ precium erit hic declarare. Hanc difficultatem quidam paucis expediunt per synecdochen. At clarius, magisque Evangelice dicendum, tropum esse scripturæ sanctæ, ut quoties exprimere velit diem naturalem continentem viginti quatuor horas, fere coniunctim dicat, diem & noctem, veluti scriptura dicens, primo Moysen, deinde Eliam, tertio Christum Salvatorem mundi <sup>Deuth. 9.</sup> <sup>3. Reg. 19</sup> ieiunasse quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, voluit indicare, eos spatio quadraginta dierum naturalium abstinuisse ab alimento corporali. Eodem modo dicens tum Ionam in ventre ceti, tum Christum fuisse in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, significat tribus diebus naturalibus illum fuisse in ventre ceti, Christum vero in sepulchro, quod seposita omni dubietate verissimum est. Quia à die veneris ante occasum solis fuit in sepulchro, vsque ad diem Dominicum manè, circa solis ortum. Ergo tribus diebus naturalibus: videlicet vna die naturali, quæ incepit post occasum solis diei Iouis, durans vsq; ad occasum solis diei veneris, quo die ante solis occubitum sepultus erat: altera die naturali, quæ incepit post occasum solis diei veneris, durans vsque ad occasum solis <sup>18</sup> diei Sabbati, tertia quoq; die naturali, quæ incepit post occasum solis diei Sabbati, durans vsq; ad occasum solis diei Dominicæ, qua die Dñica, ab Ewāgelistis appellata, prima Sabbati surrexit Dominus. Fuit igitur vera in sepulchro tribus diebus naturalibus. Si vero dicas, quod etiam secundū hunc modum non fuerit Dominus in sepulchro tribus diebus naturalibus integris. Respōdeo: neque vsquam dicitur quod fuit aut debuit esse tres totos dies naturales in sepulchro, sed tribus diebus, & tribus noctibus, id est, tribus diebus naturalibus. Quicumq; autē est alicubi, in aliqua parte diei naturalis, vel artificialis, is ibi est, & dicitur esse eo die, secundum communem phrasim tam populariū, quam eruditorum. Ingressus Salmanticam die veneris, & ibi continue manens, vsque in diem Dominicum orto iam sole, is indu-

indubie dicitur fuisse Salmaticis tribus distinctis diebus. Et est <sup>6</sup> verus sermo siue de naturalibus diebus intelligas siue de artificialibus. Scripturę igitur, quę dicunt: & tertia die resurget, & si veritatē habeant loquēdo de diebus artificialibus, melius tamē, certiusq; intelligūt de diebus naturalibus: nā sic intelligendo in has, & eam, quę est Ione. 2. cap. ac Matthei, 12. Optima est cōsonātia: neq; vlla tunc potest moueri de tertia nocte difficultas.

### Resurrectio Domini Natiuitas vocatur.

Psal. 2.

Actuum. 13.

**S**acratissima resurrectio Dñi, ortus, siue Natiuitas in sacra Scriptura vocatur, vt patet in Psalmo secūdo: vbi loquens pater eternus de resurrectione filij sui, (vt exponit. D. Paulus) ei dicit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Nā sicut virtus altissimi Dei in ventre sacratissime virginis, & ex purissimo sanguine eius formauit corpus Iesu Christi aptissima quadā dispositione, <sup>20</sup> vt esset animę domiciliū: assien el sepulcho, quando se llego la fazō al sanctissimo cuerpo (a quiē las causas de la muerte le auia llagado, y herido, y quitado la sangre, sin la qual no se viue, y la muerte misma lo auia enfriado) el mesmo poder de Dios abra çādolo y tomādolo en si, lo torno a callētar, y le rego cō sangre las venas, y le encēdio la fornaça del coraçon nueuamente, en q se tornarō luego aforjar spiritus, q se derramarō por las arterias palpitando, y bullendo, y luego el calor de la fragua alço las costillas del pecho, q dieron lugar al pulmō, y el alma se infundio luego en el como en conueniente morada, mas poderosa y mas eficaz, q primero, porq dio licencia a su gloria, q descendisse por toda ella, y q se comunicasse a su cuerpo, y le bañasse del todo: y assi se apodero de la carne perfectamēte, y reduxo a su volū <sup>21</sup> tad todas sus obras, y le dio cōdicionēs, y qualidades de spiritu y dexādole perfecto el sentir le libro de mas padecer y renacio el muerto mas viuo que nūca, hecho vida, hecho luz, hecho gloria, y salio del sepulchro, como quien sale del viētre viuo y para viuir para siēpre poniendo espāto a la naturaleza cō exēplo no visto. Qua propter multis retro tēporibus regius Propheta de hoc admirabili facto loquēs dixit. In splēdoribus sanctitatis ex vtero, & ex aurora ros natiuitatis tuę tecū. Quę verba licet iuxta hāc trāslationē vere dicātur de natiuitate Iesu Christi, quādo à purissimis matris suę visceribus exiuit, possunt etiā eadē veri

Psal. 109.

22 rate de ortu resurrectionis eiusdē Domini intelligi nā spiritus  
 sanctus, qui omnia simul videt, sæpenumero in eisdem verbis  
 plurimas, ac differentes veritates coniūgit, atq; ita hic ait, quod  
 Christus Dominus natus est, quando ex ventre, & vtero terræ  
 in ortu aurore sua propria virtute resuscitavit, habebat enim se-  
 cū natiuitatis suę rorē, quo sacratissima eius ossa reuiruerunt, &  
 floruerunt, & hoc in splendoribus sanctitatis vel ( vt etiam di-  
 cere possumus) in sanctissimis pulchritudinibus porq̄ se junta  
 ró en el entonces, y embiaron sus rayos, y hizieron publicas sus  
 hermosuras tres resplandores lindissimos, videlicet diuinitas,  
 quæ est lumen clarissimū, & sacrosancta anima Iesu Christi lu-  
 ce circumdata, & pulcherrimū eius corpus, tanquam de nouo fa-  
 ctū, quod ex se singularissimos radios mittebat. Nam infinitus  
 23 Dei splendor sua pulchritudine in sanctissima anima Christi  
 reuerberabat, & anima hoc splendore ornata, ex se clarissimam  
 lucē emittebat: atq; ita corpus illud sanctissimū clarificabat, y  
 aun dize, que entonces nacio Christo con resplandores de san-  
 ctidad o con hermosuras sanctas, porq̄ quando assi nacio del se-  
 pulchro, no nacio solo el como quando nacio de la sanctissima  
 virgen sino nacieron juntamēte con el, y en el las vidas, las san-  
 ctidades, y las glorias resplandecientes de todos los prædestina-  
 dos, los quales, muriendo el en cerro todos en si para que en la  
 muerte, q̄ padecia en su carne passible, muriesse la carne dellos  
 mala, y peccadora: y por esso condenada a la muerte: y para que  
 renaciēdo el glorioso, despues renaciessen tãbien ellos en el cõ-  
 vida de iusticia, y de gloria. Qua propter elegantissima similitu-  
 24 dine idem Dominus vtens ad propositum huius natiuitatis de  
 se ipso apud Ioannem inquit. Nisi granum frumenti cadens in Ioann. 12.  
 terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum  
 fuerit multum fructum affert. Nam sicut granū frumenti, post-  
 quam in terra seminatur humorē terræ ad se attrahit, & tumef-  
 cit, ac putrescit, & tandem dum nascitur cum eo etiam plurima  
 Simile.  
 grana in lucem prodeunt, deniq; nō vnum solum granum, sed  
 granorum spica ab illo exit: sic eodē modo Christus mortuus  
 inclusus in terra, virtute suæ mortis attraxit ad se terram homi-  
 num: id est, per virtutē de suæ morte allego la tierra de los hom-  
 bres a si y apurando la en si y rificandola de sus qualidades sa-  
 No resuscitando a luz hecho espiga y no grano.

## Resurrectionis nostræ signa.

Ad Colof. 3.

**A**Liqua signa resurrectionis nostræ poponit B. Paulus ad Colossenses scribens, vbi ait. Si conurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedēs, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā: ac si apertius diceret. Esto resurrectio vestra incerta esse dicatur, attamē sunt aliqua signa, quibus eā potestis inuestigare, videlicet: Quæ sursum sunt querite &c. Primum signū est querere, quæ sursum sunt, hoc est omni possibili conatu apprehendere mediā, ad cōsequēdā supernā felicitatē. Aliud signū est, Quæ sursum sunt sapite, id est secundū B. Anselmū, palato cordis dulcē saporem superiorū bonorū tangite. Si enim terrena vobis dulcia non fuerint, tūc cælestiū dulcedinē gustare poteritis. Hoc inter huius seculi & lucis filios inter alia interest, quod illi vitā spiritualem fallidiūt, isti vero eā amplectūtur & delicias corporales detestātur.

## Resurrectionis Domini mysterium difficillimum fuit creditu.

Actuum. 17

**A**rticulus resurrectionis mortuorū, & Iesu Christi Domini nostri ad eō sublime mysteriū est, vt inter mysteria, nostræ sanctissimæ fidei mūdo fuerit difficillimū creditu, quando sacri Apostoli sacrosanctū Euāgelium prædicabant. Atq; ita in actibus Apostolorum legitur, quod cum D. Paulus Athenas peruenisset, & ibi corā Philosophis gentilibus contra Deos ipsorum de vnitāte altissimi Dei, ac de alijs fidei nostræ articulis prædicaret, ipsi de nulla re tantū scandalizati sunt, sicut quādo, B. Apostolū de resurrectione mortuorū loquentē audierūt. Cū audissent (inquit sacer textus) resurrectionē mortuorū, quidā quidē irridebant, quidā vero dixerūt, Audiemus te de hoc iterū. Res quidē admirabilis est, quod cū antea S. Apostolus illis sapientibus de incarnatione Dñi, ac de morte eius & passione prædicasset, ipsi circa hoc tacuerūt: verū cū de resurrectione mortuorum ageret, ferre nō potuerūt, atq; ita illā doctrinā parui faciebāt, & subsannabāt. Nā cū ex philosophia sua didicisset, quod à priuatione ad habitū impossibilis est regressus, & in morte sunt quæ plurimæ priuationes, videlicet non videre, nō audire, nō olfactare, non gustare, & non sentire: ideo secundū suā opinionē existimabant

18 mabāt impossibilē esse mortuorū resurrectionē, siquidē illa est regressus ā multis priuationibus ad multos habitus. Atq; ita si fides non adiuvat, veritas resurrectionis mortuorum ratione naturali probari, aut persuaderi non potest. Est enim adeo sublimē opus, vt (sicut Scotus inquit) quauis Deus hic poneret corpus defuncti integrū, & cum omni perfectione, quā ante quam moreretur habebat, & cū omnibus dispositionibus necessarijs, vt informaretur, ac viuificaretur; & circa illud poneret animā, cui facultatē pręberet ingrediendi in illud corpus, quod antea informare solebat, cū ipsa anima plurimis viribus maximāq; potētia sit prędita, & suapte natura inclinetur ad suū corpus informandū, nihilominus tamē non posset in illud corpus ingredi, idque resuscitare. Ratio huius est, quia si anima sua propria vitu-

29 te corpus mortuū informare posset, ei vitam prębēs, idq; resuscitans, sequeretur, quod effectus esset melior sua causa quod est contra rationē: etenim melior est totus homo, quā sola anima, que est pars hominis. Idcirco dicimus resurrectionē esse opus solius Dei, qui est infinite potētia, & supra omnē naturā. Atq; ita resuscitans Christus Redēptor noster mortuos, sicut verē resuscitauit, eis tanquā Dñs imperās, ostendit, se verū esse Deū: at verō resuscitās se ipsum ostendit, se verū esse Deū, & verū hominē: si enim verus homo non esset, mori nō posset, & nisi esset verus Deus, se ipsum resuscitare nō posset. Vnde est maxime obseruandū, quod quauis in mysterio sue sacratissimę incarnationis etiam sanctissima virgo Maria operata fuerit, sicut & in mysterio redēptionis mundi etiā ludæi operati sunt, ipsum crucifi-

30 gentes tamē in resurrectione nulla creatura adiuuauit, sed solus Deus eā operatus est. De manera q̄ con su sacratissima resurrecion puso el señor. el sello, y confirmo quien era. Quando Propheta Helias filium vidue (vt sacra refert scriptura) resuscitauit, 3. Reg. 17. dixit ipsa. Nunc in isto cognoui, quoniā via Dei estis. & verbū Domini in ore tuo verū est. Mā in ergo ratione & potiori iure Christus reparator noster, quādo doctus bazarū, & alios defunctos sua propria virtute, & imperatiuē, tanquā Deus, & Dñs resuscitauit, ostēdit manifestē quū erat, & particularijs cū se ipsum, vt diximus, resuscitauit. Est inābis maxime notandum id, quod ipse Iohann. 10. Dominus cum Plurimis loquens dixit: Propterea me diligit pater, quia ego non sum quicquam vniuersi, vniuersi sumus eam.

Quorū verborum hic est legitimus sensus. Tā gratum est patri meo, me ponere animā meam, (hoc est volūtariē mori) vt, quia ego pono animā meam, propterea merito ex hoc diligat me ad tantū donū scilicet, vt iterū sumam eā, id est, vt me ipsum resuscitem. Præmiū voluntarię mortis istud est, quod ego me ipsum suscitē a mortuis. His verbis Dominus aperte ostendit, quod ex eo, quia sacratissima humanitas sua volūtariē se morti obtulit, meruit, vt verbū diuinum, cui ipsa vnita erat, eā resuscitaret. Cū ergo Dñs ab inferis exijt: sanctissimas illas animas, quę in limbo detinebantur, secum attulit: sicut antea per Prophetam Oseā promiserat dicēs. *Morsus tuus ero o inferne. Qui morsum in aliqua re infigit, partem sumit, & partem relinquit. Sic Dñs sumpsit partē inferni, videlicet illas sacras sanctorum patrū animas; & partē relinquit, videlicet omniū damnatorum congregationē.* Sicut illi, qui postquā urbem expugnarunt, eam ingrediuntur, & cum ipsam spoliant, non paleas, aut fenum, vel res parui valoris deprædantur, sed aurū argentū, ac pretiosa omnia, quę inueniunt: sic bonus Iesus Dēmonē superans, & urbē eius expugnans, ipsam spoliavit, & secū tulit pretiosa, sed quod vile erat, ac parui valoris reliquit. Con esta cōpañia hize el celestial reparador la primera visita a la sacratissima virgen Maria su madre: y fue tan grande la alegria de esta soberana emperatriz, que si Dios particularmente no la ayudara y sustentara muriera alli de pura alegria. Testimonijs fide dignis compertum habemus plurimos præ nimia lætitia occupatos mortem obiisse: atque ita refert Tullius, quod cum iuuenis ille Chilius in vrbe Romana quædā maximi honoris præmia in ludis Olympicis consequeretur, tanta pater eius lætitia affectus est, vt videns filio suo cuncta tam prospere euenisse illa magnitudine lætitię, quam accepit, repentina morte obierit. Valerius Maximus de alio etiā narrat, quod cū literas quasdam accepisset, in quibus ei significabatur de maximo honore, quo filius suus condecoratus fuerat præ nimia lætitia mortē cum vita cōmutauit. Pueden se cō la alegria estender tãto las alas q̄ cubren el coraçõ q̄ vengã a quebrar y romper las entrañas, y causar desta manera la muerte: Quando sol oritur statim apparet in altiori monte, & postea in alijs non tam altis montibus, donec tandē in cãporum planitie, & vel in profundis vallibus apparet, nisi forte arborum

Osee. 3.  
simile.

Tullius lib. 1  
Tusculana-  
rum.

34 multitudo, & densitas radios solis impediatur, ne in imas valles impregrediatur. Inter omnes puras creaturas mons altior meritorum est sacratissima virgo Maria Domina nostra: & Christus. Redemptor noster est sol, non hic, quem oculis corporeis cernimus, sed sol, qui hunc solem fecit, sol, inquam, solis creator, & tenebrarum destructor, & cum hic sol exiit & se resuscitavit, statim apparuit altiori monti videlicet sacratissimæ virgini Mariæ matri suæ, & postea Magdalenæ, & alijs Marijs, quæ bona nuntia sacris discipulis attulerunt, ac denique apparuit omnibus discipulis, atq; alijs plurimis personis, quas omnes pace, & consolatione replevit.

## Resurrectio Domini, &amp; mortuorum concio.

35 **E**GO sum resurrectio & vita: inquit summa veritas, cum Beata Joan. 11. Martha loquens. Pro declaratione horum verborum observandum est virtutes nostras à virtutibus Christi Redemptoris nostri sustentari. Nostrum enim ieiunium à ieiunio eius, & nostra oratio ab oratione eius, & nostra patientia à patientia eius sustentatur, & vires accipiet. Atque ita in Apocalypsi B. Ioannes inquit. Apocal. 10 Audi vocem de caelo loquentem mecum, & dicentem. Vade, & accipe librum apertum de manu angeli, & deuora illum, & faciet, amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoravi illud, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem eum amaricatus est Esai. 9.  
36 venter meus. Hic liber est Iesus Christus filius Dei, & eius euangelium quod dicitur esse apertum, quoniam iam ipse illud exercuit, & operatus est prius, quam nobis id operari præcepisset. Quod manducatur, ideo manducatur, vt per illud sustentatio accipiatur: atq; ita vere opera, quæ Dominus operatus est, & virtutes, quas exercuit (quæ sunt eius euangelium apertum) sustentationem & vires omnibus virtutibus, & sanctis operibus nostris præbent: y este comer el libro or verdadera imitaciõ, es amargo al vientre, quiero dezir a la parte animal, y corporal: nimis enim amarum est corpori ieiunium, disciplina, cilicium, oratio, & clausura, sed ori dulce est. Per os (ait D. Thom.) mens, & ratio intelligitur quibus dulce est sacrarum virtutum exercitium. Sicut igitur virtutes nostræ à virtutibus Iesu Christi Reparatoris nostri sustentantur: sic etiã vita, & resurrectio nostra ab eius vita, & resurrectione sustentatur, atq; ita inter alios titulos quibus eum propheta Esaias ap-

pellat vnus est; Pater futuri sæculi. Vbi alia litera habet, Pater 37  
 eternitatis. Pater, id est autor, vitæ æternæ ipse enim est autor vi-  
 tæ æternæ, & ipse eam præbet; & resurrectio eius fuit exemplar  
 & originale quoddam nostræ resurrectionis. De manera que nos-  
 otros seremos traslados de aq̄l original. Omnes credimus resurre-  
 ctionē corporū, hoc est, quod corpora nostra eadem numero, &  
 indiuiduo cum his, quæ modo habemus in fine sæculi resuscitabunt; sicut egregie Beatus Thomas, & alij doctores explicanti.  
 Er̄it igitur resurrectio nostra cessante motu celi, & dū sol in oriē-  
 te fuerit, & luna in occidēte, atq; (vt probabiliter creditur) in ho-  
 ra diluculi, id est, ala hora del amanecer. Nam (vt ait idem. D Tho-  
 mas) resurrectio hominum conformabitur cum hora resurrectio-  
 nis Domini. Hanc veritatem resurrectionis aduersus Saducæos  
 summa veritas apud S. Matthæum diffiniuit, eam quodam te- 38  
 stimonio libri Exodi comprobans, nō quia alia plurima, & nimis  
 euidentia testimonia in Sacra scriptura ex veteri testamento non  
 essent, quibus diuinus magister vti posset, sed quia Saducæi quinq;  
 duntaxat libros Moyse (qui pentateuchus dicitur) recipiebant,  
 ideoq; Dns testimonio Exodi vtitur. Probat̄ur etiā hæc veritas  
 ex Psalmo primo, & ex Psalmo sexagesimo quinto, & 60. & 117.  
 & 118. & ex decimonono capit. Iob; & ex Propheta Isai. c. 24. &  
 & 26. & ex Hieremia. c. 8. & ex Ezechiele. c. 35. & ex c. 12. Danie-  
 lis, & ex c. 8. Amos, & ex Sophonia. c. 3. & ex 2. Machabeorū. c. 7  
 & 12. atq; ex alijs plurimis veteris testamēti locis. Per infinitā po-  
 tentiam Dei tunc in puncto resuscitabunt omnia corpora, & re-  
 manebunt cum eadē natura, qua modo sunt, videlicet homines  
 erunt, homines, & mulieres, mulierēs. Et omnes resuscitabimus, 39  
 quantum ad staturam in ætate perfecta iuuentutis, & in illa quan-  
 titate ad quā poteramus accedere nō errante natura, & ablato su-  
 perfluo sicut in gigantibus, & additis defectibus sicut in pumilio-  
 nibus. Corpora vero resuscitandorū sequentur conditionē ani-  
 marū, quæ ipsa viuificabunt; nam corpora beatorū absq; deformati-  
 tate aliqua quin potēs quatuor dotibus, videlicet agilitate, impar-  
 sibilitate, subtilitate, & claritate resurgent adō nata: at vero corpo-  
 ra dānatorum non hoc modo resuscitabunt. Et hoc est quod D.  
 1. ad Cor. 15. Paul. ad Corinth. scribēs ait. Omnes quidē resurgemus, sed non  
 oēs immutabimur, etenim soli iusti resuscitabūt tanquā ex ēplar  
 originalis, hoc est como traslado del original q̄ es la resurreció de  
 Iesu

40 Iesuchristo illi; in quā, hoc modo resuscitabūt, qui adimpleuerūt  
 id quod S; Apostolus docuit in quē. Glorificate, & portate Deū. 1. ad Cor. 6.  
 in corpore vestro. Sicut illi glorificarunt Deū in suis corporibus  
 ipsa mortificantes, & cōformātes cū mortificatione Iesu Christi:  
 sic Deus glorificabit illa eadē corpora, faciens ipsa cōformia cor-  
 pori glorioso sui vnigeniti filij, Corpora autē quæ hic nō glorifi-  
 cauerūt Deū, nec in resurrectione illa glorificanda sunt. Et hoc est  
 quod Isaias Propheta dixit his verbis: Morientes non viuāt, gīgā Isai. 26  
 tes non resurgāt. Quod quidē de resurrectione gloriosa intelligē-  
 dū est. Hoc etiam modo possumus interpretari verba illa Psalmi  
 primi. Nō resurgēt in impij iudicio, id est, no alçarā cabeça, no se-  
 ran victoriosos, premiados, y hōrados los q̄ aqui anduieron en-  
 greydos, y empinados, mas enel juyzio estarā cabizcaydos, y vitu-  
 41 perados. O miseri peccatores, quā cōfusus vos ipsos ibi videbitis,  
 quoniā modo vestra carnalia, & immūda corpora mortificare nō  
 vultis. Sed dicet aliquis. Dubiū mihi afferūt apostoli verba dicē-  
 tis, quod mortui, qui in Christo sunt, resurgēt primi: deinde nos,  
 qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus  
 obuiā in aera. Ex quibus verbis apparet primo, quod in tempore  
 nouissimo quorundā resurrectio fiet prius, aliorū posterius: secū-  
 do quod non oēs homines moriētur, sed quidā viui rapiemur ad  
 iudiciū, & per consequēs videtur non esse verū primo illud. Om-  
 nes moriuntur in Adā, deinde hoc, oēs quidē resurgemus in mo-  
 mēto, & in iētū oculi. Ad hoc respōdeo. Quantū ad priorē diffi-  
 cultatē certo certius demonstratur ex B. Paul. ad Corinth. q̄ resur- 1. ad Cor. 15.  
 rectio omniū, tā illorū qui mortui sunt, quā eorū, qui non dū gu-  
 42 starunt mortē, fiet simul eodē tēpore in momento, in iētū oculi,  
 in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgēt. Si in mo-  
 mento, si in eadē conuocatione, omnes ergo simul resurgēt, non  
 quidā prius, alij posterius. Cæterum ad verba apostoli vtētis his 1. ad Theff. 4  
 vocibus, Primo, & deinde, quę ordinē significāt, dicēdū est quod  
 his vocibus vtuntur sæpe tā ex diti, qua idiotæ, nō quidē vt ordi-  
 nē rerū significēt, quas narrāt, sed vt ipsam narrationē clarā, ac dis-  
 tinctam efficiāt: sicut interrogāti. Qui nā milites adfuerūt Impe-  
 ratori militanti bonā illam militiā pro fide in Germania? Si res-  
 pōdeat quis, Primo Hispani, deinde Lusitani, tertio Itali: is nō vt  
 tur his vocibus, primo, deinde, tertio, vt distinctionē vllā rerū sig-  
 nificet, aut in tēpore accessus, aut in dignitate, aut militādi peritia,

sed vt articulatim respondendo, distinctam faciat narrationem: nam hi omnes simul adfuerunt imperatori militanti non prius Hispani, deinde Itali. Sic apostolus respondens tacite questioni Thesalonicensium, qua interrogare potuissent, quid futurum foret de viuentibus, qui nondum gustassent mortem, vtitur his voculis, primo deinde, non vt ordinem in rebus, aut temporis, aut dignitatis exprimat, sed vt suam responsionem distinctam efficiat, narrando prius de vno genere nempe mortuorum, deinde de altero videlicet adhuc viuentium. Nam sensus verborum Pauli est, Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur vsque nunc, etiam resurgentes simul rapiemur cum illis: non illi, quamuis nunc mortui sunt ante nos, rapiemur etiam ante nos, sed nos simul cum illis. Ex quo consequitur, quod simul etiam resurgemus, quonia raptus in aera presupponit resurrectionem. Quantum ad secundam difficultatem dicendum est, B. Paulum non respexisse ad eos, qui in ipso momento resurrectionis viui reperiuntur sed respondisse de his, qui tunc temporis cum scriberet, & deinceps viuerent quamuis relinquerentur post alios in vita corporali, non tamen foret relinquendi in resurrectione, aut in raptu siue processu, quo procedent omnes obuiam Christo Domino ad iudicium. Vnde subiungit. Et sic, scilicet per resurrectionem, semper cum Domino erimus. Itaque consolamini vos inuicem, qui relictii videmini, in verbis istis.

### Resurrectionis animæ signa.

Ad Coloss. 3. c. **S**I cōsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite non quæ super terram: inquit B. Apostolus ad Colossenses scribens. Bonum equidem hoc signum est, vt per illud coniecturare possimus, vtrum cum Domino resuscitati fuerimus. Sed oportet obseruemus verba illa S. Apostoli, querite & sapite, quæ denotant magnam perseuerantiam, quæ est excellens quoddam nostræ spiritualis resurrectionis testimonium: contra vero malum signum est parua in vita spiritali perseuerantia. Los ramos que se bendizen en la sancta Iglesia la Dominica passada, ya veis como que priessa, y rebuelta llegã todos por cogellos, y como se barajan por lleuar dellos, y en passando aque lla mañana los poneys en vn rincón, y alli se secan llenos de poluo, y quando mucho os acordays dellos, es alla el primer dia de Quaresma, que los pide el cura para hazer ceniza. Sic vos in hebdoma-

46 domada sancta maxima cum celeritate crimina vestra confiteri, ieiunare, aliquas eleemosynas largiri curatis, y a buelta de cabeça echays a vn rincón el ayuno, y dezis: Ayunen los sanctos que no tienen hãbre, y os oluidays de todos los otros sanctos exercicios, y os entregays a todos los vicios, como si no fuessedes Christianos, y apenas os acordays de sermõ, ni de cosa buena, sino alla a la otra Quaresma. O ciegos no mirays que suelen las gentes morir entre año tambien como en la Quaresma, porque no procurays de viuir en todo tiempo apercebidos?

### De resurrectione Domini cognitio.

DE duobus illis discipulis, qui in castellum Emaus ibãt, ait sacer euangelista Lucas, quod cognouerunt dominũ in fractione panis. Aliqui dicunt Redemptorem nostrũ solitum fuisse, panem, qui ad manducandũ proponeretur, suis sacris manibus veluti cultro, seu gladio proscindere, hoc est, que cõ sus sagradas manos partia el pan, y hazia rebanadas como si lo partiera cõ cuchillo. At cum manduraret cum his duobus discipulis, & hoc solito modo panem frangeret, ipsi eum in hac panis fractione cognouerunt. Sed hoc impertinens est, & absq; fundamento dictum. Alij dicunt eum ipsis discipulis, postquam manducauerunt, suũ corpus tribuisse, & communicasse, & ita in fractione panis illum cognouerunt: quod quidem potuit Dominus facere, quia potuit eos 48 antea iustificare, videlicet quando ipsos illuminauit, & cor eorũ ardens erat in via. Verum certius esse existimo, eos cognouisse Dominum in fractione panis, id est, in frangendo panem vel cũ frangeret panem, quod idem est. Nam cum ad frangendum panem sanctissimus Iesus sacratissimas manus suas ostendit, & pro palauit, ipsi discipuli tunc in eis sanctissima vulnera conspexerunt, & per illa Dominum cognouerunt: sicut B. Thomas, cui cum homines tantæ autoritatis, quales erant sacri Apostoli dixissent, se vidisse Dominum iam resuscitatum, non credidit, donec ipsa Iesu Christi vulnera vidit, & suis manibus tetigit, & pertractauit. Vnde manifeste deducitur, sacratissimam Domini nostri passionem, mortem, ac pretiosissima vulnera efficacissima esse ad animas hominũ illuminandas, atq; à tenebris erroris educendas.

Luc. 24.

# RESURRECTIO MORTUORVM.



**V**IDENTS S. Iob se magnis laboribus esse circumdatum cupiensq; ab eis absolui suspiria promorte emittebat, & spe ac desiderio resurrectionis vniuersalis corporum (vbi suum etiam corpus resurgens in æternum victurum, sperabat) inflā-

Iob. 14.

tus cum Deo loquens dicebat. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Infernum vocat sepulchrum, quod nomen in hac significatione frequenter à vulgato nostro vsurpatur, vt nomine Christi Iesu Redemptoris nostri dicitur. S. David. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quod sepulchrū esse interpretatus est. B. Petrus vt in Actibus Apostolorum patet. In Hebræo etiam est, Seol, quod illis semper sepulchrū significat, & ita Chaldaus interpres conuertit. In domo sepulchri abscondas me. Ait ergo. S. Iob. Vita defunctus in sepulchro iacere opto, vt magnus hic tuus furor, quo me diris modis exeres sedaretur, id est. Libentius moriar, quam animum tuū in me grauissimum tolerare. Ex quo cognoscetur non recte locum hunc à quibusdam exponi de furore, quo Deus in extremo iudicio vsurus est: nā hæc explicatio non modo cum textu non coheret, verum etiā dissidet, quoniam mox S. Iob significat, se resurrectionē optare, quam statim iudiciū illud consequetur. Deinde quod sæpe numero in hoc toto libro Iob dicitur Dei iudicium amare, apud eūq; cupit causam suam informare: & quidē illud omnium gentium iudiciū pijs viris cum venit in mētem, potius ipsi confidunt, quā timēt. Quod vero dicit, Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei, hoc loco vel Hebræis assentientibus aperte Iob de mortuorum resurrectione differit, & opportune quidē, vt eius memoria mortis malum, quod sibi tantopere desiderabat, leuaret. Magnæ enim integris, & honestis hominibus leuationi est, cū se mortales esse recordantur, quod à mortuis ad æternā vitam sunt excitandi: vt B. Paulus autor est in epist. ad Thessalonicenses scribēs. Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contri-

Actuum. 2.

1. ad Thessa.  
4. c.

stem-

4 stemini, sicut, & ceteri, qui spem non habent. Dicit autē. In quo recorderis mei, quia Deus mortuorū hominū oblitus esse videtur, si quidē mortua corpora nulla ab eo vitæ beneficia percipiūt, sicut viua, quæ Dei beneficio viuūt, sensus habent, & spiritū ducūt, & ita Dauid, vt cōmodis omnibus, & emolumentis se destitūtū esse significaret, dixit. *Estimatus sum cū descēdentibus in lacū factus sum, sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes in sepulchris, quorū nō es memor amplius, & de manu tua repulsi sunt. Quare ē contrario in memoriā eos reuocare videtur, quos ad vitā reuocat. Hoc igitur loco. S. Iob resurgere à mortuis optabat, quod pro certo credebat, & predicabat futurū. Vnde illa interrogatio, quæ sequitur, Putas ne mortuus homo rursum viuēt? certissima est affirmatiōe explicāda: nā viuēt equidē. & ita septuaginta interpretes affirmatiōe hunc locū reddunt ver-  
 5 tentes. Si enim mortuus fuerit homo, viuēt, postquā cōsummauerit dies vitæ suæ. Vel forte de illa tantū vita loquitur, quam viti sancti perpetuæ foelicitatis participes viuēt. Nam licet impij re-  
 surgent, potius tamen erit, vt perpetuis moriātur tēporibus, quā vt viuant, dicente disertis verbis Dauid. Ideo non resurgunt impij in iudicio, nec peccatores in cōsilio iustorū. Tū quia impiorū  
 6 interitus æternus, atq; perpetuus esse dicitur, quare nūquā viuēt. Quæ cū ita sint dubitationē esse interrogationem hāc possumus opinari: cum nemo certus sit se perpetuā vitam esse consecuturū. Ideo ita hūc locū Chaldeus vertit, Si mortuus fuerit vir impius fieri potest, vt viuat? Sequitur, Cūctis diebus, quibus nūc milito, expecto, donec veniat immutatio mea, id est: Cūctis diebus, quibus viuo, dixerat enim septimo capite militiā esse vitā hominis super terrā. Hac ergo (ait) spe me sustento, & cōmunes vitæ mortalis labores, æquo animo. hactenus toleraui, q̄ aliquando fiet, vt hoc mortale corpus cū alio immortalī cōmutē. Hoc ipsum B. Paul.   
 desiderare videbatur dicēs. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et hanc immutationē, quā S. Iob cūctis diebus vitæ suæ expectabat, futurā, presagit idē apostol⁹ scribēs Corinth. nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatē. Habitū vero, & specimē corporis immortalis Chrs Dñs apud Matth. exponit dicēs. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorū. Ex quo doce-  
 mur sic vitā nostrā instituēdā esse, vt semper ante oculos nostros  
 eee 4      verse-*

Psal. 87.

Psal. 1.

Ad Rom. 7.

1. ad Cor. 13.

Matth. 13.

## 808 Resurrectio mortuorum.

versatur illa immutatio, & resurrectio futura: quod si, ut illius par-  
 ticipes simus, laborauerimus & præclare officij munere funge-  
 mur, & eius spe fortiter quoscūq; labores sustinebimus. Qua spe  
 se B. Paulus vehementer cōfirmari videbatur, cum ita in epistola  
 1. ad Cor. 15 ad Corinthios in eos, qui resurrectionem futurā negabant, argu-  
 mētābatur hoc modo. Si omnino mortui nō resurgūt vt quid, &  
 nos periclitamur omni hora? si ad bestias pugnavi Ephesi, quid  
 mihi prodest, si mortui non resurgūt? Manducemus, & bibamus  
 cras enim moriemur. Addit vltterius S. Iob. Vocabis me, & ergo  
 respondebo tibi, operi manuū tuarum porriges dexterā. Veho-  
 menter resurrectionis memoria diuinus vir delectari videbatur,  
 dū tanto morbo, tantisq; malis non impediēbatur, quominus in  
 eius sermonē incidens eam accurate tractaret, & sapiētissime des-  
 criberet. Vocabis me, inquit: quæ vocatio qua ratione futura sit  
 Matth. 23. supernus noster Redēptor Iesus Christus apud Matthæū pluri-  
 bus exponit dicēs. Et mittet angelos suos cū tuba, & voce mag-  
 na, & congregabunt electos eius à quatuor vētis. Et B. Paul. scri-  
 bit eam Corinthijs his verbis. Omnes quidē resurgemus in mo-  
 mento in ictu oculi, canet enim tuba, & mortui resurgēt incorru-  
 1. ad Cor. 15. pti, & nos immutabimur. Ex huius vocis immensa vi B. Paulus  
 Ad Rom. 4. infinitam Dei potentiā demonstrat ita Romanis scribens. Qui vi-  
 uificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt tanquā ea, quæ sunt.  
 Huius vocis eximiæ virtutis specimē relictū fuit, cum Lazarus,  
 & viduæ filius è mortuis à Christo Domino fuerūt vna eius voce  
 excitati. Foelices hi, qui dum mortalem vitam agunt, dant operā,  
 vt huius vocis nunquā obliuiscantur, sed vt ea tunc recreentur, &  
 ei alacri animo respondeant, sicut S. Iob de se dicit. Ego respon-  
 debo tibi, id est, præsto adero libentissimeq; tuis iussis resurgens  
 obtemperabo. Non potest enim hæc vox iocunda non esse Iesu  
 Christi ouibus, quibus dum mortale vitam degerēt, voces eius,  
 & præcepta vitæ gratissima fuerunt, eiq; dicto semper audientes  
 fuerunt. Operi manuū tuarum porriges dexteram, ait. In quo al-  
 ludere videtur ad rationē agēdi eius, qui aliquē in terra iacentem  
 erigere conatur: nam porrigit illi dexteram, vt ea connixus eriga-  
 tur. Ita sanctus Iob ait. Voce potentissima tua nixus in sepulchrū  
 abiectus à mortuis excitabor. Dextera etiā in Sacra scriptura Dei  
 Psal. 117. auxilium significat, vt in Psalmis. Et dedisti mihi protectionem  
 Psal. 117. salutis tuæ: & dextera tua suscepit me. Et alio Psalmo. Dextera  
 Domini.

<sup>10</sup> Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Sed in Hebræo est, operi manuum tuarū beneuolus eris. Quæ sentētia magnā secum defert teneritudinē.

## Resurrectio mortuorum.

Ad Heb. c. 11

**C**VM Diuus Paulus de sanctis veteris testamenti patribus mentionem fecisset, statim adiecit. Hi omnes testimonio fidei probati non acceperūt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidēte, vt non sine nobis consummarētur. Omnes illi sancti patres licet pleni fide & gratia mortui fuerint, in limbo depositi sunt (hoc est, estuueron depositados en el limbo) donec filius Dei mortuus est: & ibi expectabant, quod pretium redemptionis nostræ solueretur, vt sic præmium æternum consequerentur. Y quāto a esto, dize el sancto Apostol, les hazemos ventaja nosotros los del nueuo testamento: illis nanq; dilata fuit gloria, nobis autem, statim post mortem, conceditur, vt non sine nobis consummarentur. In hoc loco particula, vt, non est causalis, sed consecutiua. Non enim significat hic S. Apostolus, quod causa detentionis sanctorum patrum in limbo fuerit ne ingrederentur in gloriam prius, quam sancti noui testamenti. Mas quiere dezir que de la dilacion de su premio se siguió, que no fueron premiados, ni tuuieron gloria, antes que los que murieron despues de la muerte de Iesu Christo, como fue el buen ladron: ideo adiecit. Deo pro nobis aliquid melius prouidēte. Magnum profecto hoc motiuum est ad nostram consolationem, & vt omni

<sup>11</sup> celeritate plurimas virtutes operemur, siquidem credimus, quod nisi peccatis nostris: aut eorum reliquijs impediamur, statim, vt anima nostra à corporis ergastulis soluta fuerit, Dei optimi maximi conspectu in illa sempiterna gloria perfruemur, sicut idem sanctus Paulus testatur dicens. Scimus quoniam si terra nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem

<sup>12</sup> ex Deo habemus domum non manu factam sed æternam in cælis. Quod sanctum Iob maxime consolabatur in illa aduersitate erat, quod ipse in sterquilinio sedens plenus vlceribus dixit. Scio enim quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Hoc etiam futurum est Christiano maxi-

2. ad Cor. 5.

Iob. 19.

simile.

B. Chrysoft.  
homilia. 35.  
ope. impe.

simile.

B. Chryf. ser.  
mon. 118.

hora Deus mutaturus est: sicut enim lana intingitur naturalemque habens colorem, ut coloretur purpura, aut alicuius alterius coloris accipiat dignitatem. Sic & nos in mortem descendimus corporales, & resurgimus spirituales, ut inquit Beatus Chrysostramus. Animo etiam consideret: quod antequam ipse filius Dei vita priuaretur, & moreretur illusus, consputus, flagellatus, & spinis coronatus fuit. Ut quid Domine filium tuum vnigenitum tam aspere, & seuerè tractas, & diuinum vultum illius saluis carnificum foedari, & corpus formosius, & albius alabastrò tot flagellis dilacerari permittis? Quia tertia die resurget multo rubicundius, & perfectius, quam antea erat. Quemadmodum pictor linteum lino Belgico contextum niue candidius præparat, ut in eo pretiosam, & omnibus numeris absolutam imaginem depingat, qui prius illud mortuis delineamentis collinit, ut inde viua, & 14 perfectiora illis superimponat. Quid, inquam, facit Deus cum nobis ægritudines immittit eisque & morte nos reddit deformes, nisi prius nos mortuis delineamentis collinire, ut inde viua, & optima delineamenta in resurrectione coaptet? Quando fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei.

Beatus Petrus Chrysostrologus in quodam sermone inquit. Fratres, semper de resurrectione libet dicere, semper de resurrectione delectat audire: quia mori nunquam libet, viuere semper delectat. Resonet ergo in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ mentis transmittatur auditum: ut mors, quæ nos semper obsidet sensus, cum terrore suo cum lamento suis nostris sensibus effugetur. Quia sic agricola fructus vberes, & exaltatas epulas cantat, ut imminentem vomeris laborem non sentiat, & sudorem. Sic nauta portus modulatur, & lucra, ne vndarum ruinas, & maris discrimina pertimescat. Sic miles, ne vulnera metuens, & gladios non pertimescat, prædas personat, & triumphos magnificentissimos, quos sperat. Vnde resurrectionem mente, ore, oculis aspectet, cætet, cogitet, Christianus quidem ipse, ut totam mortem possit, & valeat desplicere, calcare, & contemneret metum, & formidinem & pauorem quancumque veniet. Non solum sine causa credit, sed & viuit, qui se perdit. Homo quid tibi oritur, quod non occidat, quid tibi quod occiderit non resurgit? Dies mane oritur, moritur in nocte, & iterum resurgit in mane. Sol quotidie nascitur, quotidie moritur: resurgit ipse quotidie,

et tunc, tempora dum transeunt, pereunt: dum redeunt reuiuiscunt.

Vnde homo si Deo non credis, si non acquiescis legi, si non acquiescis auditui, vel oculis tuis crede, vel elementis, resurrectionem tuam tibi iugiter prædicantibus acquiesce. Vade ad semina, Apostolo te docente, tolle triticum aridum sine sensu, sine motu, duc sulcum, fode terram, fac sepulchrum, sepeli triticum, inspicere quem admodum morte deperit, humore turgescit, putredine corrumpitur, & cum peruenerit ad totum quicquid desperatio, quicquid incredulitas, quicquid corruptela tibi superius ingerebat, tunc subito reuiuiscit in genere, in herba pubescit, iuuenescit in caule, maturefcit in fruge, & ad illam totam ipsam, quam tu perisse deflebas, speciem resurgit, & formam: ut te homo triticum non tam doceat manducare, quam sapere: non tam cogat laborare, quam credere.

R E X E T P R I N -  
C E P S C V M S O L E  
comparabantur.



ANTIQUI Philosophi Regem, & Principem cum sole comparabant, quem appellabant, Theon id est, currentem, ut significarent debere illum omnia animo percurrere, esseque ei sollicitudinem, & curam, ac vigilantiam summam necessariam. Eam ob causam ei sceptrum rectum absque folijs tribuebant, ut innuerent, iustitiam debere esse rectam, & affectionibus destitutam. Ut autem firmitudinem eius in æquitate, & iustitia ostenderent, Martem, per quem principem significabant, indutum tunica adamantina depinxerunt. Ut etiam ipsum principem veritatis cultorem esse debere iudicarent, principis statuam collocauerunt in quodam Ægypti ædificio ubi erat Rex Simandius sepultus, & habebat statua illa principis veritatem de collo pendente, tanquam pretiosum monile, in quod ipse oculos habebat coniectos, ut autor est huius rei Diodorus Siculus. Volabant præterea veteres illi, ut in veritate oculos figeret, quæ adductus gubernaret, ut se non pasceret delicijs, & traderet volupta-

4. Diodo. Sicu. li. 2. Bibliothecæ

voluptatibus, sed subditorum saluti consulere, & pro illis curas, ac labores suscipere. In vita porro Alexandri Magni, quam Ioannes Monachus literis mandauit, proditum est memoriae, Alexandrum has voces emisisse. Seruile est dedere se voluptatibus, laboribus autem se exercere, res est principibus digna. Et quoniam sunt virtutis pictores Reges, principes & praelati, à quibus subditi artem pingendæ virtutis discunt, vt ait in Apologetico Beatus Gregorius Nazianzenus, summa ope nitendum est, ne inueniantur pulchræ virtutis pessimi pictores: vel certe ne ab alijs pictoribus, qui eam debent in se ipsis depingere, imaginis eius, in se ipsis pessima præbeant exemplaria. Pulchram autem depingent virtutem si in eius actiones toto pectore incubuerint, & sui muneris sollicitudinem cum omni veritate, mansuetudine, & iustitia præstiterint. Cum aliquando Philippus Macedoniae Rex iracundia affectus iniquam contra iudicem sententiam tulisset, subditus videns iniquitatem ipsam, & quod Rex per iracundiam in eam incidisset, statim subiecit. Appello ò Rex ab hac sententia. Quem cum Philippus derideret dicens: Ad quem appellabis, cum superiorem non habeam? subdidit ille. Ad te ipsum, inquam, appello, vbi primum iracundiam deposueris. Quo audito Rex intellexit, se per iracundiam iniustam tulisse sententiam, atque ita eandem illico reuocauit.

## Rex & Princeps quales esse debent.

**G**Ræci regem populi Basim appellarunt, basileus enim, quo nomine Rex appellatur, dicitur à basi, quod est basis, & leos, populus, quod sit Rex populi fundamentum, cuius pondus tanquam firma basis sustineat. Sicut enim fundamentum, & basis domus totam domum sustinet, ac supra se impositam suffert ac tolerat: sic reges, atque praelati Ecclesiæ totum pondus subditorum æquo animo super humeros ferre debent.

Principes & reges nihil in præmium suorum laborum debent expectare sed solum ad sustentationem status, & alios necessarios sumptus. Nam (vt ait Aristoteles in Ethicis) proprium præmium principum est honor, quo qui non est contentus tyrannus est. Honorem autem illum principes Christiani non ad humanum, qui vanus est, sed ad diuinum referre debent. Hæc est  
populi

Populi ad principem obligatio. Principes autem & reges, ne grauent plebes sibi commissas à Domino ad custodiendam, ad pacem, & ad iustitiæ iura seruanda. Quod si aliter fecerint, ecce scriptum est. Potentes potenter tormenta sustinebunt. *Observa duo illa, sapient. 8.* verba, potenter, & sustinebunt: non significare intendit spiritus sanctus, quod potentes in sua potentia, quæ in fauillam redigitur, neq; descendit cum eis gloria eorum, sustinere valebunt tormenta sibi præparata. Sed cum inquit, potenter, tortoris & ministri, vim, & potentiam aduersus iniquum iudicem, & regem tyrannum docere intendit, similiter cum verbo utitur, sustinere, non patientiam sed imbecillitatem, & ex omni parte impossibilitatem repellendi à se tormenta demonstrat.

6 Ut autem recte se circa suos subditos habeant, attendant quid *Plato lib. 1. de* sapientissimus Plato dicat. Ait enim. Nunc autem postquã non *civilis vel de* nascitur rex talis in ciuitatibus, qualis inter apũ examina statim *regno circa* à principio, tam corporis, quam animi habitu vnus cæteros antecellens, necesse est, vt videtur, coetu consultantium factò, instituta conscribere, vestigiaq; verissimæ reipublicæ illius percurrere, *Lib. 18. in mo* Et libro alio ait. Opera vero civilis gubernationis, cū multa alia, *diolibri.* tū hæc esse, vel maxime vnusquisq; fatetur, diuites facere ciues liberos, & concordēs. O admirabilem doctrinam, vtinam eam principes Christiani sequantur:

## Rex & Princeps Christiani ne imitatores gentilium sint, sed Iesu Christi.

7 Pro signo, & stemmate Romani aquilam habebant, in quo tyrannis eorum significabatur. Nam si quis vultum ipsum, & os aquilæ diligentius contempletur, oculos auidos, atq; improbos rictū minacem, genas truculentas, frontem toruam, nonne plane tyranni principis quoddam simulachrum agnoscat magnificum, ac maiestatis plenum? Accedit huc & colore ipse funestus, & teter, & inauspicatus fusco scalore nigricans. Vnde etiam quod fuscum est, ac subnigrum, aquilum vocamur: tum vox inamænna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille querulusq; clangor, quæ nullum animantium genus non expauescit. Siquidem hæc crudelis, & tyranna avis innoxiarum auium visceribus se suosq; pullos saginat. Hanc imitantur reges, & principes tyranni, à quibus nos omnipotens liberet.

Alexander, quis esset optimus rex rogatus: Qui, inquit amici- 8  
cos donis retinet, & inimicos beneficijs amicos facit.

Isocrates pessimum Imperatorem esse dicebat, qui sibi ipsi im-  
perare non posset.

Psal. 71.

Præcipuum Regis optimi munus esse, pauperes tueri, to-  
tus ille Psalmus: Deus iudicium tuum regi da, facile declarat: qui  
in hoc præcipue loco commoratur. Itaq; ait. Et adorabunt eum  
omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quare? Quia libera-  
bit pauperem à potente, &c. quæ sequuntur. Pro eo vero, quod  
nos legimus: & honorabile nomen eorum coram illo, B. Hiero-  
nymus vertit. Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo, id est,  
magno vitam illorum æstimabit, nec impune feret, quisquis eo-  
rum sanguine se se cruentauerit. Hinc illud Prouerbiorum Rex  
qui iudicat in veritate pauperes thronus eius firmabitur in æter- 9  
num. Quidam tamen adeo ab hac cura alieni sunt, vt nec scire stu-  
deant, quid pauperes, & ærumnosi homines in curia sua patiatur.  
De quibus scriptum est in Esaia Propheta: Pupillo non iudicāt,  
& causa viduæ non ingreditur ad eos.

Proverb. 29.

Esa. 1.

Quanto in discrimine salus regum versetur, vel argumento  
hoc colligi potest, quod cum teneantur cæteros homines vitæ  
sanctitate superare, multo ad hoc maiora impedimenta quam  
cæteri homines habent. Impedimenta autem sunt: cateruæ adu-  
latorum, multitudo negotiorum, abundantia deliciarum, sum-  
ma potentia, vt quidquid libeat, liceat. Hoc enim est quasi per  
iter lubricum ingredi. Vnde est illud Ecclesiastici. Beatus vir, qui  
post aurum non abiit, &c. qui potuit transgredi, & non est trās-  
gressus, facere mala, & non fecit. Hoc nec Dauidi contigit. Ti- 10  
mendum quoq; est, & illud libri Sapientiæ. Exiguo conceditur  
misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Et  
fortioribus fortior instat cruciatus. Tres qualitates tribuit Pro-  
pheta Esaias Regi Ezechia, quas optimus Rex debet habere. Et  
præparabitur, inquit, in misericordia solium: & sedebit super  
eum in veritate iudicans: & quærens iudicium, & velociter red-  
dens quod iustum est.

Ecclesi. 31.

Sapient. 6.

Esa. 16.

Zacha. 9.

Aristo. 8.

Ethic.

De Christo Iesu Redemptore nostro dixit, Zacharias Pro-  
pheta, Rex tuus venit tibi mansuetus. Non inquit, venit sibi, eo  
quod tyrannus nō sit sed venit, inquit, tibi, eo quod rex verus sit.  
Differt enim tyrannus à rege (vt ait Aristoteles.) quod hic ad  
utilitatem.

11 vtilitatē, & cōmoditatē subditorum gubernationē totam ordinat, atq; adhūc finē praecepta ponit & lēges statuit, ille vero proprium suum commodum intendit. Hic rex venit māfuetus. Ex quo loco docemur, quod si clemētia sit omnibus necessaria, maxime tamen principibus. Ideo Esaias inquit. Emitte agnū domine dominatorem terrae. Licet apes iracundissimae, ac pro captu corporis pugnacissimae sint, & aculeum in vulnere relinquant, rex tamen earum sine aculeo est, noluit enim natura ipsum sauum esse: telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc hominibus regibus ingens. Pudeat ergo ab exiguis animantibus non trahere mores, cum tanto moderatior hominum animus esse debeat, quanto vehementius nocet.

Esai. 26

Esai. 26  
miscellanea  
manuscripta  
simile

12 Quam seuerē autem Deus reges tyrannos flagellet, verba illa, quae scripta sunt in libro Iob, optime manifestant. Baltheum regum dissoluit, & praecingit fune renes eorum, id est, in Dei potestate est hominum fortuna, & sic res omnes conuertit, vt reges in signibus regijs exuat, & propter peccata eorum, seruorū laqueis induat. Baltheum vt sit species pro genere, regia insignia significare dicitur, funis vero seruorum, & captiuorum vincula. Ex Hebraeo vero verbum pro verbo ita vertitur. Vinculum regum aperit, id est vinculum, in quo retinent subditos suos, hoc est, potestatem detrahit tyrannis, & regnis exiit.

Iob. 12.

simile

Mira doctores de Regibus & principibus dicunt.

13 **B**eatus Chryostomus in quadam homilia inquit. Sicut si gubernatorem a nauī separaueris scapham submersisti, & si ducē ab exercitu abducas, victos hostibus tradidisti milites, ita si principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationabilibus magis irrationabilem degenas vitam, inter nos morientes & nos deuorantes, pauperiorem potentior mansuetiorem audacior.

B. Chryost.  
homil. 6. ad  
populum An  
tioche.  
simile

14 Erasmus de institutione Principis inquit. Magnitudo nauis, aut mercium pretia, aut vectorum numerus non facit clariorem bonum nauclerum, sed attentiorē, ita bonus rex, quo pluribus imperat, hoc vigilantior esse debet non insolentior.

Erasm. de in  
stitut. princ.  
simile.

15 Idem ibidemq; ait. Nullus ad Olympicum certamen accedit nisi prius secum expenderit, quid eius certaminis. lex postulet: neque

simile

neque queritur sibi molestum esse solem, aut pulverem, aut sudorem, aut siquid est aliud huius generis, quandoquidem hæc omnia cum ipsa ludi ratione coniuncta sunt: ita qui suscipit imperium prius suo cum animo debet expendere, quas res principis officium exigit: Consulendum alienis commodis, propria negligenda: vigilandum, ut alijs dormire liceat: laborandum, ut alijs liceat otari.

B. Cyprian.  
li. duodecim  
abusivorum.  
simile.

Beatus Cyprianus ait. Paxillus nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne, quod in eo pendet, cito dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur: sic & princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnis, qui ei consentit, cito deperit.

simile.

Ut sol non alius est pauperi, alius diuiti, sed omnibus communis: ita principes personam spectare non debent sed rem.

simile.

Quemadmodum vitis, etiã si arbor omniũ nobilissima sit tamen arundinum, aut vallorum, aut arborum infrugiferarum eget sustentaculis, ita potentes, & eruditi inferiorum egent opera.

simile.

Quod cor est in corpore animantis, id est princeps in republica, si cor sincerum est quoniam sanguinis spiritum fons est, vitã impartit vniuerso corpori: sin vitiatum fuerit, exitium adfert membris omnibus. Verum, ut ea pars in corpore animantis omnium postrema solet corrumpi, & in hanc extremas vitæ reliquias superesse putant, ita decet principem. Theologia Christianorũ tria præcipue quædam in Deo ponit, summam potentiam, summam sapientiam, summam bonitatem. Hunc ternarium pro viribus absolvas oportet. Nam potentia sine bonitate, mera tyrannis est: sine sapientia, pernicies, non regnum. Primum igitur des operam, ut quandoquidem potentiam fortuna dedit, maximam sapientiæ vim tibi compares, ut vnus omnium optime quid expetendum, quid vitæ fugiendum sit perspicias. Denique ut quam maxime prodesse studeas omnibus. Nam id est bonitatis. Potestas autem ad hoc potissimum tibi seruiat, ut quantum cupis prodesse, tantumdem & possis, imo plus velis quam possis. Porro nocere hoc minus velis, quo magis potes.

simile.

Ut sol post occasum non statim lucem abscondit, sic princeps sapientia, & virtute ornatus, etiam postquam excidit è vita relinquit pacem, & iustitiam, & admirabilem gubernandi

ratio.

17 rationem, quæ aliquandiu durat, donec sensim labefactetur adueniente tyrannide. Quemadmodum triremis non solum mouetur, dum à remigibus exagitur, sed etiam quiescentibus illis ea currit: sic respublica non modo eo Rege viuento, qui eam sapientia illustrauit, rectè gubernatur, sed etiam eo mortuo. Simile.

Est quidem principum virtus laudanda. Nam vt aqua humore suo arborem educat, atque confirmat, & facit adulescere, & fructus vberes producere: sic laus auget, & alit virtutem, eamq; pulchriorem reddit. Vnde prouerbum; Virtus laudata crescit. Simile.

¶ Omnia quæ habentur litera P. titulo, potentes domini, deseruire etiam possunt huic materiæ.

## Rex & Princeps rectitudine præditi

*esse debent.*

18 **I**nterrogatus Philosophus Thales (vt refert Laertius) qualis debeat esse Rex, qui alios rector, & gubernaturus est, respondit. Prius seipsum, deinde alios regere debet. Impossibile est enim quod umbra virgæ recta sit si ipsa virga decliuis, & tortuosa existit. Quilibet Regum aut Principum debet esse virga recta iustitiæ, & tota respublica nihil aliud est, quam umbra illius virgæ. Ideo si virga in omnibus & per omnia rectissima non est, proculdubio Respublica eius rectitudinem non seruabit. In Sacra scriptura solet Rex vocari caput, atque ita Propheeta Samuel Regi Saul dixit. Nonne cum paruulus es in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Vnxitque te Dominus in Simile.

19 Regem super Israel? Experientia videmus, quod omnia, quæ natura creauit operationes suas faciunt versus sursum. Terra enim vapores versus cælum emittit: plantæ in altum crescunt: ignis pro fine habet sursum ascendere: at vero caput humano corpori insertum deorsum influit. & ob hanc causam Rex vocatur caput. Rex nanque paruis, & subditis suis fauere, eosque protegere, & gubernare debet. Y como en la cabeça esta el ver, el oyr, hablar, oler, y gustar: sic in Rege sapientia, prudentia, prouidentia, pietas, ac benignitas, quæ per hos sensus significantur, esse debent. Verè equidem indignus est nomine Principis ille, qui seruientibus sibi cum bonis operibus, etiam verborum parcus est, atque auarus. In capite est olfactus, & non in pedibus, nec in 1. Reg. 15.

Simile.

manibus: Sic ad Principem, qui omnium caput est, spectat omnia olfacere, hoc est, omnia cognoscere: & quomodo quilibet subditorum suorum viuat, conijciendo intelligere. In magnis & densissimis ne moribus canes per olfactum magis prædam, seu quod venari intendunt, indagant, quam per visum.

4. Reg. 11.

Rex simul cum honore supra caput suum legem Dei habere debet, cui maxima promptitudine obedire, & per quam se regere, & gubernare debet. Quâdo Pontifex Ioiadas erexit in Regē Ioas filiū Regis Ochosiæ defuncti, inquit Sacra scriptura, quod super caput eius coronam ac legem Domini imposuit: ait enim sacer textus. Produxit filium Regis & posuit super eum diadema, & testimonium id est legem, feceruntque eum Regem, & vixerunt. Vbi glossa interlinealis ait. Insigne capitū Regum, lex Dei, qua hortatur qualiter viuat, & quid agat.

Quemadmodum quamuis horologium varia instrumenta, & ratas differentes habeat, tum in figura, tum in quantitate, & denique motu, omnia tamen ad eandem rem ordinat artifex, qui horologium instruit: ita in Republica quamuis sint diuersa munera & officia, omnia tamen ordinare debet Rex (qui est tanquam artifex huius horologii) ad vnum optimum gubernaculum, regimen, & administrationem iustitiæ, & pacis, atque in vtilitatem Reipublicæ.

## Regis clementia.

Seneca lib.  
1. de clem.  
cap. 9.

**M**IRABILE proculdubio est exemplum illud cuiusdam imperatoris, quod Seneca lib. 1. de clementia refert: Qui quidem incredibili quadam animi magnitudine cuidam Cinnæ pepercit, licet cum sciret de nece imperatori inferenda tractasse, à quo fuerat libertate donatus, & amplissimis affectus honoribus. Ita enim Cinnam alloquutus est. Cum hostis mihi esses in bello à me captus, & in seruitutem reductus es: ego vero volens te libertate complecti, paucis post diebus statim libertate donavi, & ad altissimos quosque dignitatis, & honoris gradus euexi, adeo ut victo, victores ipsi inuiderent: sed ecce nunc bellum denuò mihi inferre, atque necem conatus es pro tantis beneficijs. Quid hoc est mali Cinnæ? Quæ tanta ingratitude? Quod ferreum pectus, atque immanens

Verum

23 Verum iam secundo non quidem merita tua, sed imperatoriã clementiam contemplatos tibi ignoscam: tibi vitam Cinna iterum do, prius hosti, nunc vero insidiatori ac patricidã. O stupendam hominis Ethnici clementiam, vtinam Christiani principes fide illuminati hunc Imperatorem imitentur.

¶ Omnia quæ habentur litera P. titulo Potentes tyranni, deseruiunt huic materiã.

## SACERDOS.

Modus, qui seruandus est in concioni-

24 bus, quæ habendæ sunt, quando nouus sacerdos primam Missam celebrat.



25 **N** prima missa à nouo sacerdote celebranda non oportet, vt concionator totam integram de illo altissimo mysterio habeat concionem (plurimas enim nouas missas intra annum celebrari contingit) sed conuenientius erit de illo euãgelio, quod in ea festiuitate, aut Dominica occurrerit, prædicare. In discursu autem concionis poterit super aliquam eiusdem Euangelij clausulam vnum, aut duo notabilia de illo sacrosancto mysterio, necnon de sacerdotij dignitate, vel de sanctissima Eucharistia discutiendo pertractare. Quarum materiarum plurima, eademque obseruatu dignissima in hac summa, sub hoc titulo, Sacerdos, & in litera E. titulo Eucharistia, notabilia reperiet: plura etiam in tabulis omnium librorum à nobis dudum editorum sub eisdem titulis inueniet. Quibus proculdubio, licet plurimas per plures annos de hac re habeat conciones, amplissimam variarum reum materiam, ne auditoribus fastidium generet, ad prædicandum comparabit.

# CONCIO SEV<sup>i</sup>

## SERMO SPIRITVALIS

coram synodo sacerdoti-  
tali habendus.

Ad Heb. 7.



Malach. 2.

**MELCHISEDEC** interpretatur Rex iustitiæ, deinde autem Rex Salen quod est Rex pacis sine patre, sine matre, sine genealogia: inquit Beatus Paulus ad Hebræos scribens. Perfectus sacerdos has debet habere conditiones à D. Paulo hinc assignatas, & in nomine Melchisedec summi sacerdotis significatas. His verbis S. Apostolus nos docet, qualiter se debeat sacerdos cum proximo, & cum Deo habere: nam erga proximū debet esse Princeps iustitiæ, & pacis, erga Deum autem non debet amorem suum in creaturis, sed in ipso tantummodo collocare, ac si esset sine patre, sine matre, & sine genealogia. Hæc omnia Spiritus sanctus per Malachiam Prophetam nos erudit: ubi loquens cum sacerdotibus sic ait. Et nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes, si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Ecce ego projiciam vobis brachium, & dispergam super multū vestrum stercuris festiuitatum vestrarum, & assumet vos secum, & scietis quia nisi ad vos mādatum istud, vt esset pactum meū cum Levi dicit Dominus exercituum: pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuenta in ore eius. In pace, & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate: labia enim sacerdotis custodiūt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Vos autē recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Levi dicit Dñs exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruaastis vias meas, & accepi-

stis

4 stis faciem in lege. Satis hæc verba cum verbis Divi Pauli, circa sacerdotem Melchisedec cohærent, qui, vt diximus, Spiritu sancto dictante eas quas perfectus Sacerdos habere debet, conditiones, posuit. Inter quas prima est, quod Sacerdos debet esse Rex iustitiæ quæ consistit in rediando unicuique quod suum est, & id quod ei debetur. Sacerdos est debitor honoris & gloriæ Deo: proximo autem est debitor boni exempli ac doctrinæ, & tunc erit Rex iustitiæ (sicut Melchisedec) quando his duobus creditoribus debitum præstauerit, & adimpleuerit attendens Dei honorem, & proximi sui vitam spiritualem. Vt beatus Hieronymus sacerdotes ad has obligationes adimplendas incitaret, eos in libello de vita clericorum ad Nepotianum in hunc modum alloquitur. Clericus, qui Christus seruit Ecclesiæ interpretetur primo vocabulum suum, & nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur: si enim clericos Græcè, fors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Dei, vel quia ipse Dominus fors, id est, pars clericorum est, quia autem vel ipse pars Domini est, vel Domini partem habet, talem se exhibere debet vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit: Pars mea Domine. Nihil extra Dominum habere potest, quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, Si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si ait, Ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius, non accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi Leuita, & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens altaris oblatione sustentor. Habens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam crucem, nudus sequar. O mira verba tanti doctoris digna maximèq; ponderanda. Et beatus Ambrosius super Psalmos ait. Portio mea Dominus (sic enim ipse legit per nominatiuum). O quam rarus est in terris, qui dicere possit, Portio mea Dominus, quã alienus à vitijs, quam segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habet cõmune cum sæculo, quem non aliqua negotiorum sæcularium cura sollicitet, verus minister altaris Dei Deo nõ sibi natus. Deniq; cum Moyse dictum est, vt populo Israel per singulas tribus diuideret terras, & tribueret singulis tribubus portionẽ, tribum

B. Hieronymus in libello de vita clericorum.

B. Ambrosius super psalmos. 118.

Num. 35.

Leuiticam excepit dicens. Filij Leui non erit fors, neque 7  
 portio in medio fratrum suorum, quia Dominus Deus pars  
 eorum est. Negatur histerræ diuisio, vt ipsi sibi fiant cæle-  
 stis possessio. Hæc ille. Maxime perpendendum est super  
 illa verba Malachiæ Prophetæ, Deum minari sacerdoti-  
 bus, nisi verba eius in cordibus suis ponere voluerit, fir-  
 missimumque habuerint propositum diuino ipsius nomini  
 gloriam dare, dum inquit. Mittam in vos egestatem. Hoc,  
 vt reor, in euangelicis sacerdotibus nunc adimpletur: nam  
 cum plurimi eorum gloriam, quam debent, Deo non red-  
 dant, & ecclesiasticos redditus prauissimè dispendant, &  
 infumant, Deus illos pauperie, atque egestate punit. Quæ  
 ro à vobis Patres mei, quare Deus permittit, vt Reges Chri-  
 stiani tantis se necessitatibus oppressos videant, & quod sum-  
 mus Pontifex eis redditibus faueat ecclesiasticis? Quoniam 8  
 vos illis abutimini, non estis Reges iustitiæ, sicut Melchisedec  
 sacerdos Dei. Iustitia distributiua est, vt redditus vestros paupe-  
 ribus impendatis, vos autem in rebus prophanis illos infumi-  
 tis, & ideo Deus de vestra iniustitia iustitiam facit, & in vos  
 egestatem mittit, vt ait S. Propheta. Decimæ dantur Episcopis,  
 & beneficiatis (quales sunt Canonici, & alij præbendas haben-  
 tes) non solum ad ipsorum, sed etiam ad pauperum sustentatio-  
 nem, sicut B. Augustinus testatur dicens. Decimæ tributa sunt  
 egentium animarum. Et Beatus Hieronymus, ac Beatus Da-  
 mascenus in capitulo, Quoniam ibidem, sic aiunt. Quidquid ha-  
 bent clerici, pauperum est. Et rursus Beatus Augustinus alibi  
 inquit. Qui dare decimas non vult, res alienas inuadit, & quot 9  
 pauperes in locis in quibus ipse habitat, illo decimas non dan-  
 te, fame mortui sunt, tot homicidiorum reus ante Iudicis tribu-  
 nal apparebit: quia rem à Deo pauperibus delegatam, suis vsi-  
 bus reseruauit. Ergo si ille, qui decimas soluere non vult, paupe-  
 rum (vt ait Beatus Augustinus) homicida est, multo profecto  
 potiori iure dicetur esse homicida sacerdos ille, qui, postquam  
 decimas collegit, & recuperauit, eas non solum pauperibus, in  
 quorum remedium ipsas accipit, non impartitur, verum etiam  
 in deprauatos vsus consumit? Vultis (ait Caietanus) scire quo-  
 modo bona pars decimarum cum pauperibus distribuenda est?  
 Ego sic probō, nam sequeretur ex contrario sanctam ecclesiam  
 iniusti-

B. Aug. re-  
 latus in c.  
 decime. 16.  
 quest. 1.

Caiet. 2. 2.  
 q. 85. ar. 1.

10 iniustitiam facere, dum præcipit sæcularibus, vt decimas Eccle-  
 siasticis soluant. Status enim ecclesiasticus centesima pars est  
 totius Christiani populi. Quod si decimæ sunt tantummodo  
 clericis, & non pauperibus applicandæ, maxima fit iniustitia,  
 dum ipsi soli decimas omnium temporalium fructuum repor-  
 tant nihil egenis, & pauperibus tribuentes. Ponamus quod in  
 aliquo populo centum habitant vicini, quorum quilibet cen-  
 tum modios tritici colligit, tunc si decimæ fideliter ab his sol-  
 uantur, sacerdos, seu Cura parochialis eorum accipit mille mo-  
 dios: singulis autem aliorum, cum filios, vxorem, ac familiam  
 sustentandam habeant, contingunt nonaginta. Tunc quæro.  
 Aut iste clericus tenetur sibi reseruans necessarium, reliquum  
 pauperibus distribuere, aut non? Si ad hoc obligatione astringi-  
 11 tur, ergo bene fecit ecclesia, dum præcepit vt illi decimæ, ad  
 pauperum sustentationem, soluerentur. Si autem non tenetur  
 eas pauperibus distribuere, sed totas integras sibi assumere, tunc  
 sequitur iniustam esse legem ecclesiasticam quæ decimas sol-  
 uere præcipit: siquidem iuxta proposita exempla maior quan-  
 titas fructuum terræ vni duntaxat ecclesiastico, quam decem  
 sæcularibus contingit. At dicere non possumus sacratas san-  
 ctiones, seu ius Pontificium præcipientes soluere decimas, erra-  
 re. Sequitur ergo, quod ecclesiastici, qui bona sua pauperibus  
 non distribuunt, ea in mala conscientia retinent. Et quanuis  
 iuxta quorundam opinionem ad restitutionem non tenean-  
 tur, quia solum contra iustitiam distributiuam delinquent, sunt  
 tamen in tam malo & periculoso statu non facientes elemosy-  
 12 nas, nec bona sua pauperibus distribuentes, sicut ille, qui in  
 alio quocunque læthali scelere perseuerat. O tempora in-  
 foelicia! O morum mutatio! Quæ est hæc sæculorum dif-  
 ferentia? Olim, quando ecclesiastici erant boni dispensato-  
 res, & opes suas pauperibus tribuebant, tunc Reges, & Impera-  
 tores Christiani de suo regno patrimonio ecclesias magnis do-  
 nationibus, ac muneribus afficiebant: intuebantur enim Epi-  
 scopos, & alios ecclesiasticos ea cum pauperibus fidelissimè  
 impartiri, atque ita reputabant id, quod ipsis donabant, viduis,  
 pupillis, atque egenis distribuere. Nunc autem, cum plurimi  
 ecclesiastici fideles dispensatores non sint, permittit Deus,  
 vt Reges necessitate oppressi novos redditus non solum

non impartiantur ecclesijs, verum etiam eos, quos antea habebant, ad ea quæ in regno sunt necessaria, subtrahant, & sic hodiernæ die S. Malachiæ prophetia adimpletur, scilicet, *Mittam in vos egestatem.* Verba illa Prophetæ, *Si nolueritis ponere super cor vt detis gloriam nomini meo,* possunt etiam intelligi ita, vt sint quædam comminationes aduersus illos ecclesiasticos, qui in persoluendo diuino officio (quod ad laudes Domino decantandas fuit institutum) negligentes existunt. Nam præter iustitiam, quam sacerdotes obseruare tenentur attendentes Dei honorem, & bonum spirituale proximi, alia etiam obligatione astringuntur, videlicet singulis diebus altissimo Deo censum horarum canonicarum persolvere. Non solum vero tenentur ad diuinum officium fideliter recitandum, sed etiam ad omnes circumstantias, quibus ipsum diuinum officium recitare debent, videlicet ad attentionem, & deuotionem. Cum Innocentius Tertius Concilio generali præsideret, vt in capitulo dolentes, de celebratione missarum, refertur, denuntiatum fuit ibi plurimos clericos ac prælatos magna cum relaxatione diuinum officium persolvere: cumque tanto malo remedium adhibendum esse prouideretur, in hanc formam decretum quoddam institutum fuit. Sub poena suspensionis penitus inhihemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrèt, pariter & deuotè. Vbi glossa inquit, studiosè, intellige quoad verba, ita vt versiculum aliquem non prætermittant: deuotè, quantum ad intentionem animæ, sic vt ipsi recitantes in alijs rebus minimè cogitent.

Innocēt. 3.  
in. c. dolentes,  
de celebratione  
missarum.

Cæteran. In  
summa verbo,  
horæ canonicæ.  
cap. 4.

Circa hoc dubitari solet quæ attentio ad diuinum officium persoluendum requiratur? Et respondent Theologi sufficere vnā è quatuor attentionibus, scilicet aut quantum ad sola verba, aut quantum ad sensum literarum, simul cum oratione vocali, aut quantum ad id, quod mediante ipsa oratione intenditur: veluti si quis recitans matutinum, aut aliam canonicam horam cogitaret in his, quæ ad animam suam consequi intendit, qualis est remissio culparum, propriæ vitæ correctio, virtutes Theologales, fides, spes, & charitas, atque alia spiritualia, quæ in oratione comparare, & acquirere conamur. Quartum denique est, quando in aliquo horum trium non cogitaret, sed in  
sola

16 sola Dei misericordia, ac Iesu Christi Redemptoris nostri passione. Vna ergo ex his quatuor attentionibus ad diuinum officium persoluendum sat est. Quapropter nullam suæ inaduertentiæ excusationem habet is, qui horas canonicas recitans vnā ex his quatuor attentionibus non habuerit, atque ita mortaliter peccaret, qui voluntariè & aduertenter nullam harum in ipsis horis canonicis recitandis haberet. Ille autem, qui non attendens, se diuenteret, venialiter tantummodo peccaret. Hoc igitur tributum sacerdos secundum iustitiam, quotidie tenetur Deo soluere. Cuius præcepti plures sunt transgressions modi. Alij etenim quacunque occasione oblata multis diebus officium non recitant, & prohi dolor tantā est aliquorum relaxatio, vt quia duntaxat iter faciunt, horas canonicas, quas Deo debent, prætermittunt: non deficit eis in diuersorio tempus ad

17 ludendum, & sermocinandum, & deest tempus ad horas canonicas recitandas. Isti nullam apud Deum de peccato suo excusationem habebunt. Alij vero sunt, qui esto, quod recitent, & præcepto ecclesiæ satisfaciant, tam inaduertenter recitant, vt non solum non mereantur, sed etiam, quia nullam attentionem habent ad id, quod faciunt, grauitè delinquant. Quod si hæc inaduertentia voluntaria est, peccant mortaliter, quia transgressores sunt ecclesiastici præcepti, quo per obedientiam iubentur, vt studiosè, pariter & deuotè peragant diuinum officium: si vero inaduertentia illa non est voluntaria præcepto, quidem ecclesiastico satisfacient licet propter negligentiam non claudendi ostium omnibus prauis cogitationibus, venialiter peccent. Hæc autem ignauia, & segnities solet esse causa ob quam non consequimur fructum quendam orationis, qui est gustus, quem sentiunt illi, qui attentè recitant, sicut sentiebat Sanctus David, qui ait. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Hac dulcedine priuantur illi, qui absque

18 deuotione, & attentione horas canonicas recitant, atque hoc est id, quo illis Deus per Prophetam hic minatur dicens. Quia non posuistis super cor, vt daretis gloriam nomini meo, mittam in vos egestatem. Hoc est, quia cum diuino officio vacaretis, non direxistis corda vestra, vt daretis gloriam nomini meo, idcirco in poenam huius culpæ mittam in vos egestatem, non quidem egestatem diuitiarum, id enim parum supplicium

est, sed mittam in vos siccitatem, & sterilitatem spiritus. Hoc <sup>19</sup>  
 Hiero. 48. etiam idem Dominus per Hieremiam Prophetam ait his ver-  
 bis. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter. Vbi  
 glossa interlinealis, & ordinaria inquit, idest, desidiosè.  
 Maledictus in Sacra scriptura sterilem, & in fructiferum signi-  
 ficat, vt in Genesi. Maledicta terra in opere tuo, idest steri-  
 Genes. 2. lis: multoties enim coletur, & arabitur, sed fructus non produ-  
 cet. Sic in præsentiarum ait Sanctus Hieremias, cum, qui ne-  
 gotia Dei desidiosè, tepidè, & negligenter fecerit, non consecu-  
 turum esse eos fructus, quos si feruidè, attentè, ac deuotè fecis-  
 set, consequeretur.

Appellatur etiam sacerdos Rex iustitiæ, quoniam in mini-  
 stero sacerdotali tenetur obseruare ipsam iustitiam etiam cum  
 oue quæ sibi commissa est, & hoc in administratione diuino-  
 rum sacramentorum, maxime in sacrosancto pœnitentiæ sa- <sup>20</sup>  
 cramento. Sacerdos, qui iurisdictionem ordinariam, vt pa-  
 rochus, vel commissariam, vt illi qui licentiam habent au-  
 diendi confessiones in causis spiritualibus, quæ in foro in-  
 teriori animæ aguntur, iudex est, ac per consequens obli-  
 gatur iustitiam obseruare, pœnitentem, qui dispositus est  
 ad absolutionem, absoluendo, & ei, qui ex parte sua ad re-  
 missionem culparum obicem ponit, absolutionem dene-  
 gando: quod si contrarium facit, iustitiam nequaquam ser-  
 uat. Si quis enim sua crimina confitetur, & ad restitutio-  
 nem famæ alicuius obligatur, siue falsum crimen imposuit  
 proximo, siue propositum habet iniuriam sibi illatam vici-  
 ficendi, siue occasionem peccandi auferre non vult, siue com-  
 placentiam habet alicuius sceleris iam commissi, proculdu-  
 bio huic deneganda est absolutio: sacerdos vero, qui propter <sup>21</sup>  
 amicitiam, aut propter alios respectus huiusmodi homines ab-  
 soluit, contra iustitiam se facere non dubitet. Ergo infidelis est,  
 siquidem executionem iustitiæ in re tanti momenti non obser-  
 uat. Idcirco ei, atque alijs similibus Dominus hîc per Prophe-  
 tam Malachiam ait. Maledicam benedictionibus vestris, & ma-  
 ledicam eis, eo quod non posuistis super cor. Vbi B. Hierony-  
 mus ait. Quidquid à vobis benedicetur, à me maledictum  
 erit. Quasi dicat, Cum vos concubinarium, aut alium quem-  
 cunque absolutione indignum absolueritis, ei que vestram  
 dederitis

22 dederitis benedictionem dicentes: Ego te absoluo in nomine patris, & filij & Spiritus sancti, super hanc benedictionem mittam ego maledictionem, & maledicens maledicam benedictionibus vestris, & maledicam eis, Digo que les echare mi maldicion y otra vez digo que se la echare. Obseruate, obsecro, quoties Dominus repetit se illis maledicturum esse. In quo significauit, quam maledictus manebit ille, cui vos benedixeritis, & vos etiam cum eo. Itaque cum vos dixeritis: Ego te absoluo, Dominus dicet, Ego te condemno. Sed quare hoc Domine? Nunquid tuis Apostolis, & in eis omnibus successoribus eorum, videlicet sacerdotibus eorum auctoritatem habentibus non dixisti. Quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cælis? Quare ergo condemnas illos, quos Sacerdotestui absolunt? Dico rursus, quod maledicam benedictionibus vestris, quia non posuistis super eos. Quando propter amicitiam, aut propter lucrum temporale, vel propter timorem hominum, eum, quem damnare debebatis, absoluitis, tunc Deum in cordibus vestris non habetis, nec eius negotium, sed potius vestrum exequimini. Idcirco maledicam benedictionibus vestris, vt non solum ipsi absoluti non maneant, verum etiam vos, & ipsi ligati maneatis. Insuper adijciam, ait Dominus. Ecce ego proijciam vobis brachium. In distributione sacrificiorum dabatur Sacerdotibus brachium dextrum eorum animalium, quæ offerebantur: Y dize Dios. Yo os dare con vuestros sacrificios en los ojos y en el rostro, como quien dize. Toma essa carne con  
 24 ella te ahogues: mal provecho te haga, nunca otra comas. Et dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum. Omagnam iusticiæ Dei seueritatem? Animaduertite, quod nomen Deus solenitatibus prauorum Sacerdotum imponat: vocat enim illas stercus odibile diuinæ maiestati, quo ipsi met sacerdotes magis inficiuntur, & foedantur, ideo adiecit. Et assumet vos secum, hoc est, stercus adhærebit vultui vestro, & in immunditiam verteremini. Super quo B. Hieronymus inquit, Deū in his verbis improbis sacerdotibus significare displicentiam, quā de sacrificiis ipsorū habet, quæ omnia propter peccata eorū se abijcere, & in facies illorū mittere cōtestatur, boluerse los ha al rostro sus sacrificios, nec solum

Matth. 18.

Leuitict. 7.

&amp; 9. 10. 11.

Num 18.

Deute. 18.

solum ipsa recipere volet, sed etiam eos propter illa puniet, vt <sup>25</sup>  
 scilicet ostendat (inquit Sanctus Doctor) quod sunt tales qui  
 offerunt, qualia & illa, quæ offerunt. Hæc omnia, ait S. Aposto-  
 lus Paulus, propter vos scripta sunt. Existimant sacerdotes, Deū  
 nimis contentum esse missa, & sacrificio, quod ipse offerunt:  
 Deus autem eis inquit, Projiciam vobis brachium. Yo os dare  
 en rostro con vuestros sacrificios, y con vuestro ministerio. Sed  
 nunquidò Domine missa sacerdotis improbi non est verum sa-  
 crificium, in quo vnigenitus filius tuus hostia est? Ita planè.  
 Quare ergo dicis, te cum illa sacerdotem dedecore, & ignomi-  
 nia esse affecturum? Quoniam minister, qui eam obtulit impro-  
 bus est: celebrauit enim absque præuia confessione, cum con-  
 fessoris copiam haberet, vel, vt decuit, crimina sua non est con-  
 fessus, atque ita ea missa: qua ille me ipsum placare putabat, <sup>26</sup>  
 ego illi bellum inferam: erit enim ad maiorem eius condemna-  
 tionem, siquidem absque firmo proposito omnium peccato-  
 rum occasiones auferendi, & absque debitis præparationibus  
 celebrauit. In Leuitico sic scriptum est, Sacerdotes Domini in-  
 censum, & panes offerunt Deo, & ideo sancti erunt, & non  
 polluent nomen eius. Si hoc sacerdotibus, qui tantummodo  
 incensum offerebant, dicebatur, quanto maior sanctitas, puri-  
 tas, & munditia requiritur in sacerdotibus euangelicis, qui mi-  
 nistri sunt altissimi sacrificij, vbi Iesus Christus verus Deus,  
 & verus homo offertur, & immolatur? Ideo sancti erunt, & nō  
 polluent nomen eius. Nomen in diuinis literis aliquando vir-  
 tutem significat, vt apud Diuum Marcum Christus Redem-  
 ptor noster cum suis sacris discipulis loquens dixit. In nomine <sup>27</sup>  
 meo dæmonia eijcient, hoc est, in virtute mea. Improbi autem,  
 & scelerati sacerdotes nomen, & virtutē Iesu Christi polluunt  
 diuinis sacramentis abutentes: impediunt enim virtutem, &  
 merita huius cælestis Reparatoris ne operentur effectum suū,  
 qui est, gratiam conferre, & alia diuina dona dignè accipienti  
 communicare. Ita Diuus Hieronymus hoc verbum, Polluunt  
 nomen Dei, interpretatur, & exponit dicens. Dum sacramenta  
 violantur, ipse, cuius sunt sacramenta violatur. Itaque polluere  
 nomen Dei, est sacramentis quodammodo vim inferre (id est,  
 violentar los sacramentos) ne effectum suū exequantur. Quod  
 autē in sequētibus verbis eiusdē Prophetæ ad sacerdotes Leuiti-

Leuit. 21.

Marci vlt.

 D. Hieron.  
 iuper. c. 1.  
 Malachiæ  
 Prophetæ.

- 28 cōs Dominus dicebat, ad sacerdotes etiam Euangelicos optime applicari potest. Et sciatis (ait S. Propheta) quia misi ad vos mandatum istud, vt esset pactum meum. Leui dicit Dominus exercituum: pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Sicut Deus fecit pactum cum tribu Leui, vnde omnes legales sacerdotes ortum habebant: sic etiam pactum fecit cum sacrosancti euangelij sacerdotibus. Sed quas leges tunc ò Domine tuis ministris sacerdotibus posuisti? Pactum meum fuit cum eis vitæ, & pacis, hoc est, pactum boni exempli vitæ, & pacis erga fratres suos. Hanc legem Deus sacerdotibus constituit, cum dixit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Loquens Matth. 5.
- 29 Diuus Paulus de Philosophis, postquam dixit, qualiter Deus se illis reuelauit ita, vt sint inexcusabiles, adiecit statim. Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt. Et paulò inferius. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum. Quidam horum verborum sensus, & satis legitimus est hic. Quauis Philosophi illi cognitionem Dei habebant, non tamen probarunt, se illum cognouisse, & ideo Deus illos tam severo supplicio puniuit. Vnde clarissimè infertur non sufficere Christianis habere fidem, & Dei cognitionem nisi id operibus comprobent. Debes ò Christiane homo probare te esse Christianum. Si Ethnicus, & infidelis à te quæreret, vtrum Christianus esses. Tu ei diceres. Ita planè. Rursus si Gentilis, aut Maurus id non crederet, qualiter, & quomodo id probares? In hunc modum id probo. Ego quidquid Christus Deus, ac Redemptor meus in suo euangelio præcipit, vt Christianus homo faciat, efficio: ergo Christianus sum? Non solum in eum credo, verum humilis sum, castus, pauper spiritu, iniurias condono, proximum diligo licet inimicus sit, elemosynas erogo, tempus in bonis operibus, ac sanctis exercitijs infumo, & me ipsum in consideratione excellentiarum altissimi Dei, & diuinorum beneficiorum in homines collatorum, nec non in consideratione sacratissimæ vitæ Redemptoris mei, vt sic in diuino eius amore inflammer, libentissimè occupo. Ergo Christianus sum. O quam pauci hodie existunt, qui hoc modo se Christianos esse Ad Rom. 1.
- 30 probare

probare possint. Quamobrem valde pertimescere debemus ne de nobis dicatur id, quod de infœlicissimis illis Philosophis dictum fuit. Sicut non probauerunt Deum habere in notitia, ideo tradidit eos Deus in reprobum sensum. O Christiane sacratissimo sanguine Iesu Christi redemptè animaduerte diligenter non sufficere tibi fidem, quam habes, & summi Dei cognitionem, animaduerte necessarium esse te id bonis operibus ac bonis exemplis comprobare: quod si non facis, maxime time, ne te Deus in reprobum sensum tradat. Si igitur Deus hoc ab omnibus Christianis exposcit, multo magis à sacerdotibus, qui propter status sui excellentiam tenentur luce bonorum exemplorum omnes alios Christianos clarissimè illuminare, ita vt cum eos alij proximi videant, manus in cælum eleuent, & dicant. Benedictus, & glorificatus sit Deus, qui talem sacerdotem, talem ministrum, & talem animarum nostrarum pastorem cuius vita cum doctrina cohæret nobis præbuit. Sequitur amplius. Dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Contremiscebant Sancti Deum offendere, non tantum propter timorem pœnæ, quantum propter amorem, quo illum prosequabantur. Si cui libet sancto viro diceretur olim, & nunc dicatur, vt vnum è duobus eligat, videlicet aut peccatum mortale committat, aut gloriam deperdat: responderet vtique cum D. Paulo. Quis nos separabit à charitate Dei? Mas quiero estar bien con Dios, seruirle, y amarle sin peccado, que posseer la gloria, si para ello (por imposible) fuesse necessario peccar. O vtinam hic sanctus timor nunc in cordibus nostris regnaret, quanta bona operaremur, & à quantis malis nos ipsos auerteremus. Præter amorem, & sanctum timorem, quem sancti primitiue ecclesiæ habebant, acceperant etiam à Deo scientiam ad ecclesiam illuminandam: atque ita de illis dici possunt verba, quæ sequuntur. Lex veritatis fuit in ore eius. In ore illorum sanctorum nunquam falsa doctrina inuenta fuit, nunquam errores docuerunt vel per ignorantiam, aut per inuitiam, sed semper purissimas veritates. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam. Si scientia amitteretur in ore sanctorum Doctorum, videlicet Beati Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, atque aliorum inueniretur, & omnes legem requirerent

34 rent ab ore eorum. Ipsi difficultatibus in ecclesia oblatis respon-  
 debant, ipsi hæreticos confundebant, errores destruebant, &  
 solidas veritates docebant. Nec mirum est, quia de quolibet eo-  
 rum dici poterat, Angelus Domini exercituum est. Era cada  
 vno dellos vn embaxador de Dios puesto en la yglesia san-  
 eta por interprete suyo. Ecce igitur fratres quales erant pri-  
 mitiuæ ecclesiæ sacerdotes. De plurimis vero, qui nunc vi-  
 uunt, proh dolor, dici potest id, quod ibidem Leuiticis sa-  
 cerdotibus dictum fuisse refertur, scilicet, Vos autem recess-  
 sistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fe-  
 cistis pactum Leui: dicit Dominus exercituum. Primum ma-  
 lum, quod committunt, postquam sacerdotale officium re-  
 ceperunt, est à via Domini retrocedere. Dicimus, postquam  
 35 sacerdotale officium incoeperunt, quoniam plurimi eorum  
 antequam hoc altissimum munus subirent, honesti, recolle-  
 cti, studiosi, ac virtute præditi erant: postea autem fiunt dis-  
 soluti, & negligentes. Sæpenumero euenire solet, vt quis,  
 antequam ad sacerdotalem ordinem promoueatur, literis quã  
 diligentissimè operam det animaduertens, & secum euoluens  
 se examinem esse subiturum, postquam autem presbyter factus  
 est, eorum, quæ antea sciebat obliuiscitur. Antequam curatum  
 beneficium obtineat summam alicuius Doctoris euoluit, vt  
 sufficiens ad illud ministerium inueniatur, postquam vero in  
 beneficio positus est, vix librati videt nec dum in manibus su-  
 mit, sed tempus, quod ei à seruitio ecclesiæ restat in ludis, atque  
 36 alijs impertinentibus insumit. Plurimi propter sufficientiam  
 suam beneficium obtinere, qui si rursus modo examinaren-  
 tur iure possent ab auditione confessionum priuari, his me-  
 rito dici potest. Recessistis à via. Et quod peius est, scan-  
 dalizastis plurimos in lege: hoc est, multis scandali, & pec-  
 cati occasio extitistis. Nam (vt ait Diuus Gregorius) cum  
 pastor per abrupta graditur, consequens est, vt ad præci-  
 pitium grex sequatur. Eis etiã dici potest id, quod in eo-  
 dem Propheta sequitur. Irritum fecistis pactum Leui. Ete-  
 nim Episcopus, qui eos ordinauit ex nomine Dei illos adiu-  
 rauit, id est, El obispo que los ordeno les tomo la palabra en lu-  
 gar de Dios, diziendo vnicuique eorum. Promittis mihi, & præ-  
 lato tuo obedientiam. Et vnusquisque respondet. Promitto. Atq;  
 in hoc

B. Greg. in  
pastoral.

in hoc obedientiæ voto iucluditur etiam votum castitatis. **O** rem lachrymis sanguineis, & maxima cum tristitia deplorandam! vix enim reperiuntur, qui suis maioribus tam rebelles sint sicut plurimi ex ecclesiasticis existunt prælatis suis. Non est miles, qui duci suo non obediatur, non enim expectat, ut sibi res secundo præcipiatur: ecclesiastici autem expectant, ut excommunicationis poena ad aliquid agendum mulctentur. Quid de continentia dicam? Solum referam dictum beati Gregorij de hac materia sic dicentis. Qui post acceptum sacrum ordinem lapsus fuerit in carnis peccatum, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat. Væ, væ temporibus nostris infelicissimis. Plorabat olim Propheta Hieremias dicens. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercoia. **O** incommutabilis Deus, utinam nunc multis sacris vestibus ecclesie vtentibus illud Hieremias lamentum verè non posset applicari, qui diuino officio peracto, & vestibus benedictis nudatis in sacrario eodem die. (aliquos eorum dico non omnes: plurimi enim sunt altaris ministri charitate, & castitate decori) vitiorum cænum, & voluptatis stercois amplecti non abhorrent. Stupescite cæli de tam præpostero, & execrando opere. Per viscera misericordie Dei nostri vos obsecro, Patres mei, ad vniuscuiusque pedes prouolutus, ut id, quod Sanctus Apostolus ait de Sacerdote Melchisedec sine patre, sine matre, sine genealogia animo perpendatis, & diligentissime consideretis. Sicut enim de illo nulla descendencia, seu origo remansit, sic ex sacerdote nulla generatio, nulla successio, nullus maioratus, aut temporalis memoria remanere debet: ha de ser traslado de Melchisedec, de quien no queda generacion temporal. Denique animaduertite id, quod tandem Propheta Malachias illis improbis sacerdotibus inquit. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, quod hodie etiam in illis exequitur: videte namque qualiter modo non sacerdotes non tantæstimantur, sicut olim in primitiua Ecclesia: cuius ratio est, quia illi publicè, & secretè bene vivebant, nihil in eorum vita sæculares reprobatione dignum inueniebant: modo autem, quia ipsi honorem Dei non zelant, nec Deus illorum honorem attendit, quin potius permittit, ut plurima delicta, quæ

B. Greg. in  
Registro.

Thren. 4.

37

38

39

40 quæ in secreto commiserunt, maxima cum eorum ignominia patefiant. Esta es la justicia, que manda Dios hazer a los malos sacerdotes que les falga la lepra a la cara para confusion suya. Si ergo volumus vt Deus honorem nostrum zelet, & pallium (vt aiunt) super peccata nostra mittat, honorem eius nos etiam zelemus iustè, pacificè, modestè, ac piè viuentes, & omni studio curantes, vt veri Iesu Christi Redemptoris, ac summi Pontificis nostri imitatores simus. De quo Diuus Paulus ait. Talis decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Quem quidem si in his excellentijs imitati fuerimus, merebimur hic adornari diuina eius gratia, & postea coronabimur gloria, ad quam nos perducatur ipse Dominus Iesus Amen.

41

## Sacerdos honorandus est.

42 **I**N lamina illa aurea summi sacerdotis scriptum erat, vt patet in Exodo: sanctum Domino, hoc est, homo Deo sanctificatus, & consecratus, vt videlicet per hoc intelligeret indignum fore eum aliud, quam diuina tractare. Ex quo colligere debent sacerdotes noui testamenti ad quæ teneantur, cum maiorem dignitatem consequuti sint. Et qua pietate, & reuerentia eos venerari debeamus declarat Ecclesiasticus his verbis. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & ministros eius non derelinquas. Mira ratione cultum Dei, & sacerdotum copulauit: vt intelligas hæc duo ita esse iungenda, vt qua pietate colas Deum, eadem quodammodo eius sacerdotes, quasi diuinum aliquid colas. Sacerdotibus apud Ægyptios tantum honoris habitum esse legimus, vt quo tempore fames totum orbem oppresserat alimenta illis ex publicis horreis gratis preberentur. Quod si tantus honor quadrupedum sacerdotibus exhibitus est, qualis veri, & omnipotentis Dei sacerdotibus haberi commeruit.

Exod. 28.

Ecccl. 7.

Beatus Gregorius Nazianzenus in quadam oratione inquit. Noli mihi dignitates eorum, qui te purgant, curiose expendere, neque ex maiorum profapia iudica. Etenim alius

B. Gregor.  
Nazianz. ora.  
in sanctum  
lauacrum.

Simile.

alio melior, vel humilior, quia te vnusquisque est sublimior. 43  
 Cæterum ita considera. Sint anuli duo, aureus hic, ferreus alius,  
 vterque eadem regia imagine sculptus. Cerae ambo impriman-  
 tur, quid inter signum hoc & illud intererit? Nihil. Discerne  
 materiam in cera, etiam si sapientissimus existas: dic quod nam  
 ferri, quod nam auri sit signaculum. Sed quo pacto vnum est?  
 Quia inter materiam, non characterem est diuersitas. Ita & vbi  
 sit omnis baptizator, qui licet conditione excellat, æqualis ta-  
 men baptismatis vis est, ac vnusquisque æqualis tibi sit expur-  
 gator, qui fide eadem est formatus.

## Sacerdotis artificium.

B. Chryso.  
 hom. 30. in  
 Matth.

Simile.

**B**EATVS Chrysoſtomus homilia quadam ait. Imitandi  
 sunt boni medici, qui non vno curationis modo vtuntur: 44  
 sed cum viderint primis remedijs nõ esse depressum mor-  
 bum, alia atque alia rursus excogitant: & aliquando quidem li-  
 gantes membra, doloribus dolores excutiunt, aliquando verò  
 inciduat, ita multis varijsque medendi generibus tandem cor-  
 pus ad sanitatem reducunt. Quare pariter tu animarum medi-  
 cus factus, omni curationis modo, secundum leges Christi vta-  
 ris, omniq; studio coneris ad virtutem reducere, primum vi-  
 uendi exemplis, deinde orationis grauitate, ac postremo patro-  
 cinij, ac auxiliij copia.

Idem hom.  
 34. ope. in  
 perf.

Idem inquit. Quemadmodum cum videris arborem pal-  
 lentibus folijs marcidam intelligis, quia aliquam culpam ha-  
 bet circa radicem: ita cum videris populum indisciplina- 45  
 tum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium  
 eius non est sanum.

Idem hom.  
 55. in Ioã.

Idem quoq; alia homilia ait. Si a sinũ Deus loqui fecit & per  
 vatem Balan benedictiones spirituales largitus est, multò ma-  
 gis per sacerdotes, etiam si prauis sint, Deus efficiet omnia.

## Sacerdotis cura.

Cæſar. homi-  
 lla 22.

Simile.

**C**æſarius Arelatensis in quadã homilia inquit. Sacerdotes  
 in Ecclesia similitudinem habent ouium: Christiani ve-  
 ro populi typum præferunt agnorum. Quomodo enim  
 oues per cãpos & prata discurrunt, vineta & oliueta circueunt,  
 vt de

- 46 vt de pastis herbis, cibū lactis præparent agnis suis: ita sacerdotes diuinis sacrarum scripturarum montibus assiduè legendo, verbi Dei debent flores decerpere, ex quibus spiritualis lactis filijs suis valeāt cibum ministrare, vt possint partem habere cum Apostolo Paulo, qui dixit. Lac vobis potum dedi non escā. Non incongruè sacerdotes ouium similitudinem habere videntur. Sicut enim ovis duo vbera habet, ex quibus nutriat agnum suum: ita & sacerdotes duobus vberibus, doctrina videlicet, & exemplo debent pascere populum Christianum. Considerate tamen fratres quia oves non solum ipsæ ad suos agnos veniunt, sed etiā agni sui eis obuiam currunt: & ita vbera matrum suarum, frequenter capite percutiunt, vt aliquoties ipsarum matrum corpora de terra subleuare videantur. Tamen iniuriam ipsæ oves libenter excipiunt, dum agnorum suorum cupiunt videre profectum. Hoc etiam boni sacerdotes debent fideliter desiderare, vel cupere, vt filij pro salute animæ suæ assiduus eos interrogationibus inquietent, vt dum filijs pulsantibus gratia diuina tribuitur, etiam sacerdotibus sanctarum scripturarum secreta reuelantibus æternum præmium præparetur.

### Sacerdotis prauitas non destruit sacramenti virtutem.

**V**T medici ægrotatio non impedit medicinę virtutem: sic nec sacerdotis flagitium sacramenti effectum. Stimile.

- 48 Vt qui primo musicam fidium discunt, lyras nonnullas perdunt, & obterunt: sic non sine populi detrimento Ecclesias curandas accipiunt, qui ad tam graue ministerium accedūt indocti, & ignaui. Stimile.

Sacerdos cordi comparatur: vt enim cor est fons omnium sensuum sic & ex antistite, exire debent crebrę preces, solida doctrina, insignes virtutes. Et vt cor habet sedē in medio corporis: ita sacerdos debet esse in medio omnibus communis, & æqualis. Et vt cor est veluti medium inter animam, & corpus: sic præsul medius esse debet inter Deum, & homines.

In Exodo legimus sacerdotem ex iussu Dei portasse in humeris super pectus suū nomina filiorū Israelis scripta in lapidibus pretiosis. Quibus voluit scriptura significare, fore, vt summus

ille animarum pastor Christus Iesus subditos suos in humeris super pectus suum portaret, & ouem ueheret ad gregem, quæ ante perierat. Erant hæc nomina scripta non atramento, quod posset deleri, sed stylo ferreo, vt intelligant omnes euangelici pastores & præsules, debere se in animo subditos suos portare, nullamq; esse rem, quæ tantam vim habeat, vt possit subditorum memoriã ex eorum animo delere. In lapidibus pretiosis vt intelligant, quam charas Christus Dñs habeat oues suas, & quanto amore ipsi præsules debeãt suos subditos prosequi, prosequi, pro quibus debeãt (si opus fuerit) sanguinem suũ fundere. Ideo summus sacerdos hos pretiosos lapides nõ in dorso, sed in pectore, & in corde gestabat, vt posset eos semper aspicere, & ante oculos habere, quos ardenti charitate diligebat.

B. Aug tra-  
ctato. 5. in  
Ioannem.

Simile.

Beatus Augustinus super Ioannem inquit. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit. Purum est, quod per illũ transit, liquidum est, venit ad fertilem terrã, puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest. Per lapideũ canalem transit aqua, in canali lapideo nihil generãs, sed tamen hortis fructum plurimum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est, vt lux quæ ab illuminãdis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur.

Matth. 7.

Simile.

Idem tractatu 46. in Ioannem ait: Qui malè facit non prædicat de cathedra Christi, inde lædit, vnde malè facit, nõ vnde benedicit. Botrum carpe, spinam caue. Nunquid colligũt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Botrum carpe, spinam caue. Quia botrus de radice vitis aliquãdo exortus pendet in sæpe. Crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructũ spina non suum, Nõ enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare nisi radices. Quære radicem spinæ, extra inuenies à vite. Quære originem vuæ, vitis hanc protulit à radice. Cathedra ergo Moy ses vitis erat, Phariseorũ mores spinæ erant. Doctrina verò per malos palmes in sæpe. Botrum inter spinas cautè lege, ne, dum quæris fructum, laceres manum. Et cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem, quæ dicunt facite, legite vuas, quæ autem faciunt, facere nolite, caute spinãs.

Sacerdotes, & Monachi, & quicunq; alienis opibus, & sudoribus sustentantur meminisse debent ad eos potissimũ illa verba

52 **ba** Psalmi pertinere. Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legē eius requirant. Duplici ergo nomine rei erunt, si officio suo desint, altero, quod legem Dei violant, altero, quod gratis panem suum manducantes alieno sanguine pascuntur. Psal. 104.

### Sacerdotis dignitas.

**F** Inita vltima cœna Dominus suis sacris discipulis dixit. Ioan. 13.  
 tis quid fecerim vobis? O patres sacerdotes vtinam sciretis, & intelligeretis, quid fecerit vobis Dominus, cum dignitatem sacerdotalem, & altissimam potestatem absoluēdi largitus est. O vtinam hoc animæ palato gustare sciretis. O vtinam itate ram non mendacem ad hoc ponderandum haberemus! O quis verè cum B. Augustino diceret. Domine quid tibi sum, quia iubes me diligere te? quid tibi sum, vt tantopere me videre, & amplecti desideres, quod cum in cælo sis associatus illis, qui tibi tā bene seruire, & rectè amare sciunt, venias ad hūc miserabilem, qui te offendere, & tibi male seruire optimè scit, y parece (si a si se puede dezir) que no te puedes hallar sin mi o señor mio, y q̄ amor te trae a poner en mi pecho? Benedictus, & glorificatus sis Deus meus, que siendo quien eres amorem tuum in tam vili vermiculo, qualis ego sum, ponere voluisti, & ad me cum tua regia persona venire, ac te ipsum in meis indignis manibus ponere non dedignaris. Como quien dize. Yo mori por ti vna vez, y v̄ go agora a ti, para q̄ sepas que no estoy arrepentido dello, mas si fuesse menester moriria por ti otra vez. Que coraçõ quedara en hiesto a tal requesta de amor? Supliquemos pues al señor, que nos haze la vna merced, q̄ nos haga tambien la otra, hoc est, que nos de agradecimiento de tan soberanos beneficios. Porque sus diuinas dadiuas sin ser estimadas, agradecidas, y seruidas no nos seran prouechosas.

### Sacerdotis exercitia.

**I** N lege veteri Deus sacerdotibus præcipiebat, vt ne ignis in templo deficeret, ipsi curam haberent mittēdi in eum ligna, Leuit. 6.  
 y de ceuar lo a cada passo. Sic, ne ignis diuini amoris in sacrosancta ecclesia deficiat, sacerdotes continuo debent ad mouere ligna, videlicet sanctas admonitiones, & bona suæ vitæ exēpla:

& hoc est munus eorum, videlicet sustentare ignem illū, quem Dominus venit in terra incendere. Ingens profectò malum esset, si sacerdotes Dei nunc haberent cor contractum: al cabo de tanto tiempo que tan ordinariamente han echado en el, el efficacísimo betun, que es la Sacratísima sangre del inocentísimo cordero Iesu Christo, y que no aya soldado todas sus quiebras, y roturas: de manera que se les pueda dezir a ellos *Malach. 2.* aquello, que Dios por el Propheta Malachias dixo a los sacerdotes de la ley antigua. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. O quam multi sunt modo, quibus hoc verè dici potest, que aun solo el ver como rezan los officios diuinos tan sin modo, y deuocion causa gran escandalo. Cōsideremus ergo *56* ò patres, antequam horas Canonicas recitare velimus, nos cum Deo loqui incipere, ante cuius maiestatem maximo cum tremore sunt seraphines inflāmati, & intelligamus parum ad rem nostram pertinere plurimos psalmos recitare, si in illis altissimo Deo amoris affectum non offerimus, ei que gratias agimus cum peccatorum nostrorum contritione, & cum alijs huiusmodi seruitijs, & donis, quæ à nobis ipse postulat. Y si rezando se nos remontare la imaginacion cayendo en la cuenta boluamos luego al ristre del sancto exercicio, que tenemos començado.

### Sacerdos distributor est diuitiarum Dei.

*Simile.* **S**I Rex centum mille auros huic vrbi elargire vellet non ne *57* ille, qui ad illos distribuendos ab ipso Rege eligeretur maximū sibi fauorē fieri putaret? Ita plane. Animaduertat ergo sacerdos, se esse distributorē non centū mille aureorum, sed ineffabilis thesauri, qui in cōsecrata hostia cōtinetur, & ipse solus auctoritatem habet distribuendi illum fidelibus Christianis. Atq; ita Seraphicus Pater noster Franciscus cōsiderās per grandem sacerdotū dignitatē, & loquens in testamento suo de reuerentia, quæ eis exhibēda est propter hoc officiū, inquit. Quia nihil video in hoc seculo corporaliter de ipso altissimo filio Dei, nisi sanctissimū corpus eius, & pretiosissimū sanguinē suum, quē ipsi recipiunt & ipsi soli alijs administrāt. Sed in hac distributione

58 butione duo sunt consideranda, videlicet quod hoc ineffabile sacramentum est etiam sacrificium, & in quantum est sacramentum confert gratiam ex opere operato, hoc est, ex propria virtute, & ex seipso, vt dicunt Theologi. Hanc autem gratiam sanctissimi sacramenti sacerdos, & qui digne communicat, accipiunt: at illam gratiam, quam sacerdos accipit, non potest alicui impartiri, aunque tambien se dize repartir la gracia del sanctissimo sacramento ministerialmente quando comulga a otro con su mano. Si vero consideramus hanc hostiam viuam, in quantum est sacrificium sacerdos eam communicat, & est distributor virtutis, & valoris huius diuini sacrificij, inter viuos, & defunctos, siquidem ad omnes, & pro omnibus in sancta ecclesia ab ipsis sacerdotibus offertur, y assi lleua muy principal parte aquel que

59 encomendo la missa, y por quien el sacerdote la dize, y offrece, y lleuan tambien las almas del purgatorio, y mayor parte aquellos, por quien mas particularmente offrece el sacerdote aquel sacrificio. Distribuitur etiam fructus huius diuini sacrificij per omnes fideles viuentes, si tamen aliqui propter peccata sua illo se indignos non efficiunt. Vt autem hanc materiã concludamus sumat sacerdos excellentissimum Scoti consilium, ad sciendum quo pacto hunc thesaurum distribuere debet, y es que haga cesacion de bienes como hazen los que deuen muchas deudas, vt si aliquis debeat triginta, aut quadraginta millia aureorum suis bonis cedit, & ea in manibus iustitiæ ponet ipse autem iudex tunc debita suo ordine, & vt oportet, persoluit. Sic sacerdos considerans plurimas obligationes, quas parentibus, amicis, ac benefactoribus debet, bonis quantum ad hoc cedat, pongalo todo en manos de Dios, para que esse mesmo señor a quien offrece el sacrificio, lo reparta, y de respectiuamente, segun la obligacion que el a cada vno tiene.

Scot quod  
libeto. 20.  
Simile,

## Sacerdos semper Deum in memoria habere debet.

**Q**uoniam remedium contra peccatum est, Deum semper in memoria adducere, ideo ipse Dñs in Exodo precipiebat, vt summus sacerdos laminam auream in mitra

perdentem asportaret, ita vt caderet supra frontem Sacerdotis <sup>61</sup>  
 Exodi 28. vbi sanctissimum nomen Dei scriptum esse debebat. Facies (in-  
 quit sacer textus) laminam de auro purissimo, in qua sculpes no-  
 men sanctum Domini, quod quidem nomen erat, Tetragama-  
 ton, hoc est, nomen trium literarum. No caya este nombre san-  
 to esculpido en la plancha de oro atras, ni a los lados de la ca-  
 beça del sacerdote, sino encima de la frente, para significar la  
 continua memoria, que de Dios el Sacerdote era obligado a ten-  
 ner. Diuersa peccata ex diuersis principijs oriuntur. Verbi  
 gratia. Carnalitas ex appetitu sensitiuo: homicidium ex ira: ini-  
 iustitia ex cupiditate detinendi alienum, & sic de alijs pecca-  
 tis: sed omnia illa habent quoddam principium, & originem,  
 ex quo dimanant videlicet ex obliuione Dei. Postquam san-  
 ctus Moyses in Deuteronomio retulit maius peccatum, quod <sup>62</sup>  
 Hebræi commiserant, videlicet idolatriam, reddit rationem  
 dicens. Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Dei crea-  
 toris tui. Idolatria, vt ait Diuus Paulus, ad omne peccati ge-  
 nus extenditur: inquit enim ad Ephesios scribens. Omnis for-  
 nicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum ser-  
 uitus. Si ergo obliuisci Dei, est causa idolatriæ, & hæc, vt  
 Apostolus asserit, per omne genus peccati currit, de primo  
 ad vltimum sequitur, quod obliuio, quam homo de Deo ha-  
 bet, est quoddam generale principium vnde omnia peccata  
 oriuntur. Sed dicent Sacerdotes omnes, se quotidie Dei recor-  
 dari, atque ita hanc peccatorum occasionem prorsus ablega-  
 tam habere: quotidie enim rem sacram faciunt, & septem ho-  
 ras canonicas recitant, & hoc nihil aliud est, quam loqui, tra-  
 ctare, & communicare cum Deo. Verum sciant Sacerdotes <sup>63</sup>  
 quod duobus modis possunt de Deo memoriam habere: alij  
 etenim illam in lingua duntaxat habent, vt videlicet myste-  
 ria diuina, & prodigiosa opera altissimi Dei referant. Alij ve-  
 ro ea referentes lingua se ipsos in amore ipsius Dei recreant,  
 & inflammant, ac propter accepta beneficia continuas Deo  
 gratias magna cum deuotione, & reuerentia reddunt. De pri-  
 mis est maxima multitudo, eorum videlicet, qui quotidie ho-  
 ras Canonicas recitant, & linguis suis diuina eloquia referunt,  
 sed tamen deprauatè viuunt. Hæc profectò recordatio, quam  
 de Deo habent, est ad maiorem ipsorum damnationem. Alij  
 autem

64 autem recordantur Dei ut scilicet, diuinam eius voluntatem expleant. De his loquitur regius Propheta, quando referens, qui sint illi, quibus Deus suam misericordiam communicat, inquit. *Psal. 101.* Et misericordia Domini ab æterno, & vsq; in æternum super timentes eum: & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Hoc est, qui recordantur Dei, & præceptorum eius, non solum ut illa ore proferant, doceant, & prædicent, sed ut ipsa opere adimpleant. Hæc est memoria, ac recordatio, quam Deus ab omnibus Christianis, & maximè à sacerdotibus postulat. Hæc figurata fuit per illam laminam auream, in qua sanctissimum Dei nomen scriptum erat, & quæ super oculos sacerdotis pendebat, quoniam hæc memoria, & recordatio Dei semper coram oculis sacerdotis esse debet.

65

### Sacerdos instrumenta sunt libri.

66 **O**Mnia officia seu artes mœchanicæ habent sua instrumenta, quibus ars ipsa exercetur. Eques, siue miles habet arma, pictor penillos: faber ferrarius malleos, & limas, atque alia ferramenta. At vero plurimi sunt sacerdotes, qui vel solum breuiarium habent & nullos alios libros, qui sunt instrumenta quibus virtus exercetur, & scientia ad gubernandum, & docendum alios, maximè si cura animarum eis incumbit, addiscitur. Alij sunt, qui licet plurimos habeant libros, eos tamen non euoluunt, sed in se confidunt dicentes se iam literis operam dedisse: & ideo sufficere habere libros in quibus sit scientia, quam ipsi aliquando didicerunt. Sed profecto isti decipiuntur, quoniam memoria hominis labilis est, & oportet, ut instar agri excolatur, qui nisi cultiuetur, spinis & tribulis adimpletur. Recordetur ergo sacerdos, & præcipue, qui curam animarum habet, quod Dominus dixit. *Matth. 5.* Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, & luceat omnibus, qui in domo sunt. *Marci 4.* Luc. 11. Lucerna est bona doctrina, ad quam necessaria sunt instrumenta videlicet libri, & assiduum studium. Candelabrum autem, super quo hæc lucerna collocari debet, est bona vita, virtutis, & charitatis plena. *Seneca epl. Stola. 20.* Porro qui vitam vitiosam viuit, & bonam doctrinam docet lucernam sub candelabro

ponit: etenim vitiosa opera eius lucem bonorum operum extinguunt, qui autem studiosam vitam viuit, & bona verba, ac bonam doctrinam docet, is lucernam super candelabrum ponit, & lucem omnibus, qui in domo, videlicet in ecclesia Dei sunt, præbet.

Multa ex his quæ habentur litera P. titulo prælatus possunt huic materiae deferuire.

## S A N C T V S.

B. Berna. in  
serm.



Eatus Bernardus in quodā sermone ait. Tria sunt, quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter cōsiderare debemus: auxilium sancti, exēplum eius, confusioem nostrā: auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior est in cælis ante faciem Domini sui. Si enim dū hic adhuc viueret misertus est peccatoribus, & orauit pro eis, nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miseras nostras & orat pro nobis patrem: quia beata illa patria charitatem eius non mutauit, sed augmentauit, imo potius mouit sibi viscera misericordie, cum ante fontem misericordie assistit. Debemus etiam vitam eius attendere, quia quandiu in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, non declinauit, nec ad dexteram, nec ad sinistram, sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum, qui dicit. Ego sum via, veritas, & vita. Item diligentiori intuitu confusioem nostrā aspiciamus, quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodē luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est, quod non solum difficile sed impossibile credimus, vt faciamus opera, quæ fecit, vt sequamur vestigia eius.

B. Hiero. in  
epist.

B. Hieronymus in quadam Epistola ait. Nihil sollicitius prouidendum est, quā vt solemnem diem non tam ciborum abundantia, quā spiritus exultatione celebremus: quia valde absurdū est, nimia saturitate velle honorare martyrem, quem scimus Deo

B. Chrysol.  
sup. Matth.  
cap. 24.

placuisse ieiunijs. Cum hac sententia B. Hieronymi cōuenit B. Chrysolomus super Matthæum vbi ait. Quæ est ista iustitia, sanctos colere, & sanctitatem contemnere? Primus gradus pietatis est, sanctitatem diligere, postea sanctos quia non sancti ante san-

3 te sanctitatem fuerunt, sed sanctitas ante eos, sine causa ergo iustos honorat, qui iustitiam spernit. B. Chrysoſtomus in quadam homilia ait. Sicut is, qui supra excelsam petram stat fluctus rider, quos videt magno impetu ad ripas rumpere, & protinus in spumam solui: ita & sanctus virtuti vacans, in securo constitutus loco nihil in suaue fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo, & quietus sedet.

B. Chry. hom. 22. in Genes. Simile.

Idem hom. 43. in 1. ad Cor. Simile.

Idem in homilia ait. Hoc in mundo coronas non petamus, ne si aduenerit ipsum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia. Nam quemadmodum artificibus accidere videmus, qui quidem si ipsi se alant, & operetur maiorem accipiunt mercedem: sin verò apud conductores ipsos victitant, non parum illis à mercede sua detrahitur: ita & cum sanctis agitur. Si quis 4 & innumera bona fuerit operatus, tum verò & innumera mala perpeſsus, integram habet mercedem, & plenissimam retributionem, non bonorum tantum quæ fecerit gratia, sed malorum etiam, quæ tulerit. Qui autem requie hic, & foelicitate fructus est, tam splendidam coronam non est illic consequuturus.

Idem hom. 27. in Genes. Simile.

Idem in alia homilia inquit. Sicut qui sensibilem cursum magna contentione peragit, nullum currentium videt sed animo suo ad cursum intento facile omnia transit, festinans ad destinatum scopum: eodem modo vir sanctus virtutis cursu, vt currat, festinat, & terra neglecta in cælum redire concupiscit.

5 Beatus Gregorius in moralibus inquit. Iustorum vitæ palmæ comparatur, quia palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius vero visu & fructibus pulchra. Inferius corticum suorum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur: sic est sanctorum vita despecta inferius, superius pulchra: imo quasi multis corticibus obuoluitur, cum innumeris tribulationibus angustiat: in summo vero illa quasi pulchræ viriditatis folijs, & amplitudine retributionis expanditur. Habet palma quoque quo à cunctis generibus arborum differt. Omnis enim arbor in suo robore & tronco iuxta terram vasta subsistit, ac grossa, sed crescendo superius angustatur, & quanto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur.

B. Greg. II. 10. mora. cap. 25. Simile.

Palma

Simile.

Palma verò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos, ac fructus ampliore robore, ac trunco exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit: ita huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles, pro temporali lucro, & gloria, ad mortem defudare parati sunt, pro æterna gloria, nec parum quidem in labore subsistunt. At contra iustorum vita per palmam signata, qui nequaquam in terrenis studijs sunt fortes, sed longius studiosos se exhibent Deo quam sæculo. Vt in mensa principis apponuntur pretiosa vasa aurea, & argentea mirabiliter elaborata, & epulæ splendidæ, & suaves: vasa, vt admireris, dapes, vt eas sumas: sic in vita sanctorum proponuntur miracula ad admirationem: virtutes vero ad exemplum.

B. Cypr. de singularitate clericorum.

Beatus Cyprianus ait. Sicut modica aquæ gutta multo vino infuso à se tota deficit, viniq; saporem, & colorem induit. Ferrum cādens pristina, propriaque forma exuitur, & igni simillimum efficitur: solis radio aër perfusus in eandem transformatur luminis claritatem, & speculum radijs solaribus directè irradiatum, solis in se recipit similitudinem, idq; putares alterum esse solem: ita etiam sancti Dei claritate, in intimis suis totaliter penetrantur, sicq; Dei formes effecti, in Dei similitudinem in beatitudine transformantur.

1. Petri. 1.

Sancti viri semper in virtute proficere contendunt perpendiculariter, quod Beatus Petrus ait. Non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Quid est, vocavit nos Deus in sanctificationem? Vt qui per Dei vocationem, & suam conversationem sanctificati sunt, sanctificentur adhuc, & quid est adhuc? Amplius, & amplius quotidie per omnium virtutum exercitia.

### Sanctus raro inuenitur.

Mich. 7.

Postquam Propheta Micheas dixerat. Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ & nō est botrus ad comedendū: præcoquos ficus desideravit anima mea, addidit. Perijt sanctus de terra & rectus in hominibus non est. Super quæ verba Beatus Hieronymus in Commentarijs ad

9 ad Ephesios. 4. cap. in fine inquit. Omne hominum genus Deus his verbis deplorat. Quid autem relatis antea similitudinibus in dicare voluerit his verbis manifestat. Perijt sanctus de terra, iam non inter homines reperitur, æ qui, iustiq; studiosus. Vox Hebræa Chasid, pro qua sanctum interpres frequenter transfert, benignum, & misericordem significat. Sicq; Propheta regius dicebat. Saluum me fac quoniam defecit sanctus. Nullus est. Quasi dicat, qui aliorum commodis studeat in seruire, nullus est, qui de alijs benemereri curet. Tribuebatur hoc nomen sanctus, in principio Ecclesiæ omnibus, qui sacro baptisate abluebantur, vt annotat B. Augustinus super psalmus. Nam cum in veteri lege circumcisi omnes, sancti dicerentur, sicut ex Leuitico patet, vbi inquit dominus. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Et alibi: Populus sanctus est Domino: præstantiori ratione baptizati omnes sic dicebantur. Et sic Beatus Petrus aiebat. Vos genus electum, gens sancta. Nam (vt docet Origenes) sanctus est, qui segregat se à malis actibus, & mancipatus, atq; dedicatus est Deo. Tum cum autore Macrobio, sanctum interdum sit quod sacrum, aut religiosum, interdum idem quod incorruptum: inde fit, vt qui per baptismum puri, & immaculati efficitur, sancti dicamur, & simus. Sic ad Ephesios inquit Beatus Paulus. Elegit nos in ipso, vt essemus sancti, & immaculati. Et ad Romanos. Omnibus, qui estis Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis. Et ad Philippenses: omnibus sanctis, qui sunt Philippis. Et in fine: salutant vos omnes sancti. Verum quia sanctitas (autore beato Dionysio de diuinis nominibus) est ab omni scelere libera, perfecta que munditia, firmata iam religione, sanctos solum eos appellare in vsu est, quos apud Deum degere, & eius visione frui certo scimus. In sacra scriptura tamen sanctus hic dicitur, qui omni, qua potest pietate, Deum colit, atque proximum beneficijs iuuat. In qua significatione vsurpatur, quod nullus reperiatur in terra, qui Deum colat, atque reueretur, vt par est. Quæ verba si de decem tribubus dicta esse quis velit, facile in eam deueniet sententiam, vt omnes prorsus defecisse credat, cum in eandem omnes abiisse captiuitatem videat, à qua nunquam sunt reuersi. Omnes enim captiui à Rege Assyriorum fuerunt. Verum in eam sententiam vix adduci poterit, vt nullam, qui Deum timeret, atque reueretur, in illa gente reperiri

Psal. 11.

B. Augu. in  
psal. 85.

Leut. 11.

Deut. 7.

Orig. hom.  
11 sup. Le-  
uit.Macro. lib.  
2. Satu. c. 4.

Ad Eph. 1.

Ad Rom. 7.

Ad Phil. 1.

B. Dionys.  
lib. de diu.  
nom. c. 12.

reperiri asseram. Nam cum iniquis Helix temporibus hoc ipsi 12  
 in mentem venisset, atque persuasum esset, dictum illi esse legi-  
 mus, quod nunquam ipse existimasset verum. Reliqui mihi sep-  
 tem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sem-  
 per Deus in populo suo aliquos reseruat sibi. Quod in Tobia  
 clarè constat, qui in illa captiuitate constitutus, nec sic quidem  
 ad Dei timore recessit. Quoniam tamen paucissimi reperiaban-  
 tur sancti, & recti, tunc in terra omnes perijsse dicit, sicut in Psal-  
 mo dicitur. Non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum,  
 quia paucissimi erant, qui opere complerent bonum. Per hyper-  
 bolem ergo, qua frequenter sacra scriptura vtitur, hoc dictum  
 esse constat, quum & temporibus Micheæ, Amos, & alios Pro-  
 phetas fuisse legamus. Quod autem nunc, hoc etiam plorare  
 possimus mala innumerabilia, quæ nostris oculis innundare 13  
 videmus, manifestè declarant.

### Sanctorum labores.

B. Greg. in  
 hom.

**B**eatus Gregorius in quadam homilia inquit. Cum recog-  
 nosco Iob in sterquilinio, Ioannem esurientem in eremo,  
 Petrum extentum in patibulo, Iacobum decollatum ab  
 Herodis gladio, cogito qualiter Deus in futuro cruciabit quos  
 reprobat, qui ita durè affligit, quos amat. Et in moralibus inquit.  
 Electos Dei cernimus, & pia agere, & crudelia tolerare. Hinc  
 ergo colligitur dominus strictus iudex quanta illic feriat distri-  
 ctione, quos reprobat: si sic hic cruciat, quos amat. 14

Litera. L. titulo labores iustorum, inuenies ad hoc multa an-  
 notata.

### Sanctus mirabile opus Dei est.

Psal. 67.

Simile.

**O**mnia opera Dei sunt mirabilia: sed inter omnia ait S. Da-  
 uid, quod mirabilis Deus in sanctis suis. Hazer vn artifi-  
 ce de hierro colado, y de azero fino vn arnes que no se  
 pueda passar con ningun tiro, gran artificio es, pero hazer de  
 barro vn arnes que tenga tanta resistencia y fortaleza como el  
 de hierro ó de azero, esto seria cosa sin comparacion mas ma-  
 ranillosa. Sic quod Deus angelos spirituales singulari fortitu-  
 dine

15 dine præditos creauerit, opus quidem suæ infinitæ potentæ  
 fuit: pero el hazer que los hombres de hueſſo y carne flaca y mi  
 serable, que es vna poca de tierra vil, y baxa tengan en alguna  
 manera fortaleza y resistencia como los angeles, esto pone ma  
 yor admiracion. Mirabilis Deus in sanctis suis. Admirabilem se  
 ostendit Deus in hoc, quod cum sancti ex tam fragili materia  
 sint, & cum à dæmone, mundo, & carne tam grauibus tentatio  
 nibus, & contradictionibus expugnētur, non victi essent quin  
 potius ipsi vicerunt, & ingentes victorias reportarunt. Merito  
 Ecclesiasticus dixit. Facile est in oculis Dñi subire honestare pauperem. Honestare hic idem est, quod ditare bonis spirituali  
 bus, & corporalibus. Atq; ita dicitur in libro Sapientiæ. Innume  
 rabilis honestas per manus illius. Vocat diuitias honestatem, il  
 las videlicet, quas Deus præbet: nam illæ, quas homines illicitis  
 medijs, & negotiationibus acquirunt ipsos ad turpitudines, ad  
 voluptates, ad immunditias, & ad alia plurima vitia inuitant: il  
 læ vero, quas Deus elargitur, inuitant ad honestatem, castitatē, Sap. 10:  
 & sanctitatem. Idcirco in eodem Sapientiæ libro loquens diui  
 na Sapientia, de Patriarcha Iacob inquit. Iustum deduxit Domi  
 nus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, dedit illi scienti  
 am sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit la  
 bores illius. Scientia sanctorum est cognoscere res diuinas in sua  
 causa. Nos amorē Dei per effectus cognoscimus videlicet, quia Ad Gal. 2:  
 nos redemit, & pro nobis mortuus est: atq; ita D. Paulus inquit.  
 Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cognoscimus etiam  
 17 eius potentiam, sapientiam, & bonitatem per effectus creatio  
 nis, & conseruationis mundi. At vero sancti in gloria cognoscūt  
 diuina mysteria in sua causa, id est, in Deo: cognoscunt enim in  
 Deo eius amorem, bonitatem, sapientiam, & potētiam, & c. Sed  
 quæro quando hanc scientiam Deus Patriarchæ Iacob dedit?  
 Quando illi ostendit scalā, quæ principium habebat in pectore  
 eiusdē Dei, & angelos, qui per eam ascendebant, & descende  
 bant. Hæc scala plurimorum graduum, erat cumulus meritorū  
 Iesu Christi Redemptoris nostri, & omnium operum, quæ ipse  
 pro nostra reparatione operatus est, quæq; sum principium ha  
 bēt in pectore Dei, & inde, ex diuinitate scilicet, eorū præcipu⁹  
 valor exiuit. Dum autem angeli per illam scalam ascen  
 dunt, & descendūt perinde est, ac si diceretur, quod per merita  
 huius

huius diuini Domini descendunt angeli onerati supernis donis, 18  
 & misericordijs, id est, bax an angeles cargados de soberanas mi-  
 sericordias, y bueluen con el agradescimiento, y prouechamiē-  
 to de los hombres. Sed væ, væ, & millies væ, y quan poco deſto  
 deuen de lleuar aora, ſegun ſomos los hombres deſte tiempo in-  
 gratos, y oluidadizos. Illic ergo ſanctus Patriarcha vidit myſte-  
 ria, quæ Ieſus Chriſtus operatus eſt, & vidit illa in ſua cauſa, id  
 eſt in Deo, & ideo inquit Sapiens. Dedit illi ſcientiam ſanctorū  
 & honeſtauit illū in laboribus, hoc eſt, in laboribus ditauit illū  
 bonis ſpiritualibus, & corporalibus. De noſtro altiſſimo Deo in-  
 quit D. Paulus. Diues eſt in omnes, qui inuocant illum. Omnes  
 gratiæ, & virtutes, quas ſancti habent ſunt eminenter, & inſini-  
 tē in Deo: puritas virginum, fortitudo martyrum, charitas Apo-  
 ſtolorum, miſericordia confeſſorum, &c. Et quando Deus venit 19  
 ad aliquam animam, venit cum omnibus ſuis diuitijs, gratijs, &  
 virtutibus: & hę virtutes non ſunt otioſæ ſed omnes cor inuitāt,  
 ipſumq; inclināt, vt amore ipſarum capiatur, eaſq; operetur. Ex  
 quo duo ſequuntur, primū, quod malū ſignum eſt quando non  
 ſentimus has operationes virtutum Dei, quæ nos interius ad ca-  
 ſtutatem, charitatem, & miſericordiam, atq; ad alia huiuſmodi  
 inuitant, ſignum enim eſt, quod Deus ad nos non venit: nam ſi  
 veniſſet, cum virtutes eius non ſint otioſæ, profecto cor noſtrū  
 expugnarent, id eſt, eſtuuieran combatiendo nueſtro coraçon.  
 Alterum eſt, quod hi, qui ſentiunt virtutes Dei ſibi quodammo-  
 do bellum inferre ſeiſoſq; inuitare, magnam profecto duritiē  
 cordis habent, pues no ſe quieren rēdir con tales tiros. Que eſtē 20  
 las virtudes de Dios combatiendo a mi coraçon, y que no hagan  
 operacion en el, gran mal es. In Apocalypſi ait B. Ioannes. Vidi  
 in medio ſeniorum agnum ſtantem habentem oculos ſeptem,  
 qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram. Hęc ſunt  
 ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ de ſe ad omnes ſunt, & omnes  
 inuitant, ideo inquit. Septem ſpiritus miſſi ad omnē terram. Si  
 quidem igitur hęc dona omnes inuitant, magna profecto peri-  
 nacia eſt, eis reſiſtere, & illa non recipere. Hęc ergo ſunt diuitię,  
 quibus Deus ſanctos ditat, & quibus Patriarcham Iacob in labo-  
 ribus ſuis ditauit. O ſœlices labores, quibus anima ditatur. Idcir-  
 co D. Paulus ad Corinthios ſcribens dicebat. Repletus ſum con-  
 ſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.

21 Vbi alia litera habet, In omni tribulatione vestra: nam D<sup>iv</sup>us Paulus congaudebat laboribus aliorum fidelium Christianorum, quia expectabat, & confidebat eos cum ipsis laboribus ditandos esse, & implendos gratijs, ac meritis. Ideo ait. Repletus sum consolatione superabundo gaudio. El gozo se me parece en los ojos, en la boca, en el semblante, y en toda mi persona. Deniq; cōchm̄is Sapiens dicens. Et cōpleuit labores illius. Tandem labores eius cum vita finem habuerunt, & incœpit quietudinem habere in Limbo, & postea illud habuit, sicut re vera nunc habet in gloria. Consolemur igitur nos ipsos in huius vitæ laboribus, siquidem quantumcunq; durauerint, non possunt plus, quam ipsa vita durare, & tandem per illos, si patientiam habemus, æterna gloria perfruemur. Nunc igitur reuertamur ad verba initio proposita. Facile est in oculis Domini subito honestare pauperem, id est, ex homine paupere, debili, miserabili, & inconstanti, diuitem plurimis gratijs, & virtutibus facere. Atque ita D<sup>iv</sup>us Paulus cum iustis loquens inquit. Repleti estis in illo, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Tali re vas aliquod potest esse plenum, vt, postquam repletum fuerit, etiam plus recipere possit. Verbi gratia. Si vas cinere vel lana impleatur, bene potest adhuc in se aquam recipere, quoniam cinis, vel lana nimis porosa est: at si vas re solida impleatur nihil in se præter illam recipit, quin potius expellit quod in se infunditur. Sic anima plena amore mundano, etiam plus recipere potest: quoniam concupiscentiæ rerum terrenarum bene se compatiuntur simul in eodem met corde, vt concupiscentiæ honorum, diuitiarum, & voluptatum, &c. Si autem cor plenum est solidis rebus, videlicet diuinis donis, quidquid terrenum in illud infundatur, facile expellet. Omni igitur studio fratres charissimi contendamus, his diuinis, ac cælestibus donis adimpleri, atque ita inanes huius mundi cineres facillimo negotio contemneamus.

Ad Col. 2.

Simile,

## Sanctorum exempla.

**S**ICVT enim cæli luminaria, inquit Origenes, & sidera in firmamento à Deo collata, cunctis indefinenter, quæ sub cælo sunt fulgent, atque omnibus, quæ super terram

Orige. lib. 1. in Iob.

Loc. Com. tom. 2.

hhh

sunt

sunt per tempora, & generationes mirabiliter: lumen suum  
 communicant: alia per noctem, vt luna, & stella: alia per diem,  
 vt solis speciosissimi radij: sic & sanctorum virtutes, insignia,  
 atque eorum beatissimi agones omnibus in æternum bonorum  
 formam tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum osten-  
 dunt. Sic itaque effulgent, atque emicant sancti omnes etiam  
 hic tempore huius sæculi. Alius enim fide præpollet, vt Abra-  
 ham: alius castitate, vt Ioseph, alius mansuetudine, vt Moyses:  
 alius constantia, & patientia, vt beatus Iob, &c.

### Pro omnibus sanctis concio.

**L**onge melius, fratres, hodie clamare poterimus, quam ex-  
 ploratores Moyse, qui dixerunt: Explorauimus terram, quæ  
 deuorat habitatores suos: & vidimus monstra quædam fi-  
 liorum Enach, de genere giganteo, quibus comparati quasi lo-  
 custæ videbamur. In terra lacte, & melle manans, terra uiuen-  
 tium est, de qua Psalmographus ait. Portio mea Domine in ter-  
 ra uiuentium. Vbi angeli omnes in desse Deum optimi col-  
 laudant iubilantes, vbi sancti omnes facie ad faciem gloriam  
 Dei intuentur, vbi denique mortis timor nullus adest, sed vita  
 iocunda, ac perpetua. Nonne monstra de genere giganteo ibi  
 fidei sacræ oculis vidimus? Enimvero Patriarchæ, Propheta,  
 Apostoli, martyres, confessores, & virgines more gigantum,  
 tam Satanam, quam mundum, & carnem gloriose vicerunt, &  
 de quibus suis spiritualibus inimicis magnificè triumphantes, vi-  
 ctoriae palmam obtinuerunt, dicente Apostolo. Sancti per fi-  
 dem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repro-  
 misiones: Ijs, vt ingenuè fateat, nos homines comparati  
 ceu locustæ videmur, fragiles, infirmi, & vermiculi hami re-  
 ptantes. Nihilominus virtute ex alto roborati, illustria facinora  
 eorum sectari, vtcunq; valemus. Nedum sanctos gratia Dei  
 cooperante, sed & ipsum Dominum gloriae imitari possumus:  
 alioquin summa veritas non diceret. Qui vult venire post me,  
 abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.  
 Ad hos sanè giganteos viros, & athletas suos Rex omnipotens  
 Christus sermonem suum in cacumine montis sedens dirige-  
 bat dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū  
 calorum,

Num. 13.

psal. 118.

col. 118.

Ad Heb. 11.

Luc. 9.

27 cælorum, &c. Nunc par erit, ut aliqua ex sacro euangelio expli-  
 cemus, Christo Iesu adiuuante. Primum quod notandum venit  
 est, quod sedens Dominus docebat discipulos suos. Hoc myste-  
 rio non vacat. Teste Augustino ad dignitatem magistri pertine-  
 bat hæc sessio. Sed altius rem indagantes dicamus, eam ob rem  
 sedisse, quia lex noua, quam proponebat, pacem & veram tran-  
 quillitatem credentibus præstat. Equidem quando legem vete-  
 rem Deus dedit, de consensu eius nihil legimus, quamuis postea  
 Isaias dixerit. Vidi Dominum sedentem super solium excel- *Isai. 6.*  
 sum, & eleuatum. Non itaq; sedit Dominus in monte Sina le-  
 gem daturus, quia nēminem ad perfectum adduxit illa lex,  
 neminem quamlibet sanctum in cælum euexit. At lex noua  
 promittit, & exhibet vitam æternam, quam olim nemo  
 28 Prophetarum obtinebat. Atque Baptista dixit. Pœniten-  
 tiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. Et in  
 hoc Euangelio ait Dominus. Beati pauperes spiritu, quon-  
 iam ipsorum est regnum cælorum. Quid quod latro ille  
 felix die qua obiit, vita æterna potitus est? Bene merito Sal-  
 uator in monte sedit, cetera sessione subindicans, seruatores  
 nouæ legis tranquillitatē ingentem possessuros esse: adeo vt in  
 orthodoxis verissimum sit vaticinium illud. Sedebit populus  
 meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ in requie  
 opulenta. Quod non modo de quauis pacata, & bona conscientia, *Isai. 29.*  
 intelligere oportet, sed de vita beata, & cælesti, qua angeli,  
 & sancti feliciter fruuntur. Sequitur in Euangelio. Et aperiens  
 os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipso-  
 rum est regnum cælorum. Qui triginta annis operibus sanctis  
 29 locutus est nobis, nūc ore suo sacro hæc paradoxa sanctissima  
 ab omniū hominū opinione maximè abhorrētia depromptit.  
 Quandoquidem, Saluatoris dogmata omnium Philosophorū  
 doctrinam superant, omnem intellectum exuperant. Cæterum  
 Sacra scriptura veluti os Domini erat, per quam Dominus lo-  
 quebatur populo suo, tamen hoc os clausum erat vmbri, & ty-  
 pis multis, adeo vt vix pauci spirituales scripturam intelligen-  
 rent, donec venit Christus Iesus lux vera. Hinc in Isaiā le- *Isai. 29.*  
 gemus. Erit eis visio quasi liber clausus, in cuius typo Moy-  
 ses faciem velabat coram populo, & adhuc velamen po-  
 situm est super cor Iudæorum, nec auferretur donec in *Exod. 36.*

Christum Dominum verum mundi Saluatorem credant. Hoc  
 velamen in morte Christi seiffuit est, à summo vsque deorsum,  
 quia solus agnus dignus fuit aperire hunc librum, & soluere  
 signacula eius. Sed iam fas erit, nos quæ sancto ore suo pro-  
 tulit rimari; ait enim: Beati pauperes spiritu quoniam ipso-  
 rum est regnum cælorum. Mira res, fratres, vnde auspicari  
 Saluator incipiat euangelium, nempe à beatitudine, ad quam  
 nostræ nature omnes aspiramus, & eam toto nisu cupi-  
 mus. Hic omnes labores, & studia hominum tendunt, vt  
 beati sint, & requiem inueniant, quam extra Deum reperi-  
 re nemo valet, dicente regio propheta: Satiabor, cum appa-  
 ruerit gloria tua. Sapientes huius sæculi nunc obmutescant,  
 quorum alij in diuitiarum amplitudine, alij in honore, alij  
 in corporis fortitudine, alij denique in voluptatibus felicita-  
 tem posuerunt. Equidem euauerunt in cogitationibus suis  
 (vt beatus Paulus inquit) & dicentes se esse sapientes stulti fa-  
 cti sunt. Filius Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, &  
 scientiæ Dei, os suum benedictum aperuit, & ipse ait. Beati  
 pauperes spiritu. En maximum legis veteris, & nouæ discrimen.  
 Lex illa diuitiarum abundantiam promittebat seruan-  
 tibus eam, Euangelium vero in paupertate sitam esse beati-  
 tudinem docet. Si audieritis me bona terræ comedetis, olim  
 aiebat Deus. Nunc autem viceuersa beatos appellat paupe-  
 tes spiritu, & ijs pollicetur regnum cælesti. Vulgus imperi-  
 tum ait. Beatus populus, cui hæc sunt scilicet bona terre-  
 na: At contra qui sapientia patris est, hunc refutat errorem  
 dicens. Beati pauperes spiritu. Equidem impletum est, quod  
 Rex David multis retro sæculis prophetarat. Aperiam in pa-  
 rabulis os meum, loquar propositiones ab initio. Matthæus  
 vero sic habet: Eructabo abscondita à constitutione mundi.  
 Quid, obsecro, charissimi tam absconditum, quam in pauper-  
 tate sitam fore beatitudinem, in mansuetudine possessionem  
 terræ, in fletu consolationem esse locatam? Observandum  
 quod non ait beatus Matthæus: consulebat, aut suadebat, sed  
 docebat eos: Vt ad omnes fideles doctrinam hanc pertinere  
 intelligamus. Vt enim omnes tenentur inimicos diligere, alio-  
 quin Deus non dimittet eis peccata, ita paupertas spiritus om-  
 nibus prædicatur, & saltim affectu diuitias contemnere illos  
 oportet.

A poc. 5.

Psal. 16.  
Ethicor. 1.

Ad Rom. 1.

Psal. 145.

Matth. 13.

30

31

32

opor-

33. oportet. Signanter ait: Beati pauperes spiritu: non qui necessitate coacti inopes sunt, sed qui sponte opes contempserunt ob Christi amorem. Non ex tristitia aut ex necessitate (ait beatus Paulus) hilarem datorem diligit Deus. Hinc Græcè habetur. Beati mendici, id est, qui cum diuitijs abundarent, propter Dei amorem mendici facti sunt, vel, quæ possident, tanquam si ex mendicitate acquisita haberent ea possident. Hinc regius vates inquit. Ego autem mendicus sum & pauper. Ita quæ non modo ad monachos foelicitas hæc spectat, sed ad omnes orthodoxos, reges, magnates, & diuites, qui sic habent diuitias, quasi non habentes sint, qui quem vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Nihilominus religiosi, qui ne dum affectu, sed opere Apostolorum vestigia sectantes omnia reli-
34. querunt, maiorem perfectionem habent: siquidem Saluator cuidam inueni dixit. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus, & sequere me. Vnde beatus Gregorius in moralibus inquit. Sunt nonnulli, qui ad comprehendendum perfectionis culmen accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt. Itaque ad perfectionem charitatis vindicandam primum fundamentum est voluntarias paupertas, vt hic (teste beato Thoma) summa veritas docet. Cæterum quod beatus Augustinus, & Diuus Chrysostomus hunc locum de humilitate explicant assertioni huic nihil officit. Equidem quisquis pauper amore Christi efficitur, simul humilis sit, necesse est. Nonne (vt Ecclesiasticus inquit) Deus maximè odit pauperem superbum, & diuitem mendacem? Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, trementem verba mea? Vbi septuaginta interpre. Sic habent: super quem requiescet spiritus meus, nisi super pauperulum: Ecce pro humili, pauperem verterunt.
- 35.

2. ad Cor. 9

Psalm. 39.

Matth 19.

B. Gregor.  
lib. 4. mor.B. Thom.  
2. 2. q. 186.  
art. 3.

Eccli. 25.

Isaia 66.

## Pro omnibus sanctis.

**B**EATVS Bernardus in sermone omnium Sanctorum inquit. Ad quid sanctis laus nostra? Ad quid gloriificatio nostra? Ad quid nostra hæc ipsa solennitas? Quo eis terrenos honores, quos iuxta veracem filij promissionem honorificat pater celestis? Quo eis præconia nostra? Pleni sunt prorsus. Ita est

B. Bern. sermo om. sanctorum.

dilectissimi; bonorū nostrorum sancti non egent, nec quidquā 36  
 eis nostra deuotione præstatur. Planè quod eorum memoriā  
 veneremur, nostra interest, non ipsorum. Vultis scire, quantum  
 interest nostra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione sentio de  
 siderium vehemens inflammari, & desiderium triplex. Vulgo  
 dicitur. Quod non videt oculus, cor non dolet. Oculus meus me  
 moria mea, & cogitare de sanctis quodāmodo eos videre est. Sit  
 nempe portio nostra in terra viuentium, nec modica sanè por-  
 tio, si tamen, vt de cet, memoriā affectio comitetur: sic inquā  
 conuersatio nostra in cælis est. Veruntamen non sic nostra, si-  
 cut illorum. Ipsorum enim substantia ibi est, nostra autem desi-  
 deria: ipsi per essentiam, nos per memoriā ibi sumus.

Ad sanctum aliquem laudandum opti- 37  
*ma consideratio.*

**C**VM Alexander ille Magnus (vt refert didimus) post plu-  
 rimas victorias partas, & post quā de multis hostibus triū-  
 phauit; totū terrarū orbē suo imperio & ditioni magna cū  
 ambitione subijcere volēs iter faceret in urbem Thesaliā, ante-  
 quā ad ipsam peruēnisset, prope quemdā pulcherrimū fontem  
 otij, & quietis causa sedere voluit, cūq; ibi secū plurima euolue-  
 ret, prospiciens ad latus fontis vidit statuā æneam, quæ erat ve-  
 lati viuam exēplar illius incliti, & insignis poetæ Orphæi: &  
 in memoriā reuocās plurimas laudes, quas de eo ex ore magistri  
 sui Aristotelis audierat, eandem statuā maiori cū affectione in-  
 tuebatur; contēplās eius venerabilē caniciē, longam barbā vsq;  
 ad cingulū, capillos crispas, & super humeros extensos, philoso- 38  
 phicum palliū, quo operiebatur, laureā coronam in capite quæ  
 erat excellentissimæ eius poësis signū præmij atq; victoriæ. At  
 cum lætis, & attentis oculis hanc statuam contemplaretur, ecce  
 repente tanquam rem prodigiosam videt ipsam statuā toto cor-  
 pore sudore coopertam: rapitur Alexander in magnā admira-  
 tionem, ac tanti prodigij causam scire cupit. Protinus vocantur  
 Augures, Magi, & Astrologi, qui tanti portenti causas inquir-  
 rant, ac philosophentur. Tandem omnes vna sic sciscitanti res-  
 ponderant, ipsumq; hoc modo alloquūtur. O princeps foelicif-  
 simè Alexander animū cape, & calorem concipe: nā hi omnes  
 huius statuæ sudores foelicē tibi fortunam promittunt, ac prono-  
 sticantur.

39 sticantur. Etenim nihil aliud significant, nisi quod plurimi oratores, historiographi, ac poëta, qui tua præclara facinora, & gloriosos triumphos atq; excellentissimas victorias, quas ex mundo reportabis, scribere voluerunt, plurimū sudabunt. Cū igitur ego de hoc glorioso sancto N. aliquid dicēdum, ac prædicandū existimarem, & animo euoluens, & perpendens plurimarum eius virtutum excellentias, nec non singularem vitæ perfectionē putavi necessum esse sudare, & ut aiunt, transfudare, hoc est, pareciome que era necessariō sudar y trassudar para tratar tan marauilloso argumento y materia. Tantā es su grandeza, y magestad. Pero consuelame el aduertir, y entender que donde nō llega la naturaleza, puede llegar la gracia, que Dios suele comunicar a los que se emplean en alabarle en sus sanctos.

40

## S A P I E N T I S M O D E S T I A.



Apientes, qui verè sapientes, & pleni modestia sunt, postquā vnus in congregatione aliorum suā explicauerit sententiā, reliquis sapientibus reuerentiā exhibens, nihil amplius loquatur, quousq; illi etiā suā dicant sententiā. Neq; alius alterius loquentis vllō verbo interpellat orationē. Quē morem in ecclesia teneri B. Paulus præcipit ad Corinthios scribens: Prophetæ autē duo aut tres dicāt: cæteri vero diiudicent. Quod si alij retelatū fuerit sedētā, prior taceat: potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discāt, & omnes exhortētur. Nō enim est dissensionis Deus, sed pacis, sicut in omnibus ecclesijs sanctorū doceo. Quo exēplo, & quo Pauli præcepto possumus acriter peruersum morē eorū reprehendere, qui nostris temporibus in gymnasijs disputāt. Qui dū scierit suā magis veditare (quod sophistarū est) quā veritatē inuenire, atq; docere student, nō potest vnus alterum differentem patiēter audire, & tertio eum quoq; verbo interpellat: quare quantas inuidiæ, discordiæ, & dissensionis facies subiiciat, facile omnes intelligunt. At B. Paulus in Epistola ad Timotheum eas quæstiones, & controuersias vitare præcipit quæ generant lites.

ad Cor.  
14. 31. 32.

ad Tim.  
2.

## Sapientis finis.

B. Aug. sup.  
Pfal. 118.

1. ad Tim. 6

2. ad Cor. 4

Hiere. 23

**B**EATVS Augus super Psalms explanans illa verba: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum, inquit. Hic versus quasi interpretatio est præcedentis scilicet: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Illi enim nimirum immaculati in via Dei sunt, & in lege Domini ambulant qui requirentes eum in toto corde suo scrutantur testimonia eius, & verè sic est, nam qui ex recta voluntate erga Deum, eius mandata scrutantur, & exquirunt, verè beati in spe, & immaculati in re sunt. Sed heu heu, & millies heu quam multi sunt, qui scrutantur testimonia Dei, non tamen ex recto corde, & voluntate erga eum, sed erga seipso, vt coram hominibus appareant docti, mirabiles scrutatores, & doctores sermonum Dei, & etiam quæstus gratia vt maiores prouentus adquirent, quamuis ipsa Dei testimonia animum doceant recte morigeratum esse erga omnes, terrena despiciere, ad cælestia anhelare, peritura contemnere, permanens amplexari, non alta sapere sed humilibus consentire. Non hoc addiscunt sed superbire, alios antecellere contra quos beatus Paulus in epistola ad Timotheum ait. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones. Non sic Beatus Apostolus, & illi, de quibus ipse dicebat ad Corinthios scribens. Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei. Pro quo in contextu Græco habetur, non cauponantes, vel miscentes vt caupones miscent viua quæstus gratia, sed purè, & sincerè annuntiantes. Non adulterantes, inquit, quia adulter (vt alibi diximus) non intendit prolem, quæ est finis intentus ex matrimonio, sed propriam delectationem, sic isti superbi sapientes, non tam sobolem, & fructum spiritus quærunt in huiusmodi scientijs addicendis, & perscrutandis, quam propria commoda, prouentus, honores, & populi beneplacitum, & cætera, quæ ad rem non pertinent. Quare de talibus dixit Hieremias Propheta. In Prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacijs simulantur enim adulteris non quærentibus prolem, sed propriam delecta-

delectationem, quod est iter ad docendum mendacium, ut patet in hæreticis. Beati ergo, qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. Vbi obseruandum etiam est, quo dicit non qui quærent, sed qui scrutantur, non segniter, ut vult B. Hieronymus, sed summa diligentia ad similitudinem scrutini, quod summa cura fit.

## Sapiens quis vere dicitur.

**B**EATVS Gregorius in moralibus ait. Non est segura lætitia multa cognoscere, sed cognita custodire: quanto enim intentio latius extenditur: tanto ad explenda opera enixius ligatur. Et alibi inquit idem sanctus doctor. Perfecta scientia est, scire omnia, & tamen se esse scientem nescire. Vnde ait Beatus Paulus. Qui se putat aliquid scire, nondum cognouit, qualiter oporteat eum scire.

Beatus Augustinus in confessionibus ait. In scilicet ille homo, qui scit illa omnia, te autem nescit: beatus ille, qui te scit, etiam si illa nesciat, qui verè & te & illa nouit, non propter illa beator, sed propter te solum beatus est, si cognoscens te sicut Deum glorificet, & gratias agat, & non euanescat in cogitationibus suis.

Idem in quodam sermone inquit. Multos reperimus negligētissimos iustitiæ, & auidissimos sapientiæ, hos docet scriptura diuina peruenire non posse ad id, quod appetunt, nisi seruando, quod negligunt. Fili, inquit, concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & dominus præbebit illam tibi.

B. Bernardus super Cantica ait. Sunt, qui scire volunt eo fine tantum, ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt, qui scire volunt ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est: & sunt etiam, qui scire volunt, ut scientiam suam alijs ostendant, verbi causa, pro pecunia, & honoribus, & turpis quæstus est. Sed sunt quoque, qui scire volunt, ut ædificentur, & prudentia est.

Super illud: scientia inflat, inquit idem doctor sanctus. Cibus indigestus corpus corrumpit inflatum, & hydropicum reddit si digestus fuerit, nutrit: sic scientia stomacho animæ indigesta, si non fuerit igne charitatis decocta malos humores de-

B. Greg. II.  
22. mora.  
cap. 4.  
Idē lib. 27.  
mor. c. 24.  
1. ad Cor. 8

B. Aug. lib.  
5. Conf.

Idem in ser  
mone.  
Ecclesi 1.

B. Ber. sup.  
Cant. mor.  
quarta

generat. Nunquid non mali mores, mali humores sunt.

Idem ser-  
mo. 23.  
Simile.

Idem in quodam sermone inquit. Sol non omnes, qui-  
bus lucet etiam calefacit: sic sapientia multos, quos docet  
quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad fa-  
ciendum.

Ricard. de  
sancto Vi-  
ctore.

Ricardus de Sancto Victore in quodam sermone ait. O  
quanti veritatem quarunt, non in veritate, sed in vani-  
tate: quæsitam inveniunt non ad veritatem, sed ad vani-  
tatem, & quod miserrimum est, in verbis vitæ lucra mor-  
tis negotiantur.

Quicquid ex animantibus, & alas habet, & super qua-  
tuor pedibus graditur abominabile esse, lege antiqua di-  
scernebatur. Hoc autem monstri genere eos designari cre-  
dimus, qui cum alas habeant, quibus, vel sublimiter phi-  
losophantur, vel diuina semper eloquia in Ecclesijs diu,  
noctuque versant toto tamen pectore, terrenis incum-  
bunt, & sæcularium hominum more terrenis negotijs im-  
plicantur.

Orig. lino.  
in epist. ad  
Rom. ca. 6.

Origenes super illa verba: Volo vos sapientes esse in  
bono, & simplices in malo, inquit: Quod si aliquis no-  
bis ex infidelibus argute occurrat, & dicat. Quomodo  
potest idem esse sapiens, & stultus? Dicemus ad eum.  
Respice ad artes, quæ in vsu hominum habentur, quomo-  
do ille, qui sapientissimus est Grammaticus in arte fabri-  
li insipientissimus inueniatur: vel rursus, sapientissimus  
gubernator, quomodo in arte medicinæ inuenitur insi-  
piens: sic ergo possibile est, quempiam in his, quæ ad Deum  
pertinent esse sapientem in his vero, quæ ad sæculum perti-  
nent esse insipientem.

Beraldus in  
summa vici-  
tutum.

Sapiens moro arbori comparatus, quæ dicitur spientissi-  
ma, nam vltima ex omnibus arboribus flores producit, pri-  
ma vero fructus ita non est diu antea ostentandum,  
quod possimus, aut velimus, tarde promit-  
tendum, & mature tum præ-  
standum.

Sapiens

## Sapientia industria.

**S**eneca inquit. Non ex ebore tantum Phidias sciebat ficere simulachra, faciebat ex ære, si marmor illi aut viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa optimum fieri posset: sic sapiens virtutem si licebit in diuitijs explicabit, si minus, in paupertate, si poterit in patria, si minus in exilio, si poterit imperator, si minus miles, si poterit intiger, si minus debilis, quancumq; fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

Senec. ept.  
86.

**B.** Augustinus de scala paradisi inquit. Spiritus sapientiæ solus dat veram sapientiam, & sapidam facit scientiam, quæ cum alicui inest, inæstimabilis sapor iucundat, & reficit, & de illa dictum est. Sapientia non intrat in maleuolam animam. Hæc autem à solo Deo est, & sicut officium baptizandi dominus cõcessit multis, potestatem vero, & autoritatem in baptismo remittendi peccata sibi soli retinet. Vnde Ioannes antonomatice & discretiue de eo dixit. Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto: ita de eo possumus dicere. Hic est, qui sapientiæ saporem dat, sapidam animæ facit sapientiam: sermo datur siquidem multis, sapientia paucis, quam distribuit dominus, cui vult, & quomodo vult.

B. Aug. de  
scala para.

**Plinius** ait. Vt in culice non minus admiranda nature vis est, quam in Elephante: ita sapiens in maximis patiter ac minimis negotijs magnum virum ostendit. Aut ingenij vis etiam in ludicro, atq; humili argumento elucet.

Plin. lib.

11. c. 2.  
Simile.

## Sapientiæ anima est virtus.

**R**egnum Dei non est in sermone, sed in virtute, inquit **B.** Paulus ad Corinthios scribens. Si igitur regnum Dei est in virtute, hoc est, virtute comparatur, ipsam sapiens magis quam scientiam intendere debet. Nam (vt inquit idem Apostolus) scientia inflat, & charitas ædificat. Dæmon plurimam scientiam habet, ita vt hoc nomen dæmon Græcè sapientem significet, ideo Lactantius Firmianus (quem sequitur Diuus Augustinus) ait hoc nomen ei impositum

1. ad Cor. 3.

1. ad Cor. 8  
D. Aug. 11:  
9. de Ciuit.  
Dct.

fitum fuisse, quia magnam plurimarum rerum cognitionem habet. Sed quid ei hæc scientia prodest, siquidem apud inferos æternis flammis torquetur? quin potius ob id tam superbus est, quia videlicet pollet scientia absque virtute, & charitate. Habet qui illum inflat, & non qui illum ædificet. Et hunc nefarium spiritum sequuntur huius mundi sapientes, qui omnem curam suam in scientia reponunt, & nihil de virtute, & charitate curant. Beatus Gregorius comparat sapientes improbos molæ tonforis, quæ magna celeritate in gyros circumuoluitur, & dum ferramenta acuuntur in ea, ipsa se non acuit quin potius paulatim consumitur, & conteritur. Beatus Bernardus inquit scientiam sine charitate esse cibum indigestum, qui ob defectum caloris naturalis (qui est diuinus amor) corrumpitur, & non prodest. Arena per se solam nihil valet ad ædificandum, ideo oportet vt calci coniungatur, & misceatur sic enim astringit, & fortificat ædificij lapides. Scientia est arena, charitas vero est calx: atque ita scientia sine charitate est arena sine calce cum qua proximi parum aut nihil ædificantur. Qui plurimum salis edunt tumescere solent, & facies eorum denigrescit, atque terræ colorem imitatur, & alia plurima mala ex hoc ei sequuntur: si vero sal cum temperantia, & cibus admixtus ac inuolutus manducatur, firmam valetudinem efficit, ipsamque naturam à corruptione præseruat. Sic ille, qui plurimum salis sapientia sine virtutis, aut bonæ intentionis commixtione edere, & obtinere curat, superbia tumescit, & viene a hazerse mal acondicionado, & quod peius est, anima eius denigrata, deformis, & diuinæ maiestati odibilis remanet. Quo circa omni studio procuret homo sapientiam cum sanctis virtutum exercitijs prudenter commiscere, & ita ei utilis erit, & in anima eius admirabiles dispositiones ad perfectionem comparandam efficiet. Ex apibus addiscat homo, quæ mel efficiunt, & fabricant, & postea de ipso edunt aliàs enim morerentur: quando autem eis proprium mel deficit, alienum ipsis ad sustentationem defertur. Sic sapiens curare debet elicere commodum à sua sapientia, & quando ei hæc defecerit, aliena vt debet alios sapientes consulens.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

17 **Sapientia non sine labore acquiritur.**

**I**N Ecclesiastico dicitur. Qui addit scientiam, addit laborem. Hoc inquit Spiritus sanctus, vel quia sapiens literis operam dando plurimas ægritudines ipso studio acquirit: atque ita sapientes antiqui fictionem quandam fingeabant dicentes. Tiresias quia Minervam (quam gentilitas errore ducta Deam scientiarum celebrauit) nudam vidit, in poenam huius visionis cæcus remansit. Et exponunt fictionem hoc modo affirmantes quod homines literarum studiosi, & sapientiæ cupidi plurimas ægritudines comparabant & tandem potentiam visuam amittebant, porque el que procura de ver desnuda la sciencia; conociendo las conclusiones en sus principios, y fuentes, saltar  
 18 le ha la vista de los ojos, y acarreará otras muchas enfermedades: ideo ait Sapiens. Qui addit scientiam, addit laborem. Vel etiam hoc dictum fuit, quia quanto magis aliquis alios literis antecellit, tanto plures inimicos aduersus se erigit, qui inflammata inuidia eum vsque ad priuationem diuitiarum, honoris, ac vitæ persequuntur. Quapropter oportet, vt sapiens multa patientia armetur, & vel etiam in hoc verus sapiens esse cognoscetur. Nam (vt in Prouerbijs dicitur.) Doctrina viri per patientiam noscitur: non enim religiosa verba, non longa oratio, non ieiunia, non eleemosynæ (quanuis hæc clarissima virtutum officia sint) sed malorum humilis perpessio perfectam virtutem, & sapientiam declarat.

Ecclesi. 1.

Prou. 19.

19 **Sapiens qualiter in disputationibus se**

*vere debet.*

**O**bseruandum nimis est sapientibus mirum quodã exemplum, quod sibi ante oculos perpetuo in disputationibus proponere debent, in concertationibus quibusdam ortis inter duos illos sanctissimos viros, nempe beatum Hieronymum & beatum Augustinum, qui vt per emphasim aliquid dicam, non secus visi sunt calamis quondam decertasse, quam Cæsariani cum Pompeianis gladijs contenderunt. Verum enim uero, non vt nunc fit, contentionibus verius dixissem iniurijs, & contumelijs, depugnabant: sed potius vterque ita dicebat.

Exemplu.

bat. Faxit Deus optimus maximus, vt veritas ipsa nostræ dispu-  
 tationis elucescat. Si enim ego victus euadam, dicebat beatus  
 Hieronymus, etiam vincam: nam errorem, quo implicabar, su-  
 perabo, neque enim meam quaero, sed Christi gloriam. Idem  
 etiam dicebat beatus Augustinus. Multi se sapientes iactant, &  
 tamen de virtute parum curant cum tamen literæ ipsæ multo  
 magis reluceant in fundamento virtutis, & sicut Athenienses  
 (vt testis est Anacharsis Philosophus) pecunijs ipsis ad modum  
 gloriabantur, & eas sibi tantum ad computandum saepe, ac sa-  
 pius habebant: ita isti sapientes literas ipsas, & scientias solum  
 habent ad ostentationem, non autem vt inde meliores fiant, sed  
 solam sibi ostentationem studio habent. Cæterum quemadmo-  
 dum malum ipsum medicum per se quidem insuaue est: at ve-  
 ro si adhibeatur perdicibus aut huiuscemodi alijs ciborum lau-  
 ticis delectabilem quendam ingerit gustum: ad eundem mo-  
 dum scientiæ ipsæ, nisi virtuti admisceantur, & quasi condi-  
 mentum quoddam ab ea accipiant, insipidissimæ esse viden-  
 tur. Vnde supernus magister Christus Iesus dixit. Negotiamini,  
 dum venio: non dixit, studete, aut literas discite. (quamuis hoc  
 malum non sit sed bonum) sed negotiamini, hoc est, vt virtu-  
 tem ipsam complecteremur, sine qua quidem literæ non ad  
 modum videntur proficere.

B. Hiero. in  
 episto. quæ  
 incipit,  
 tres simul,  
 circa finē.  
 tom. 2.

Anacharsis

Stille.

Stille.

Luca 19.

### Sapiens qualiter sapientia vti debet.

Ad Roma-  
 nos 12.

**B**EATVS Apostolus Paulus docet quomodo sapiētes de-  
 beant sapientia sua vti, his verbis. Dico autē vobis per gra-  
 tiam, quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non  
 plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē. His  
 verbis sanctus Apostolus non improbat scientiā, aut augmen-  
 tum eius, sed eius abusum. Omnes ad studium scientiæ proni  
 sumus: nam (vt Philosophus inquit.) Omnis homo naturaliter  
 scire desiderat. Quanto quis amplius scit, tanto plus sciendi ma-  
 ius desiderium habet. Plato octogenarius mortuus est, & cum  
 iam iam morti propinquus esset de natura conquærens in hæc  
 verba prorupit. Ingrata natura, quæ tunc rapis homines, cū  
 sapere incipiunt. Cum ergo augmentum scientiæ accidat ho-  
 mini secundum appetitum naturalem, non prohibetur à san-  
 cto

23 Ad Apostolo, quia gratia non corrumpit naturam sed perficit. Quid ergo dicit in his verbis diuinus vir? Nempe vt vitemus abusum scientiæ, cum ait. Non plus sapere, quam oportet sapere. Quod perinde est, ac si diceret. O sapientes nolite abuti scientia, & cognitione diuinarum scripturarum, sed omni studio contendite sapere ad sobrietatem, vel iuxta sobrietatem, hoc est: Curate vti sapienter, & secundum rationem scientia vestra. Dupliciter potest sapiens abuti scientia, aut prædicans, & docens curiosa aut perniciofa. Tunc prædicat curiosa, & inutilia quando nullum fructum populus ex doctrina, quam prædicat, consequi potest. Alij, vt appareant literati, doctrinas perniciosas, & scitu periculosas conuersionantur. His Sanctus Apostolus inquit, non plus sapere, quam oportet sapere. Ac si diceret. Ne abutamini scientia prædicantes infructifera, & periculosa: sed sapite ad sobrietatem, hoc est, si quando huiusmodi materiæ contigerint, illis sobriè videlicet prudenter utimini. Quoniam autem Sacra scriptura multiplicem habet literalem sensum, vt ait Beatus Hieronymus his verbis: Margarita est sermo Dei & ex omni parte perforari potest, alia huius loci communis expositio est, quod loquatur hic Sanctus Apostolus contra præsumptuos, & sic exponit Diuus Thomas: est enim præsumptio confidentia in proprijs viribus sine recordatione Dei. Confidunt aliqui, se sua ingenij acie, & acumine posse sacrarum literarum myfteria penetrare, ac docere, & cum his loquitur Sanctus Apostolus eos inueniens, ne in suis viribus naturalibus confidant, sed vt sobriè sciant, ita vt omnem diligentiam præstantes præcipuam fiduciam in Deo collocent credentes, se absque fauore altissimi in plurimos defectus esse casuros. Illos vero, qui hac sobrietate non vtuntur solet Deus humiliare ipsos à potenti sua manu relinquens: sicut sancta Iudith his verbis ait: Præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. Quod Di. Petro contigit, qui eum apertam, & admirabilem illam reuelationem, & cognitionem habuerit, quod Iesus Christus erat naturalis Dei filius, & cum ab ipso de fide laudaretur, eique primatus ecclesiæ promitteretur quando ei summa veritas dixit, Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis: & ego

B. Hieron.  
in epist. ad  
Eustoch.

Iudith. 6.

Matth. 16.  
dico

dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo <sup>26</sup>  
 ecclesiam meam, ad tantam miseriam post ea deuenit, vt tam  
 graue scelus, quale fuit ipsum Deum negare, commiserit: sicut  
 B. Augustinus super illa verba, Infirmata est in paupertate vir-  
 tus mea, testatur dicens. Petrus vilis omnibus cecidit, quia præ-  
 cæteris præsumpsit. Hæc est iustitia contra præsumentes de  
 virtute, de scientia, & de alijs donis, quod Dominus humiliat  
 eos. In illa scelera à quibus aliquis, se longius esse arbitratur, sæ-  
 penumero Deus permittit, vt citius cadat. Hæc præsumptio ori-  
 tur vel ex appetitu honorum, vel ex appetitu diuitiarum: istæ  
 enim sunt duæ filiæ Loth quæ patrem suum inebriarunt: sic  
 isti duo appetitus humanum iudicium ad quodcunque facinus  
 committendum inebriant, & peruertunt. Vnde ex cæcatus est  
 Cæsar ita, vt diceret: Si violandum est ius, imperij causa violan- <sup>27</sup>  
 dum est: Et Virgilius ait. Quid non mortalia pectora cogis, Au-  
 ri sacra fames. Obseruandum est autem ex Beato Thoma, appe-  
 titum dominandi in prælatis spiritualibus esse peccatum mor-  
 tale. Sed dices. Ergo multi prælati sunt in statu damnationis?  
 Ad hoc respondeo quod illos, quibus prælaturæ datæ fuerunt  
 absque eo, quod ipsi eas procurarent credendum est ad ipsas  
 fuisse vocatos à Deo: quia vt inquit B. Paulus. Nemo sumit sibi  
 honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: & illi, qui  
 eas procurarunt, de sua præsumptione poenitentiam agant. Aliud  
 principium præsumptionis est obliuio Dei, y el pretender al-  
 guno su propria voluntad, y no la diuina en los bienes que tie-  
 ne. Cui, & alijs similibus D. Paulus inquit. Quid habes, quod nõ  
 accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepe- <sup>28</sup>  
 ris. Hæc etiam obliuio Dei inebriat hominem, cumque peruer-  
 tit, & quod deterius est, sicut Loth non sensit quando filia eius  
 surrexerunt, nec quando cum eo concubuerunt, ita & his pec-  
 catoribus contingit, quia (vt Beatus Augustinus inquit) Con-  
 suetudo peccandi inebriat ita, vt peccata aut parua, aut nulla ef-  
 se videantur: id quod experientia quotidie in multis peccatori-  
 bus comprobatur. Remedium igitur est, vt sapiamus ad sobrie-  
 tatem, & resipiscamus: nam B. Bernardus in quodam sermone  
 inquit. Sobria quidem sapientia est in poenitudine peccatorum,  
 in contemptu presentium commodorum, in desiderio futuro-  
 rum præmiorum.

## S A P I E N T I V M

## humilitas.

**I**N Exodo referunt sacræ literæ, quod cum Ietro socer Moyfi Exodi. 18.

videret ipsum generū suum solum iudicantem populum Israeliticum, qui erāt sexcenta millia hominum, ei dixit. Stulto laboro cōsumeris tu, & populus iste, qui tecū est. Ultra vires tuas est hoc negotiū, nec illud poteris sustinere: cōstitue tribunos, cēturiones, & decanos, qui iudicent tantummodo minora; & maiores causas ad te referant. Quibus auditis Moyse fecit omnia, quæ illis suggererat. Maxima ponderatione dignum est videre, quod cum

Sanctus Moyse esset Deo nimis dilectus, y fuisse el mas priuado Num. 12.

**S**i fuerit Propheta inter nos in visione apparebo, & per somnium loquar ad eum: at non talis, sicut seruus meus Moyse fidelissimus in omni domo mea, ore enim ad os loquar ei palam, & non per enigmata, & per figuras Dominum videt. Cum inquam, tam peculiaris amicus Dei esset, & ei altissima secreta ipsemet Deus reuelaret, quomodo illi negotium tam clarum, & ad gubernationem populi tam necessarium celauit, & operuit. Ad hanc dubitationem glossa B. Augustini duas reddit respōsiones, quarum altera sic habet. Videndum est, ne forte ibi voluerit Deus, ab alienigena moneri Moysem, vbi posset tentari superbia, hoc est, Constituit Deus, vt Sanctus Moyse non aduerteret ad id, quod omnes aduerterent, si eius munus, & officiū haberent, vt videlicet & ipsum præseruaret ab insolentia, & iactantia quam posset concipere, si omnia negotia recte gubernaret. Itaq; quādo Deus aliqua quæ sunt aperte prudentibus celat, maius beneficium illis confert quā si illa eis declararet: illud enim antidotum est, & theriaca contra venenum superbiæ. Solet enim venire, vt cum quispiam in naturalibus disertus, & in acquisitis valde literatus sit, tamē absq; culpa sua errat in negotio, quod si rusticus præ manibus sumeret procul dubio illud optime perficeret: & in hoc Deus illi magnum fauorem præstat, vt videlicet cognoscat quod cū clarissima erret, plura sunt, quæ ignorat, quā quæ scit, y al fin se conozca q̄ tiene mas

Simile.

Amos. 6.

Simile.

Ad Cor. 14

parte de ignorantia, que de sciencia, atque ita se humiliabit, & eos qui non tantū sciunt, minime contemnet, quin potius ipsos libentissime consulat. Ex hoc infertur, quantum Deus superbiam odiat & sic Propheta Amos inquit. Juravit Dominus in animam suam. Ego detestor superbiam. Idcirco permittit Deus, ut amici sui potius in aliquam ignorantiam licet sit ignominiosa, quam in peccatum superbiam incidant. Secunda responsio Beati Augustini est huiusmodi. Ab alienigena passus est Moyses admoneri. In quo admonemur per quemlibet detur consilium veritatis, non debere contemni. Impertinēs negotium est quod aqua necessaria ad irrigandas plantas veniat per fistulas, seu aquæ ductus aureos, vel luteos, Sic veritas recipienda est, siue per os adolescentis siue per os senis, siue per os literati, siue per os non literati veniat, atque ita magnus error est eorum, qui damnant sententias absque eo, quod prius eas examinent solum propter paruum autoritatem proferentis eas, hoc est, Es gran yerro de los que condenan los pareceres sin primero examinarlos solo por la poca autoridad del que los dize. Hoc Diuus Paulus ad Corinthios scribens increpat his verbis. Quod si alij fidenti reuelatum fuerit, prior taceat. Hoc est, Si quando congregati fueritis, spiritus Domini aliquam ædificationis doctrinam reuelauerit alicui, qui in ultimo loco ecclesiæ sederit, non ei ostendatis quin potius ille, qui loquebatur taceat licet honoris titulo prior sedeat. Et reddit rationem dicens. Potestis enim omnes per singulos prophetare, id est, Bene potest Deus loqui per os cuiuslibet vestrum siue idiota, siue literatus fuerit. Idcirco omnibus, qui in vestris congregationibus fuerint docti siue indocti loqui permittite. De hoc habemus exemplū in Sacerdote propheta Moysē, qui socerum suum loquentem libenter audiuit, ac consilium eius non contempsit, quin potius illud examinans videns vtile esse, executioni mandauit, nec superbiuit dicens. Ego quotidie cum Deo loquor: quare ergo gentilem hominem audiam?

Sapien-

## Sapientia mater est patientiæ.

**C**Um aliquando rogaretur Diogenes, quid tandem ex philosophiæ studio fructus retulisset. Hunc, respondit fructum reportavi, quod scilicet ad omnem fortunæ euentum præparatum, ac præexercitatum animū habeam, vel si vita ipsa in discrimen vocetur. Antigonus autem cum interfectum filium è medijs armis, atque prælio humeris reportaret, tantum abfuit, vt fleret, & tristaretur quin potius gloriaretur, quod filius tam gloriose occubisset. Cum vero aliquando (vt prodidit Maximus monachus author Græcus) quidam Socrati diceret, Athenienses sententiam tulisse de eius nece, & interitu, respondit, multo ante id naturam, quam Athenienses statuisse. Cumque iam iam cicuta propinaretur, & coniux eius magno fletu exclamaret, quod insons moreretur, & sine vlla culpa sua, magno quodā animo respondit: quid igitur quærebas, vt cum culpa morerer?

Scribit Aelianus lib. 5. de varia historia, quod cū Alexander videret quam constanti animo, & inuicto Calanus quidam Indus mortem inflictam toleraret dixit. Certe philosophus iste fortior me est, & acriores vincit hostes, ego enim contra homines depugno: ipse vero contra labores, & tormenta: ego mortales homines vici: ipse vero mortem ipsam superat.

Si autem plerique olim Philosophi, vel vt famam sibi propagarent vel vt commodius philosophiæ vacarent, diuitias spernebant, & vitam solitariam traducebant, ac deligebant, quid sapientes Christianos facere par est vt gloriæ cælestis digni efficiantur? De Xenocrate enim philosopho Scribit Valerius Maximus, quod cum aliquando magna pecuniæ summa ab Alexandro Magno ei offerretur, eo quidē consilio, vt sibi philosophi amicitiam conciliaret, responderit: se nolle amicitiam suam tam exiguo pretio vendere.

## Sapientia mater est humilitas.

**I**N prouerbijs inquit Salomō, vbi fuerit superbia, ibi erit contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Vnde ait Beatus Chrysostomus. Inter Sapientes sapientior est, qui humi-

Prouerb.ii

liore est Didymum Philosophum legimus hæc verba Alexandro<sup>38</sup> Magno dixisse, Paratus est Deus ad dandum tibi sapiētiam, sed non habes, vbi eam recipias, cum sis superbia refertus. Vbi communis editio in Psalmo iuxta translationem septuaginta habet: Firmamentum est Dominus timentibus eum, pro firmamento est in Hebraico, sed, quæ dictio arcanum significat. Quæ ratione ductus vertit beatus Hieronymus in hunc modum locum illum. Secretum Domini timētibus eū. Quibus verbis promittit Deus, se hominibus pietate, & humilitate conspicuis secreta, & arcana aperturū, quæ sanctæ scripturæ monumentis continentur. Ad huiusmodi homines respicit Deus, dicēs apud Esaiam. Ad quem respiciam, nisi ad pauperetulum, & contritum corde, & tremētē sermones meos? Vbi Septuaginta habent: super quem intuear, nisi super humilem, & quietum, & tementem sermones meos?<sup>39</sup>

Cū timor Dei sit sapiētiae principium, vt in prouerbijis dicitur, homines autem superbia imbuti a timore Domini sint alienati, aperte concluditur, eos non solum sapientia carere, sed ne eius quidem habere principium. Verba illa psalmi: Dixi iniquis: nolite inique agere, verti possunt ex Hebræo: dixi dementibus, nolite insanire, vel, vt ea transtulit Pagninus: dixi insanis, ne insanatis. Idem Verbum, & improbum significat, & insanum, quoniam omnes improbi insani sunt. Eos inferno cruciatus inducit liber sapientiae in hunc modum loquentes. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam. Et paulo post: Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Vbi aspicias apertissime impies omnes insensatos appellari. Id intuens D. Paulus in epistola ad Romanos ait. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicētes enim se esse sapien<sup>40</sup>tes, stulti facti sunt.

### Scandalum.

Omnia quæ habentur litera. E. titulo. Exemplū malum deseruiunt pro hac materia, siquidem malum exemplum, scandalum est.

# SCRIPTURA SACRA.

**B**eatus Thomas in prima parte optime definit, idque probat tum sanctorum patrum testimonij sturrationibus tanto viro dignis, scripturam sacram sub vna litera plures comprehendere literales sensus. Quod etiam ipsa scriptura diuina comprobari potest. Nam illum locum Prophetę Esaię. Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, vbi ad literã de Christo Iesu superno saluatore mudi loquitur. Beatus Petrus in prima Epistola explicat de langoribus animę. Pro eo enim, qd dicit Esaias, lagores nostros ipse tulit, ait Beatus Petrus. Peccata nostra ipse tulit in corpore suo super lignũ. At vero beatus Matthæus hũc locũ interpretatur de langoribus corporis, ait enim. Omnes male habẽtes curauit, vt adimpleret, quod dictũ est per Esaiã Prophetã dicentẽ: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Hinc manifeste colligitur vnũ, & eundẽ locũ sacre scripturę duos sensus literales habere. Origenes in quadã homilia inquit, sicut in nouissimis diebus Verbũ Dei ex Marię carne vestitũ processit in hunc mũdũ, & aliud quidẽ erat, quod videbatur, aliud, quod intelligebatur. Carnis nãq; aspectus patebat omnibus, paucis vero, & electis dabatur diuinitatis agnitio: ita & cũ per Prophetas, vel legislatorẽ Verbum Dei procedit ad homines non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic velamine literę tegitur, vt litera quidem aspiciatur, tanquam caro, latens vero intrinsecus spiritualis sensus, tanquam diuinitas sentiat.

Beatus Augustinus inquit. non sane omnia, quę gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa, quę aliquid significant etiam illa quę nihil significant, attextuntur. Solo enim vomere terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiã cætera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cætera in compaginibus organorum, quę non percutiuntur à canentibus, sed ea, quę percussa resonant, his

B. Thom. 1. p.  
q. 1. art. 10.

Esai. 53.

1. per. 2.

Matth. 8.

Orige. homi  
1. in leui.

Simile.

B. Aug. li. 10  
de ciuitate  
Dei. c. 2.

Simile.

cōnectuntur. Ita in prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant, & quodammodo religuntur.

B. Greg. epi-  
sto. 101.  
Simile.

Beatus Gregorius in quadam epistola ait. Sicut ex vno auro alij murenulas, alij annulos, alij dextralia ad ornamentum faciunt: Ita ex vna scripturæ scientia expositores quique, per innumeros intellectus, quasi varia ornamenta componunt, quæ tamē omnia ad decorem cælestis sponsæ proficiunt.

B. Basilius.  
Psalm. 111.

Beatus Basilius proemio in Esaiam inquit, si quis scripturæ obscuritatem accuset, is perpendat vniuersam rerum moralium ordinationem, mutis animantibus facilem ad vitam tuendam occasionem tribuisse, alimentum vero vitro præfens, hominem autem solum, nudum producens, rationem omnium illorum vice dedit, per quam artes repertæ sunt. Quemadmodum igitur in his opifex noster ne quaquam inuidens nobis, vitæ commoditates non passus est, eodē modo nasci, quo bruta, sed rerum necessariarū inopiam data opera addidit nobis, veluti ingenij exercitamentum: itidem in scripturis voluit esse obscuritatem, ad vtilitatem mentis humanæ primum quidem, vt his occupata à deterioribus auocetur. Deinde quo maiori labore res partæ sunt eo magis amantur, quæque longo tempore contingunt, constantius permanent.

Litera. L. titulo Lectio sacrae scripturæ inuenies  
multa ad hoc adnotata.

# PRO BEATO SEBASTIANO.

Psalm. 111.



In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit dicitur in Psalmo. Ideo memoriam iustorum delere non potuerunt impij tyranni, nec poterunt, imo quanto magis illos opprimere moluntur, eo plus clariores reddunt, velint, nolint. Quod haud dubie conspicuum est in Ioseph, quem fratres venderunt, & in Iacob, cui Laban, & Esau tot dolos paraue-  
runt

Psal. 72.

runt, nec non in Dauide, cuius gloriam & vitam superbus Rex Saul extinguere vehementer nitentur: Et denique in omnibus sanctis martyribus conspicua est hæc veritas, qui quidem quanto atrocius persecuti fuerunt tanto clarior apparuit virtus eorum, atque patientia & memoria eorum in æternum permanet. At contra de impijs scriptum est. Perijt memoria eorum cum sonitu. Et iterum. Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Dixerat autem paulo ante: velut somnium surgentium, hoc est, euanuit hominum foelicitas, tanquam somnium hominis expectati, cuius somnium fictitium quoddam est, & inane, quamuis delectare videtur dormientem. Hic imaginem appellat dignitatem, memoriam, & nominis claritatem, quibus rebus isti inflati pompaticè incedebant. Cum tamen ea res nihil aliud sit, quam vmbra mera, & imago vana. Sic alibi dixerat. In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Vbi sanctus Theodoretus inquit. Nihil fere viuentes homines differunt ab his, qui in pictura exprimuntur. Aequaliter enim & horum, & illorum natura tempore labitur, & corrumpitur. Veruntamen homines inuicem contendentes perturbantur, dimicantes, mercantes diuitias, & honorem sibi comparantes frustra. Nam vita humana omnis tempestate iugi, & fluctibus innumeris referta est ex se, quanto magis si homines quærunt, quo turbentur? Foelix ergo iustus etiam tribulationibus pressus: cuius memoria æterna & in benedictione est sicut beatus Sebastianus cuius patientia tam præclara fuit, vt omnes qui eius recordantur Deum benedicant. Obseruandum magnopere est quam merito euangelium hoc in hac celebritate huius viri sancti Sebastiani legatur, in quo dicitur, Gaudete in illa die, & exultate (scilicet quando oppressi, vexati & afflicti fueritis) ecce enim merces vestra multa est in cælis. Ipse enim pro nomine saluatoris ligno affixus, sagittis vulneratur, & tãquam emortuus relinquitur. Posuit me quasi signum ad sagittam, potuit martyr sanctus dicere: sed hæc omnia ne dum patienter, sed ouanter tolerabat, eo quod Christus Dñs instar Ionathæ tres sagittas miserat dilecto suo Sebastiano. Mittã tibi tres sagittas, dixit Ionathas S. David, quẽ vnice amabat. O sagittæ mirabiles, quibus sagittauit dñs cor huius fortissimi martyris. Nepe, fide,

Psal. 38.

Thren. 3.

1. Reg. 20.

Canti. 1.

Psal. 44.

Iob. 5.

B. Grego. li.  
12. mora,B. Tho. 2. 2.  
q. 83. art. 4.

& charitate, atque spe, viscera eius vulnerauerat Dominus, eā ob  
causam sagittas paruulorum existimabatiacula persecutorum.  
Vnde merito Diuus Augustinus aiebat, Sagittaueras tu Domine  
cor meum charitate tua. Et sponsa in Canticis clamat, secundum  
aliam lectionē. Vulnerata charitate ego sum. O nos foelices fra-  
tres, si nos quam primū his sagittis vulneratos sentiamus. O vul-  
nus delectabile, & omni dulcedine refertum. O signum vitæ no-  
stræ, sine quo statim animæ moriuntur. Sane vt corpus sine ani-  
ma perit, & vermibus scatet, ita mens sine fide charitate formata,  
omnem decorem, & pulchritudinem amittit, Mitte proclui ge-  
nu precamur Domine, mitte nobis tres has sagittas, fidei, charita-  
tis, & spei, ijs spiculis corda nostra vulnera, vt te solum amemus,  
te totis viribus diligamus, in te duntaxat posthac confidamus.  
Proculdubio sagittæ tuæ acutæ sunt, vt regius Psaltes testatur: it  
ideo populi sub te cadent. Adeo vt simulacris spretis, te Deum  
verum, & Redemptorem toto pectore adorent, & vnice ament.  
Vt hæc omnia pro voto consequamur hunc gloriosum martyre  
inuocemus, In libro enim Iob dicitur: voca si est, qui exaudiat, &  
ad aliquem sanctorum conuerrere. Enimvero tāquam in speculo  
ipsi in Deo, quo fruuntur, orationes, & cogitationes nostras san-  
ctas agnoscunt. Sic fufius recenset B. Gregorius in moralibus  
Petitiones, inquit, quas ad sanctos dirigimus voce, vel corde  
Deo manifestate agnoscunt, & ipsum pro nobis deprecantur,  
quod latius probat beatus Thomas. Quod etiam per pulchre  
beatus Hieronymus contra Vigilantium scripsit dicens. Si Apo-  
stoli adhuc in corpore mortali constituti, quando pro se debe-  
bāt esse solliciti, pro alijs orabant, quanto magis post coronas, vic-  
torias, & triumphos? Hæc dixerim fratres, vt pia vestra deu-  
tio indies augeatur erga beatum Sebastianum, nec non & in  
omnes Sanctos, quos tanti facere dignatus est Christus Iesus  
supernus rex noster, vt inter angelos exaltati ipsum  
facie ad faciem iubilantes videant at-  
q; eo fruantur.

SENE-

# S E N E C T V S V I T V P E R A B I L I S E T

perniciosa in peccatoribus.



Venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me (inquit propheta Ezechiel) & factus est sermo Domini ad me dicens. Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scādalū iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suā.

Heu, heu & millies heu, quot sunt hodie senes in populo Christiano, de quibus hoc potest etiam dici. Duabus rebus eorum scelera sanctus propheta exaggerat, & quod essent senes, & quod essent Israelitæ. Pari gradu scelestius est, & indignius peccatum senis, quam iuuenis: quoniam senex rerum experiētia, & sapientia præstat, & debet alios non solum consilio instruere, sed etiam vita, & exēplo. Incidens autē in flagitia, non solū obest, quod corrumpitur, sed quod corrumpit, plusque aliquando exēplo, quā peccato nocet. Ideo ait Ecclesiasticus. 25. Tres species odiuit anima mea, & aggrator valde anima illorum: Pauperem superbum diuitem mendacem, & senem fatuum, & luxuriosum. Quare est eius crimen grauius, & nonnūquam periculosius, quemadmodū apparet in avaritia, & cupiditate. Vt incendium periculosius est in veteribus ædificijs, quam in nouis; sic flagitium plus nocet in senectute, quam ætate efflorescēte. Primum igitur, quod istorum peccatum aggrauabat, erat, ætas secundum genus: erant namque filij Israelis quos Deus lege sua instruxerat, & ad terram promissionis adduxerat; & in summa amplitudine, & dignitate collocauerat. Hoc intelligens Jonas propheta, interrogatus a nauitis, quod scelus admisisset? Hebræus, inquit, ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo (Jonæ. r. c.) Non solum peccatū, sed peccati circumstantiam confitetur. Eam ob causam ait hoc loco Ezechiel propheta. Venerunt ad me viri seniorū Israel. Non ait, omnes seniores Israel, ne existimemus, omnes eos iniquos esse, sed indefinite, vt nonnullos intelligamus impios fuisse non omnes, sicut modo apud nos contingit.

## Senectus venerabilis & utilis si virtute sit prædita.

41

Simile.

**S**I senes in virtute profecerint sunt reipublice maxime utiles: Nam quemadmodum aqua infusa temperat vini ardorem, ita senes suis optimis monitis, atque consilijs impetus, efferatosque animos iuniorum comprimunt, contemperant, ac moderantur.

B. Cypria. li.  
de abu.

Beatus Cyprianus, lib. de duodecim abusioibus sæculi, abusione secunda inquit. Secundus abusiois gradus est senex absque religione, & sanctimonia: in senibus enim, quo magis corporeæ deficiunt vires, eo amplius spirituales augeri, renouari, crescere, atque corroborari deberent. Et certe quemadmodum illam arborem malam quodam modo iudicamus, quæ post flores nullum producit fructum: ita inter homines ille, qui post florẽ iuuentutis, nõ exhibet fructus virtutis, prudentiæ, modestiæ, &c. sumopere vituperandus videtur. Quid potest esse magis ridiculum, quàm quo tempore aures aggrauantur, visus turbatur, defluunt capilli, facies corrugatur, corpusque curuum efficitur; pedes torpent, pectus fit raucum & tussis molestat: tunc nihilominus homo interior sit intemperatus effrenis, & prauis affectibus, ac iuuenilibus adhuc intricatus, & plenus? Quid senẽ decet, nisi diuinis inherere mandatis, in Deique obsequijs occupari? Si iuuenis quidem mori potest, senex tamen diu viuere non potest.

Simile.

Idem ibidem inquit. Res est miranda quosdam senes in ipsius carnis motibus, & prauis inclinationibus, ætate tam prouecta, nequaquam senescere, neque in malitijs suis, & suspicionibus prauis. In ipsis enim prauis affectibus, & suspicionibus, quam faciles sunt, & quam loquaces: nihil eis venit in mentem, quod non foras statim effundant. Iustum plane esset, rationique maxime cõsentaneum, vt suæ ætati consuletes eã grauitatem, atque cõpositionem morum quantam veneranda deposcit ætas, præferrent. Alia multa in eodem loco poteris videre.

Exemplum.

Cum multi senes nihil aliud faciãt, neque alteri rei intendant quàm nimie cõpotationi, fit inde, vt & grauissimis succubant morbis & mille miserijs, ac subinde nulla alia in re quàm in murmurando tẽpus infumant. Nõ sunt plane, vt illi centum senes grauissimi, qui tẽpore Epaminondæ Thebanorum ducis floruerunt: qui cum Lacedæmonia inueniretur quindecim mille Thebani, qui urbẽ dolose cape-

re

7 re nitebantur, viriliter & gloriosissime resisterunt, vt refert Iustinus lib. 6. Græcus ille Themistocles centū & septē annos natus cū se iā morti vicinū cerneret, cœpit contristari, & dicere sibi molestū esse, quod tum tēporis è vita discederet, quādo sapere cœpisset: & certe ille multū profecerat, & tamē non erat adhuc contentus, tu vero quod senex sis omnia scire arbitraris. Plato etiā octoginta vnum annos natus, scribēs, legēsq; mortuus est. Similiter, & Socrates, qui vixerat nonaginta nouē annos: & hi quo seniores erāt, eo meliores sibi videbantur. Idē quoq; faciebāt Pythagoras, Democritus, Xenocrates, Zenō, Homerus, Simonides: quiquidē omnes tanquā cygni vrgēte morte suauius cecinerūt. Idē Sophocles, & Cato fecerūt. Multi autē non sunt huius opinionis, qui pœqui simulatq; prouectiore aliquāto etate grauātur, sibi amplius studendū non esse. statim iudicāt. Et hinc fit, vt relinquātur egeni, & pauperes, tum virtute, tum literis, consilio, prudentia, viribusq;, & reliquis fere omnibus, hæc omnia vide apud B. Hieronymū in epistola ad Nepotianum de vita clericorū, & sacerdotum.

8 Idem beatus Hieronymus in epistola ad Gerontiam viduā ait longioris vitæ spe, promissisque decipimur, nemo enim tam fractis viribus, & sic decrepitæ senectutis est, quin putet vnum se adhuc annum superstitem esse futurum.

9 Idē sanctissimus doctor in epistola ad Paulinū de institutione monachi inquit. Nobis ne suadeamus in canis tantū consistere sapientiā. Moyse præceptū est, vt senes eligeret ex his, quos nouerat esse senes, hoc est, cordatos, & sapiētes. Daniel puer erat sed senes iudicabat B. Paulus nouissimus in ordine quantus, quæso fuit in meritis.

### Senectus beneficium Dei est.

V Ita humana eo in sua natura perfectior est, quo in virtute diuturnior, & longiuior. Ideoque vitæ breuitas pœna peccati est, vt in psalmo dicitur: quoniam defecimus in ira tua. Et iterū. Quoniā oēs dies nostri defecerunt: Grandæuitas autē, & annorū multiplicitas inter benedictiones Dei inuenitur. Teste etiā B. Paulo sicut per annorū congeriē corpus proficit in peius, ita animus, id est, homo interior in melius. Ait enim ad Corinthios scribēs licet is, qui foris est noster homo, corrūpatur, is autē qui intus rest renouabitur de die in diē in agnitionem filij Dei. Hic obseruare poteris quanta bona animæ senectus afferat, propter quam

oras

B. Hiero. in  
epist. ad  
Nepo. 2. 1.

Deute. 16.  
Danic. 13.  
Actum. 9.

Pf. 39.

1. ad Cor. 4

Ps. 70.

orat David, **V**sque in senectā, & senium Deus ne de relinquant me. 10.  
**E**t sapientia Salomonis dubitat de vita viri in adolescētia, quod ti-  
 mens Regius vates petebat. Ne reuoces me in dimidio dierum  
 meorum. Valde ergo timendum est, quod cum senectus detur in  
 2 Gal. 102. remedium vitiorum, si quis in senectute adhuc malus existit ma-  
 nifestum damnationis habet signum. Hinc sanctus Daniel, cui-  
 dam seni dixit. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt pec-  
 cata tua. Nam ex sententia Alexidis est homo natura similis vi-  
 no, vt enim vinum nouum, item, & virum deferuescere necessa-  
 rium est, vt deinde ab omni malo defacatum confirmata iam  
 ætate moribusque compositis & repressis omnino importu-  
 nis affectibus, alijs possit consulere, & bonum exemplum præbe-  
 re. Sed quid erit de homine senio confecto, qui nondum sicut vi-  
 num deferbuit? Malum proculdubio signum est, cum plenus die-  
 rum, plenus etiam vitijs sit.

Danie. 13.  
Simile.

### Senectus est nuntius Dei.

Simile.

**S**enectus est quidam nuntius Dei, qui hominem admonet, vt  
 se præparet ad strictam rationem, quam post mortem coram  
 diuino conspectu redditurus est. El repostero de vn principe sue  
 le entapiçar, y adornar la casa por ocasion de alguna fiesta, y pas-  
 sada la fiesta buelue el mesmo a descomponerla recogiendo to-  
 dos los preciosos tapizes con que la auia adornado. Sic tempus  
 hominis corpus viribus, pulchritudine, & sensuum viuacitate cõ-  
 ponit & adornat, postea vero idemet tempus omnia disturbat, 12  
 idest el tiempo todo lo buelue a descomponer, y a quitar, hasta  
 que las paredes queden desnudas. In hoc ergo videbit homo fe-  
 stiuitates suas finitas esse, & dies suos consumptos, pues el tien-  
 po, que es el repostero de la naturaleza le tiene ya quitado toda  
 la tapiceria de su cuerpo, la hermosura, las fuerças, los dientes, la  
 claridad de la vista &c. En esto le tiene dado el desengaño de su  
 partida y muerte, aunque el miserable hombre, por mas que se  
 vea cercado de vezes no quiere caer en la cuenta.

Vna de las grandes penas, que Dios da a vna casa o a vna comu-  
 nidad es hazer, que no aya viejos en ella, porque en esto ay dos  
 males, el vno es, que mueren los hombres moços que es vna cosa  
 muy peligrosa. Ideo sanctus David maximo cordis affectu postu-  
 labat.

Psal. 102.

13 labat dicēs: Ne reuocēs me in dimidio dierū meorum. El otro mal es, que a donde no ay viejos, los moços viuen sin freno, y sin consejo, y sin experiencia. Simili flagello Deus sacerdotem Heli flagellauit, eo quod filios suos, vt decebat, non puniuit. Atque ita ei ipse Dominus dixit: Ecce dies veniēt, & præcidā brachiū tuū, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.

Seneca lib. de breui. c. 8.

Seneca libro de breuitate vitæ ad Paulinum inquit: Non est quod quenquam propter canos, aut rugas ex longo tempore contractas, putes propterea diu vixisse, nisi bene egerit, sed potius ille dicendus est diu fuisse, nam viuere in vitijs mors quædam potius est, neque enim eum dices nauigasse quem sæua tempestas à portu exceptum, huc, atque illuc dispulerit, sed is dicendus est potius diu iactatus. Cæterum cum quis sic ægrotat, vt periculum

Simile.

14 ei immineat mortis, tunc quidem ostendit quanti vitam faciat, præsertim cum videas tunc quam liberaliter bona sua distribuatur, & impendat ad salutem procurandam: ita etiam vitiosus tum demum in urgente scilicet necessitate vitam in melius procurat emendare, incipitque vere viuere, tanquam si antea non vixisset, quia male vixit. Sed interdum euenit, vt sero nimis id statuatur.

Simile.

Pro hac materia de senectute vide litera. C. titulo, Charitas, notabili penultimo.

# S E Q V E L A C H R I S T I R. N.



D Christū Iesum sequendū nos inuitare volens beatus Paulus in epistola ad Hebræos primo beatam Crucem, in qua passus est & mortuus extra Hierusalem, proponit. Et sanguinem pretiosum, quo sanctificauit, redemit populū suum, ac deinde doctrinam infert, quam prosequimur. Ait enim: Ie-

Ad Heb. 13.

sus, vt sanctificaret populum suum, extra portam passus est: exeamus igitur ad eum extra castra in properiam eius portātes. Extra ciuitatem trans figuratus est in monte, sicut in monte crucifixus

fixus: Quare ergo non vocat nos Apostolus ad eius glorificationem, & splendorem diuinum vultus eius, sed ad improperium crucis? Quia sicut oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, sic oportet nos compati, vt & conglorificemur. Extra castra ergo exeundum nobis est portantes eius improperium, non enim habemus hic ciuitatem inuentam. Quare Micheas Propheta ait: Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Quomodo autem sequendus sit Christus dominus nos docuit Eliseus Propheta, cui cum Elias magister eius diceret: Sede hic, quia dominus misit me vsque Bethel, Eliseus respondit, Viuit Dominus & viuit anima tua, quia non dimittam te. Et cum iterum Elias diceret ei: Sede hic, quia dominus misit me in Hierico, Iterum respondit: viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Et qui in vjs omnibus sui magistri est sequutus vestigia firmissimo animo, & immobili voluntate (quod in verbis, viuit dominus, & viuit anima tua, toties repetitis demonstratur.) hic inquam qui sequitur Eliam hæres fit duplicis spiritus eius. Non durum, aut difficile erat quod Elias Eliseo dicebat: imo quietem offerebat. Sede hic dicebat: Sed maluit Eliseus laborem itineris assumere, quam quietem sessionis, vt à magistro suo non separaretur. Nobis autem dicit dominus apud Mattheum. Si quis vult me sequi, denegat semetipsum. Quid homini est gratum, & sibi ipsi caro desiderat? Sedere, quiescere, ridere, somnum, risum, & epulas: hæc denegare debemus firmissimo animo cum Eliseo cor poris nostro. Sed vix nobis, qui, cum primo incipimus sequi dominum, & sanctimoniam, conuertimur ab eo, quod nobis traditum est sancto mandato, de quo Propheta Hieremias inquit. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium, &c. & verbum domini proiecerunt, & sapientia nulla in eis est. Aduersus quos Diuus Paulus in epistola ad Galathas ait. Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire: Ne simus, obsecro, sicut paruuli fluctuantes, sequamur Christum dominum supernum ducem nostrum quocumque ierit vsque ad crucem, & mortem, & postea sequemur ad resurrectionem, &

gloriam.

Sequela

## Sequela Christi. R. N. continua

oportet quod sit.

**O**portet familiare, & quotidianum, imo certe horarum singularum esse exercitiū nostrum in meditatione crucis Christi Iesu, si constanter crucem nostram desideramus vsque ad palatium, & coronam deportare, vt Beatus Paulus nos admonet in Epistola ad Hebræos dicēs aspiciētes in autorē & consummatorem fidei nostræ Iesum &c. recogitate eū, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis, vestris deficientes sed nihil minus certè est populo nostro his calamitosis temporibus, quam cogitare, quanta passus est pro nobis dominus Iesus, sicut docet Apostolus ad agonis constantiā: imo & prædicatores ipsi indecorum iudicant amplius, quam semel in anno de re hac disputare. O ingrata tempora o mores o mores, o nostram cæcitatem? Virium spiritualium aduersus omnes insidias diaboli, venam inexhaustam relinquimus, & ad riuos aquarum decurrimus: & vinam ad illos esset os nostrum. Thesaurum immensæ gratiæ, & diuitiarum abiecimus: nullusque est, qui recogitet corde de cruce domini sui, propter quod facile vincimur, pāsim, & omni loco deficimus, & exanimi facti superamur, vel modica tentatione circumuenti. Vt autem lex illa domini apud Marcum: Si quis vult me sequi denegat semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, intimis præcordijs infideat, vt regina, & regula actionum nostrarum inspiciendus est Christus crucifixus, & ita denegabit semetipsum. Si enim omnia pacatissima, ac regulata essent secundum legem spiritus, non esset, quod homo deberet negare semetipsum, sed B. Paulus ad Rom. 7. inquit, Video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantē me in legē peccati. Illa est concupiscentia nostra, quæ (sicut docebat beatus Iacobus) a gehenna inflamma tā incendit rotam natiuitatis nostræ, id est, cursum vitæ nostræ, qui veluti rota decurrit. In hoc fermento tota massa corrumpitur nostri corporis: corrumpit inquam oculos, manus, linguam, ventrem, & quæ sub ventre sunt tyrannica membra.

Hinc

Hinc etiam querimus fugientes laborem: horret homo lachry-<sup>22</sup>  
 mas, & multo precio emit risum. Verbum poenitentiae & ieiunij peregrinum est ei, & ignotae linguae: cum certe ad nutum car-  
 nalis concupiscentiae, etiam non desiderata sibi concedit. Videas  
 iam obsecro, nunquid conueniat nunquid expediat ad sequen-  
 dum filium Dei, & intemeratae virginis, denegare semetip-  
 sum & tollere crucem propriam, & recogitare, & mente habere  
 dominicam crucem. Tollere crucem suam est aduersa, tristitia, &  
 amara, sibi Dei dispensatione in hoc mundo superuenientia pa-  
 tienter tolerare, & etiam tollere crucem suam est idem quod  
 beatus Paulus inquit? Scilicet, Qui sunt Christi carnem suam cru-  
 cifixerunt, cum concupiscentijs. Crucifixerunt, hoc est, afflixerunt  
 abstinentijs, vigilijs, ieiunijs, alijsque poenitentijs. Non exi-<sup>23</sup>  
 git a nobis dominus Iesus impossibilia, aut iniusta. Difficilia ve-  
 ro sic: sed ibi gloriosior triumphus: fulgentior corona & magni-  
 ficum de reportata victoria praeconium. Quantum magnifica-  
 tus fuit adolescens ille Dauid aggrediens bellum aduersus illum  
 gigantem: non talis ac tantus esset de victoria triumphus, nisi  
 talis, ac tantus esset inimicus deuictus. Nec nimirum, aut plus iusto  
 a te requirit dominus pro tanta victoria, & tam magnifico  
 triumpho, quem aduersus carnem ieiunijs, cilicijs, flagellis, re-  
 portabis. Quid tibi difficile appareret, pro reportanda victo-  
 ria aduersus magnum principem, qui regi tuo esset infestissi-  
 mus, crudelissimusque inimicus? Non mille labores & sudores,  
 non mille noctes infomnes, non pondera armorum, non famis,  
 aut sitis difficulta tibi apparerent, qui totus gloriae, & coronae vi-  
 ctoriae intentus es.

1. Reg. 17.

Ad col. 3.

Agite ergo fratres dilectissimi, & ducem vestrum caelestem se<sup>24</sup>  
 quimini spoliantes vos (vt beatus Apostolus ait) veterem homi-  
 nem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur  
 in agnitionem. Quis est homo, qui antiquatam tunicam suam,  
 & pannosam liberter nolit pro alia noua, & pretiosa commutare.  
 Quam liberter, & celeriter exiit pauper tunicam suam veterem  
 pro alia noua. Non inquit sanctus Apostolus exenterantes,  
 vel euiscerantes, quae dolorem, & maximam angustiam signifi-  
 cant: sed expoliantes, & exuentes veterem hominem, quod ni-  
 hil durum habet, vel difficile, quod si carni tuae difficile & du-  
 rum est, sicut certe est: sit delectabile, & iucundum menti &  
 ratio-

rationi: quæ attēdere debet, quanti interest hæc facere. Quod inde fiet gratissimū, si exemplum, quod beatus Apostolus proposuit in doctrina hac, attente respexeris. Dixit enim. Qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum. Cum cognouerit homo, cuius imago est, ei, in quātum debet, & potest, nitatur afsimilari. Imago Dei est homo: qui totus obijt in deterius ex Adæ peccato. Venit ergo Dei filius, qui expressa, & perfecta imago patris est, & bonitatis illius: vt qui ex Adam foeditatem & turpitudinem contraximus (adeo grandem, vt vix cognoscatur, vtrum ad imaginem Dei conditi simus, an vero ad brutorum turpium, & carnalium similitudinem) ex Christi imitatione reformemur, & renouemur. Vt enim forma aliqua in tabulis depicta (ait beatus Athanasius) sordibusque aliunde superinductis obliterata, instaurari nequit, nisi eius præsentia adhibeatur, ad cuius speciem primitus tabula depicta fuit: Eodem modo vndecunque ille bonus patris filius, imago, & character patris, ad regiones nostras profectus est, vt hominem ad sui similitudinem factum denuo reficeret, & perditū condonatione peccatorum repararet, sit tibi ergo o homo imago vitæ domini Iesu in exemplum per singulas virtutes & per singulos dies, ad renouationem hanc spiritualem.

B. Athanas. II.  
de incarnatio  
ne verbi Dei  
fol. 44.  
Simile.

### Sequela Christi. R. N. eius adiutorio fit.

27 **M**agnus rapit ad se ferrum, deinde ferro illi à se rapto ita vim suam impertit, vt illud attrahat ad se alterum ferrum, & suspensum teneat: atque vt prius ferrum lapidi, sic alterum illi priori adhæret, quod beatus Augustinus de Ciuitate Dei asserit proprijs oculis vidisse. Vt igitur ferrum magneti vnitum habet magnetis affectum, ita Christi corpus sacratissimū à diuinitate assumptum habet affectus diuinitatis. Vnde ægrōtātibz diuinitus medebatur, & mortuos ad vitam renouebat. Tangens incredulus Thomas Christi latus fuit fide repletus, & exclamauit statim. Dominus meus & Deus meus, & videns Mattheum ad se traxit & alios peccatores, qui conuersi, suo bono exemplo alios mouebant ad Christi Iesu sequelam. Beatus Ioannes Damascenus vtitur hac similitudine. Vt ferrum ignem calefacit, &urit,

Si mile.

B. Aug. li. 21  
de Ciui. Dei.

Simile.

ut ignis. Sic Christi humanitas à verbo assumpta habebat diuinitatis effectus, & miracula ingētia passim edebat, quibus diuinam suam potentiam declarabat, & homines ad se trahebat.

Christus Dominus est qui in veritate dicere potuit. Tribulationem, & dolorem inueni. Alij enim homines labores non inueniunt, quia illos non quærunt: imo potius quo ad fieri potest fugiunt: illos deuitare conantur: ab illis se abscondunt: Et tamen velint, nolint, labores, & afflictiones illos sectantur, & cōprehendunt. Christus tamen Iesus tribulationem, & dolorem quæsiuit, atque illam inuenit, quem imitantur viri perfecti: tales enim sitim, & famem & nuditatem quærunt, & inueniunt: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc est, quod ipse ait. Qui vult venire post me tollat crucem suam. Quasi dicat. Nolo, vt alter illam super humeros eius imponat, sed ipse tollat illam. Quamuis enim impij, & Tyranni iustos persequuntur, & eos cruci affigunt: quia tamen hoc ipsi iusti optabant, & patienter, libenterque crucem sustulerunt, dicuntur ipsam tollere.

Beatus Augustinus libro de doctrina Christiana ait. O anima Christiana euigila, & si qua in te sit virtus Charitatis (quæ omnia sustinet) domini tui imitare vestigia, considera, quot millia martyrum tritam tibi fecerunt viam. Transierunt virgines, transierunt martyres, trāsierunt pueri, & puellæ, & adhuc times? Docet te ille, qui est via, veritas, & vita: via non errans, veritas non fallens, vita non deficiens: via in exemplo, veritas in promisso, & vita in præmio.

Beatus Bernardus inquit. Mundus clamat, ego deficiam? caro clamat, ego inficiam: diabolus clamat, ego decipiam? Christus vero clamat, ego reficiam, & tamen superba mens mea magis vult sequi deficientem quam reficientem.

### Sequela Christi R. N. in obedientia consistit:

Sequendus est Christus dominus per viam mandatorum suorum. Sed quia de ipso scriptum est: Exultauit, vt gigas ad currendam viam, oportet etiam, nos eum sequentes currere, sicut fecit, qui dixit. Viā mandatorum tuorum cucurri, cum dilata

31 *sti* cor meum. Ad hunc tamen cursum multa sunt, quæ nos impe-  
 diunt. Nam, vt experientia docet, tria sunt, quæ maxime iter  
 peragendum impediunt. Videlicet onus premens, æstus ardens, &  
 fames vicens. Nam qui onere nimio premitur ab incepto itinere  
 deficere cogitur, sic in sequela Christi Iesu R. N. Nullum autem  
 grauius onus in hoc itinere, quam peccatum (quod talento plum-  
 bi comparatur à Zacharia Propheta, & regius vates inquit sicut *Zacha. 5.*  
 onus graue grauata sunt super me) inuenitur. Si ergo vis super- *Pfal. 37.*  
 num ducem Christum Iesum sequi hoc onus necesse est, vt depo-  
 nas. Auicena primo canone loquens de regimine itinerantium do- *Auicena ca-*  
 cet, non debere aliquem iter agere plenum sanguine sed oportet *no. 1.*  
 prius corpus euacuare, ac mundare, & sic iter arripere. Spirituali-  
 ter ille dicitur repletus sanguine, cuius conscientia peccatis abun-  
 32 dat, nam peccatores viri sanguinū à Dauide appellatur. Oportet *Pfal. 5.*  
 ergo euacuare peccata, vt iter hoc perficere possimus. Secūdo im-  
 pedit inter æstus ardens, hoc est, concupiscentiæ ardor cor ex-  
 æstans. Auicena vbi supra docet iter agentes debere caput tege-  
 re à folis ardoribus; sic nos mentem, quæ caput est virtutum, te-  
 gumentis operire debemus, ne eam concupiscentiarum ar-  
 dores exurant. Nam licet in nostra non sit situm potestate  
 concupiscentias non sentire, possumus tamen non consentire.  
 ne talis calor ascendat super caput nostræ mentis, vt de nobis  
 dici possit illud Dauidicum. Per diem sol non vret te, hoc est *Pfal. 120.*  
 per diem vitæ nostræ. Tertium impedimentum est famis de-  
 bilitas. Auicena vbi supra dicit, iter agentem de nutrimen-  
 to præcipue debere esse sollicitum. Nutrimentum autem paucū,  
 33 sed bonæ substantiæ oportet esse, & abstinendum est præci-  
 pue ab alimentis, quæ humorem crudum generant. Quare cæle-  
 stis medicus de tali nutrimento in hoc itinere nobis mirabiliter  
 prouidet, nam sub specie panis, & vini corpus suum precio-  
 sum, & sanguinem in cibum, & potum fidelibus suis dereli-  
 quit, quatenus tali cibo iter hoc peragere, in cælumque pro-  
 perare possint. Vnde & viaticum appellatur, cum ad iter per-  
 agendum necessarium sit, est enim optimæ substantiæ, vt po-  
 te humanam continens naturam atque diuinam. Et licet Chri-  
 stus Iesus, qui in hoc cibo continetur, & nobis datur, sit ille gi-  
 gas, de quo in principio diximus, ille tamen gemitiæ na-  
 turæ sub specie modicæ buccellæ mirabiliter nobis ministra-  
 tur:

Ioan. 6.

tur est tamen multi nutrimenti, quia non solum corpus sed præcipue animam nutrit. Vnde apud Ioannem inquit summa veritas. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Qui autem hæc tria, quæ prædicta sunt obseruauerit, poterit Christum dominum sequi, & dicere, viam mandatorum tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum.

### Sequelę Christi Redemptoris nostri excellētia.

Ioan. 14.

**N**Vlla alia sapientia, vel prudentia, aut consilium melius esse potest, quam reliquis omnibus huius seculi obstaculis, & in 35  
plicationibus verum illud atque vnicū sequi iter, per quod summum bonum comparatur. Ad hoc nos ratio, prudentia, lex, cælum terra, infernus, gloria, vita, mors, iustitia, ac misericordia Dei vocat, & hortatur. Ad hoc etiam particulariter nos Saluator noster inuitat illis dulcissimis verbis, quæ apud Ioānem ait. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me id est per merita mea, & imitationem meam. Dic mihi ò homo quid quæris? Dices te vitam quærere. Quo modo vitam quæris: Si Christum redemptorem mundi, qui vita est, deseris, & Dæmonem qui infernalis mors est, sequeris? Si diabolus homicida est, si mortē infert, si est ipsa mors, quomodo vitam in domo mortis inuenire existimas? Nōne vides te ei similem esse, qui versus occidentem currit quærens rē, quę versus Orientē remanet: & ita quanto magis 36  
cogitat, se ad ipsam appropinquare, magis ab ipsa separatur? O te infœlicem, qui vt viuere possis, à vita fugis: quære ergo vitam in Iesu Christo, qui vera vita est. Sed fortasse dices, & insipienter dices opus esse iuxta mūdi regulas viuere, sic enim viuēdo multi etiā saluātur. O falsa philosophia, ò inanis opinio, ò infantia falso prudentia appellata. Animaduerte ò infelix, te omnino ruiturū si mundi regulas sequutus fueris. In libro Iosue legitur, quod cum filij Israel ex Aegypto venissent urbē Ierico, quæ eis terræ promissionis ingressum impediēbat, euerterūt, cumq; dux ipse Iosue præciperet, ne quis aliquid de vrbe sibi sumeret, sed omnia penitus destruerentur, non defuit qui hoc præceptum frangeret: nam Achan filius Charmi regulā aureā furatus est, propter cuius peccatum

Iosue. 7.

37 **C**atum totus exercitus victoriam amisit, & in prælio superatus est. Cognita autem huius victoria causa, Iatro interfectus fuit, & imperio Iosue lapidatus. Imperavit Iosue soli, ut non progredetur, cui cum sol obtemperaret, victoria de hostibus reportata est. Præcepit cupiditati ut sisteret, sed ipsa ulterius progressa est atque ita dux ipse victoriam amisit. Itaque obediuit sol, & non obediuit cupiditas. Admirabilis figura hæc est & digna quæ in animis nostris scripta reporteretur. Iosue typus fuit Christi Redemptoris nostri ut Beatus Hieronymus ait; sicut enim Iosue filios Israel in terram promissionis introduxit, sic verus Iosue Iesus Christus sectatores suos in terram gloriæ promissam intromittit. Et sicut Hierico ingressum in terram illam filijs Israel impediebat, propter quod oportuit ei bellum inferri: sic 38 alter Hierico videlicet mundus Christianis ingressu cæli impedit, propter quod oportet etiam ei bellum facessere. Sed quid obicere significat præcipere Iosue interficere Acham, eo quod regulam auream ex urbe Hierico furatus fuit, nisi ostendere nobis aperte, Deum præcipere, ut moriatur, & in inferno sepultus sit in æternum ille, qui regulam, & mores deprauatos mundi obseruaent? Libre nos Dios de la regla de Ierico, pues tan caro cuesta, y tan dañosa es. Merito igitur Diuus Paulus inquit. Nolite conformari huic sæculo sed reformamini in nouitate sensus vestri. Sequimini regulam Iesu Christi, & non sequamini regulam mundi, nec mores eius, que, aunque mas os parezca regla de oro, al fin es del mundo. Nihil magis impedimento est cani venatico, quo minus prædam insectari non possit, quam si spina pedi eius figuratur. A sí vna de las cosas, que mucho impide a vn hombre a seguir a Christo nuestro Redemptor, es el enclauarse las espinas que son los bienes temporales en los pies del alma, que son las aficiones. El hombre aficionado a los bienes deste siglo muy embarracado esta para este sancto seguimiento. Del diamante se dice por cosa cierta, que no trae a sí el hierro, que esta rociado con el licor, que se saça de los ojos aunque mas se llege a él. Ni tampoco el soberano diamante Iesu Christo, lleva tras sí a los que estan rociados con hedores, y ardores mundanos, porque impiden su virtud, y eficacia. Afferit Plinius aquilas cautissime attendere, & magna cautela animaduertere, ubi pedes collocent, & cauent, ne illos super lapides figant, ne videlicet vngues carum hebetentur,

B. Hiero. in  
epistol. ad  
Paul.

Ad Rom. 12.

Simile.

Simile.

Simile.

atque ita heberi, & contusi, atque contracti prædam capere ne-  
 queant. Sic Christianus, qui Iesum Christum, sanctissimam  
 prædā capere intendit, maximo studio attendere debet, vbi pe-  
 des videlicet affectiones suas collocet: nam si eos super lapides,  
 hoc est super creaturas, ponat facillimo negotio obtundentur: at-  
 que ita non erunt apti ad caelestem prædam capiendam. El hal-  
 con, que no es de casta quando sigue la garça abate sea los pe-  
 ces, que ella echa de la boca, pero el fino halcon no mira a cosa  
 alguna, sino a seguir la garça. Garça excelente es Iesu Christo  
 hijo de Dios, y de su boca cayeron bienes temporales, porque  
 los desprecio y enseñó a despreciarlos con su sancta doctrina, y  
 el justo no se abate a estos bienes, todo su intento es volar, y se-  
 guir a esta diuina garça Iesu Christo, lo qual no haze el pecca-  
 dor como poco aficionado a la virtud, porque luego se abate a  
 las cosas temporales, y con solos los peces se contenta: quæ-  
 rit quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi. O Deus, & Do-  
 mine omnipotens vnde nobis remedium ad tantum malum cui-  
 tandum, nisi à tua liberalissima manu proueniet? Igitur, si qui-  
 dem vnigenitus filius tuus dixit: Nemo potest venire ad me, nisi  
 pater meus traxerit eum, trahe nos Domine, & adiuua ad tan-  
 tum bonum prosequendum. Vapores à terra sursum ascendunt  
 sed nunquam profecto ascendent, nisi eos solis radius attraxerit,  
 hic enim vapores eleuat, & statim ad se attrahit: cum ergo om-  
 nes simus quidam terre vapor, tu Domine admirabili virtute tua  
 nos obsecro, eleua, & ad te attrahe.

simile.

Ioan. 6.

simile.

### Sequela Christi. R. N. eius virtute exercetur.

**F**ateretur sanctus Ezechiel, se vidisse ignem, & de medio ig-  
 nis quasi species electi. Est autem electrum genus quoddam  
 bituminis profluens ex faxis primo liquidum, postea vero ma-  
 ris frigiditate condensatum, quod ab Hispanis appellatur alam-  
 bre. Per hunc vero electrum bonitas, & virtus Christi Iesu sal-  
 uatoris nostri significatur. Vt enim electrum pateas ad se attra-  
 hit à terra, secumq; vnit, & amplectitur, sic Dei virtus nos ad se  
 allicit à rebus terrenis, nosque secum retinet, & adunat. Quid  
 essemus

simile.

43 **A**ffertemus absque diuinæ bonitatis favore, nisi paleæ in terra iacentes? Adhæsit pavimento anima mea, dicebat Regius vates: ac si diceret: Palea eram adhaerens pulueri: humi eram prostratus scelere oppressus: At tu Domine me attraxisti ad te, & vt pretiosam rem crexisti, & ad te ipsum eleuasti. Dicat ergo vnusquisque nostrum cum eodem propheta. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus bene fecit tibi. Vel vt potest conuertere ex Hebræo: quia Dominus reddidit te tibi. Ac si diceret. Cum tu o anima mea corpori seruies non erat mirum, eius quæsisse voluptates. At modo quoniam tua es, quoniam Dominus reddidit te tibi, non alienam, sed propriam quære voluptatem, quære requiem tuam, non corporis, non carnis, non mundi, quære Deum, oblectare in illo, ad eum confuge, in eo conquiesce, in eius amore & suauitate omnes molestias deponere.

Psal. 118.

44

### Sequela Christi quomodo ab apostolis operata fuit:

**E**cce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, dixit Beatus Petrus cū cælesti magistro suo in omnium Apostolorum nomine loquens. Vbi aperte docemur, quod ad sequendum solum Iesum Christum, & in eo vere corda nostra reponendum, oportet, vt ipsa a creaturis omnibus separemus, & abstrahamus. Nam amor Dei, & amor mundi non se in vno corde bene compatiuntur. Hinc quoddam valde notadum intelligetis mysterium, videlicet quæ sit causa, quare in canticis sponsus sese nimis zelotem suæ sponsæ ostendit: è contra veto sponsa maximum desiderium videtur habere, quod omnes sponsum eius maxime diligant, & ipse omnes magno amore prosequatur. Spōsus enim inquit. Hortus conclusus, sorsor mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus. **Cant. 4.** Quasi dicat. Annaduerte, o sponsa mea, te esse hortum cōclusū, cuius clauē nullus habet nisi ego solus: nemini, præter me, ad te ingredi licitum est. Tu etiam es fons signatus, ex quo nemo bibiturus est nisi ego. Es sicut liliū inter spinas, nullus enim te carpere potest qui pungatur. Deniq; tu mihi nata es, & nemo præter quā ego, te collecturus est. Spōsa autem de sponso suo ait. **Cant. 3.** Egredimini filix Sion, & videte regem Salomonem in diademate,

quo coronabit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die  
 die letitiae cordis sui. Exite omnes, & videte quam pulcher pro-  
 cedat, exite & omni animi conatu eu diligite. Quid hoc est: Spon-  
 sa zelos non ostendit, sponsus vero sic? Prepostere videbatur so-  
 re, sicut in mundo euenire solet: nam mulieres zelotypae sunt ho-  
 mines vero minime. Atque ita cum rex Alfonso aliquando (vt  
 refert Aeneas Sylvius) quendam virum sapientem (qui postea  
 Pius secundus pontifex fuit) interrogaret, quare pax inter con-  
 iuges haberi possit, in hunc modum respondit. Si mulier ceca fue-  
 rit & visus surdus. In quo significauit nihil esse, quod magis fami-  
 liam aliquam seu conjugalem domum inflamet, quam si mulier  
 zelotypa sit, & zelos patiatur, eo quod virum suum cum alia lo-  
 quentem videat. Dissensiones autem, & rixae manit ex eo oriuntur<sup>47</sup>  
 tur, quia petitiones, & importunationes vxoris suae libenter au-  
 dit. Quod cum ita sit, & experientia hoc quotidie comprobetur,  
 quae est ratio quare in Canticis vir zelotes ostenditur: mulier ve-  
 ro minime? Pro huius quaestionis solutione obseruare oportet,  
 sponsum ibi significare Deum, sponsam vero animam. Cum au-  
 tem zeli omnes oriantur ex eo, quod persona amata non soluit  
 amore, hoc est, los zelos nacen de ver que la persona amada no  
 paga con amor sino que pone la aficion en otro: y como el amor  
 de Dios sea infinito, por mucho amor que ponga en vna criatu-  
 ra no se le mengua su amor siempre le queda infinito para amar  
 infinitas criaturas sin perjuizio de vnas ni de otras. At vero hu-  
 manus amor cum sit limitatus & abbreviatus, vbi primum quis  
 alium diligit, vix ei remanet amor, quo alium diligit. Hoc aper-<sup>48</sup>  
 te conspicitur in homine auaro, qui nec vxorem nec filios nec  
 amicos plurimum diligit, nam amor eius in numis ac diuitijs con-  
 sumptus est. Hoc est; El auariento no amara mucho a su muger  
 ni a sus hijos, porque tendra gastado el amor en el dinero y en las  
 riquezas, potest hoc in alijs exemplificari. Quapropter licet san-  
 cta sponsa sciat sponsum suum Deum omnes diligere creaturas  
 non ab eo zelos exposcit: quoniam scit amorem Dei infinitum  
 esse, y aunque ame a todo el mundo no le faltara amor para ella.  
 At vero cum sponsus Deus sciat amorem humanum adeo bre-  
 uem, & pauperem esse vt si in alias creaturas diuidatur, sibi pa-  
 rum, aut nihil remanere ideo zelos ab sponsa postulat, & ait,  
 Hortus conclusus soror mea, sponsa. Hoc est. Animaduerte o  
 sponsa

49 sponsa, te esse meam, ideo amorem tuum in creaturas ne diuidas, in qua que es poco, y repartiendolo me cabra menos todo lo que ro para mi. Idcirco Apostoli dixerunt. Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Atque ita nos facere oportet auferentes amorem nostrum ab omnibus creaturis, & illum in solo Deo collocantes. Nam qui cor suum in creaturis (quæcumque illæ sint) reponit ipsæ illud ad se trahunt & miserum hominem absq; corde ad Deum diligendum relinquunt. Quocirca regius propheta inquit. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Perpédite, quæ so-  
 50 verbum illud, affluant, quo sanctus rex insinuat & significat diuitias, ac temporalia bona esse velut inūdationes aquarum & veluti torrentes aquarum, quæ maximo impetu labuntur: in quibus si tabulam ponas magna cum celeritate, ac vno momento  
 51 ipse eam rapiunt, ita vt illam amplius absque maxima difficultate & labore recuperare non possis. Sic diuitiæ, ac bona temporalia sunt, quibus sic cor per affectionem apponas, magno impetu illud ad se attrahunt, te sine corde remanente, sicut ille, qui dixit. Cor meum dereliquit me. Merito ergo ait regius propheta. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. In solo Deo cor reponendum est, & ipsum solum sequi, & amare debemus. Ad quod nos magnopere obligat videre quanta importunatione & perseuerantia a nobis id potentissimus Deus & infinitæ maiestatis Dominus exposcit: sicut significant dulcissima illa verba, quæ sponsus in Canticis ait. Aperi mihi soror mea, amica mea, quia caput meum plenum est rore & cincinnati mei guttis noctium. Vbi sumitur metaphora ab sponso flagrante amore sponsæ suæ, eamque maxima affectione & desiderio videre cupiente, que est a vna nocte y otra y muchas con perseuerantia requestando y llamando a la puerta de su esposa, padeciendo mucho frio en tiempo de eladas y lluias. Et ideo ait. Cincinnati mei pleni sunt guttis noctium, & non inquit. Cincinnati mei pleni sunt guttis noctis. O infinitum altissimi nostri Dei amorē, el qual le haze estar requestando vna alma muchas noc. sy muchos dias, vt sponsa cor suum ei aperiat, & in eo omnem suum amorem reponat. In  
 felix anima illa quæ ei aperire, ipsumque diligere non vult.

Psal. 61.

Cant. 5.

S I L E N T I U M  
M A X I M E I N S C R I P T U R A  
sancta, & in scripturis huma-  
nis laudatur.

Iob. 13.



Tinam taceretis, vt putaremini esse sapientes, inquit sanctus Iob amicis suis. Exquisita sane sententia, & quæ altiori semper animo reponenda esset, qua spiritus ille cælestis, & taciturnitatem commendat, & breuem, & compendiariam viam

demonstrat ad assequendum sapientis nomen. Stultus enim cum tacer, nihil prorsum à sapiente differt, quia sermo, & eloquẽtia aperta sunt indicia suæ stultitiæ, vt habet Salomon in Prouer-

Prouer. 17.

bijs. Sic Solon Philosophus ille sapientissimus in frequenti hominum conuentu, cum multa illis dicentibus ipse diceret nihil: rogatus à Periandro, vtrum quia stultus esset, taceret, an quia egeret verbis: respondit, neminem stultum tacere posse. Interrogatus aliquando Plato quo esset vtendum discerniculo, ad cognoscendum homines? Respondit, & homines & vasa figuli simili ratione probari: hæc quidem ex sono, illos vero ex sermone facile cognosci. Illud fuit apud veteres sapientes celebratissimum, nul-

Cicero.

lam esse faciliorem viam, magisq; compendiariam ad tuendam salutem, & honorem silentio, & taciturnitate. Marcus Tullius Catonis insigne illud reddidit testimonium, nunquam verbum emississe vllum, quod emissum doleret. Zenonis laus etiam præclara commendatur, qui cum regio legatos quidam Athenis conuiuium excepisset, conuocatis etiam philosophorum plerisque, cum (vt solet) multa hinc inde dicerentur, Zeno interim tacitus singula obseruabat, tunc legati festiuiter sublandientes, de te vero, inquit, quid regi renunciare iubet? Senem inquit, à vobis perspectum Athenis, qui inter pocula seruare silentium possit. Et denique, vt paucis dicamus, Pythagoram (vt Athenæus lib. 7. scribit) animantes quidem reliquas attigisse, verum moderate, quasdam vero immolauisse, pisces autem neque gustauisse omnino propter silentij rationem, nam silentium diuinam quandam rem existimabat,

4 ces vero prorsum sine voce animadvertuntur. Eiusdem rei argumento apud Poetas pisces elopes, quasi dicas, vocis inopes, aut sine voce, denique diuina apud veteres silentio semper celebrantur. In cuius rei argumentum illud etiam adduci potest iuxta versionem beati Hieronymi. Te decet silentium Deus in Sion, ubi nos habemus. Te decet hymnus Deus in Sion.

Psal. 64.

### Silentij modus.

H Vgo libro de duodecim abusibus claustrum inquit. Pone Ori meo custodiam, & ostium circumstantiæ labijs meis. Ostium dixit, & non murum. Si enim murus poneretur, loquendi licentia omnino negari videretur. Sed ostium ponitur, quod tempore, & loco clauditur, & aperitur. Est tempus, & locus tacendi, & loquendi. Aperitur itaque ostium hora constituta scilicet in claustrum lectioni, in capitulo confessioni, in ecclesia orationi. Iterum clauditur ostium in claustrum confabulationi, in capitulo contentioni, in ecclesia vanæ modulationi. Hæc ille.

Hugo. 1.

Psal. 140.

In prouerbijis dicitur. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. O miram sententiam, quis enim enarrare posset angustias, quas homo non refrenans linguam suam quotidie patitur. Item lingua sapientum ornat scientiam; os autem fatuorum ebullit stultitiam, recte autem ebulliendi verbo vultur Salomon, sicut enim aqua fontium perpetua scaturigine manat: sic ex ore stultorum stultissima, & inania verba iugiter scaturiunt.

Prouerb. 13.

Simile.

6 Linguæ moderationem, & silentium nos docet etiam Ecclesiasticus his verbis. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adulescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit, si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul, & quærens.

Eccli. 32.

Pro eo, quod nos legitur vt non loquatur os meum opera hominum, alij ex Hebræo verterunt. Quod cogitavi non transiit os meum. Hoc autem nemo præstat, nisi qui cor suum, & linguam suam, imo & seipsum sub se habet.

Silen-

## Silentium signum sapientia.

Simile.

**Q**uemadmodum flumen, quando lenius, & cū minori strepitu præterlabitur, ibi maiore profunditate habet, vbi vero grauem susurrum excitat, ibi minorem profunditatem habet, & minus aquæ continet: sic homo tacitus, & quietus magnā profunditatem, & magnā occasionem ad plurimas virtutes obtinendas & possidendas retinet. Qui autem loquax est, & plurimū loquitur minus scit, & minus sapit. Itaq; ignorātes maximū strepitum excitāt, & parū profunditatis habent: cōtra vero sapientes tene multa hō dura de profundas considerationes y poco sonido, referebant monachi de Abbate Agaton quod per triginta annos cōtinuos lapidē in ore portauit donec tacere didicit. Et de sancto Theodaua legitur per triginta integrorū annorū spatiū obseruasse silentium. Hic sanctus vir fuit pater, & prælatus trium millium monachorum, literis Græcis & Latinis sapientissimus extitit, & tamen tantum silentium, quantum hic refertur, obseruabat.

Cant. 4.

In Canticis sponsus sponfam collaudat dicens. Labia tua sicut vitta coccinea. Et hinc oritur, quod eloquium tuum dulce. O appositissimam similitudinem. Solent virgines capillos suos vitta ligare, & vincire, ne inordinate, & incompofite super humeros cadant & trahantur. Sic anima sancta labia sua diuino amore ligat ne cadat ab eis aliqua verba inordinata, & incompofita. Videbitis plurimos, qui labia sua ligant quadam vitta inuidiæ: nā, cum se se offert occasio laudandi quempiā, quem laudibus efferre debent, tacēt, & os suum vitta inuidiæ ligant: alij labia sua vitta pigritiæ ligant nolentes, sapientiā suam per segnitiam ignorātibz communicare. Alij labia sua vitta timoris puerilis ligant, id quod increpare debent in subditis suis non reprehendentes. At sponsus inquit labia spofæ suæ ligari vitta coccinea, vitta scilicet amoris, charitatis, & prudentiæ. Refert Diogenes Chilon Lacedæmonē saepe numero hac vsum fuisse sententia. Non committendum vt lingua animum præcurrat, id est, non permittendum est, vt quisquam loquatur quin prius, quid loquendum sit, cogitauerit. Huius rei appositissimum exemplū habemus in sacratissima virgine Maria, quæ audiens ab angelo saluberrimum, ac sanctissimum illud nuntium, priusquam loqueretur aut ei responfionem præberet, cogitabat, (ait sacer textus) qualis esset ista salutatio. Silentium

Diogenes.

tium

rationum utile est maxime, atque à pluribus philosophis cōmendatum. Nam Periandrus dixit: Audito multa, loquere pauca. Cleobulus. Audiendi, quam loquendi studiosior esto. Anonimus. Adolescentis scito esse audire quidem multa, loqui autem pauca prudentis. Zeno. Aures tibi ob id scito binas esse, & os unicum: ut plurima audiens, loquaris paucissima. Epaminondas. Audiendi potius, quam loquendi cupidū te ipsum præbeto. Omulus. Cum alienam domum ingrederis, mutus, ac surdus esto. Sasiades. Impera linguæ. Pittacus, lingua non præcurrat mentem. Cæterum ut loquacitas importuna, ita silentium importunum, & inconueniens reprehenditur à Cicerone cum dicit. Tacere noli, ubi non oportet, Cato Uticensis, Tum demum silentium abrupto, cum ea loqui poteris, quæ sunt indigna silentio.

## S I M P L I C I T A S ET S I N C E R I T A S C H R I - stiana in quo consistit.



**I**lle vere dici iustus potest, de quo verificari potest, quod sacra scriptura de beato Iobo inquit: ait enim sacer Iob. 1. textus. Et erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deū, & recedens à malo. Vir in principio appellatur, ut virilis animæ virtus insinuetur, Hebraice enim, isch, hominem significat præcipuum, virtuteque singulari præditum. Simplex primo appellatur, ut illum intelligamus alienum fuisse ab omni fallacia, & artificio simulationis. Hebraice pro, simplici legitur, thama, ac si dicas integer, perfectus minime vaser, aut versutus. Contraria ex contrarijs facile intelliguntur; qui sunt simplices intelliges, si qui sint versuti, & similes cancro mente concipias. Calliditas apud viros sapientes ut apud beatum Ambrosium Cancro persimilis est: Qui contra ostreum, causa voluptatis, fraudibus armatur: Vehementer enim delectatur eius P. Amb. lib. 5 Ex. sic. Simile. carnibus, sed quia difficilis est venatio, & periculosa, quia testis validioribus esca interior includitur, & mollitiem carnis auris quibusdam natura muniuit: vana sunt omnia tentamenta cancri.

cri. Et quia aperire ostreū clausum nulla vis potest, & periculoso-  
sum est, si eius chelas includat, ad argumenta confugit, & insidias  
fraude molitur. Explorat ergo, si quando ostreum reseret clau-  
stra testarū, vt libero aere voluptatem capiat: Et tunc clanculo  
calculū immittens impedit conclusionem ostrei, & aperta clau-  
stra, reperiēs, tuto inserit chelas, visceraq; interna depascitur. Illi  
ergo dicūtur callidi, & canero similes, qui in alienæ circūuētionis  
vsum semper irrepunt, & infirmitatem propriæ virtutis, astu sus-  
fulciunt, fratribus dolos vertunt, & aliorum pascuntur ærunimis.  
Simplicitas insidiari nescit alienis, nec auaritiæ facibus inarde-  
scit, nec alienam vnquam circūscribit innocentiam. Si iuxta La-  
tinam significationem legas, simplex, commendatur ingenium  
Job, à puritate & candore, quia nihil haberet admixtum,  
aut duplex, nihil cogitatis, aut verbis, aut actionibus sinuosum  
haberet, aut flexuosum. Sic accipitur à B. Paulo cum inquit. Al-  
tissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorū.  
Secūdo loco rectus appellatur. Rectus autem sanctarum scriptu-  
rarum more loquendo, is est, qui bene de Deo & de diuinis re-  
bus sentit, & iudicat. Nam curui modo huc, iam vero illuc incer-  
tis, & vanis opinionibus vacillant, tanti vero apud Dei tribuna-  
lia hæc virtus habetur, vt egregius vates diuino carmine bonita-  
tem Dei erga homines rectos decātet, & quasi admirabundus di-  
cat. Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Salutem  
etiam, & libertatem ibidē pollicetur rectis corde dicens. Qui sal-  
uos facit rectos corde. Loco adducto recti corde dicuntur, qui ne-  
q; prosperitate impiorum, neq; sua ipsorum infelicitate seducti  
male de Deo sentiunt, sed placet eis, quidquid Deus fecerit, sola  
verbi cælestis fiducia contenti. Integritas autē hæc, simplicitas,  
& rectitudo à timore, & cultu Dei nascuntur. Ideo postquam ef-  
fectus proposuerat, ponit deinde causam dicens; ac timēs Deum.  
Tali timore, & reuerentia, cum amore coniuncto, sancti patres  
Deum coluerunt. Vnde Patriarcha Iacob iurauit per timorē pa-  
tris sui Isaac. Et Moyses in Deuteronomio duo illa contingit, ti-  
morem, & obseruantiam præceptorum dicens. Vt timeas domi-  
num Deum tuum, & custodias omnia mādāta, & præcepta eius.  
Est ergo cultus Dei hic timor, cuius erat sanctus Job studiosis-  
simus. Nascitur autem ab hoc, & vera animi pietate. Sanctorum  
mentibus iuge illud studium abstinerēdi ab omni scelere, & flagitio

a. Ad Cor. 8.

Pl. 72.

Gene. 31.  
Deute. 6.

ob eamque rem statim subijcitur: Et recedens à malo. Hic est enim vnus ex præcipuis ac maximis pietatis fructus, vt timor ipse diuinus omnem nobis peccandi libidinem reprimat, illorum que est recessus à malo, quos neq; mors, neque vita neque angeli &c. à charitate Dei possunt separare.

### Simplicitas Christiana præfigurata fuit in veteri testamento.

**I**N exodo sic præcepit dominus. Altare de terra facietis mihi vel de lapidibus quos ferrum non tetigit: si leuaueris super eos cultum, polluetur. Quid, quaeso, religionis habent lapides rudes, & impoliti, quid ve pollutionis quadrati, & secti? Verum in lapidibus impolitis simplicitas designatur, quæ Deo maxime grata est. Vnde in Paralipomenone ait S. Dauid. Scio Deus meus, quod corda probes, & simplicitatem diligas. Cæterum quadrati lapides hoc habent quod superficies eorum externa, quæ spectantibus conspicua est, politur, atque quadratur: interna vero, quæ latent, rudia, & inculta relinquuntur. His ergo lapidibus homines duplices animo, atque item ea opera designantur, quæ fiunt, vt videantur ab hominibus, quæ coram Deo polluta sunt. Contra vero tales duplici corde homines, sunt illa verba regij Prophetæ. Saluum me fac Deus, quonia defecit sanctus, quonia diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde loquuti sunt. Phrasis est Hebræa, qua simulatio significatur, Quæ aperte reddidit Symachus, qui sic vertit: In corde aliud est, aliud loquuntur. Huc pertinet & illud. Diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Pro quo alij clarius verterunt: Leniora sunt butiro verba oris eius, & in corde eius est bellum. Quam sententiam, aliqua quoque similitudine, sanctus vir, repetit, & exornat, cum subdit, Molliti sunt sermones eius, super oleum, & ipsi sunt iacula.

Exod. 26.

1. Paral. 29.

Esa. 59.

### Sollicitudo sancta.

**Q**Omnia quæ habentur litera. D. titulo diligentia in virtute deseruiunt huic titulo sollicitudo sancta.

## S O C I E T A S.

Num. 11.



**I**N libro Numerorum dicitur : Vulgus promiscuum, quod ascenderet ex Aegypto cum filiis Israel flagrauit desiderio carnum sedens, & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait. Quis dabit nobis ad vendendum carnes? Recordamur piscium,

quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt pepones, porrique & cætera. Ex quo loco apparet, quantum vilium, & improborum hominum societas noceat, vulgus enim primum hanc flammam excitauit, qua, etiam filios Israel incendit.

Ad Cor. 5.

Vnde B. Paulus inquit. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Est enim natura mali potētissima. Nam cum ad malum omnes propter communis peccati morbum promptissimas, facile quo vis addito impulsu ad malum ferimur. Denique potentior est exigua aceti portio ad vini pretiosi dolium corrum pendum, quam illud dolium, & exiguam aceti portionem in vinum permutandam. Usque adeo vis destruendi quam construendi potentior est.

Ecclesi. 12.

Ideo Ecclesiasticus inquit. Quis medebitur omnibus, qui appropinquant bestiis? sic & qui comitatur cum viro iniquo. Et paulo post. Si communicabit lupo agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem? Quantum etiam societas improborum in ecclesia noceat, declarat sponsa in canticis cum ait. Nolite mirari, quod fulca sim, quia decolorauit me sol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Duas deformitatis suæ causas hic assignat: alteram carnalis concupiscentiæ æstum, quam solis nomine significat; alteram prauorum hominum societatem, qui pios prauis exemplis, & persuasiōnibus, & consilijs prouocant.

¶ Omnia quæ scripta sunt litera. C. titulo consortium bonum, & consortium prauum deseruiunt etiam huic materiæ:

affine ad

Spes

# S P E S, Q V I B V S O R N A R I D E B E T



**S**ICUT turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium: inquit sponsus loquens in Canticis cum sponsa. Rex Dauid inter cætera, quæ ad æternitatem memoriæ fecit opera, turrim extruxit in monte Sion, &

Cant. 4

altissimam, & egregie munitam, vnde possent hostes videri, totaque ciuitas commode tueri, atque defendi. Habebat arx propugnacula, quæ Hebræi eminentias vertunt, ex quibus cõmode etiã

2. Reg. 5.  
Paralyp. 11.

2 & turris ipsa poterat defendi, & arceri facile impetus hostium. Erat intra turrim copiosus apparatus armorum, tormenta omnia & machinæ bellicæ, ingens numerus clypeorum, gladiatorum, & hastarum, quæ iuxta priscorum consuetudinẽ partim exteriori turris parte pendebant, partim asseruabantur intus: & quæ pēdebant exterius arma præter hoc, quod regiam magnificentiam declarabant, ciuibus ingerebant audaciam, & stimulos ad bellandũ, & hostibus (vt credendum est) incutiebant terrorem, cum à longe intuerentur incredibilem armorum vim, & apparatus. Nihil profecto potuit adduci, ad exprimendam perseuerantiam in promissis Dei, aut commodius, aut venustius, quam collũ sponsæ turri illi comparare. Nam omittamus, quod turris ipsa tanto apparatu armorum fulta, atque munita hostibus erat quodãmodo inaccessibilis, sed ad insinuandam perseuerantiam istam colli mentionem fieri non potuit sine graui, & maturo consilio, nam cætera membra accepimus à natura in quamuis partem facile flexibilia, vt in motus à natura sibi destinatos nulla difficultate tenerentur: collum autem flexibile non est, nec circum actum mouetur, ne forte laxata vertebra animal interiret, ob eamque rem maiorem firmitatem artificis sapientia collo tribuit, quod in libro de vsu partium siue vtilitate significat Galenus. Iure proinde cum de perseuerantia hominis spiritalis circa diuina promissa agitur, colli infertur mentio. Proprium autem est, quemadmodum animalis hominis, promissa Dei, aut contemnere, aut ridere: ita etiam & hominis spiritalis omnem suam confidentiam, & spem

Galen. lib. de  
vtopartium

in diuinas promissiones rejicere: nescit animalis homo quæ sit ista spes perseverans, quæ egregia illa turri Davidis exprimebatur. Est autem hæc perseverantia in promissis Dei Christiano homini adeo necessaria, vt Beatus Paulus Apostolus nos omnes filios promissionis appellat, ad Galatas enim ait. Nos fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Et ad Ephesios aduersus gentes obijciebat, quod promissionis spem non haberent. Peregrini, inquit, & alieni à testamentis promissionis spem non habentes. Tota enim Ecclesia Christi ab orbè condito, & quicumque, qui spirituali homo appellari potuit, nunquam sine perseverantia in diuinis promissis pietatis aliquod opus efficere potuit. Quocirca Beatus Paulus illos vehementer hortabatur, vt perseverarent in Dei promissis. Ne rejiciaris, inquit, libertatem vestram, quæ habet mercedem retributionis magnam. Patientia enim opus est, vt voluntatem facientes feratis promissiones. Itaque voluntatem Dei exequi citra perseverantiam istam in promissis Dei nullo pacto possumus: effici autem beatos, nisi voluntatem Dei per omnia impleamus multo minus fieri potest. Est autem perseverantia ista, circa diuina promissa, effectus fidei, & gratiæ iustificantis, nam quæcunque Beatus Paulus fidei sanctorum tribuit ab orbè condito, hæc eadem perseverantiæ tribuit circa diuinas promissiones, altera enim ex altera nascitur, & sibi inuicem esse coniunctas necessarium est. Et vt ea, quæ de sancto Abel diuinus Apostolus in eodem capite refert, omittamus, ad sanctum Enoch accedamus, vt perspicuum fiat. Alius perseverantiam circa diuina promissa per similem fuisse turri Davidis. Potuisset sanctus Enoch de diuinis promissis, & providentia dubitare, nam iustum Abel ab iniquo fratre sciebat interemptum, qui tamen Deum honorauerat, quemadmodum postulat ipsa veræ religionis ratio, sed nec mors sanctissimi hominis potuit Enoch inertē reddere, aut pigrum efficere: non dixit. Quid opus est laboribus & periculis? Ecce Abel honorauit Dominum, funestaque fuit morte interemptus. Vbi sunt igitur diuinæ promissiones? Vbi cura tuendæ innocentia? Turris erat illius perseverans spes. Sed potuisset & ad turrim istam alius accedere hostis nō inius formidandus. Quid utilitatis accesserit Abeli interfecto ex supplicio fratris? Frater acerbam suscepit ultionem. Quid ad occisum? Nihil talecum potuit dimouere a perseverantia illa circa diuina

Ad Galat. 4.

Ad Ephes. 2.

Ad Heb. 10.

Ad Heb. 11.

Genes. 4.

7 diuina promissa, perpetuo enim secum cogitabat. Si Deus est, retributio sane erit, nec poterit non implere, quæ promisit. Quid sanctus Noe. Nonne eadem ipsa perseverantia immobilem, & inaccessibilem hostibus fecit instar turris David? Edoctus à Deo de rebus nondum præsentibus, adeoq; incertis de illius promissionibus nunquã dubitauit. Quis ambigat quin humana ratio, & animus humanus, vt est propter peccatũ & scelus, in diffidentia propensus illi suggeret: Heus tu nonne vides aeris serenitatem? Cæteros mortales voluptatibus ac delicijs indulgere? Nihil imminere periculi? Quid igitur metuis innudationẽ diluuij, & tãto pere diuinis pollicitationibus & promissionibus adheres? Nõ potuit hostis hic acerrimus turrim David expugnare, sed, diuinis promissionibus fidens vir sanctus arcã cõstruxit, quãuis à ceteris mortalibus demẽtiã, & stultitiã damnaretur. Quanta fuerit cõstantia, & perseverantia sanctissimi Abraham circa diuina promissa in multis locis literæ Sacræ eam laudant, & celebrant. Hostes expugnabãt turrim David cũ illi promitteretur Isaac homini senio confecto, & habenti vxorem vetulam, & sterilem, multo magis cum charissimum filium ad diuinum imperium occidere voluit, quibus ictibus pulsabatur turris illa, sed tandem impetus hostium sola perseverantia propulsauit. Hæc autem turris David ædificata est cum propugnaculis, & pendent ex ea mille clypei, omnis denique armatura fortium. Quæ omnia stabilitatem, & firmitatem spei iusti designant.

Genes. 12.

### Spes optima consideraione fulcitur.

9 **L**Oquens Diuus Paulus de Iudæis inquit. Nũquid offenderũt vt caderẽt? Absit. Cadere & perire idem sunt. Non offenderunt (ait S. Apostolus) Deum taliter Iudæi, vt omnino perirent. Quis vnquam tam grauiã peccata commisit sicut Iudæi? Et tamẽ inquit Apostolus, eos, non taliter peccasse, vt perirent. O infinita bonitas Dei, quã spem nobis præbes consequendi veniam peccatorum nostrorum si enim perfidos illos à te non expulisti, quem expelles? Quæ obsecro, teneritudo & pietas erit patris illius erga filium suum, qui de eo dicit. Non ita filius meus me offendit, vt eum licet me interfecerit odio prosequar? Iudæi Dominum crucifixerunt crudeliter, & immaniter morti tradiderunt, at ipse eos statim ad veniam inuitauit, & omnibus, qui

Ad Rom. 11.

ad ipsum conuersi fuerunt, pepercit. Ne igitur o peccator desperes, sed animum concipe tam admirabili pietatis exemplo, animaduerte id, quod sanctus Dauid ait. Expecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Quibus verbis te admonet, vt spes tua sit sociata cum operibus factis viriliter, id est cum fortitudine, & animo. Ne confidas in pœnitentia, quam alio tempore facere poteris dicens, Bonus latro in vltima vitæ suæ hora saluatus est, ego etiam, sicut ille saluabor. Comoaca dezimos. Por vn ladron pierden muchos el meson, imagino, que esto se puede en alguna manera dezir tambien por aquel bué ladron porque por ventura muchos perderan la posada del cielo por confiar, que seran como el, y que a la hora de la muerte haran penitècia como el, y se saluaran. Tu igitur non ita sis o frater, sed viriliter age, confortetur cor tuum & sustine Dominum. 11

## Modus quo consequatur quod homo Christianus sperat.

Ad Heb. 6

**C**Vpimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones: inquit Beatus Paulus ad Hebræos scribens. Ac si eis diceret. Quod vos docui, & increpationes, quibus vos increpauit, ideo feci, quia vehementer desidero, vt vos omnes nemine dempto negotia fidei tanquam rem nimis necessariam, & conducibilem omni cura ac diligentia susciperetis, vosque sacrosancti euangelij non solum zelatores sed etiam sollicitos ostenderetis, & hoc ad expletionem spei, hoc est ad consequendum id, quod expectamus, vitam scilicet, æternam. Nam si vos ipsos sollicitos, ac diligentes in Dei negotijs ostendatis, præmium, quod omnes expectamus, consequemini, ad cuius consequutionem necessarium est non vno anno aut duobus, aut viginti, sed vsque in finem perseuerare, ita vt non segnes efficiamini, ne defeciscatis, vel pigri, aut negligentes sitis. Proprium est pigri suspendere bonum opus, & hoc facit motus aliquo timore: incipit enim elemosynam largiri, & statim illud opus timore commotus, quod diuitiæ ei deerunt, relinquit: incipit ieiunare, & in finem non perducit pertimescens, ne vires ei deficiant,

13 ciant, ideo Sapiens ait. Dicit piger. Leo est foris: in medio platearum sum occidendus. Proprium est pigri allegare inconuenientia, & dicere. Si veritatem dico in hoc negotio, inimicos acquiram. Sino fauorezco a fulano, y no voto por el, aunque su cōpetidor es mas digno, pongome a peligro de caer del estado en que estoy. Non efficiamini segnes, animum, ac robur concipite ad resistendum malis, ac defendendum verticem, & ad protegendam virtutem. Ne sequamini exempla inconstantium, verū imitatores (supple efficiamini) eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones, sicut fuerūt Apostoli, & alij sancti viri. Obseruate, qualiter S. Apostolus fidem cum patientia coniungit: si enim patientia non sit, non potest executioni mandari id, quod fides docet, nec etiam perseverantia vsque ad finem esse poterit.

14 Possumus etiam dicere, quod patientia hic idem significat, quod longanimitas, que es anchura de animo, y sufrimiento no solo para padecer sino tambien para esperar lo que se pretende alcanzar. Duo sunt necessaria iuxta doctrinam Apostoli ad consequendum promissiones diuinas, scilicet fides viua (quæ ita appellatur, quia mediante charitate fructificat,) & tolerantia in patiēdo, & expectando id, quod Deus promissum habet. Sunt aliqui, qui, cum non videant præmium, quod Deus pro bonis operibus promittit, in bono opere non perseverant, pareciendoles que dan el precio de sus trabajos al fiado, atque ita in virtute incepta deficiunt. Ad semouendam autem hanc animi segnitiam sanctus Apostolus dicit. Non efficiamini segnes, &c. Ratio, ob quã plurimi non obtinent id, quod in suis orationibus postulant, est quia defeciscunt in Dei expectatione atque in bono incepto non insistunt. Postulat quispiam à Deo, vt ipsum à tentatione liberet, & cum videt Deum in concessione illius postulationis moram facientem, ipse expectare non vult, & ab oratione cessat, atque ita quod postulat nunquam consequitur. Idcirco Propheta Abacuc nos admonet dicens. Si moram fecerit expecta eum, hoc est, quando à Deo aliquid patieris, & tibi visum fuerit ipsum in eo, quod petis detineri, ne à postulatione desistas, sed spe in ea insiste, quia veniens veniet, & non tardabit, hoc est, fera su venida quando mas te cumple a ti. Hoc Sanctus David exemplo sui ipsius nos docuit, qui quanto magis cum Saul persequebatur, tanto maiorem spem habebat, se ab illa persecutio-

Prover. 22.

Ps. 135.

Abacuc, 2.

Psal. 39.

ne eripiendū esse: ideo ait. Expectās expectaui Dominum. Itē-  
 rū, atq; iterum Deum expectaui, & paciētiam habui in eo, quod  
 petebam, videlicet vt à manibus Saul me eriperet, & tandem  
 cum in postulatione non defecissem, intendit mihi, id est, po-  
 suit in me oculos suos, & exaudiuit preces meas & eduxit me  
 de lacu miseræ, hoc est, del golfo de la vida miserable en que  
 vinia perseguido de Saul. Hunc ergo, & alios sanctos nos Di-  
 uus Paulus imitari admonet, & vt simus imitatores eorum. Ad  
 maiorem autem confirmationem eorum, quæ dixerat, postquā  
 in exemplum adduxit Patriarcham Abraham (qui quoniā fir-  
 missimam spem in Deo habuit, obtinuit id, quod sibi ab ipso Do-  
 mino promissum fuit) addit. Fortissimum solatium habea-  
 mus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, &c. Qua-  
 si dicat. Habeamus firmissimum solatium, quia cum Dominus 17  
 infinitæ bonitatis sit, adimplebit id, quod promisit nobis, qui  
 confugimus ad tenendam propositam spem, hoc est, nos, qui,  
 quando affligimur ad considerationem æternorum bonorum,  
 quæ nobis promittuntur, & quæ magna fiducia expectamus,  
 confugimus ad tenendum scilicet in consideratione spem, id  
 est, præmium speratum: magis enim hoc verbum, spes, vide-  
 tur hic significare præmium quod expectamus, quam virtutem  
 Theologicam, sicut in Psalmo illo. Tu es Domine spes mea, id  
 est, præmium speratum. Et ait. Propositam spem, porque esse  
 præmio æterno nostiēne Dios puesto como por blanco, a cuya 18  
 consideracion hemos de affestar para aliuio de nuestros trabajos.  
 Idcirco ait Sanctus Apostolus firmissimum solatium habemus  
 quoniam confugimus ad tenendam propositam spem æter-  
 norum præmiorum, quam veluti anchoram habemus anima  
 tutam, ac firmam. Pro declaratione horum verborum obser-  
 uandum est quod anchora respectu nauis duos operatur effe-  
 ctus, efficit enim, vt ipsa nauis firma, & secura persistat: nam  
 cum anchora vsq; ad arenam descendat, nauem ipsam à periculo  
 submersionis propter violentiam ventorum liberam, ac secu-  
 ram tenet: ipsam etiam firmam tenet, porque estando la nao  
 presa de la anchora, no se ladea mas a vna parte, que a otra, y  
 todo esto procede de el assiento que la anchora haze en la arena,  
 o en alguna roca de mar. Sic spes æternorum bonorum effi-  
 cit, vt anima in hac vita secura persistat, & absque periculo sub-  
 mergen-

Psal. 90.

1. 2. 3. 4.

mergen-

19 mergendi se in voragine calamitatum, & laborum: nam ex illis omnibus se defendit hac recordatione, videlicet quod si tentationes superat, vitam æternam possidebit. Ideo Sanctus Apostolus spem appellat anchoram, quæ ipsum in fide euangelica conseruabat, quando amenazado, y requerido sopena de muerte, que dexasse la predicacion euangelica, dezia a sus enemigos: Tal dia me amaneciesse que muriessse yo por ella. Sci- 2. ad Cor. 5.  
 mus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis destruat, habemus aliam non manu factam æternam in cælis. Quasi diceret. El dia que assolare des esta casa de tierra, que es este cuerpo mortal donde mi alma viue, me recibira Dios en otra casa no hecha de lodo como esta, sino spiritual y eterna, que nos tiene aparejada en los cielos. Hæc igitur spes, quæ velut anchora animam firmam, & constantem habet, ne in aliquam  
 20 partem declinet, sed in diuino amore perseueret, hominem in prosperis à superbia seruat, & in aduersis à desperatione retrahit. Huic anchoræ adhærebat, & insistebat sanctus Iob, cum dicebat. Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Atque ita se ipsum in tribulationibus consolabatur dicens. Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Spes, quæ est virtus quædam in duobus similis est anchoræ, videlicet in securitate, & in firmitate: in vno autem differt ab ea, videlicet quod anchora versus profunditatem tendit, y haze presa en arena: at vero spes in Deum tendit, & efficit, vt anima in altum, hoc est in cælum ascendat: ideo de ea addit Sanctus Apostolus. Incedentem vsque  
 21 ad interiora velaminis, hoc est, spes transit, & penetrat vsque ad interiora cæli, id est, hasta lo interior que esta de la otra parte del cielo. Y en esto alude el sancto Apostol al velo, que estaua colgado en el templo, que diuidia al sancta sanctorum de toda la otra parte del templo, quo nemini nisi summo Sacerdoti ingredi licebat. Et per illum locum intelligitur gloria, in quam, non nisi qui fide & charitate cum summo sacerdote Iesu Christo Reparatore nostro vniti sunt, ingrediuntur. Ideo ait, spem vsque ad interiora velaminis ascendere. Quasi dicat. Spes efficit, vt iusti desideria sua in rebus temporalibus non collocent. Denique ait. Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus. Vocat præcurso- Iob. 2.  
Iob. 19.  
Leuitic. 16.

rem Iesum Christum, quoniam iuxta legem, quæ instituta erat, nemo in cælum ingressus est, quousque summus sacerdos Iesus Christus Redemptor noster illuc in die suæ sacratissimæ ascensionis ascendit, & hoc est, quod suis sacris discipulis significauit quando eis dixit. Vado parare vobis locum, vt videlicet cum sacri discipuli illuc pergerent, ianuam cæli apertam inuenirent.

### Spes impij.

Iob. 17.

**Q**uæ est enim spes hypocritæ, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? inquit sanctus Iob. In his verbis docet sanctus vir, quibus rebus impulsus innocenter, & inculpate vixerit, quod scilicet sibi satis exploratum esset, quam misera sit improbi conditio, in quastandem calamitates venturus, & quam tristes suorum conatum exitus habiturus sit. Hypocritam autem vocat hominem sceleratum, quod sua semper, quantum potest celat consilia, lucem fugit, tenebras amat. In Hebræo enim est, Haneph, quod sceleratum indicat. Ait ergo, Si sceleratus homo auare rapiat, & hoc modo multas acquisierit diuitias, quam spem (si sapiat) salutis suæ haberet debet, si Deus ei, quem habet pro hoste subsidio non veniat? Quasi diceret. Certe nullum. Alludit hoc dicens ad impij hominis rationem, quæ ea est, vt spem salutis suæ in diuitijs posuerit, quas significat esse fallaces, quia quando ei Deus in periculo posito auxiliatus non fuerit, nullum certe diuitiarum, licet amplissimæ fuerint, præstabunt auxiliū: id quod Christus Redemptor noster significat dicens in Euangelio fallaciā diuitiarum. Et B. Paulus scribens Timotheo, incertum diuitiarum. Et adiecit S. Iob. Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia? Cur enim audiet eum, qui semper erga illum hostili animo fuit, & qui non precatur eum dolens de offensa, sed tantum de poena, quam timet, aut patitur? Aut cur miserabitur eius supplicis orantis, a quo neglectus petulanter est? Aut cur Deus opem ferat ei, qui nullas vnquam in eo suæ posuit salutis spes? Ego annuntiabo iustitiam tuam: & opera tua non proderunt tibi. Cū clamaueris liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, & tollet aura, ait Dominus per Isaiam, id est. Liberent te ij, in quibus sperabas, a quibus auxilium petere solebas, qui tamen, licet auxiliatum veniant, nihil proficient, vt intelligas, quam infir-

Matth 13.  
1. ad Timot.  
6. c.

Isai 7.

25 ma nitebaris spe. Denique hæc poena diuinis oraculis impijs ho-  
 minibus instituta est, vt cum aduersa fortuna exagitentur, & in  
 magnis periculis verferentur, Dei subsidiū non impetrent, licet il-  
 lud multis precibus postulent, vt traditur in Prouerbijs. Quādo  
 venerit super vos tribulatio, & angustia, tūc inuocabūt me, & nō  
 exaudiam, mane confurgent; & non inuenient me, eo quod ex-  
 sam habuerint disciplinā, & timorem Dñi nō susceperint. Per  
 Isaiam ait. Et cum extēderitis manus vestras, auertā oculos meos  
 à vobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, idest: ijs rebus,  
 quas auare rapuistis. Inquit vterius. Aut poterit (scilicet ille scele-  
 ratus) in omnipotenti delectari, & inuocare Deum omni tempo-  
 re? Ille in Domino delectatur, qui in Deo spes omnes suas collo-  
 catas habet, & de eius patrocinio gloriatur, & eo fretus nullas vel  
 26 atrocissimorum hostiū timet insidias. Quod Propheta Abacuc Abacuc. 3.  
 declarat dicens. Ego autem in Dño gaudebo, & exultabo in Deo  
 Iesu meo. Deus Dñs fortitudo mea. Et ponet pedes meos, quasi Psal. 17.  
 ceruorum, ait. S. David. Qui ita se cū Deo gerit nullæ preces eius  
 irritæ sunt, sed eas Deus, si ex re eius sint, opportuno tēpore audit  
 Delectare in Dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Do Psal. 17.  
 mino viam tuam: & spera in eo & ipse faciet: ait etiam S. David  
 Cum ergo is sit habitus boni, & perfecti viri, quo pacto in scele-  
 rato inesset? Quare recte dicit; Aut poterit in omnipotenti dele-  
 ctari? Nulla certe ratione, sed in diuitijs, & alijs fortunę ornamen-  
 tis tantum delectabitur, à quibus semper subsidium sperauit. Nō  
 solum vero in omnipotente non poterit delectari, sed nec eum  
 inuocare omni tempore. Ille enim hoc facit, qui frequenter Deū  
 27 precatur, sicut etiam Christus Dominus docebat, quod oportet  
 semper orare, & non deficere. Et ille omni tempore orat, & in-  
 uocat Deum, qui vitam suam totam cum virtute colit: iactat nā-  
 que hic in Domino curam suam vt monet sanctus David. Quod  
 facit, vt Deus eum enutriet (vt promittit ipse. Sanctus Pro- Psal. 54.  
 pheta) id est, vt res suas Deus procuret sic vt in ater-  
 num non det fluctuationem iusto. Quare id fa-  
 cere non potest, qui vitam suam  
 totam sceleribus in-  
 quinat.

## Spei fundamentum.

B. Bernard.  
serm. 9. sup.  
qui habitas.

**B**Eatus Bernardus in quodam sermone ait. Tu es Domine spes mea: quidquid agendum, quidquid declinandum, quidquid tolerandum, quidquid optandum tu es Domine spes mea. Hæc vna mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio meæ expectationis, prætetendat alter meum, sustinere se iactet pondus diei, & æstum, ieiunare bis in sabbato se dicat, postremo non esse sicut ceteros hominum gloriatur, mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Et ibidem. Si mihi præmia promittantur, per te obtinenda sperabo: si insurgat aduersum me prælia, si sæuiat mundus, si fremat malignus, si caro aduersum spiritum concupiscit: in te ego sperabo

Beatus Chrysostomus ait. Cum nulla vsquam humani auxilij spes nobis affulget, ne desperemus, nec despondeamus animam, sed fidei anchoram arripiamus, & instrumentum spei iaciamus non quidem in mare, sed in cælum, & tempestatum procellis agitata nauis ab omni periculo liberabitur,

## Spes mater est patientiæ.

2. Machab. 7

Psal. 55.

Matth. 14.

simile.

**A**D spem potissimum pertinet patienter labores ferre. Cuius rei locupletissimum exemplum habemus in illa septem Machabæorum matre, de qua in secundo Machabæorum libro legimus. At mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore bono animo ferebat propter spem, &c. Talem etiam spem habere Propheta Regius testatur: propterea enim quod nos legimus: Ab altitudine diei timebo, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. In quacunque die territus fuero, ego in te confidam: alius vero vertit. In quacunque die timor inuaserit me, ego in te sperabo. Contra tamen alij faciunt, qui dum omnia tranquilla sunt sperare se in Deo prædicant: cum vero vis calamitatis ingruerit, spei protinus arina (quæ tunc vel maxime capere debebant) abijciunt, sic Beatus Petrus tranquillo mari super aquas ambulabat: eo vero concitato, timuit, & fiducia simul, ac vitæ naufragium facere cepit.

Spes præmij minuit vim laboris. Id intelligitur exemplo ca-

31 nis leporem per spinas, & tribulos acriter insequentis: qui spe præde illectus, spinas & vulnera non sentit, nec perniciosissimi cursus laborem. Quid ergo nos propter illam cælestem prædam, hoc est, panem angelorum facere par est?

## Spes quibus confortanda est.

**M**aximum spei incitamentum est cordi amoris pleno misericordiam Domini experiendo cognouisse: firmam enim spe sperat homo, illum profuturum qui frequenter alias profuit. Hinc illud ex Psalmo. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. quoniam non derelinques quærentes te Domine. Cognoscendi autem verbum hic vsurpauit sanctus Rex eo modo, quo Beatus  
32 Ioannes in Epistola, cum ait. Qui non diligit, non nouit Deum. Est enim hæc cognitio non informis, sed charitate formata: non hac sola, sed multis etiam diuinæ pietatis experimentis aucta, & confirmata: talis enim cognitio firmissimam parit spem. Pessimam vero spei contubernalis est mala conscientia, quæ animum in spem se se attollere volentem, velut in medio cursu reuocat, & ab alto deducit.

Psal. 9.

I. Ioan. 4.

Psal. 30.

Mirabile spei robur ostendunt illa verba regij vatis: Pro eo enim quod nos legimus: Esto mihi in Deum protectorem, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, vt salues me: quia petra mea, & monitio mea tu es, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Causam vero huius spei protinus subdit dicens. Ex  
33 altabo, & letabor in misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam nec conclusisti me in manibus inimici mei, statuisti in loco spatio- so pedes meos. Nihil ergo mirum, si qui hæc beneficia à Deo acceperat, tam firmum ab eo præsidium peteret, & expectaret, ex præteritis enim futura expectare didicerat, quod sanctis omnibus familiare semper fuit. Est certe valde mirandum, quanto- pere in literis sanctis spes, & fiducia in creaturis deiiciatur. Cur ita? Quia nimirum, quæ nos ad fidendum Deo causæ impel- lunt, eadem ad creaturis diffidendum hortatur. Speramus enim in Deo, quia bonus, quia misericors, quia diues quia potens, quia verax est: quorum nihil ferè in creaturis inuenitur. Propter quod merito

Psal. 145

merito Propheta Dauid monet. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum in quibus non est salus.

### Spes cordis confortatio

B. Augustin.  
sup. Psal. 41.

**B**Eatus Augustinus super Psalmos secum loquens ait. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Dño. Quasi vero responderit illi anima eius in silentio inquit. Quare conturbo te, nisi quia nondum sum ibi, vbi est dulcedo illa permanens? Nunquid iam bibo de fonte illo nihil metuens? Iam nullam scandalum pertimesco? Iam de cupiditatibus omnibus tanquã edomitis, victisque secura sum? Nonne aduersus me diabolus vigilat hostis meus? Nonne laqueos mihi quotidie deceptionis intendit? Non vis, vt conturbem te posita in sæculo, & peregrina adhuc à domo Dei mei? Respōdet ergo cōturbanti se animę suę, & quasi rationē reddenti perturbationis suę, propter mala, quibus abundat hic mundus: Respondet, & dicit. Sperat in Domino: interim (inquit) habita in spe, spes enim, quæ videtur non est spes.

### Spes veniæ vnde oritur.

Psal. 29.

**A**D spem veniæ nos ille versiculus incitat. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, hoc est, quia in me non est, cur mihi propitieris, sed cur magis irasci debeas: in te habes, vnde mihi propitius fias: in te est misericordia tua, & apud te est, sacrificium filij tui: quæ verè pœnitentibus salutem donant. Itaque (vt Beatus Augustinus ait) si ego Domine admisi, vnde me damnare possis, tu certe non amisisti, vnde me seruare possis. In certamine ergo conscientie, cum lex, diabolus, & sensus peccati nos accusant, adhuc versiculum confugiendum est.

### Spes à sanctis doctoribus maxime commendatur.

B. Augustin.  
Epist. 120.  
Psal. 27

**B**Eatus Augustinus in quadam epistola sic explicat illa verba Psalmi: spes mea ab vberibus matris meæ. Hoc est: tu me trãsilire fecisti ab vberibus matris meæ ad te tuamq; promissa, id est, vt à temporalium amore, quæ in vberibus matris meæ suxi, ad tua

- 37 tua transire speranda bona, ablaetasti me à temporalibus, & in æternorum spe educaſti me. Hinc eſt quod Beatus Petrus in epiſtola dicit. Regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Per gratiam regeneratur homo, & quaſi de nouo creatur, ſit enim noua creatura, vt Beatus Paulus ad Corinthios ſcribens ait. Vnde omnia de nouo ei conferuntur: nouam formam, nouas inſinationes, ac deſideria, nouas ac ſupernas cogitationes. accipit: inſormatur enim tota eius anima gratia, inſunditur ei cognitio fidei, ex qua ortum habet ſpes, quæ eſt noua inclinatio ad futura. Vnde oritur charitas, nouus amor, & maximus, ex hoc enim quod à Deo ſperamus tot bona in amorem prorumpimus eius, qui largiturus eſt. Loquitur igitur Beatus Petrus de ſpe viuâ, quæ eſt in omnibus habentibus gratiam, quæ impellit animam ad æterna, quia eſt fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. De iuſtis autem, qui ſpem viuam per gratiam, & charitatem habent, inquit idem Beatus Petrus, eos habere pignus hæreditatis æternæ videlicet ipſum ſpiritum ſanctum, de quo ſtatim ſacer Apoſtolus ait: In vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini. Viderentur germanius cohæreere omnia, ſi diceret. Benediſtus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regenerauit nos in ſpem viuam in hæreditatem incorruptibilem, conſeruata in cælis vobis. Sed altiori ſenſu Apoſtolus dicit, in vobis. Datius casus declarabat quibus erat conſeruata hæreditas in cælis: ſed cum inquit: conſeruata in cælis in vobis, exponit quomodo in ſinu ſanctorum eſt pignus, & arrabo, & ius ad regnum, & hæreditatem cæleſtem per gratiam, & inhabitantem Spiritum ſanctum in illis.
- 39 Beatus Chryſoſtomus in quadam homilia inquit ſuper illa verba: Induti toracem fidei, & charitatis, loco galeæ ſpem ſalutis. Quemadmodum galea principale membrum eorum, quæ in corpore noſtro ſunt, conſeruât, dum caput circundat, & vndique tegit: ita & ſpes cogitationem noſtram concidere non ſinit, ſed capitis inſtar tegit nihil extraneum in illam incidere permittens: donec vero nihil deciderit, neq; ipſa prolabitur.
- Beatus Auguſtinus in Pſalmum ait, ſpem iam in terram ſanctam tanquam anchoram præmiſimus, ne in iſto mari turbati naufragaremus: quemadmodum ergo de naui, quæ in anchoris eſt, recte dicimus, quod iam in terra ſit, adhuc tamen fluctuat.

1. Pet. c. 1.

2. ad Cor. 5.

1. Petri. 1.

1. ad Theſſ. 5  
B. Chryſ. ho  
mi. 9. in prio  
ri ad Theſſa.

B. Auguſt. in  
Pſalm. 44.

## 910 Spes vana siue præsumptio.

ctuat, sed in terra quodammodo educta est contra ventos, & 40  
tempestates: sic contra tentationes huius peregrinationis no-  
stræ, spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem facit nos  
modo arripi in saxa.

### Spes quo nutritur.

Ad Titum. 2.

**B**ona opera, quæ fecimus considerata spem iuuant. Ideo bea-  
tus Paulus ad Titum scribens ait. Sobrie, & iuste, & pie viuamus  
in hoc sæculo expectantes beatam spem. Vbi spem fundat  
super vitam sobriam, iustam, & piam. Vnde beatus Gregorius  
in moralibus ait. Cum opus crescit præmij fiducia proficit. Se-  
curus est de re, qui bonum pignus apud se habet: sic securi sunt  
de regno futuro, qui habent pignus: de quo beatus Paulus inquit.

2. ad Cor. 1.  
c.

Qui dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Virtus enim pig- 41  
nus, & arra est hæreditatis æternæ, de quo idem Apostolus ad

Ad Ephes. 1.

Ephesios scribens inquit. Signati estis spiritu promissionis san-  
cto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Quidam tamē codices cla-  
rius haberent, arra. Glossa vero ait: interest inter arram, & pig-  
nus: quia pignus quando datur, soluto eo, pro quo penitur au-  
fertur. Arra vero est, cum de ipso pretio datur aliquid quod non  
est auferendum, sed complendum. Virtus vel gratia est arra bea-  
titudinis, quia quædam eius inchoatio est. Et ideo iustis dicitur.

Lucæ. 18.

Regnum Dei intra vos est. Non solum autem regnū Dei dicitur  
esse in cordibus sanctorū, quia Deus in eis regnat, & arram regni  
habent, qua disponuntur, vt ei promptius obediant: sed etiam  
quia ipsi quodammodo regnant ad Dei similitudinem. Omnia  
enim & prospera, & aduersa seruiūt eis, & cooperantur in bonū. 42

### Spes vana siue præsumptio.

**P**ræsumptio vitium est virtuti spei oppositum per excessum,  
vt Theologi docent. Nempe cum quis sperat consequi beati-  
tudinem absque meritis, & gratia, vt cum quis vitij irretitus est  
plurimis, nec ab eis cessare intendit, & tamen sperat impavidus  
se saluū fore, quod si ab eo scisciteris quibus nā sanctis operibus  
fulciatur, vel cui rei tāta eius spes innitatur: respōdebit intrepidus  
se de Dei maxima misericordia cōfidere, qui latronē in cruce vno  
momento saluū fecit, cum totā vitā in furtis, & alienarū rerū ra-  
pinis expenderit. O insanam hominum mente corruptorū im-  
puden-

## Spes vana siue præsumptio. 911

43 prudentiam, qui ea, quæ summa, & specialia Dei misericordiæ priuilegia sunt, sibi absq; vllis meritis arrogare audeat, atq; id quod priuilegiũ, & illud specialissimũ est in vniuersalẽ legem extẽdere præsumunt, tanquam si lex omnibus statuta foret, vt quantum vis sceleratus fueris, totamq; vitã in peccatis expẽderis, tamen in hora obitus tui Deus misericordiã suã tecũ ostendet, sicut fecit cũ latrone in cruce. Si hoc ita verum esset, quis periret ad quid gehenna, & infernus, ad quid parata est ab heri Thophet, vt ait Esaias? Attende, obsecro, audacissime. Solent, qui in pingendi arte celebres, & strenui sunt graphicè, summaq; diligentia imaginẽ aliquã depingere, in qua summã suã sapientiã industriam aperiunt, eãq; ad ostentationem suã artis pro foribus suspensam habent, vt qui viderint, intelligant, quam metã delineandi figuras tanti artificis sapiẽtia attigerit: sed si ab eo petieris, vt tibi, vel alij eã iusto pretio vendat: respondebit vtq; se minime id facturum, quoniã illa pictura ad ostensionẽ suã artis delineata est, non vt venundetur alijs. Intus in officina mea inuenies (inquit) alias quam plurimas optimo artificio depictas, has eme, hãc, quæ ad memoriã meã industriã depinxi relinque. Sic nimirum Deus noster, vt ostenderet magnitudinem, ac diuitias misericordiã suã, atq; ad quantam celsitudinem ascendere valeat, quãdam singularissimã pietatis opera edidit adeo, excelsa, & insolita vt excellẽtia singulari inter omnes alias effulgeat: sed tamen talia opera ad ostentationẽ potius suã artis miserendi, quam ad hoc, vt omnibus cõmunia, & venalia essent, edita sunt, & hęc pro foribus suã sanctæ Ecclesiæ præfixit, à principio certè quando fundamenta iacere cœperat 45 valuas eleuare incepisset, à peccatrice repente septem eiecit demonia, in momento quẽ temporis ex lebetẽ phiala facta est. Matthæum ex publicano in Apostolum, & euangelistam suũ euexit. Paulus in ictu oculi ex persequutore effectus est vas electionis, aliosq; quã paucissimos inuenies tali, ac tanto priuilegio potitos, hęc enim non omnibus præuia sunt. Alia pro alijs remedia super sunt, nempe opportunè poenitere, præterita plangere, plãgenda iterum non committere, bonis operibus semper incumbere, hęc faciat, & saluus erit. Alia, quæ pro sui gloria fecit. Christus Dominus, (vt ostenderet, quam excelsam metam sua pertingeret pietas) illis numeratis relinque; vel alijs quam rarissimis certe. Vnde ipse Apostolus Paulus ad Timotheum scribens

## 912 Spes vana siue præsumptio.

scribens hoc idem de se ipso his verbis manifestat: venit Christus<sup>46</sup> Iesus peccatores saluos facere quorum primus ego sum, sed ideo misericordiam consequutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt in vitam æternam. Ad informationem, ait, hoc est vt ostenderet formam, & exemplar suæ pietissimæ misericordiæ, de qua nullus quantum vis peccator, dum viuit, diffidere debet, licet non omnibus talem misericordiam concedat, qualem & mihi. In quo voluit ostendere celsitudinem, & diuitias suæ copiosissimæ pietatis, quam effundere potest abunde in quibus sibi placitum fuerit. Fateor, quod in quacunq; hõra ingemuerit peccator veniam consequetur. Hæc lex vniuersalis est: sed quod omnibus, qui pœnitere de peccatis vsq; ad horam exitus sui protrahunt, talem influat pœnitundinem, incertissimum est, imo de his<sup>47</sup> maxime dubitat beatus Agustinus. Volo dicere quod licet Deus nulli quãtumuis facinoroso auxilium sufficiens denegat, quo se possit in Deum conuertere: tamen illud eximium, quod latroni tribuit, quam paucissimis elargitur. Iustus tamen sperat in morte sua, vt in Prouerbijs dicitur: quoniam iustitias Dei, dum viueret exquisiuit. Ideo cum Dauid potest dicere. Hæc facta est mihi (nimirum spes) quia iustificationes tuas exquisiui. Nam (vt B. Ad Rom. 5. Paulus ad Romanos ait) Patientia probationem operatur, probatio vero spem spes autem non confundit, idest non pudefacit, nimirum illa, quæ suis bonis operibus, quatenus ex gratia Dei<sup>48</sup> procedunt, confidit.

## Spes vana siue præsumptio.

Ezech. 12. Satis vana erat spes illorum, qui apud Ezechielem loquentes de Hierosolyma dicebant. Hæc est lebes, nos autem carnes. Quasi dicerent. Hæc ciuitas est lebes, seu olla, nos autem inclusa carnes in illa. Et quemãdmodum carnes conseruantur in olla vsque ad earum perfectam decoctionem, sic Hierosolyma nos conseruabit vsque ad extremam senectutem. Hoc dicebant illi, qui Dei Prophetis fidem nullam adhibebant. Fortasse alludebant ad verba Hieremiæ primo capiti suæ prophetiæ mandata, vbi ille Hierosolymæ afflictionẽ sub metaphora ollæ incensæ à Babylonia prouenientis prædixerat: in qua olla Iudæi igne calamitatum afflictĩ continerentur. Cũ igitur Hieremias Babyloniẽ vocaret

incen-

49 incensam ollam, quæ Iudæos affligeret, & cōcoqueret, aiebāt illi, non ita esse, sed Hierosolymam esse ollam, in qua illi erāt semper conseruādi. Ita potest intelligi locus ille Dauidis. Moab olla tpei meę, hoc est, spes mea conseruabitur in Moab. Nam ex Moab fuit Ruth, ex qua processit Iesus Christus verus mundi Redemptor secundum carnem, vt non solum ex veteri testamento, sed etiam ex euangelio constat. Sicut autem illi Iudæi fraudati fuerunt ab illa vana spe (non enim illis turris, & mænia Hierusalem profuerunt, quominus captiui ducerentur) sic multi hodie decipiuntur sperantes in diuitijs, & potentia sua.

Psal. 9.  
Ruth 4  
Matth. 11.

S P I R I T V S S A N -  
C T I F R V C T V S.



**L** N V M E R A N S Beatus Paulus fructus Spiritus Sancti in epistola ad Galatas à charitate incipit; vnde sequentes fructus digni Deo habentur. Fructus autē spiritus (inquit) est charitas gaudium, pax patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Et in epistola ad Ephesios describens fructus lucis ait. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Non existimet ergo homo, quod reddiderit Deo fructum dilectum, etiam si fidem habeat, etiam si in mille tētationibus inuentus fuerit fortis, etiam si virginitatem colat à pueritia, etiam si patiens sit, nisi habuerit charitatē, vnde virorem, pulchritudinem, & nectar dulcedinis cælestis cæteri fructus trahunt tanquam à radice.

Ad Galat. 5.  
Ad Ephes. 5.

Paruulus, cui amplum à parentibus patrimonium relictum est, pædagogus, ac tutore eget, non quidem propter indigentiam opum, sed propter bonum vsu. In earum; at viri iusti vtroq; nomine patrociniis, & præsentia egēt Spiritus sancti, non modo propter indigentiam gratiæ, sed etiam vt ea bene vtantur. Non defuerunt enim, qui gratiæ opibus à Deo concessis, ad superbiam abuterentur elatantes cor suum in decore suo.

In Proverbij, sonquit Dominus. En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Et alia translatio habet.

Proverb. 1

## 914 Spiritus sancti fructus.

Effundam spiritum meum. Quomodo loquendi ostenditur liberalitas, qua spiritus sanctus donatur, & qualiter clementissimus Deus desiderat, omnes participes eius fieri.

### Spiritus sancti die promulgata fuit lex euangelica, & multa mirabilia operata.

**H**Odierna solemnitas multorum mysteriorum est participes, sed illud est ex præcipuis, quod hodie promulgata est lex euangelica tanquam obligatoria, & reuocata sunt legalia. Duas legimus, præter naturalem, Deum instituisse leges, scilicet scriptam, & gratiæ, quarum prior in monte Sina fuit sancita, & postea per Moysen promulgata, altera in Hierusalem fuit hodierna festiuitate per Apostolos proposita. Inter has leges est aliqua cõuenientia, scilicet inter modum promulgationis, maximum tamen discrimen quoad affectus. In Exodo legimus tempore promulgationis legis scriptæ apparuisse in monte ignem, turbinem, nubem obscuram, vocem tubæ, & maximos clamores. Non nulla etiam huiusmodi signa præcesserunt hodie in promulgatione legis gratiæ: dicitur enim in actibus apostolorum quod factus est repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & apparuerunt dispartitæ linguæ tanquam ignis. Ecce conuenientiam in turbine, & igne: maximum tamen fuit discrimen in horum significatione, ignis enim olim tempore, quo promulgata est lex Mosayca insinuabat rigorem quo erant plectendi transgressores, turbo vero significabat difficultatem legis, nubes autem difficilem legis intelligentiam, erat namq; præsagium legis euangelicæ: sonus deniq; tubæ & clamores ostendebat multitudinem præceptorum. Ecce legis scriptæ effectus, audi modo B. Paulum ad Hebræos proponentem effectus promulgationis legis euangelicæ: ait enim. Non accessistis ad tractabilem montem, scilicet Sina, sed accessistis ad ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem celestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiã primitiuorum. Ac si apertius diceret. In die illa, qua lex euangelica promulgata est. Deus homines terrere noluit (id est non entroamēnando, nisi espātando) sicut in promulgatione legis scriptæ, sed potius tunc incepit magna dona, & beneficia hominibus cõmunicare:

Exod. 19

Actuum. 2, 6.

Ad Heb. 12.

6 munitate: nam illa die annumerati estis in numero cælestium ciuium, & hoc in ecclesia triumphanti, vbi coniuncti fuistis multitudini angelorum: hic vero in ecclesia militanti incorporati fuistis cum filijs Dei primogenitis, qui sunt Apostoli. Hoc re vera ita contigisse apparet ex his, quæ in Actibus Apostolorum leguntur, vbi dicitur, quod per prædicationem Diui Petri illa die ferè tres mille homines ad fidem conuersi fuerunt. Et his auditis ait sacer textus, compuncti sunt corde, &c. Hebræis cum sanctis Apostolis contigit id quod Patriarchæ Jacob cum filijs suis: sic enim dicitur in lib. Genesis. Filij Iacob nuntiauerunt patri suo dicentes. Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob quasi de graui somno euigilans, tamè non credebat eis: illi è contra referebant ordinem rei. Cumq; vidisset plaustra, & munera, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait. Sufficit mihi si adhuc filius meus Ioseph viuit: vadam, & videbo eum, antequam moriar. Sancti Apostoli filij synagogæ referebant Iudæis, Christum resurrexisse, ipsi vero quasi de graui somno euigilantes (qui statim vt è somno resurgunt perfectum rationis usum non habent) quando Iesu Christi Saluatoris mundi resurrectione audiebant, vt erat sine lumine fidei (id est, como est auan deslúbrados de fe) non credebant eis, hoc est non adhibebant fidem ijs, quæ à S. Apostolis dicebantur. At vero cū in sacro die pentecostes vidissent plaustra, & munera, quæ Spiritus sanctus in testimonium fidei super Apostolos misit, stupebant omnes, & mirabantur adinuicem dicentes. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt, & quomodo nos audiimus vnusquisq; linguam nostram in qua nati sumus? Hi sunt effectus, quos Spiritus sanctus in primitiua ecclesia operatus est: de quibus S. Apostolus inquit. Nō accessistis ad tractabilem montem, hoc est corporalem, & materialem sicut erat mons Sinay, sed accessistis scilicet fide, spe, & charitate ad ciuitatem Dei viuentis Hierusalem, &c. Et subdit statim. Histantis receptis beneficijs videte, ne recusetis loquentem, hoc est non resistatis Spiritui sancto, qui vobis interior loquitur, nā si id feceritis, cōtinget vobis id, quod Hebræis qui S. Moyse restiterunt. Si enim illi non effugerunt, scilicet ultionem, prout refertur in Exodo (narretur historia sacra) & propter resistantiam occisi sunt die illa viginti tria millium. Et addit Sanctus Apostolus, Recusantes eum, qui super terram loquebatur, id est, negantes

Actuum. 2.

Genes. 45.

1. Cor. 12. 3.

Exod. 32.

1. Cor. 12. 3.

Moysem purum hominem, qui loquebatur de terrenis. Multo magis nos: supple, puniemur, qui de cælis nobis loquentem auertimus: id est cōtradicimus, & aduersamur Christo, & spiritui eius, qui de cælis descendit ad nos, & loquitur cælestia. Videte ergo, ne recusetis loquentem: ac si dicat, Periculum ex alijs facite. Ex hoc malo, videlicet quia peccatores aures animæ claudunt spiritui sancto loquenti, oriuntur vniuersa mala. Longe aliter se habent filij Dei adoptiui, quibus Sponsus in Canticis in aures aureas promittit dicens. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Loquitur cum vnaquaque animarum iustarum, & ait, se daturum ei murenulas aureas, hoc est, cercillos de oro esmaltados, y guarnecidos con plata, que segun la glossa son doctrinas Catholicas hermosas con la eloquencia de los doctores. Quando anima aperit aures cordis in inspirationibus internis, & locutionibus externis sanctorum, magnum indicium est inhabitantis spiritus in ea. Hoc idem testatur Beatus Paulus ad Romanos dicens. Quicumque spiritu Dei aguntur, hoc est, los que se dexan guiar y lleuar del espiritu de Dios y no del spiritu de la carne, ni del spiritu de la soberuia, ni del spiritu de la codicia, &c. Hi sunt filij Dei. Quasi dicat. Hoc est signum quod filij Dei adoptiui sunt, non quod habeant certitudinem gratiæ, sed opinionem probabilem. Quid ergo superest, nisi vt accipiamus consilium Beati Pauli dicentis. Videte, ne recusetis loquentem viuet enim in vobis spiritus Dei, si præbuerimus assensum eius internis locutionibus. Loquitur etiã idem B. Paulus de inuisibili aduentu huius diuini spiritus in eadem epistola dicens.

Ad Roma. 8.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quod perinde est, ac si diceret, Fratres mei o Romani si in cordibus nostris charitatem, & amorem Dei habemus, hoc non ex naturalibus nostris viribus oritur, sed quia spiritus sanctus in cordibus nostris diffusus est. Pro maiori huius rei declaratione obseruanda est differentia, quæ versatur inter amorem Dei erga homines, & amorem hominis erga alium hominem: nam cum Deus diligit hominem ipsum efficit bonum, & præsupponimus illum non esse bonum: in hominibus vero è contra contingit: etenim hominem diligere alium hominem, nõ est ipsum bonum facere, sed præsupponit eum iam esse bonum, vt docet B. Thomas. His præhabitis S. Apostolus in his verbis: Chari-

Ad Roma. 5.

tas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quod perinde est, ac si diceret, Fratres mei o Romani si in cordibus nostris charitatem, & amorem Dei habemus, hoc non ex naturalibus nostris viribus oritur, sed quia spiritus sanctus in cordibus nostris diffusus est. Pro maiori huius rei declaratione obseruanda est differentia, quæ versatur inter amorem Dei erga homines, & amorem hominis erga alium hominem: nam cum Deus diligit hominem ipsum efficit bonum, & præsupponimus illum non esse bonum: in hominibus vero è contra contingit: etenim hominem diligere alium hominem, nõ est ipsum bonum facere, sed præsupponit eum iam esse bonum, vt docet B. Thomas. His præhabitis S. Apostolus in his verbis: Chari-

B. Tho. 1. p. q. 29. art. 2. in corpore articuli.

12 tas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, significare voluit quod si boni sumus amando Deum, ideo est, quia ipse nos bonos fecit diligendo nos ipsos, & hoc est, quod alijs verbis Beatus Ioannes in sua Canonica dixit. 1. Ican. ca. 4.  
 In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prius dilexit nos. At quid prodest Deum in nobis oculos ponere, si nos ei contradictionem facimus, & diuinæ eius voluntati rebelles sumus. Desiderabat Deus legem euangelicam in cordibus Israelitici populi plantare, & misit ad eos protomartyrem Stephanum, qui, postquam suum munus in prædicatione euangelica præstauit, cum videret parum fructus, qui ex illa ab ipsis Iudæis percipiebatur, eos reprehendit dicens. Actuum. 7.  
 13 Dura ceruice, & incircuncisi cordibus, & auribus: id est, o homines corde rebelles, & dissoluti, atque incorrigibiles, tam ad non audiendum auribus, quam ad non operandum voluntate illud, quod vobis Deus præcipit, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri. Bien pareceys a la casta de donde procedeys. Vos & patres vestri semper Spiritui sancto posuistis obstaculum, vt in cordibus vestris non operaretur. O quam multi hodie sunt Christiani, quibus hæc eadem verba dici possunt.

Pro resolutione huius materiæ dubitatur, quomodo Sancti Apostoli varijs linguis loquebantur? Alij dicunt, eos locutos fuisse in vno idiomate vel Græco, vel Latino, vel Hebræo, & quod vnus quisque audientium percipiebat eos sua lingua loquentes atque ita omnes dicebant. Quo modo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus, Parthi, & Medi? &c. At re vera hoc non erat loqui diuersis linguis, sed vna tantum lingua: & vt ait Caietanus, hoc potius esset miraculum aurium, quam linguarum. Ideo dicendum est eos locutos fuisse varijs linguis successiue videlicet Hebræis, hebraicè: Latinis, latine: Græcis, græcè.

### Spiritus sancti mirabiles effectus.

**D**escendit Spiritus sanctus super Apostolos in forma ignis, & fecit in eis id, quod ignis in rebus, quibus se communicat, operatur. simile. Experientia videmus linteum debitam munditiam non habere, quousque calor ignis illud purificat, & instar niuis

album reddit. Aqua, & cinis sunt instrumenta, quibus candidatur, ignis vero eis virtutem ad illam operationem faciendam prebet, atque ita semper ipsum linteum opus habet puritate, & munitia, donec ignis aquam, & cinerem quibus mundatur calefacit. Dominus sacros Apostolos plurimis aquis abluerat, verum tamen semper in eis aliquot imperfectionis maculae remanebant, quando autem eos de mundo elegit, ipsos aqua suae sacrae doctrinae lauit à maculis, quae eis ex hominum conuersatione, & communicatione adhæserant: atque ita eis dixit. Iam mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis, y contodo este y conauerlos lauado con su sangre sanctissima aun quedauan en ellos manchas de amor, y temor mundano. Diligebant caelestem Reparatorem non solum amore spirituali, sed etiam affectu humano propter suauitatem, & dulcedinem beneuolae, ac nimis attractiuæ conuersationis eius, & propter eximiam pretiosissimæ faciei ipsius pulchritudinem. Habebat etiam timoris imperfectiones, & erant congregati propter metum Iudæorum. Ut autem Dominus has maculas ab eorum cordibus euelleret, y para apurar aquellos varones Apostolicos hodierna die supernum illum misit ignem, qui est diuinus suus spiritus, cuius calore hæ maculae ab eis auferrentur, & ipsi omnino purificarentur. Ita hodie omnes spirituales absque affectione, & timore humano remanserunt. Proprium etiam ignis est commutare rerum sapes plurima enim insipida, & amara dulcia reddit, alia vero dulcia amara facit: nam lactuæ coctæ dulces redduntur: è contrapomum dulce, si in ignem mittatur, ibi amarum, & insipidum redditur. Esta est tambien la condicion del Espiritu sancto. Vnde etiam ei nomen ignis conuenit, que trueca los sabores, y gustos de las cosas: efficit enim, ut anima gustum, & saporem in cibis spiritualibus, & caelestibus inueniat, cibi autem terrestres ei amarissimi fiant. Quam amara est paenitentia homini sensuali, & quam sapida satietas & libertas, ac sensualis voluptas, sed Spiritus sanctus efficit, ut hæc omnia iustus abhorreat, & cum Apostolo dicat. Gloriamur in tribulationibus, & omnia arbitror, ut stercora. Quis hoc efficit? Spiritus sanctus, qui ignis est. Hic effecit, ut Beatus Iob diceret. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Sed quæro, si Spiritus sanctus ignis est, cuius natura est ascendere, quomodo

18 modo Spiritus sanctus, cum ignis sit hodierna die descendit in forma ignis super corda discipulorum? Hoc discrimen est inter ignem elementalem, & ignem cælestem, quem vocamus fulgur, quod ignis elementalis suapte natura semper ascēdit, & nūquam descendit, insuper semper calefacit prius corticem, quæ apparet, & prius id, quod exterius est, quam quod interius, imo & aliquando non penetrat id, quod interius est: at vero ignis cælestis videlicet fulgur, hoc est, el rayo, has habet proprietates: semper enim ad terram descendit, & id, quod interius est, prius inflammat, quam id, quod exterius: etenim cum enssem percutit, ipsum in pulverem conuertit, vaginam autem eius sanam, & velut intactam relinquit. Et cum Spiritus sanctus sit ignis cælestis, cumque in eius pectore diuinus amor regnet, hic amor ipsum ad terram trahit, & efficit vt humana corda penetret, atque id, quod in homine interius est videlicet animam liquefaciat, corpus, vt antea erat, relinquens.

Spiritus sancti sermo super epistolam.

**R**es quidem admirabilis est, quod dum Sacra scriptura agit de mysterijs, quæ Deus pro redemptione nostra operatus est, statim simul de finali iudicio agit. Per Esaiam Prophetam ait Dominus. Attendite ad me populus meus, prope est iustus meus egressus est Saluator meus, & Brachia mea populos iudicabunt. Ecce quomodo loquens æternus pater de incarnatione admirabili, ac de sancta natiuitate filij sui (quem saluatorē suum vocat, quoniā tantopere grauisus est, quod vnigenitus filius suus mundum saluaret propter singularem amorem, quo eum prosequeretur, ac si ipsemet saluatione egeret, & per redemptionem illius cælestis saluatoris saluus fieret) statim de iudicio, finali loquitur dicens. Et brachia mea populos iudicabūt. Sic etiam in Psalmo Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multæ ad literam loquitur S. Propheta de gloriosa resurrectione Iesu Christi Saluatoris mundi, in qua ipse ait. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra: propter quod cælum, terram, & insulas omnes inuitat, vt gaudeāt propter admirabilem triumphum, & gloriam, ac victoriam, qua Dominus resurrexit, & statim loquitur idem Psalmus de iudicio dicens. Nubes, & caligo in circuitu

Isai. 51.

Psal. 96.

Actuum. 1.

Psal. 46.

Actuum. 2.  
Ioel. 2

eius: ignis ante ipsum præcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Et in Actibus Apostolorum dicitur, quod ascendente Domino in cælos ecce duo viri astiterunt, qui & dixerunt. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum. Ecce quomodo loquēs Sacra scriptura de admirabili ascensione Domini loquitur etiam de aduentu eius in finale mundi iudiciū. Itē Regius Propheta inquit. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Vbi Titelmanus inquit addēdum esse. Et Dominus scilicet descendet in voce tubæ. Quo in loco sanctus David mysterium ascētionis Domini cum finali iudicio coniunxit. Et B. Petrus probans aduentū Spiritus sancti proposuit Iudæis, & citauit testimonium Ioelis Prophete dicentis. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt filij vestri & filia vestra, & iuuenes vestri visiones videbūt. Et postquam, locutus est de Spiritu sancto, statim loquitur de iudicio finali dicēs. Et dabo prodigia in cælo fursum, & signa in terra deorsum Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam venerit dies Domini magnus, & manifestus. O admiranda mysteria, & ineffabilia sacramenta! Quis adeo amens, & iudicij inops erit, vt existimet, non latere maximū mysterium in hoc, quod Sacra scriptura omnia mysteria redēptionis mundi cum iudicio finali coniungit! Quæ ergo causa huius rei esse potuit? Ad hoc respondeo immensum Deū in hoc voluisse, nos docere, quod hæc tot, & tanta mirabilia, quæ pro nobis operatus est, in extremo illo iudicij, & rationis die magis nos ipsos accusatura sunt, si ex illis commodum, & vtilitatem educere non curamus. Voluit etiā nos in hoc docere, clementissimum Dominum omnia hæc admirabilia operatum fuisse, vt per illa nos ipsos ab ira illius extremi diei eripiamus, & liberemus.

De hoc admirabili Spiritus sancti aduētu sic in Actibus Apostolorum dicitur. Dum complerentur dies Pentecostes erāt omnes pariter in eodem loco, & factus est repente de cælo sonus, tāquā aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Primum quod hic occurrit considerādum est, qualiter Spiritus sanctus super illos Apostolicos viros, qui non solum in vno loco, sed etiam amore, & charitate coniuncti erant, descen-

24 descendit. Nam de hoc diuino spiritu in libro Sapientia scriptum erat. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & corripitur a superueniente iniquitate. Ecce quomodo Sacra scriptura inquit, Spiritum sanctum fugere ab homine ficto, qui charitate, & sinceritate erga proximos suos non habet. Sed quid significat. Et corripitur a superueniente iniquitate? Per hoc simile intelligetur. Quemadmodum si vir religiosus alicui peccatori predicare, & persuadere vellet, ut iniurias illatas condonaret, ut alienum restitueret, ut a prava societate discederet, & ut amore creatori suo seruiret, ipse autem peccator ei diceret. Discede a me, & a domo mea, quia mihi molestus es. Atque ita eum a se cum molestia, & iracundia expelleret. Sic cum Spiritus sanctus ad peccatorem conuertendum venit, & ei ad cor dicit. Animaduerte o homo, te in infernum tendere, reuere ad me, relinque peccata, in quibus versaris, ante quam mors te cum illis apprehendat: animaduerte nunc tempus ad remedium tibi esse opportunum: si ipse peccator infelix, & induratus non vult se conuere, nec ad diuinas inspirationes attendit, hoc est velut quaedam reprehensio, & iniuria, quam Spiritui sancto facit. Haec igitur inobedientia, & resistentia peccatoris est superueniens iniquitas. O terribilem, & diabolicam nequitiam. Miradonde llega vn peccador obstinado, que se diga del que reprehende al Espiritu sancto. Ponderad esto hermanos en estos pechos Christianos: porq̄ no ay palabras, que le puedan dar deuido encarecimiento. Et ait praeterea sacer textus. Et factus est repente de caelo sonus. Inquit fuisse factum magnum strepitum, ad instar vehementissimi flatus, vel procellosi venti. Quid hoc est? Quomodo Spiritus sanctus, qui spiritus quietudinis, & tranquillitatis est, hoc modo venit? Quando Helias erat in monte Oreb, ibique aduentum Dei expectabat, inquit sacer textus. Spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum transijt: Non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus aurae tenuis, ibi Dominus. Si igitur Dominus ibi venit in aura leui, & tenui, quomodo hic venit in sonitu spiritus vehementis? Ad hoc respondeo quod ad significandam vehementiam, & efficaciam quam in illis sanctis viris operaturus erat, voluit hoc modo venire. Ille autem sonitus, & strepitus vehementis non terreat, quin potius corda audientium consolabatur. Quando

sapient. 1. c.

simile.

3. Reg. 19.

simile.

tiran y disparan gruesa artilleria cōtra vna ciudad, q̄ se combate<sup>27</sup> gran pavor, grima y espanto pone entonces oyr aquel ruydo de los tiros: pero quando juega la artilleria en vna fiesta en vna entrada de vn Rey, o en otro caso semejante, entonces no espanta aquel estruendo, sino consuela. Ita proculdubio in aduētū huius superni, & sanctissimi spiritus euenit: nam strepitus, & sonus ille lætitiā, & non pauorem in cordibus audientium causabat.

Et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Cur venit Spiritus sanctus, quando sacri discipuli erant sedentes & non quando erant genua flectentes? Respōdeo quod vt intelligerēt homines nō esse essentialē, aut necessariū, genua flectere, vel aliam corporis dispositionē habere ad diuina dona recipienda: non quod adorationem, & orationem flexis genibus non esse faciendā asseramus, sed quod non cogitetis, que por estar de rodillas cūplis con<sup>28</sup> lo necesario a la oracion. Tunc enim Deus vobis spiritum suum communicabit, quando cor vestrum, & voluntas vestra volūtati eius cōiuncta, & prostrata fuerint, y en el estar de rodillas, o asentado puede hazer cada vno en el rincón de su aposento cōforme a su posibilidad, aunq̄ es verdad que la disposicion humilde del cuerpo mucho combida y despierta al alma a deuocion. Histamē omisis per hęc verba: vbi erāt sedentes, intelligo id, quod in nostro communi loquendi modo dicitur, id est, vbi erant quieti, & tranquilli, & non discurrentes in vnam, & aliam partem: atq; ita eis Christus Redemptor noster, quando ad cælos ascendit, dixit. Sedete hic in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Noluit eis dicere, vt sederent, sed vt essent tranquilli, & quieti, hęc enim est quædam optima dispositio ad Spiritum sanctum recipiendum, sicut idem Dominus per Isaiam Prophetam testatur: nā vbi nos legimus. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritu? alia translatio habet. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem, & quietum? Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ, tanquam ignis. Apparuit eis Spiritus sanctus in linguis non confusis, sed disertis: idioma spiritus sancti disertum, & concinnum est. Nullus, quando stultitiā, vel malitiosum verbum profert, dicat ad operiendū suos deprauatos, & malitiosos fines, quod Spiritus sanctus ipsum mouet: etenim lingua ab Spiritu sancto commota lingua diserta, & lingua ignis charitatis est. Seditque supra singulos eorum. Para denotar que

Isai. 66.

30 venia de assiento sobre ellos, confirmandolos en gracia, vt non essent miserabiles, sicut nos, qui, cum diuinam gratiam habemus, statim eam amittimus, & nos cadere sinimus, nec in timore, aut amore Dei stabiles permanemus. Sedit etiam supra singulos eorum, quoniam eis dedit sedem, & consolationem, ideo namque paracletus vocatur. Omnes homines consolationes quærunt, & in omnibus, quæ pertractant, non solum quantum attinet ad carnem, sed quantum attinet ad spiritum volunt gaudium, & consolationem inuenire, auel yr al cielo, querrian que fuesse muy a su gusto, sin ayuno, sin penitencia, sin affliction, de cuerpo, sin aduersidad, ni contradicion: tan tocados estan del spiritu del amor proprio, que en todo lo que tratan en la oracion, en la Missa, en el sermon, en la confesion dessean hallar consue-

31 lo, y faltandoles esto, facilmente lo dexan todo. In concione, quam audimus semper consolationem volumus, & gaudemus ac delectamur prædicatore, qui semper nobis misericordiam, & nunquam infernum, iudicium, aut Dei supplicia prædicat: Et, quod magis est, in eo etiam, quod Deus ad amaritudinem, ac tribulationem nostram instituit, videlicet sacrosanctum poenitentiae sacramentum, in eo, inquam, consolationem volumus, siendo vna medicina, y purga amarga, que Dios instituyo en remedio del cõtento, que nos dieron los peccados. Itaq; volumus, vt in confesione omnia nobis dulcia, ac sapida fiant, y assi el confessor prudente, y sabio, nos ccha el ruybarbo, y cosas amargas que quiere la purga, si defectus nostros increpat, si nobis asperam poenitentiam iuxta grauitatē peccatorum imponit, dici-

32 mus, eū nobis desolationē, ac tristitiam, præbere, & nimis scrupulosum, ac seuerū esse. Nunquid ex sacramento ad amaritudinem instituto vultis consolationē educere? Decepti viuitis, non enim hæc est Spūs sancti consolatio. Si quis aduersus regē crimen cõmississet propter q̄ eius omnia bona cõfiscarētur, nullus hoc pro seueritate reputaret, quin potius ipse delinquēs felicē se esse duceret, si vita nō priuaretur. Si autē aliquis plurima aduersus Deū crimina commississet, & ei à cõfessore præciperetur, vt centū aureos in elemosynā pauperibus erogaret, diceret profecto, eū nimis seuerum, & rigorosum esse: & cum tu carnalis, ac libidini deditus sis, si tibi confessor iubet ad tuum remedium, vt ciliciū induas iniustitiā tibi fieri putas, & pium confessorem, vel, vt potius dicam,

Simile

rela-

relaxatum, quæris, qui tibi pro pænitentia tantorum peccato-<sup>33</sup>  
rum duos ieiunij dies imponat, hæc proculdubio consolatio spi-  
ritus amoris proprii, & non consolatio spiritus veritatis est.

simile.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. Olle, cum ad ignem ap-  
plicantur, si vacuæ sunt, facile franguntur non autem si plene: sic  
quoniam sancti Apostoli in igne plurimarum tribulationū po-  
nendi erant, ne impatientia frangerentur, necessum fuit, vt li-  
quore diuino Spiritus sancti adimplerentur. O fratres mei vtinā  
omnes hoc diuino liquore pleni esse studeremus, quam paruum  
impressionem in nobis omnes mundi aduersitates facerent, & cū  
vacuissimus, minima quæq; tribulationis flāma nos frangit. In-  
super notandum est, quod etiam dicitur Spiritus sanctus imple-  
re eos, in quos ingreditur, quoniam ipsos docet modos, & inuen-  
tiones quærere ad diuinas gratias acquirendas, y in chirse, y enri-<sup>34</sup>  
queerse con ellas. Quando paruulus nescit sugere vbera matris  
sue, hoc modo docetur. Mater eius vel nutrix digitū suum melle  
liniit, & ad os paruuli admouet, ipse vero dulcedine allectus su-  
gere incipit digitum, atque ita vbera matris sugere, & ab eis  
lac, quo sustentetur, extrahere docetur. Omnes lacte diuinæ gra-  
tiæ egemus, sed illam instar paruulorum ab vberibus Dei extra-  
here, & sugere nescimus, y para que supiessemos paladear, suspi-  
rar, gemir, y llorar, y bien dessear, puse nos el padre eterno el de-  
do con la miel en la boca. Digitus est Spiritus sanctus atque ita  
Christus Redemptor noster dixit. Si in digito Dei eicio demo-  
nia. Hunc autem digitum melle plenum (spiritus enim meus su-  
per mel dulcis) nobis æternus pater in ore, in corde, & in visce-  
ribus hodierna die posuit, vt suauitate, dulcedine, & consolatio-<sup>35</sup>  
ne eius addisceremus diuina dona sugere, & illis repleti essemus.  
Quo circa fratres mei omnes hunc diuinum digitum procurare  
debemus, vt nos doceat modos, & artificia quærere, quibus cæ-  
lestia dona comparemus?

Lucæ 11.  
Ecclesiast. 24

Psal. 44.

Et cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat  
eloqui illis. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: in-  
quit Regius Propheta. Sicut calamus non scribit nisi id, quod  
vult ille, qui ipsum mouet: sic lingua tua, si vt calamus ab Spi-  
ritu sancto mouetur, sine dubio verba amoris, ædificationis, &  
vtilitatis erga proximos loquetur: si vero à teterrimo Satha-  
na moueatur, como pluma suya hablara, conforme a quien  
la

36 la inueue, loquetur mendacia, adulationes, atque alia turpissima, & nimis impertinentia verba. Denique vnusquisque loquitur iuxta illum, qui linguam eius mouet, id est, cada vno habla conforme al que le inueue la lengua. Quando turris Babylonix ædificabatur ecce dum minus cogitant ædificatores, diuersis linguis seiretitos, atq; impeditos inueniunt quidam enim illorum petebat lapides, & ei dabatur lutum: alius poscebat lutum, & ei aqua præstabatur. Itaq; vbi antea vna tantum lingua, & idioma erat, postea septuaginta fuerunt. Quis hoc fecit? Superbia. Voluerunt enim illi homines superbia turrim ædificare vt sui ipsorū perpetuam memoriā relinquerent, sed (vt inquit ibi sacer textus) cōsum est labium vniuersæ terræ. At vero hodierna die cōtrarium penitus humilitas efficit: nam contigit, vt vna lingua Hebræa

Genes. 11.

37 omnes mundi linguas intelligeret. O cortes de Reyes, o ciudades y lugares populosos de la tierra dōde la soberuia ha querido hazer torres de vanidad, y esta soberuia ha cōfundido a vuestros habitadores: de manera que ninguno entiēde el lenguaje del otro, porque vnos engañan a los otros, no ay hombre que si le hablays de vuestra necesidad y trabajo os entiēda, pero si le hablays de su negocio luego os entiēde. Solamente entiēde cada vno su lenguaje, como los edificadores de la torre de Babylonia. O aduentus Spiritus sancti, qui efficis, vt homines idiomata aliorum hominum intelligant, hoc est efficis, vt homines tantum aliorum remedium, sicut suum proprium procurent. Si Spiritus sanctus super nos venerit, statim proximorum nostrorum necessitates intelligimus. Caritas enim efficiet, vt eas intelligamus, 38 eisq; remedium præstemus:

### Spiritus sancti effectus alij.

**D**E excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, inquit Propheta Hieremias in nomine Hierusalē, vel potius in nomine sacrosanctæ ecclesiæ. Hæc verba aduentum Spiritus sancti admirabiliter manifestant, qui in specie ignis venit ad significandos effectus, quos in animis operaturus erat: nam ignis suapte natura contrahit, & constringit: vt videre est in corio quando in ignē proijcitur, que por grande que sea echado en el fuego luego le encoge. Sic Spiritus sanctus animā, & conscientiam contrahere, & quodāmodo angustare facit. Por derramado que sea vn hombre,

Thren. 1.

bre, dissoluto, y ancho de consciencia, en llegãdo este diuino fue-<sup>39</sup>  
 go a el se encoge todo en palabras, en obras, en passos, y en pensa-  
 mientos, y con el diuino temor luego se le estrecha la consciencia. Ignis ex omnibus elementis magis actiuus est: sic spiritus sanctus non patitur segnitiam, & pigritiam esse in eo, in quo habitat, sed statim ipsum actiuum, ac nimis diligẽtem efficit. Etenim (vt ait Diuus Ambrosius) nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Ignis scoriam metallorum consumit: sic Spiritus sanctus consumit culpas, & peccata animarum; & hoc est, quod prius Deus ab hominibus intendit, scilicet interiorem cordium ipsorum puritatem: & ideo Christus Redemptor noster quendam Pharisæum reprehendit dicens. Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate? Ait, nunc, insinuans<sup>40</sup> quod Pharisæi præteriti, & antiqui initio suæ religionis longè aliter faciebant: prius enim de interiori animæ munditia, quam de exterioribus curabant. O quam multi Pharisæi hodie sunt in mundo, qui exterius mundi sunt, interius autem immundi, ac deformes. Non solum autem Spiritus sanctus culpas, & peccata tanquam ignis infinitæ actiuitatis consumit, verum etiam omnes inordinatas affectiones extinguit: nam licet affectio sit aliquius rei, quæ bona est, si tamen inordinata est, rationem obæcat. Quemadmodum si lamina siue aurea, siue plumbea ante oculos nostros ponatur, nobis visum impedit: sic inordinata affectio tanquam lamina, posita ante intellectum nostrum nobis veram cognitionem impedit: agora sea la plancha de oro, agora de plomo, agora nos afficionemos a vn sancto, agora a vn<sup>41</sup> malo. Et ideo Spiritus sanctus inordinatas affectiones consumit. Ait etiã sancta ecclesia, quod misit Deus hũc ignẽ in ossibus suis videlicet Sanctis Apostolis, & cum hoc eam docuit, y assi como entonces vino sobre los huessos, assi agora se comunica a los que son huesso, y no a los que son pulpa. Hoc discrimen veritatur inter iustos, & peccatores, quod isti sunt caro, & pulpa: sunt enim teneri, & illecebris dediti, atque se ipsos velut carnẽ sinunt ab illis manducari cũ quibus tractant adimplentes in omnibus eorum voluntates, y mas principalmente se dexan comer como carne de los demonios: iusti autem sunt velut ossa dura, austeri, constantes, & qui nullis persuasionibus flectuntur, & quam-

similia.

Lucæ 11.

Simile

## Spiritus sancti dona.

927

<sup>42</sup>quamuis consentiunt se velut ossa corrodi, non tamen se edi permittunt, como los peccadores que quedan comidos como carne, y vécidos en la tétacion, pero los huesos que son los iustos quedan roydos y no comidos, por que alli en la tentacion se purifican y limpian de algunas flaquezas, si tenian. His igitur ossibus hic diuinus ignis communicatur. Quapropter fratres mei, si volumus vt Spiritus sanctus nobis communicetur, omnes nos ossa, & non carnem esse contendamus.

## Spiritus sancti dona.

**S**piritus sancti dona sunt septem, quæ Isaias Propheta enumerat dicens. Spiritus sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis, spiritus sciëntiæ, & pietatis, Spiritus timoris Dñi. Ad maiorem autem animarū vtilitatem oportet scire, quid hæc dona spiritus sancti sint: vtrū sint habitus, an actus, aut virtutes. Et sequendo D. Thom. dicimus nō esse actus nec virtutes morales, sed esse habitus infusos, per quos potentię animarū nostrarum dispositæ sunt ad respondendū diuinis inspirationibus. Atq; ita loquēs D. Paulus de filijs Dei adoptiuis quandā proprietatem illorū ponit, per quā à filijs huius sæculi differunt inquiring. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, hoc est. Los que se dexan lleuar de las buenas inspiraciones, las quales es imposible, que vëgan de otro manãr al sino de Dios, estos son hijos suyos. His suppositis ait Diuus Thomas, quod sicut virtutes morales sunt quidam habitus acquisiti ex pluribus actibus, qui voluntatem sollicitant, vt in omnibus sequatur id, quod ratio naturalis docet. Sic dona Spiritus sancti, quæ sanctus Isaias refert, non sunt virtutes morales, sicut iustitia, fortitudo & temperantia, nec etiam sunt prudentia, quæ est virtus intellectualis, nec sunt tres virtutes Theologales, sed sunt quidam habitus infusi, qui animam nostram ad sequendum diuinas inspirationes inclinant, & sollicitāt. Et quamuis Scotus contrarium sentiat tamen secundum Diuum Thomam hæc Spiritus sancti dona exponamus. Donum igitur intellectus communicatur omnibus, qui sunt in gratia, alijs plus, alijs vero minus ad res necessarias intelligendas, & hoc tam ad credendum, quam ad operandum. Verbi gratia rusticus, qui est in gratia Dei hoc intellectuale donum habet, & per ipsum intelligit, non esse credendum nisi id, quod in sancta ecclesia

Isai. 11.

D. Tho. 1. 2  
q. 68. artic. 1.

Ad Ro. 8. 6.

scot. lib. 3. d.  
38.

ecclesia creditur, & prædicatur: si vero quis ei contrarium dicat, statim in eo suspicionem generat, & per consequens ei fidem non adhibet: & hoc donum illum inclinatur ad res fidei operandum. Donum sapientiae est habitus, qui infunditur iusto ut in rebus diuinis, quas fides docet, gustum inueniat, Donum consilij est habitus, qui infunditur iustis ad quærendum media magis conuenientia, ad vitam æternam comparandam. Donum fortitudinis est habitus, qui infunditur iustis ad resistendum omni malitiae generi, & ut se à malis superari non sinant. Quintum donum est scientiae, qui est habitus infusus inclinans iustos ad cognoscendum Deum mediantibus creaturis. Sextum donum est pietatis, qui secundum Diuum Thomam, est habitus inclinans ad correspondendum diuinis inspirationibus, quæ nos suscitant, & commouent ad attendendum & zelandum honorem Dei, tanquam patris, ut idem B. Thomas docet. Ad cuius intelligentiam præsupponitur, quod secundum diuersa beneficia Deus diuersis nominibus nuncupatur, dicitur enim creator, quia nobis communicauit esse quod habemus, vocatur Redemptor quia nos à dæmonis seruitute liberauit: appellatur pater quia mediante gratia nos filios suos adoptiuos efficit promittens nobis æternam gloriæ suæ hæreditatem, iuxta id quod Diuus Paulus ad Romanos scribens docet: & in epistola ad Galatas filios adoptiuos vocat filios promissionis. His præhabitis pietas donum est, quod nos inclinatur ad attendendum pro rebus Dei illo affectu: quo filius attendit pro rebus patris sui. Filius enim vehementer sentire solet ignominias, quæ patri suo fiunt: sic multo vehemētius seruus Dei qui ipsum paterna affectione diligit sentit contumelias, quas improbi, & scelerati peccatores suis adulterijs, latrocinijs, blasphemijs, homicidijs, atque alijs sceleribus altissimo Deo inferunt, quibus magnum dolorem, & tristitiam concipit. Atque ita Diuus Thomas inquit, huic pietatis dono correspondere verba illa Domini. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Iustitiæ est tribuere unicuique, quod ei debetur: nihil autem ita debitum est, sicut affectus paternalis Deo. Idcirco hoc pietatis donum in anima zelum iustitiæ operatur, hoc est efficit, ut Deo reddatur id, quod ei debetur. Septimum donum Spiritus sancti est donum timoris. Et quia non quicumque timor, bonus est, & quamuis bonus sit, non tamen bonus

D. Tho. 2. 2.  
q. 9. ar. 2. ad 3

D. Tho. 2. 2.  
q. 121. arti. 1.

Ad Roma. 9.  
Ad Gala. 4.

D. Tho. vb.  
supra.

Mattæi. 5.

48 bonus timor inter septem dona spiritus sancti connumeratur: ideo oportet sciamus, quid sit timor & quot sint modi timoris, & hoc inuenies amplissimè sub litera. T. titulo timor Dñi: vbi concluditur, quod solus filialis timor est donū Spiritus sancti, qui est habitus inclinans nos ad respōdendū amorī filiali Dei.

Spiritus sanctus quid operatus fuerit  
in cordibus Iudæorum.

**I**N hoc sacratissimo die contigit id, quod D. Lucas in Actibus Actuum, 2  
Apostolorū refert. Conuenit multitudo, & mēte confusa est. Maxime perpendenda est confusio, quam illa die increduli Iudæi passi fuerunt. Non fuit tanta confusio illa, quam Principes  
49 Israel in Aegypto pertulerunt quando se ipsos in operibus laterum oppressos viderunt. Illa enim fuit cōfusio vultus, hodierna verò fuit confusio, quæ in ipsorū animam ingressa est, & eorum iudicium & rationem perturbauit. Sic de eorum confusio  
nibus Isaias Propheta vaticinatus fuerat, dicens. Non modo cō Isai. 29.  
fundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum. O quam magnam confusionem hodierna die Principes Israel passi sunt, quando viderunt filios suos, hoc est, sacros Apostolos per plateas vrbis tanquam radios absque resistētia exeuntes, & prodigia magna Iesu Christi filij Dei publicātes. Y la misma cōfusión deuia de ser para ellos todas las vezes, q̄ siendo citados los sanctos Apostoles por sus ministros para  
50 ra que pareciessen en sus Cōcilios y Synagogas, y para q̄ diessē razō de si, los veyan hablar en este caso tā animosamēte. Quid, obsecro, esset videretunc principē aliquem illorū è throno suo surgentē, & à propria confusione constrictum cum alijs sic loquentē. Nunquid iste nō est Petrus ille piscator, qui multoties pisces, quos arte sua piscator a capiebat, in domos nostras vendendos portabat, & præ abiectiōe, ac pusillanimitate nec verbum quidē audebat loqui, sed ad ianuam famulos nostros expectabat vt sibi pretium eorū, quos vendiderat piscium afferret? Quid igitur hoc est? Quis ei tantam audāciam dedit? Quis tantam eloquentiam, vt cōram nobis tanta autoritate loqueretur, talesq̄ proferret rationes, vt hoc totum, & tā graue concilium

faciat conticescere? Hæc igitur erat confusio cordis, & spiritus, quæ hos Principes Israel nimis attonitos reddebat.

## Spiritus sanctus sacros Apostolos disposuit.

**L**os instrumentos necesarios para las empresas de Dios no pueden faltar a su punto a los que el elige. Esto significo el salir el angel à dar esfuero à Iosue junto a los muros de Iericho cõ su espada en la mano, como quiẽ se la ofrecia à punto aparejada como instrumento para hazer la empresa de Dios: Moyse etiam Prophetæ (qui se excusabat ire in Aegyptum dicens: Nõ sum eloquens, impeditioris, & tardioris linguæ sum) Dominus dixit. Quis fecit os hominis? Nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo. Quasi diceret. Linguam, quæ tibi deest, ego dabo tempore opportuno, & cum opus fuerit ad exequendum id, quod tibi præcipio. Hæc eandem linguam sacrosancti Apostoli in ore suo ad sanctum Dei Evangelium prædicandum inueniebant: Atq; ita de eis dicitur, quod loquebantur varijs linguis, prout spiritus dabat eloqui illis.

Non deficiet viro iusto instrumentum, quo adimpleat id, quod Deus illi imperat: sicut nec defuit Sanctæ Iudith, quando impulsu Dei ducta fuit in castra Holophernis ad ipsum iugulandum, quæ cum sibi de rebus ad victum (ne cibus gentium contaminaretur) & ad corporis ornamenta necessarijs prouideret, tantummodo non sibi prouidit de instrumento, que egregium & præclarum illud factum commissura erat: atq; ita sine eo in castra perrexit, remittendo esto en la puntualissima prouidencia de Dios, que a ello le embiaua. O rem admirandã & maxima consideratione dignam! voluit Deus, vt ad caput leæ stuli Holophernis ligatus penderet pugio, quo ipsa caput eius abscinderet. Hoc est; quiso Dios que alli colgado a la cabeçade la cama de Holophernes estuuiesse el alfange tã amano en el lugar donde se auia de hazer el deguello para que con mas commo-

didad y facilidad se

hiziessse.

SUPER-

# SVPERBI STVL- TI CVR VOCANTVR.



VR Superbos, ac præsumptuosos vocare solemus stultos (hoc est locos) cum tamen neq; avaros, aut maledicos, aut voraces, aut alijs vitijs inquinatos hoc nomine appellemus? Quo etiam nomine eos sacre literę notarūt. Cū enim David in superbiā elatus numerare populū iussisset, vbi errorem suū intellexit, nimium stulte se egisse confessus est. Causa autem esse videtur, quia quamuis omnis peccans sit ignorans, & errēt omnes, qui operantur malū, in nullum tamen tot coincidunt errores, vt in hoc. Errant enim superbi qui de rebus alienis gloriantur, cum omnia bona siue naturæ, siue gratiæ, siue etiam quæ vulgo appellantur fortunæ à Deo sint. Quid enim (ait *1. Ad Cori. 4.* Apostolus) habes quod non accepisti? Si vero accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis? Secundo errant, quia frequenter de rebus nihili gloriantur, vt de veste pretiosa, de caliga, aut caleeo studiose astricto, de flava cæsarie, de pennis auium, quas pileo infixas in capite gestant, de rubro, aut albo colore ementito, & aliunde mutuato, similibusque nugis. Quid enim hac gloria inanius, atque dementius? Tertio errant, dum alios pro nihilo habent, atque despiciunt, eosque vix homines arbitrantur. Quarto errant, dum multis se necessitatibus implicent, vt fastum, & sæculi pompam sustentare splendide possint. Quinto errant, dum omnia ad inanem hanc ostentationem ordinant, atque componunt: vestes, gressus, verba, gestus, incessum, & actiones demum omnes. Error autem finis omnia damnat. Ideo de vno quoque eorum dicitur in Ecclesiastico: Inatium superbiæ hominis apostatate à *Eccles. 10.* Deo: quoniām ab eo, qui fecit illum recessit cor eius. Pro quo alius vertit: Initium superbiæ est defectio hominis à Deo & à creatore suo, abductus animus.

De vnoquoque superbiorum dicitur in libro Iob. Tetendit *Iob. 25,* aduersus Deū extenso collo, & cōtra omnipotentē roboratus est. Vnde Boccius dicit, quod cum omnia vitia fugiant à Deo,

sola superbia se Deo opponit. Multoties autē in ignominio sas, & cōfusibiles iniquitates à Deo permittuntur ruere superbi, vt cōfusi ab eis resipiscant, & humiliētur: sicut medicus in minora damna permittit agrotum, vt à grauioribus liberet. Quod insinuauit Dauid dicens. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerūt in me. Hoc docet Beatus Thomas in sua Theologia. Nam sicut eam quis dilutas habet vestes vel sordidas, & nec confuit, nec lauat, contingit, vt alius maiorem scissuram faciat, aut sordidiores reddat, vt sic confusus resarciat, & lauet quod antea negligebat: sic Deus nonnunquam in sordidiores culpas, maioresque permittit superbum irruere, vt ab illis confusus, quæ antea negligebat, intelligat, atque emendet. Et sic intelligi potest illud Apocalypsis. Qui in sordibus est sordescat, adhuc, vt qui spirituales sordes cernere negligebat in carnales incidens resipiscat.

Psal. 118.

B. Tho. 2. 2.  
q. 162. art. 6.  
ad. tertium.  
simile.

Apoca. 12.

Iob. 40.

Quāto omni potens Deus superbos odio prosequatur, declarant illa verba Iob. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens omnem arrogantem humiliā. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & cōtere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. Ex quo antiqui poetæ sumpserunt fabulam, quod gigantes, qui erant in terra, Iaphetus scilicet, & alij voluerunt ipsi Ioui bellum inferre, ipsumque à cælesti solio depellere, montesque super montes erigebant, vt ascendentes in cælum ipsum Iouem præcipientem darent, sed Iupiter fulminibus eos deturbauit, conflagrauitque. In quo voluerunt significare proteruiam superborum hominum, & diram vlcionem eorum; quā etiam insinuauit Dauid dicens. Increpasti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Vbi aduertendum est cum Beato Augustino, quod non dicit, qui declinauerūt, sed qui declinant; nam multi declinauerūt, qui tamen postea per veram penitentiam à maledictione liberati benedictionem Domini consequuti sunt. Qui autem declinant à lege Dei isti sub maledicto sunt.

Psal. 112.

### Superbi ingrati sunt.

Quisquis vel gratiæ, vel naturæ munera sibi, non bonorū omnium largitori tribuit, & in se non in illo gloriatur, simile quid-

7 quiddā facit, sicut illi qui à Deo ab Aegyptiaca seruitute liberati, fabrefacto vitulo liberationis suę beneficium tribuerunt dicentes. Ecce dixit tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. **Erod. 32.**

O maximam stultitiam, maximamque dementiam! Quod autem maxime plorandum est, quia hi miseri miseriam hanc non intelligunt. Nam, (vt inquit Beatus Gregorius in moralibus) difficile in se quisquam inueteratam superbiam deprehendit: quia nimirum hoc vitium quanto magis patimur, tanto minus illud videmus. Et ideo (vt idem sanctus doctor ait) aliquādo Deus punit occultam mentis superbiam, per manifestam carnis ruinam. Quod Beatus Augustinus de ciuitate Dei his verbis confirmat. Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum vt inde sibi displiceant; qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando fleuit, quam cum sibi placuit, præsumpsit. In quo autem periculo superbi versentur declarat. Beatus Gregorius etiam in moralibus dicens. Inter cælum & terram leuatur amphora, vbi sedet impietas quia superbi, & proximos despiciunt, & cælum non apprehendunt. Ideo Beatus Hieronymus in epistola ait. Nihil ita à pueritia vitare conatus sum, sicut tumentem animum, & arrectam ceruicem Dei contra se odia prouocantem. Noui enim magistrum, & Dominum meum in carnis humilitate dixisse. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde & Hugo libro de anima ait. Cætera vita solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur: vt luxuria pudicitiam, ira patientiam &c. sola vero superbia contra cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis, & pestifer morbus omnes corrumpit. Quid ergo superbi terra, & cinis, quando quidem tam perniciosum malum est superbia? Vide vltra dicta horum sanctorum, quid regius vates etiam dicat. Pro eo enim, quod nos legimus: Cum exorti fuerint peccatores, sicut fœnum, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Germinauerunt impij, quasi fœnum, & floruerunt omnes, qui operantur iniquitatem, vt conterantur in æternum. Quibus verbis breuitas mundanæ fœlicitatis are scentis fœni similitudine declaratur: misera profecto fœlicitas, in qua momentaneum est, quod delectat, æternum quod cruciat. cōtra vero de iusto dicitur. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. **Palm. 91.**

tur. Eleganter re vera Propheta pium hominem comparat Cedro, cuius odor iocundissimus, eaq; arbor nunquam putrescit, & vmbra gratissimam ministrat; quæ omnia ad hominem pium eleganter aptantur.

### Superbi quibus gloriantur.

Eccle. 11.

psalm. 16.

**I**N vestitu ne glorieris vnquam (dicitur in Ecclesiastico) nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa, opera illius. Hæc sententia eo pertinet, vt intelligamus facile esse in oculis Deitam illam gloriam in ignominiam commutare quod aperte idem Ecclesiasticus indicat, cū subdit: Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Quod autem ex rebus secundis, & ex prosperitate superbia oriri soleat testatur regius vates, cum ait. Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluserunt, os eorum loquutum est superbiam. Pro quo alij verterunt: adipe suo clauerunt os suū, os eorum loquutum est superbiam. Quibus verbis saturitatem, abundantiam, gloriam, & delicias improborum designat, quas insolentia comitari solet. Vt ergo hæc non te superbire faciant semper illa verba supra dicta Ecclesiastici ante oculos habeas.

B. Greg. lib. 22. moral. c. 6.

Ad Gala. 6.

Cum vero multi ex bonis operibus, quæ aliquando operantur, in superbiam eleuentur, operæpretium erit perpendere, quid Beatus Gregorius in moralibus dicat, ait enim. Quidam, dum boni aliquid faciunt, iniquitatum suarum protinus obliuiscuntur, atque eo se iam sanctos æstimant, quo peccatorum suorum memoriam declinant. At si distinctionem iudicis attenderent, plus de malis metuerent, quam de bonis imperfectis exultarent. Hinc illud Apostoli ad Galatas. Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, hoc est, non indiget Dæmone seductore, sed ipse sibi, dum hoc existimat, dæmon est.

### Superbia mater est peccatorum.

B. Augu. de salutaribus documentis Tom. 4.

**B**Eatus Augustinus de salutaribus documētis loquens de superbia ait. Ipsa est omnium peccatorum initium, & finis, & causa: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum

13 nullum peccatum esse potuit, aut potest, aut poterit sine superbia, siquidem nihil aliud omne peccatum est, nisi Dei contemptus, quo eius præcepta contempnimus. Et hoc nulla alia res homini persuadet, nisi superbia. De superbia nascuntur hereses, schismata, detractiones, inuidiæ, & iræ, rixæ dissensiones, contentiones, ambitiones, præsumptiones, ianctantia, verbositas, vanitas, inquietudo, mendacium periurium, & cætera huiusmodi, quæ dinumerare per singula longum esset. Superbia impedit gratiam, & dona Dei, dicitur enim superbia tumor: tumor autem infusa depellit, nam sicut humilitas non solum gratia est, sed etiam vas aliarum gratiarum: sic superbia non solum modo est malum, sed impedimentum omnium bonorum. Vnde quidam sapiens dixit Alexandro, cum agnosceret eum superbum, Deus præsto est largiri sapientiam, sed tu non habes, ubi eam recipias. Conseruat etiam superbia vitia: cætera quippe vitia, quando cum superbia coeunt, sunt veluti domus iuncta fortissimæ turri, quæ non de facili impugnatur, quia turris defendit eam. Ideo Ecclesiasticus inquit: Sinagogæ superborum non erit sanitas. simile,

Beatus Chrysostomus in quadam homilia ait: Nullum malum est, quod superbiæ par sit, ex homine facit Dæmonem, conuittatorem, maledicum, periurum, mortis cupidum. Superbus perpetuo est in tristibus, perpetuo indignatur, perpetuo moeret, nihil est, quod hanc animi ipsius affectionem exaturare queat. Etiam si regem ante se procumbere, ac procidere viderit, non satiatur, sed magis incenditur. Quemadmodum enim auari quanto plura acceperint, tanto pluribus egent, ita & arrogantes quanto maiori honore fruuntur, tanto cupiunt honorari magis. Crescit enim illis ista animi passio: Passio vero finem non nouit, sed tunc primum cessat, quando laborantem occiderit. Eccles. 3:

Vt in aera extollitur palea super granum, non quod sit dignior sed quod sit leuior, & cum sit leuior altiorē tamen obtinet locum: sic in hac vita superbus fertur super humilem, non ob meritum, & veram virtutem, sed ob vanitatem, & falsam de se opinionem: & cum sit parui momenti, se alijs ante ponit, à quibus virtute superatur. B. Chrysof. Homil. i. in secūdum ad Thessa.

Beatus Isidorus ait. Superbia sicut origo est omnium criminum: ita & ruina cunctarum virtutum. Volebant duo homines simile:

ingredi in magnificam aulam per ostiolum depressum, quorum quidam se depressens, & inclinans transiit: alter vero erectus magno impetu conans introire, laeso capite cedit retro. Hæc magnifica aula est domus cælestis, cuius ostia arcta est, cuius ostium vsq; adeo depressum est, vt cum foramine acus illud Deus comparat. Qui se humiliat, in eam intrat, superbus vero quia se abicere non vult, nequaquam potest introire, sed cadit in terram, vel, vt verius dicam, in infernum.

Quemadmodum Athenienses, vt illis obiecit Anacharsis, non habebant numos, nisi vt eos numerarent: sic multi non ob aliam causam in virtutum actiones incumbunt, nisi vt eas arroganter prædicent. Fumus initio ingens, & densus, sursum ascendens facile dissipatur, & amittitur: sic gloria superborum sensim obscuratur, & penitus euanescit.

Plutarchus in moralibus ait. Siquid in vtres velis infundere boni, ventum atq; aerem emoueas oportet: sic factum, ac tumorem eximas oportet ab animo eius, quem velis docere. Quemadmodum statera quo magis vacua existit, eo altius eleuatur, attolliturq; & quæ maius continet pondus, magis deprimitur: sic homo vanus, exiguique meriti tanto amplius eleuatur, ac superbit, quanto minores habet partes, ac dotes, vt tunc de se magna cogitet, ac præsumat: non sic autem vir probus, atque studiosus, sed tanto se magis humiliat, quanto plus meritis exornatur.

Simile.

### Superbi cui comparantur.

Ecclit. 11. c.

**V**Num ex animalibus, quod olim Deus in lege veteri tanquam immundum prohibuit, erat Camæleon, qui (vt aiunt naturales) ex aere sustentatur. Ideo per hoc animal significatur homo superbus, qui ex aere inanis gloriæ, & superbiæ sustentatur: non enim vult alium cibum, nisi quod mundus eum laudet, & magnificat: quam ob causam Deo odibilis est, & coram eius diuinis oculis velut animal immundum, & mensa ipsius indignum reputatur. Quoniam autem homines superbi omni studio procurant ab alijs magni æstimatori & honorari, ac magnas familias, & pompam habere, hinc quam plurimæ tyrannides oriuntur. Tendra vno vn cuchillo, que corta muy biç y no se conteta con el, porque no tiene punta, si le preguntays para que quereys

Simile.

essa

19 esta punta: Respondera, que para sacar el tuetano de los hues-  
 fos. Tener el cuchillo sin punta, y que corta bien es tener el  
 estado, y fausto moderado, y el soberuio no se contenta con es-  
 so, sino quiere tener punta y andar en puntos, y en pundono-  
 res, y sustentat grande familia y estos puntos le mueuen a ser  
 tyrano, y a sacar el tuetano y las entrañas de sus vassallos, y a de-  
 struyr a sus proximos. Todo esto nace de andar los hombres  
 puestos en puntas de diamantes por ser soberuios: pues entien-  
 dan los tales que todas estas cosas son pronostico de grande  
 mal. Quando aliquis maiorem alapam seruo suo infigere vult, simile.  
 iubet ei inflare buccas: sic quando Deus aliquem maiori im-  
 petu in infernum detrudere vult, (idest quando quiere dar con  
 alguno mayor golpe en el infierno) permittit, vt ipse se eleuet,  
 20 & inflatur, & quod sit magis plenus, & magis pomposus,  
 vt ita ruina eius sit maior, & sic maiorem pœnam ex illa reci-  
 piat. Sicut è contra constituit, vt iusti plurimis tribulationi-  
 bus vexentur, vt sic postea maiorem gustum, & suauitatem  
 gloriæ recipiant. Veruntamen, fratres mei, qui ex vobis super-  
 bi, & inflati viuitis, ne ex misericordia Dei diffidatis, sed ab eo  
 puro corde postulate vt vos oculis clementiæ aspiciat, & diui-  
 na, atq; efficaci inspiratione sua vos tangat: de illa enim Regius  
 Propheta inquit, Vox Domini confringētis cedros, & confrin- Psalm. 18.  
 get Dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitu-  
 lum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium. He  
 cedri sunt superbi, & bis ait, quod confringet, & humiliabit has  
 cedros, vt videlicet significet, duo esse genera superborum, qui-  
 21 dam sunt superbi rerum temporalium, veluti honorum, diui-  
 tiarum, pulchritudinis, generis, scientiarum &c. Alij vero sunt  
 superbi rerum spiritualium scilicet virtutis, doctrinæ, bonorū  
 operum &c. & vtrosq; solet diuina vox hoc est efficax inspira-  
 tio Dei confringere, & humiliare. Et cōminuet eas tanquā vitu-  
 lū Libani: Hic vitulus est Christus Dominus in mūdo contēp-  
 tus, & abiectus, y haze la potēcia de Dios, que los soberuios se  
 cōformen cō Iesu Christo humillado, y abatido en este mūdo.  
 Ad humiliationē etiam nostrā maxime efficacie est considera-  
 re præcipuū Christianorum munus, & officiū esse, omni studio  
 contēdere, diuinū amorē, & perfectā charitatē in animabus suis  
 imprimere. Et quemadmodū pictores, quando aurum in pictu-

ris ponunt id est, quando assientan el oro: si aer sufflat, impedit, <sup>22</sup> ne aurum in suo loco collocetur, & ideo ponunt ipsi pictores circumcirca aliqua reparamenta, ne aer ingrediens ipsorum opus impediatur. Sic inter ea, quæ magis obstant, ut aurum amoris, & perfectæ charitatis in anima non sedeatur, & imprimatur, vnum est aer superbiæ, & inanis gloriæ. Idcirco oportet artificia, & inuentiones sanctis considerationibus, atq; exercitijs quærere, ne hic aer superbiæ in animas nostras ingrediatur, & hoc sanctum opus nobis impediatur.

### Superbia quid sit.

**S**uperbia secundum Theologos est inordinatus, & effrenatus amor propriæ excellentiæ, & quia talis est, ideo plurimum cor hominis torquet, quoniam nunquam id, quod desiderat consequitur, <sup>23</sup> *Prouerb. 13.* tur, y si el desseo cùplido deleyta, ut in Prouerbijs dicitur. Desiderium cum completur, oblectat animum, el desseo no cùplido atormenta. *Prouerb. 12.* Hinc est, quod in eisdem Prouerbijs dicitur. Non inueniet fraudulētus lucrum suum. Vbi venerabilis Beda per fraudulentum intelligit superbum, qui mille technis, & fraudibus curat obtinere id, quod, sæpenumero consequi non potest. Septuaginta interpretes hoc magis amplificanc, transferunt enim. Non assequetur dolofus venationem. Quid, obsecro, est superbus, nisi quidam honorum venator? Si igitur tunc maxime torquetur, & affligitur venator, cum, postquam retia tetendit, & postquam per totum diem ieiunus, & frigore, ac fame vexatus in nemorosa silua se abscondit, in domum suam absq; præda, & venatione redit: quanto magis torquetur superbus, quando, <sup>24</sup> post plurimas vigilias, & artificia, & postquam sua retia tetendit, ac largitionibus alios corrumpit, nec non epistolas huc, atque illuc scripsit, prædam, quam magnopere desiderabat, & intendebat, non consequitur? Litera Hebræa hoc etiam plurimum amplificat, quæ sic ait. Non aduret fraudulentus ferinam suam. Ac si diceret. Bien prodra ser, que este caçador asturo coja la caça, que pretendia, pero no la assara ni la comera. Quoties contingere solet, quod, postquam superbus, ambitiosus plurimo labore, & afflictione animi, ac longo tempore dignitatem aliquam seu honorem ambiuit, & procurauit, & tandem postquam id quod ardentem desiderabat, obtinuit, illo non potest

25 potitus est: & hoc, vel quia morte præuentus fuit, quæ filium  
 vitæ eius abscidit, vel quia illa dignitate ob demerita ipsius  
 priuatus est. Quid igitur vobis dicam de doloribus superbo-  
 rum, quas afflictiones in medio suorum honorum, & digni-  
 tatum patiuntur? De his acutissime Seneca dixit. Illis non  
 tam iocundum est multos post se videre, quam iniocundum  
 aliquem ante se, id est, No gusta tanto el ambicioso de ver-  
 se delante de muchos, quanto desgusta de verse de tras de vno  
 solo. Quis efficit id, quod ait Ecclesiasticus, scilicet: Effu-  
 sio sanguinis in rixa superborum, nisi quod nullus vult alium  
 sibi præferri? hoc est, Quien haze lo que dize el Ecclesiasti-  
 co, el derramamiento de sangre se halla en las pendencias de  
 26 los soberbios, sino no querer ninguno ver a otro delante de  
 si? Pero que digo ver a otro delante de si, pues solo el no des-  
 cubrir la cabeça el pobrezillo en su presencia le crucifica?

alicia

Eccles. 27.

Hester. 3.

Quis fecit vt superbus ille Aman à Rege Assuero obtine-  
 ret, vt omnes Hebræos iuberet interfici nisi odium quo ipse  
 Mardocheum Hebræum prosequabatur, eo quod ille ad præ-  
 sentiam ipsius Aman non assurgebat, ei que reuerentiam non  
 præstabat. Quaira, qua rabie concitabatur anima illa, quæ ta-  
 le opus operè exequabatur? Ideo, vbi nos legimus: ab alienis  
 parce seruo tuo, litera Hebræa habet: à superbis vbi viderur  
 superbia vocari peccatum alienum ab homine, & contra na-  
 turam eius. Quod si contra naturam eius superbia est, erit ei  
 violenta, grauis, & nimis onerosa. Denique, vt Beatus Bernar-  
 27 dus perpendit, superbia est velle ascendere: ascendere autem  
 difficile est. Y por el contrario con quinta paz, y quietud  
 viue el humilde, porque humildad es baxar, y el baxar es  
 cosa faeil.

Psal. 118.

Superbia mater est inuidiæ.

**N**on efficiamur inanis gloria cupidi, inuicem prouocantes,  
 inuicem inuidentes: inquit Beatus Paulus ad Galatas scri-  
 bens. Quibus verbis docet Sanctus Apostolus superbiã matrẽ  
 esse inuidiẽ, quæ meo iudicio inferni quædã imago est, quæ tor-  
 quet mentem, & affligit spiritum absque vlla vtilitate, & vo-  
 laprate. Et quemadmodum tinea non nascitur in Cedro ar-  
 bore nobili, odorifera, & perpetuo viuente, cuius ligna ca-  
 riciu

Ad Gala. 4.

simile.

riem non sentiunt; sic inuidia non gignitur in corde hominis  
 sapientis, & virtute humilitatis præstantis, sed in animo homi-  
 nis scelerati, & superbi, qui aliorum bonis mærore afficitur.  
 Quamuis autem falsa gloria aliquem dilatat, & magnum ocu-  
 lis populi efficiat, in summo eum tamen periculo constituit, &  
 vere pænæ procreatrix est. Quemadmodum sagittarius sco-  
 pum magnum facile attingit à paruo autem aberrat: sic diabo-  
 lus eum, qui se inani mundi gloria iactat, & amplificat, ictu sa-  
 gittarum suarum facile percutit, submissum autem, & abiectum  
 non item. Ideo in Prouerbijis ait Salomon: Nescit quod ad vin-  
 cula stultus trahatur donec transfigat sagita iecur eius.

simile.

Prouerb. 7.

## T E N T A T I O D E O P E R M I -

tente accidit.



**R**X Illis verbis, quæ Sathan ad Dominum di-  
 xit scilicet; Extende paululum manum tuam,  
 & tange cuncta, quæ possidet, scilicet Job, in-  
 telligitur, nihil Diabolum nisi Deo permitten-  
 te vlli nocere posse, tantumq; carnificem esse,  
 qui nemini nisi de iudicis sententia detrimētum afferre potest.  
 Quia boni viri minus eum reformidare debent, qui nihil, nisi  
 de voluntate patris eorum mitissimi, & benignissimi, damni  
 inferre valet. Et ob eam rem in Apocalypsi scribitur. Et appre-  
 hendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & Sa-  
 thanas, & ligauit eum per annos mille. In vinculis retineri dici-  
 tur, quia in nullam rem inuehi, nisi Deo concedente, potest.  
 Idem de alijs nostris aduersarijs intelligendum est. Nam etiam  
 homines nulli detrimēto esse possunt, nisi à Deo licentiam ob-  
 tineant. Et ita Dauid ab amicis desertus, & ab inimicis op-  
 pressus, de Deo in primis queritur dicens: exaltasti dexterā de-  
 primentium eum, lætificasti omnes amicos eius. Et sic Laban  
 cum persequeretur Iacob fugientem vidit in somnis dicen-  
 tem sibi Dominum: caue, ne quidquam asperere loquaris  
 contra

Apoca. 21

Psalms. 88.

Gen. 30.

31

3 contra Iacob, quæ consideratio maxime debet leuare viros bonos, cū ab inimicis cōtumelijs, & ignominijs appetuntur. Quæ admodum vero Deus permisit Diabolū Sanctū Iob tentare, vt virtus eius sole clarior esset, & omnibus patefacta, ita hac de causa multos præstantissimos viros, grauissima puto subiisse discrimina. Quæ de re consolatur eos Dauid cum in miserijs, ærumnisq; sunt, dicens spera in eum, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem; id est ne spe excidas, ne animum despondeas, quod ab improbis vulgo contemnaris, & iniquus haberi videaris. Spera in Deo, nam & ipse faciet, vt iudicium; quo improbi tecum de tua virtute contendunt, clarius ipso lumine sit: sic vt omnes iudicent secundum te, honestatemque tuam prædicent: cum

4 illustrior, quam meridies fuerit effecta. Nuncios vero illos singulatim sancto Iob infortunia narrantes Beatus Chrysostomus non homines, sed dæmones specie hominum esse scribit. Quod probabiliter dicitur. Quoniam valde aspere, & inhumane vnusquisque nuntium suum referebat, ea modo nuntians, quæ magis sancti viri dolorem refricarent. Deinde vix vnus faciebat finem dicendi, cum alius ingrediebatur. Quare casu non venisse videntur, sed de industria. Ita vero ea nuntiabant, quæ aut non vidisse, aut non intellexisse quispiam ferius videtur, nam si vnus illorum vidit filios Iob vescentes & bibentes intra domum erat, non igitur videre poterat ventum validum concussisse quatuor angulos domus. Tum quo pacto effugere potuisset tota domo conuulsa? si vero extra domum erat, quo pacto videre potuit filios vescentes & bibentes? Huc accedit, quod vnusquisq; dicebat, se solum fugisse, vnde id cōstabat sic ei? Et vt constaret, quid attinebat, neminem id prætermittere, nisi vt maiorem augetet dolorē? Et vnde erat, vt vnusquisque per se, eo animo esset erga Iob, vt maiorem vellet ei exhibere molestiam? Quare verisimile est, vel dæmones fuisse, vel à dæmone instructos nuntios ad Iob excercendum, & verbis suis conficiendum. In quo diaboli acerbitas, & immanis crudelitas cernitur, qui nihil omisit earum rerum, quæ sanctum hominē de gradu deicere, & ad insaniam, & desperationem possent adigere. Quid? nonne incredibili artificio grauissimos illos casus adaptauit, ad animum vel ferreum insringendum. Noluit, vt

Psalm. 76.

vno nuntio de omnibus suis calamitatibus Iob certior fieret: 6  
 ne forte tanto malo, stupefactus, mens sensum omnem huma-  
 nitatis amitteret. Præterea noluit, vt primum illum acerbissi-  
 mum nuntium mortis filiorum acciperet. Ne si non omnino  
 frangeret eum tanto ictu, eius patientia ad nouum alium do-  
 lorem obdurefceret, sed sic dolores illos disposuit, vt vñs  
 incedens, si non frangeret eius patientiam, saltem molliret, vt  
 alius statim inuadens magis penetraret. Iam vero illud ma-  
 ximæ sagacitatis fuit, vt ignis è cælo decidens oues, pueros-  
 que pascentes eas consumeret, vt persuaderet pio viro, non  
 homines tantum, sed Deum ipsum, in quo spem suam posue-  
 rat sibi esse contrarium, nullumque ex eo speraret auxilium  
 ad misérias suas subleuandus; quo etiam spectabat, quod tot  
 vno tempore calamitates, & ærumnæ interuenissent ei, vt se- 7  
 tum reputaret id, quod etiam David magna agitata pro-  
 cella vehementer angebat, cum diceret. Hæc mutatio dexte-  
 ræ excelsi: Idest, nulla hominum vis me ita deijceret: sentio  
 vim magnam dextere excelsi mihi impendentem, meque ter-  
 rentem. Quæ cogitatio ita boni viri sollicitudines acuit, vt ni-  
 hil magis: cum eum sibi aduersari putet, in quo spem sub-  
 dij sui posuerat. Præclarissimam autem victoriam, quam fan-  
 ctus hic homo à crudelissimo hoste obtinuit, optime decla-  
 rant verba illa. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, &  
 tonso capite corruens in terram adorauit. Quod scidit vesti-  
 menta sua, quod caput toto dit significatio erat doloris ma-  
 ximi, quo vrgebatur: quod dicit: corruens in terram adorauit,  
 victoriam clarissimam significat: nam Diabolus iactabat se 8  
 posse Iob calamitatibus compellere ad maledicendum, Deo-  
 que conuitium faciendum. Quod non solum non præstitit,  
 verum etiam fecit, vt eum adoraret. Quæ victoria maxi-  
 mam Deo, & Iob gloriam peperit: Deo, quod cum Dæmo-  
 ne de Iob pietate certaret, non falsam, sed veram fuisse consti-  
 tit, liberalemque Iob eum eo, non mercenariam amicitiam  
 inuissit: Iob vero gloriosa fuit, quod eius vera, & perfecta vir-  
 tus, ipsa luce illustrior apparuit. Estque in hac victoria præ-  
 clarissimum exemplum nobis constitutum prudenter cum ho-  
 ste calidissimo pugnandi optimeque de Deo difficilioribus  
 temporibus merendi: vt, cum detrimenta capiamus, non ini-  
 quo

quo animo erga Deum simus, nec de illo inhoneste queramur, sed eum potius reueremur, & animo sincero adoremus.

Postquam auctor libri Iob prælium narrauit, quod cum viro illo iusto Diabolus commisit, quo fuit ignominiose victus, (nam postquam filios eius omnes occidit, & diuitias omnes consumpsit Sanctus Iob plenus patientia Deum pro illis infortunijs adorauit, vt sacer textus inquit) narrat postea aliud longe crudelius prælium, quo cum eodem sancto viro iterum decertare ausus est iterum petens à Deo licentiam vt corpus eius vlcere pessimo à planta pedis, vsque ad verticem eius percuteret. Ex quo intelligitur, quanta sit huius teterrimi hostis contumacia: qui prostratus, ignominioseque in fugam coniectus, nihil formidans non dubitat, pugnam maiori vi redintegrare. Quare apparet illos imprudenter facere, qui eo quod semel, aut iterum ex illo victoriam adepti sunt, negligentiores fiunt: sed intelligere debent, quod, cum Diabolus grauissimo erga nos odio sit, victoria irritatur, crudeliorque fit, quod si bellum post aliquam pugnam aliquando intermittit, obeam rem esse, vt incautes opprimat. Quare illud, quod Christus nobis dat, sapientissimum est consilium. Vigilare omni tempore orantes. Et Beatus Petrus. Sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Ita prudentissime fecit David qui semel, & iterum officijs vincens, & prosternens Saul, licet pacem ei offerret, non securiorem, sed cautiorem factum, se recepisse narrat sacra scriptura, cum socijs suis in tutiora loca, iterumque eundem cum vidisset confugisse ad Regem Achis. Nihil enim credendum est hosti immani, cum perturbatur odio, sicut monet Ecclesiasticus dicens: Non credas inimico tuo in æternum.

Iob. 1. c.

Luc. 12.

1. Petr. 4.

1. Reg. 16.

1. Reg. 24.

Eccle. 12.

## Tentatio non compellit hominem.

**I**N magnam certe omnium consolationem scripsit Beatus Paulus in epistola ad Corinthios. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere vbi perpendendum est non dixisse Sanctum Apostolum, vt sustineatis, sed vt possitis

1. Ad Cor. 10.

fitis

fitis sustinere. Vt intelligamus, quod etiam cum auxilio gratiæ suæ relinquit nos Deus in manu consilij nostri, vt vellaudabiliter, si sustinauerimus, coronemur, vel ad culpam, & pœnam nobis imputetur, & iuste quidem, qui habentes à Domino posse sustinere, nos Diabolo voluntarie subiicimus.

### Tentatio necessaria est.

simile.

2. Ad Thi. 2.

Exod. 5.

Ezech. 4.

Psal. 90.

**V**T frumentum in cellario, nisi pala, & ventilabro versetur & moueatur, gurgulione absumitur: & vestis in depositario, nisi concutiatur, & exerceatur, à tinea corroditur, sic homo, nisi fuerit tentationibus agitatus, facile corrumpetur. At ijs rebus probatus redditur firmior, & fortiter pugnans coronam gloriæ adipiscetur. Nam (vt inquit Beatus Paulus ad Timotheum scribens,) non coronabitur, nisi, qui legitime certauerit. Nunquam tam dure fuerunt à Pharaone filij Israel oppressi, quam cum Aegyptum relinquere conarentur. Eodem modo tunc nos dæmon fortius tentat, cum mundi dolos, vanitates, voluptates, & flagitia fugere decernimus. Et licet diabolus nos interdum non tentet, ne illi vnquam fidamus. Hoc considerans Beatus Hieronymus ad Heliodorum scripsit dicens: Erras frater erras, si putas vnquam Christianum persecutionem non pati: tum maxime oppugnaris, si te oppugnari nescis. Ergo oportet, vt nos diuinis muniamus: nam hostes nos variè oppugnant; & fortiter tentant. Quod designare volens Dominus Ezechielij Prophetæ dixit. Et tu fili hominis sume tibi laterem, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionē, & edificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietem in gyro. Quo in loco Dominus describere vult pugnam spiritualem, quã diabolus aduersus fideles quotidie agit: quod perinde est, ac si diceret: Nuntia animæ, esse à dæmone oppugnandam machinis superbiæ, aggeribus auaritiæ, & cæteris flagitijs, esseque obsessam, & ex omni parte circumdatam. Quamuis autem sæculi milites in sinistro tantum latere clypeum portent, tamen quia nos vndique oppugnatur, oportet tegere vtrumque latus: Ideo scuto diuino indigemus nos vbiq; circumdante. Scutum hoc Christus Iesus est veritas ipsa, de qua ait diuinus vates Scuto circumdabit

15 te veritas eius, idest, veritas patris, qui est filius. Quanto vero quis iustior est, tanto grauius aliquando tentatur. Vt fragilis paries facile ruit, & quacunq̃ue machina euertitur: sed fortissimus murus seu arx munitissima fortiter resistit, & opus est hostibus machinas bellicas adhibere, & moenia illa validissimorum tormentis, saxa, tela, globos ferreos, & plumbeos iaculantibus torquere, & fortiter concutere. Sic Diabolus homines fragiles, parumq̃ue in virtute constantes quacunq̃ue tentatione euertit, ad superandos autem viros iustitiae, & charitate munitos, varijs vtitur artificijs, & fortissimis tentationibus. Sed fidelis Deus (inquit Beatus Paulus,) qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis. Vbitu o homo aduertere distributas à Domino tentationes secundum vires eorum, 16 qui tentantur. Quia enim nouerat, neminem, nisi Christum Iesum, victorem euasurum, ex praesentata mundi monarchia, cum solum permisit illa tentari. Similiter de dignitate Messiae, qua solum Ioannem Baptistam tentari permisit: quia solum nouerat eam refutaturum. Sic etiam, quia nullum aut rarum inueniret, qui tam constanti animo ex filio holocaustum faceret, quemadmodum Sanctus Abraham, ideo eum solum voluit hoc velut ariete pulsare.

Vult etiam Dominus Deus, vt ad eum confugiamus si tentationes vincere cupimus. Quemadmodum enim aues, vt retia aucupum fugiant in altum volant; sic nos, vt tentationum vincula declinemus, debemus ad Deum confugere, & in sublime nos efferre. Studeamus ergo (vt verbis vtatur Beati Bernardi) furari aliquando nos metiplos, & à pessimis cogitationibus surripere, vel ad horam, si ab huius tentatoris insidijs liberari volumus, 17

## Tentatio timenda.

BEatus Paulus flendo, & eplorando nostram miseriam dicebat ad Ephesios scribens. Non est nobis colluctatio ad Ephes. 6. aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Singula verba emphasis habent, atque annotatione digna sunt. Non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: ac si diceret; Pug-

Ad Rom. 7

na quæ cum carne, & sanguine nobis est, licet in se considera-<sup>18</sup>  
ta, tam molesta, tamque grauis sit, vt dicat idem Apostolus  
in epistola ad Romanos: Infelix ego homo, quis me libera-  
bit à corpore mortis huius? Tamen collata cum ea, qua contra  
Dæmones dimicamus, nulla fere est; tantæ sunt vires, tantæ  
sunt fraudes Dæmonum. Vel aliter. Non est nobis collucta-  
tio aduersus carnem, & sanguinem, hoc est, aduersus homines,  
quos videmus; sic enim facile nos ipsos, aut defendere, aut vi-  
ctoriam ab illis reportare possemus: sed aduersus spiritualia  
nequitia in cælestibus, idest, aduersus spirituales nequitias,  
quas non videmus, & quarum astutias minime intelligimus.  
Omnia hæc ad Deum confugiendum maxime nos compel-  
lunt, siquidem nos ita fragiles contra tam potentes inimicos  
certare debemus. Sed maximè aduertendum est, nos San-<sup>19</sup>

2. Ad Cor. 10

ctum Apostolum alibi admonere his verbis. Tentatio vos non  
apprehendat, nisi humana. Hominis est per ignorantiam, aut  
per fragilitatem peccare: Diaboli autem, & ministrorum eius  
est scienter, & præmeditato consilio delinquere, cum ad hoc  
fragilitate nulla trahantur, sicut Iudæi fecerunt aduersus Ie-  
sum Christum Dominum nostrum. Quamuis verò aliquan-  
do per ignorantiam, aut per fragilitatem vt homines miseri pro-  
cumbamus, nullatenus per malitiam scienter, & præmeditato  
consilio delinquamus.

Psalm. 22.

Frequentissimum est viros sanctos ad tempus à Deo pau-  
lulum in tentationibus relinqui, & hac ratione probati &  
non reprobari. Hinc vbi Sanctus David dixisset: Deus Deus  
meus respice in me, quare me dereliquisti &c. Deus meus cla-<sup>20</sup>  
mabo per diem, & non exaudies, & nocte & non ad insipien-  
tiam mihi (siue vt Beatus Hieronymus vertit; & non est silen-  
tium mihi) paulo tamen inferius ait. Timeat eum omne semen  
Israel, quoniam non spreuit, nec despexit deprecationem pau-  
peris, nec auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad  
eum, exaudiuit me. Tanta autem est utilitas tentationis viris  
iustis, vt ipse regius vates oraret dicens. Proba me Domine,  
& tenta me. Vbi alij verterunt. Scrutare me Deus, & cog-  
nosce cor meum, explora me, & cognosce semitas meas: idest,  
fac, quæso, periculum innocentia meæ, atque vt aurum, &  
argentum igne perspiciuntur, sic tu intimos sensus, & cogi-  
tatio-

Psalm. 25.

21 tationes animi mei diligenter explora, & vide num ego miser de recto tramite deflectam. Ex his verbis patet, quæ sit tentationum, & tribulationum utilitas: quia videlicet nemo vires suas in pace cognoscit.

Beatus Bernardus sermone omnium sanctorum inquit. B. Bernardus  
in serm. Fratres si malo præsentem videremus Adam in eo articulo positum, ascendentibus cogitationibus in coreius, & coarctari inter precem vxoris, & præceptum Domini, non ne clamaremus aduersus eum dicentes. Caue tibi miser: vide, ne feceris. Seducta est mulier, non acquiescas ei. Vt quid ergo quoties apprehendit nos tentatio similis, non persuademus similiter nobis ipsis? Qui hoc in tentationibus suis non faciunt sed statim ruuat satis suæ fragilitatis manifesti testes sunt, quam forte antea non cognoscebant. Hinc Ecclesiasticus ait. Ecclesi. 34 Qui non est tentatus, quid scit? Multa vidi errando, & plurimas verborum consuetudines. Pro quo alius vertit, & plura quam intelligo, aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei.

Beatus Chrysostomus super Matthæum inquit. Incipe resistere desiderijs tuis, & tunc intelliges, quam fortes sunt spiritus desideriorum malorum, qui te persequuntur. Hæc est pugna periculosa, & hæc est gloriosa victoria, qui potuerit odisse, quod amat, & amare quod odit.

Super illa verba: quoniam humiliata est in puluere anima nostra, ait Casiodorus. Magna contra Diabolum arma sunt in Psalm. 43 suis viribus fiduciam non habere sed Deum rogare, qui aduersarium possit opprimere.

Dorotheus in suis doctrinis ait. Sunt plerique in mari nantes ex aliqua necessitate, qui cum peritiam, & artem nandi optimeteneant, vbi vndas in se proruentes aspexerint, incuruati illis se subiiciunt, dum pertransierint, atque ita ab eis nusquam læduntur. Quod si vellent venienti vndæ se ipsos opponere, illos absque dubio longius vnda repelleret, & quasi iacularetur in mare, atque ita fatigarentur, & frangerentur vndarum, nihil omnino proficientes. Idem in tētationibus contingit. Cum quis aduenientem tentationem tulerit, cum humilitate, & patientia, illam sine molestia, sine læsione vlla pertran-

fit: qui si angatur, crucietur, turbetur, causas in quemcunq; ferens, se ipsum lædit, & tentationem ipsam grauiorem reddit, ita vt non solum non profit ipsa tentatio sed maxime obfit. Illi enim sunt vtiles tentationes, qui eas intrepide susceperit, ac sustinuerit.

### Tentatio omnes affligit.

**N**Vllus est qui tentationibus non agitetur: ideo Sanctus Thobias non dixit filio suo. Ne peccatum sentias, sed, Cauene peccato consentias, quia illud impossibile est, at hoc boni militis Christi Iesu, qui, quamuis tentetur, peccato non consentit sed bona multa ex victoria tentationis elicit. Nam Reginus vates inquit. Si mei non fuerint dominati, (motus scilicet, & tentationum fluctus per consensum) tunc immaculatus ero ab ipsis, & emundabor à delicto maximo, quod pro pæna potest accipi debita pro delicto maximo à qua purgatur anima propter laborem, quem sustinet vincens tentationem. Infelices vero peccatores nos solum sentiunt peccatum, sed etiam illi consentiunt. Ideo his minabatur vox, quam Beatus Ioannes audiuit in Apocalypsi dicentem. Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos Diabolus habens iram magnam sciens, quia modicum tempus habet, væ terræ idest, auaro, væ mari idest, lubrico voluptate, quia ad vos descendit Diabolus, & non solum descendit ad vos, sed etiam intrat ad vos per consensum vestrum. Notanter dicimus Diabolum intrare per consensum, quia omnis Dæmonum turba, hominem ad vnum veniale peccatum perpetrandum sine libero eius consensu adducere non potest, quia alias iam non esset peccatum, cum debeat esse voluntarium. Nam (vt ait Beatus Gregorius in Moralibus) qui per semetipsum ire in porcos non poterat, quid mirum, si sine authoris manu, sancti viri domum contingere non valeat? Voluntas Dæmonis semper iniqua est, tamen potestas nunquam iniusta, quia voluntas est à se ipso, & potestas à Deo: ideo in scriptura sancta vocatur spiritus Domini malus; quia potestatem nocendi à Domino habet, dicitur spiritus Domini, quia verò voluntatem à se semper nocendi habet, dicitur malus: & ita ait Beatus Augustinus in soliloquio. **O** maligne tentator, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue

Thob. 4.

Psalm. 18.

Apoc. 12.

B. Greg. li. 2.  
Moral. c. 9.

1. Reg. 16.

B. Aug. in so-  
lilo. c. 17.

17 siue comedamus, siue ieiunemus, siue quodcumque opus operemur omnibus modis instas die ac nocte fraudibus, & artibus tuis nunc palam, nunc occultè sagittas venenatas contra nos dirigis: & (vt pater ille sanctissimus eremita Antonius ait) ante pedes nostros laqueos infinitos tentationum ad capiendum nos ponit hic malignus tentator: Nam, (vt refert **Sæctus Antoninus**) cum semel in spiritu raptus fuisset sanctus Abbas totum mundum laqueis se se inuicem connectentibus plenum vidit, & exclamans ait. O Domine quis istos tantos euadet laqueos? Vox vero de cælo statim ab ipso audita est. Humilitas ipsa. Humiliamini igitur fratres sub potenti manu Dei si vultis non capi à laqueis Diaboli. Maceratio etiam carnis, & ieiunium quam plurimum ad hoc conducunt: Nam, vt ait **Beatus Basilius** in Homilia de laudibus ieiunij, Qui caput 28 est omnium ieiunantium Dominus noster non prius in carne, quam pro nobis assumpserat, Diaboli insultus excepit, quam eam ieiunio, comminisset; & tu cogitas pinguisimis cibis & voluptatibus deditus sic, dæmonem vincere vilis & sine viribus homo? Vince prius carnem tuam, & abstinentijs illam comminue, & sic Dei adiutorio fretus ad pugnam cum Dæmone egredere.

**Sæctus Antoninus**  
to. 2. p. titu.  
15. cap. 3.

**B. Bas. Homi. 1. de laudibus ieiunij**

### Tentatoris astutia.

**B**Eatus Chrysostomus in quadam Homilia inquit enim **Uero & Diabolus** tunc infestat vehementius, & sicut piratæ nauigantes in mari, non tunc insidiantur, cum è portu vident egredientes. Nam quid prodesset inuadere nauem vacuum? 29 Sed tunc omnes artes mouent, cum onusta redeunt: ita & malignus ille dæmon, cum nos viderit multa cõnexuisse nempe ieiunium preces, elemosynas, continentiam, aliasque virtutes omnes, & esse nauim nostram gemmis pietatis plenam tunc vndequaque se se obijcit, vt **Thesaurum** rapiat, & in ipso portus ingressu vincat & spoliet.

**B. Chrysost. Homi. 31. in Gene. Simile.**

Idem quadam concione de Lazaro ait: Quemadmodum canis assistens mensæ, si viderit hominẽ vescentem subinde aliquid eorum, quæ in mensa sunt, ipsi proijcientem, manet assidue. Quod si semel atque iterum astitit nihil adeptus, protinus abstinet, veluti qui iam frustra & incassum assistat: Itidem &

**Idem concione. 3. de Laz. 22.**

Diabolus iugiter nobis inhiat, si quod blasphemum verbum ipsi seu cani proijeramus. Hoc accepto rursus aggreditur. Quod si perseveraueris gratias agere iugulanerisq; illum fame celeriterq; abegeris, & effugere coegeris.

Idem Hom.  
15. ad popu-  
lum. Antio-  
chenum. 07  
simile. 26. 72

Idem in quadam homilia ait: Auicula semel capta laqueo mox elapsa, & ceruus in rete decidens, & effugiens, isdem iterum difficile capientur; nam cuiq; fit experientia cautela magistra. Nos sepius isdem capti in eadem cadimus, hoc est, in laqueis & tentationibus Dæmonum scienter incidimus.

Simile:

Si inter homines, quando expugnatur vrbs aliqua, repertiuntur tantæ artes, tantæ insidiæ, tum ad prædandum, tum ad intercludendos cõmeatus hostium: quanto magis conuertetur Dæmon ad expugnandam arcem voluntatis, & suffocandos spirituales thesauros? Norant sagaces agricolæ, quæ tandem humus apta sit ad triticum producendum, & concipiendum, quæque ad auenam, quæ ad siliginem, & denique pro natura telluris seminare consueuerunt granum: ita Dæmon tanquam astutus, & callidus seminator, pro ingenio, & natura cuiusque seminat tentationes varias: hic enim spargit auaritiam, illic luxuriam, iam superbiam seminat, iam vero inuidiam.

Idem D. B.  
simile. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Quæreret fortasse aliquis, cur tanto odio persequatur nos dæmon, & profectum atq; salutem nostram tot modis impedire conetur inimiciq; nomē ob eam causam Dominus Iesus ei imponerit? Ad hoc respondendum est, Dæmonem quidem acerrimum esse Dei hostem, nā Dæmonē ipsum Deus ē cælesti sede expulsum in barathrum perpetuo igne cruciandum relegauit. Cum vero Deum lædere, atq; maiestatem eius imminuere nequeat, ipsius imaginem inuadit. Ad hunc enim modum reges terræ, qui capitali odio inter se dissident, quando alter alteri nocere non potest, alterius fines, & regnum inuadit.

Matth. 23.

Simile.

Tentatio expectanda est à iusto cum timore & fiducia.

Eccles. 2.

Qui accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Hoc etiam consilium quilibet Christianus obseruare debet, & confidere, fauorens

rem

33 rem & auxilium sibi à Deo in tentatione præstandum esse: sicut confidebat David, cum dicebat. Quoniam in te eripiar à tentatione, hoc est, Non in me nec in meis viribus confido, vt eripiar, & victoriam consequar in tentatione, sed in te, Deus meus, in tuo adiutorio & fauore. Certissimum enim est, quod quando se nobis tentationes, ac labores offerunt, semper Deus auxilium ad illos superandos præstat, y aun muchas vezes nos da regalo despues de vencidos: etenim id, quo vincimus, nobis solet esse consolationis occasio. In libro Iudicum legitur, quod ipsa met a fini mandibula, qua fortissimus Sanson mille homines interfecit, ei postea facta est fons aquæ, qua se refocillauit, & consolatus est. Idcirco qui vtilitatem ac meritum exercitij tentationum cognoscit, dolet quando ei postea deficient. De viro Dei Phaltiel legitur quod quando Michol vxorem David in custodia habuit, & ad eam non accessit cum à se ablata fuit, plorans illam sequebatur, & Rabbi Salomon inquit, eum deplorasse, eo quod ei deficiebat exercitium virtutis in quo se exercebat, dum tentationibus, quarum mulier illa ipsi causa erat resistebat. Quamuis in hoc casu non sanum consilium existimo, quem piam rerum sensualium occasionibus se exponere licet multam nimis suæ castitatis experientiam habeat.

Psalm. 17.

Iudicum. 15.

2. Reg. 34

1. Cor. 10. 13

1. Cor. 10. 13

Merito Ecclesiasticus dixit. Fili accedens ad seruitutē Dei prepara animam tuam ad tentationē, siquidem cū cæcus ille, de quo Diuus Lucas agit, exclamaret ad Christum Redemptorē nostrū, illumq; deprecāretur vt de ipso misericordiā haberet, qui præibant increpabant eum, vt taceret, y luego que la Magdalena trató de seruir a Dios, y de reformar su vida murmuro el Pharisæo della diziendo, quia peccatrix est. Cū S. Iob in profundo laborū suorum, ac miseriarum inclusus esset, ibiq; gratias altissimo Deo ageret, cepit vxoreius ipsum subfannare dicēs. Benedic Deo, & morere. Quasi diceret, Anda te cōeffas fantidades no hasgas sino tener confiança en Dios, que el te favorecera. Verū nec cæcus propter illas reprehensiones destitit à clamoribus suis, sed potius, vt ait sacer textus, magis clamabat dicens. Fili David miserere mei: nec Magdalena cessauit lachrymas profundere, & pedes Domini lauare propter murmuracionem Pharisæi; nec Sanctus Iob à laudibus diuinis propter stulta vxoris

Luc. 7

Iob. 2

simile.

Eccles. 10.

Iacob. 1.

suæ verba cessavit, quin potius in patientia, & fiducia perseue-  
 ravit. Non derelinquunt iusti virtutem propter contradictio-  
 nem, imo tunc libentius & efficacius eam operantur. Quem-  
 admodum ille, qui rem pretiosam in manibus habet, si quis  
 eam ab eo vi extrahere vult, ipse tanto magis comprimit ma-  
 nus, quanto maior vis ei infertur. Sic iustus tanto celerius bo-  
 nus esse procurat, & tanto maiori cum feruore virtutem ope-  
 ratur, quanto magis de eo murmurant. Dum vixerit in hoc  
 mundo seruus Dei, non ei deficient vbicunque fuerit tentatio-  
 nes, quin potius vna extincta, alia pullulat, sed miles super-  
 ni ducis Iesu Christi animaduertat, quod non coronabitur ni-  
 si qui legitime certauerit. El confito es de vn momento, y la  
 corona, y premio es perpetuo. Idcirco nullus conqueratur,  
 quia plurimis laboribus affligitur: si enim quis plures annos,  
 quam Mathusalem victurus esset, & in eis omnes mundi mo-  
 lestias perlaturus, hæc omnia nihil sunt, si cum æterno præ-  
 mio comparentur. Quod si in hoc tam assiduo prælio aliquan-  
 do ô homo victus fueris animaduerte id, quod sacra scriptura  
 inquit. Si spiritus potestati habetis super te ascenderit, locum-  
 tuum ne dimiseris, id est: buelue a tu puesto, no desmayes ni te  
 dexes yr por el agua abaxo. Bien vee Dios, que combatido  
 peccaste, con poca penitencia te recibira. Omni ergo tempo-  
 re bona est tentatio: idcirco Beatus Iacobus inquit. Omne gau-  
 dium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis.  
 Et Beatus Ambrosius Tolle pugnam, & non erit victoria, tolle  
 victoriam, & non erit corona. Bona est etiam tentatio, vt nos  
 ipsos cognoscamus: nam sæpenumero cor nostrum nos deci-  
 pit, & cogitamus, nos vel ipsam martyrium ferre posse, postea  
 vero minimo verbo cadimus. O effæminate ferre non potes su-  
 percilium proximitui, & martyrium perferes? Est etiam ten-  
 tatio utilis, quia nos ad Deum multoties accedere facit ploran-  
 tes, orantes, & remedium postulantes: & efficit vt cælum desi-  
 deremus & mundum abhorreamus. Est etiam eadem tentatio  
 materia patientiæ, fortitudinis, mansuetudinis, & fiduciæ qua-  
 rum officium est tentationes vincere, & superare, atque cum il-  
 lis merita acquiruntur. Propter quid obsecro nollent sancti  
 non pertulisse id, quod in hac vita passi fuerunt, vnde coro-  
 nã, & gloriam, quã nunc possident, meruerunt? Tu igitur ex-  
 pecta

39 pecta, quod aliquando cum illis te videbis, & id, quod nunc pateris, te pertulisse gaudebis. Hæ tentationes sunt illi Iebusæi, quos Deus in terra promissionis reliquit, vt erudiret in eis populum Israeliticum, ideo Beatus Bernardus inquit. Velimus, nolimus Iebusæus iste habitat in finibus nostris. Supprimi potest, exterminari non potest: sed faciamus eum nobis tributarium, vt seruiat nobis ad salutem, & reddat ex tentatione prouentum. O quantam curam Deus de suis militibus habet, & quam bene moderatur contradictionem, & prælium tyronibus suis, ne animo cadentes deficient. Filij Israel non statim, vt ab Aegypto exierunt, Amorrhæos, Ceretæos, & Iebusæos opposuit, sed prius eos manna è cælo sustentauit, & refecit: prius eis legem dedit, prius eos columna ignea per noctem, & umbra nubis per diem duxit, alijsque plurimis illecebris in illa solitudine affecit, vt sic postea illis delicijs allesti vires, & animum ad præliandum cum illis fortissimis hostibus reciperent. Sic nunc qui suauitatem Dei gustauerunt, & manna spiritus suauissimi sustentati sunt, & mel petrae suserunt, quando tentationem patiuntur, non tam facile se superari sinunt: id enim quod experti fuerunt, eis vires ad resistendum præbet: ideo prius Deus eos illecebris afficit, & postea tentari permittit. Et hoc est, quod Sanctus Iob loquens cum Domino dixit de viro iusto. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Positus ergo seruus Dei in pondere prælij non in se confidat, licet omnes vires suas adhibeat, & , quidquid in se est, efficiat sed clamet, vt clamabat bonus ille Rex Ezechias,* *Isai. 38.*

41 *qui dicebat. Sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor vt columba. Quid faciet pullus hirundinis implumis, & absq; viribus ad volandum, cum videat, se iam iam à serpente deuorandum esse, nisi clamare y chirriar, sic igitur facere debet iustus tentatione circumdatus, & de eo qui hoc agit inquit Regius Propheta. Qui habitat in diutorio altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur, hoc est, Qui confidit in eo, ab eo protegetur: nam si Principes, ac Domini temporales nullam aliam rationem afferre solent, quando eos qui ad se ipsos confugiunt, protegunt, nisi dicere: Sub protectione mea se posuit homo iste, ideo ei opitulaturus sum, idest, si los principes del mundo quando alguno se pone debaxo de su amparo suelen dezir, Tē*

gole de valer pues se confio en mi: quanto potiori iure, & ratione Deus hoc faciet? Idcirco qui ad eum verè confugerit, dicet Domino. Susceptor meus es tu, & refugium meum. Et reddet rationem inquiring. Deus meus sperabo in eum, idest. Ad quem confugiet creatura, nisi ad suum creatorem; & in quo confidet, nisi in Deo suo? O dulcissima verba utinam in cordibus nostris literis aureis imprimantur? Deus meus sperabo in eum. Quia Deus meus est sperabo in eo. Est autem obseruandum, quod viris prudentibus ex victoria vnius tentationis nascitur spes ad aliam comparandam, & superandam, licet longe maior sit ea, quam iam superauit. Sic Regi Dauid contigit, qui quoniam, dum iuuenis erat, vrsos, & leones diuino fauore vincebat, spem habuit, se etiam gigantē illū Philistēū, esse victurū, sicut ipse aperte fatetur loquens cum Rege Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq; eos. Nam & leonem, & vrsū interfeci ego seruus tuus. Erit igitur & Philistēus hic incircumcisus, quali vnus ex eis. Nunc vadā, & auferam opprobrium populi.

1. Reg. 17.

43

Simile.

Si autem aliquando cecideris, & te à Dæmone superatum videris licet ab eo casu, & ruina surrexeris, & te eleuaueris, atque erexeris, cogita Dæmonem ipsum credere, quod in te aliquam habet iurisdictionem, ideo oportet, vt cautissime viuas: nam Sathanas est ad instar canis venatici, qui maiore animo, & cupiditate sequitur prædam, quam semel momordit existimans iam ab ore suo non esse euasuram, siquidem etiam morsum infigit. Cum ergo ex ruina tua teterrimus hostis velocitatem recuperet, tu non animo cadas, quin potius vires, ac robur sume: magna enim tibi gloria erit si ab eius manibus euadis, & fiduciam illius confringis, ac cum Dauide cantas. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Animum ergo concipe o Christiane in omnibus contradictionibus Dæmonis, mundi, & carnis: nam in eo turbine poteris sicut Helias in cælum ascendere. Imitare examen apum, quæ tempestatibus tempore ad aluaria se recipiunt: Sicut in omnibus tentationibus ad orationem confuge, & in illam tanquam in securissimum portum te recipe. An  
maduer-

simile?

45 **ma**duerte quod virtus arborum in se ipsa roboratur, & in radi- simile.  
cibus earum, quando maius frigus viget includitur; & tunc  
etiam aquæ in fontibus calidiores sunt. Ex quibus omnibus  
exemplum sumere debemus, vt nos ipsos magis colligamus,  
quanto amplius persecutio augetur.

Aliqui intrepidi sunt tanquam si nec Diabolus esset, neque  
in corporibus suis concupiscentiam haberent, quibus Beatus B. Cyri. Hie  
Cyrillus Hierosolymitanus alloquitur dicens. An ignoratis, roso. Cate-  
quod etiam in petra quando que radix agitur, & saepe manet? chesi. 2.  
Ne suscipiatis semen, quoniam perdet vestram fidem, prius-  
quam floreat, radicibus eruite malum, quod si ab initio negle-  
xeritis, postea nec quidquam proficietis, & ignem magis exci-  
tabitis, lititudinem inceptantem tempestiue curate, ne, cum  
46 **ex**cæcati fueritis, tum demum frustra medicum quærat.

Omnia quæ habentur litera. B. titulo bel-  
lum spirituale, huic materiæ possunt  
deseruire. Etiam cum de tentatione  
agitur prædicari potest de astutia &  
potestate tentatoris, qui est Diabolus,  
vt habetur litera. D. titulo Diabolus.

T E P I

# TEPIDITAS MENTIS fugienda.

Apoca 3.



**V A M** Sit detestanda tepiditas mentis, aperte illa Dei verba in Apocalypsi declarant. Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Multas hic locus patitur interpretationes. Driedo sic eum interpretatur: vtinam vel calesceres Dei amore, vel obrigesceres eius timore, vt vel amore, vel timore ad meliorem frugem reuocareris, sed quia nec amas, nec times, sed tepiditate quadam nec Dei cales amore, nec obrigescis timore, euomam te, & in maiora derelinquam, sicut aqua tepida à stomacho expellitur. Non contemnenda est hæc interpretatio, quia recta, & ingeniosa, sed quod magis præsentis proposito congruit, intelligitur hoc testimonium de his, qui aliqua bona exercent, quibus iam assueti sunt, nec feruido spiritu sed tepidissimo operantur, ijsq; minimis contenti ad altiora non aspirant. Hoc aliquando reperitur in aliquibus viris religiosis, qui ex consuetudine vigilijs nocturnis intersunt, assueta ieiunia obseruant, atque alia, quæ religionis sunt, corpore præcipue exercent, de spiritu vero, & de profectu in charitate, & de alijs, in quibus perfectio consistit parum, aut nihil curant. Hi, cum videant se non in illis vitijs obuolutos, quibus reliquum Christianorum vulgus, insuper quod ea opera, quæ religio instituit obseruant, iam se apprehendisse existimantes statim in virtute fecerunt, & quod periculosius est, in quibus deficiant, non intelligunt. Nam nec feruore spiritus, nec calore charitatis pollent, nec de istis multum curant, illa communi vita contenti, nec ad altiora aspirant, nec in quibus deficiunt aduertunt. His ergo frigidi, & peccatores anteponentur, eo quod isti, cum videant se longe esse à Deo & in barathrum peccatorum detrusos, siquid boni audiunt, ad se conuertunt, rationes pro se dictas recipiunt, & videntes, & intelligentes in quibus sunt periculis constituti, facilius ab

- 4 illis se expediunt. Vnde facilius curantur isti secundum illud Hierem. 4  
 Hieremias, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Hoc est, faciliori cura persuadebitis bona illis, qui de nouo à frigiditate sæculi ad virtutis amorem venerunt, quam alijs, qui præ tepiditate, & torpore spinas, & tribulos dimiserunt in suis crescere, & adolere cordibus. Sic explicat hunc locum Abbas Daniel in libro collationum patrum collatione. 4. Oportet ergo vel calere charitate, vel intelligere illa te esse vacuum, vt quod deest adquiras, alias dicit Dominus: Incipiam te euomere ex ore meo sicut aquam tepidam, quæ nec tota calida, nec tota frigida est, & nauseam in stomacho prouocat, sed dicit: Incipiam te euomere, non statim euomam, nam tales paulatim derelinquit Deus, vt in manifesta crimina prolapsi quæ si  
 5 bi deerant iam aduertant, ne minimis contenti, maiora non petant. Cum ergo se iustus viderit in hanc tepiditatem prouolutum cum regio Propheta clamet, & dicat. Dormitauit anima mea præ tædio confirma me in verbis tuis. Vbi Beatus Hieronymus transfert. Stillauit anima mea præ tædio, idest lachrymas emungit, per maxillas stillare fecit. Et alia litera habet. Agonizauit anima mea præ tædio. Ex quibus verbis apparet, quam sit ploranda, & metuenda ista tepiditas, & quo mentis affectu, qui eam in se sentit ad Deum clamare debet dicens, Confirma me in verbis tuis. Sicuti nimium lassus ex longo itinere, pene-  
 6 que debilitate deficiens confortatur cibo, & potu & in vires pristinas redintegratur. Verbum autem Dei cibus est animæ, sicuti panis corporis. Petit ergo confirmationem, & stabilitatem cordis per verborum diuinorum considerationem. Vnde Beatus Paulus ad Romanos scribens ait. Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos  
 vos, idest, simul consolari in vobis, per eam, quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam. Ecce quomodo verba diuina Sanctus Apostolus desiderabat proferre illis ad fidei, & cordis corroborationem. Vnde Ecclesiasticis ait. Verba sapientum quasi stimuli. Sunt enim verba sapientis sicut stimuli excitantia torporem. Solet quippe animus aliqua fidei acrimonia adeo stimulari, atque compungi, vt de lectulo exiliens in clamores, vlulatusque prorumpat, utpote si seueritatem diuinæ iustitiæ, atrocitatemque peccatorum consideret, vel si Dei beneficia,

Hierem. 4

Psalm. 118.

simile.

Ad Rom. 1.

Ecclesi. vltimo.

neficia, vt puta redemptionis, & alia in se collata summa attentione meditetur, quod ex auditu, vel ex lectione verbi Dei solet oriri.

Omnia quæ habentur litera. D. titulo diligentia in virtute deseruiunt huic materiæ.

# T I M O R D O M I - N I A D M I R A B I - les fructus producit.

Eccles. 2.



**N** Ecclesiastico dicitur. Qui timetis Dominum sperate in illum. Optime quidē: cognitio enim omnipotentia, & iustitiæ illius pusillanimitatem cordis generat, & quasi deficere facit. Ideo addidit. Sperate in illum. Spes ex cognitione summæ illius bonitatis & misericordiæ acquiritur: & statim inquit: & in oblectatione veniet vobis misericordia. Vide quomodo timentibus Deum spei datur mandatum, & promittitur in oblectatione misericordia. Et deinde ait. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Antea vero dixerat: qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra: vt ex his omnibus habeas mirabilem doctrinam iustificationis impij, quæ non solum fide, aut spe, aut timore Domini perficitur, sed quam maximè per dilectionem. Tria hæc coniungit Ecclesiasticus ad nostram iustificationem. Hæc est vena cælestis, in ex hausti; thesauri, timor Domini per hunc ad fidem, per hunc ad spem, per hunc ad pænitentiam, per hunc denique ad dilectionem, & præceptorum obseruantiam deuenitur, & regnū. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Vbi aperte de timore seruiti agit: quod ex vltimis verbis huius capituli secundi comprobatur. Vbi sic legis. Qui timet Dominum custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes. Si pænitentiam  
non

3 non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Vides quomodo de timore seruili agat sermonem, si quidem, qui timent Dominum inquitunt. Si pœnitentiã non egerimus incidemus in manus Domini. Qui timore filiali ex charitate nascēte timet Dominũ, non timet cadere in manus eius, & iam egit pœnitentiã. De hoc timore accipe elegantem similitudinẽ Beati Hieronymi super Esaiã. Domine in angustia requisierunt te: sicut ad partum mulier appropinquans dolore cogitur exclamare, sic nos in angustijs requirimus te, & à facie fortitudinis tuæ concepimus & parturimus, & peperimus non carnis liberos, sed spiritus. Et Beatus Augustinus aliam similitudinem de re hac proponit graphice (in tractatu. 3. super Canonicam Ioannis Apostoli & refertur de pœnitentiã distin. 4. 2. cap. sicut seta) huiuscemodi timorem comparans setæ sutoris, quæ filium introducit. Enimvero quemadmodum seta non est satis firma, vt possit frustra corij consuere, sed est accommodata ad inducendum filium, quod intrans, foras excludit setam: sic timor seruilis per se non sufficit amicitiam inter nos, & Deum conglutinare: seruit autem charitati introducendæ.

Esai. 26  
B. Hiero.

B. Augu.

Timor Domini radix est sapientiæ.

IN Ecclesiastico dicitur: Radix sapientiæ est timere Deum, rami enim illius longevi. Sicut enim radix in abditis terræ reconditur, vt inde rami eius pullulent; sic timor Dei in intimo cordis radicari debet, vt inde rami, fructusque in longum protrahantur, dilatentur, atque perdurent. Quamuis autem secundum Beatum Augustinum in commentario in epistolam Beati Ioannis tractatu nono; duplex sit timor, alter dicitur seruilis, alter filialis: omnes fere interpretes de timore filiali intelligunt hunc locum. Propterea aduertendum est, quod per sapientiam hic non tantum intelligitur sapientia, vt solum includat in se cognitionem Dei; rerumque agendarum, sed etiam vt in se includat huiusmodi cognitionem simul cum pia voluntatis affectione erga Deum, & quæ Dei sunt: huiusmodi sapientiæ timor Dei est radix. Vnde septuaginta interpretes frequenter pro ea dictione Hebraica, quæ timorẽ significat vertunt, Theosebiã, quæ interpretatur pietas. Nã in libro Iob vbi nos habemus: ecce timor Domini ipsa est sapiëntia, est in Græco

Eccles. 1.  
simile.

B. August. in  
comm. super  
Ioann.

Iob. 28.

Theo.

B. Augu. lib.  
de spi. ca. 11.

Malach. 1.

Theosebia, & B. Augustinus varijs in locis legit: ecce pietas ipsa est sapientia. Nam libro de spiritu & litera dicit. Pietatem dico, quam Theosebiam vocant: ipsa quippe commendata est, cum dictū est homini, quod in libro Iob legitur: ecce pietas est sapientia. Pietas autem virtus est, quæ honorem parentibus tribuit, omnium vero pater Deus est. Vnde per Malachiam inquit. Si ego pater, ubi est honor meus? Ideo ergo dicitur timor iste filialis, quia includit reuerentiam illam, quam filij parentibus exhibere debent. Hic etiam aduertendum duxi, nomen Hebræum ibi positum primitias, seu principatum quoque significare. Ideo pro initio possemus transferre primitias seu principatum, quia hic timor Domini, de quo loquimur præcipuam sapientiæ partem sibi velit vindicare. Hunc timorem desiderabat David quando orabat. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo: qui tanquam basis, & fundamentum totius obseruatæ legis est.

### Timor Domini qualis esse debet.

Psal. 118.

Non qualiscunq; timor Dei sufficit fidei seruo eius. Ideo David ait, confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuistimui. Vide quomodo petat timore se configi, cū subiiciat se timere iā Dei iudicia, & hoc ipsum pro ratione subiūgit, quoniam pleriq; timent quidē Dei iudicia, sed tamen non habent carnes timore Dei confixas, timentes quidem eternā damnationē, nondum tamen tali timore detinentur, quo ab omni malo fugiant: quod Euthimius in hoc loco docet dicēs: Dū tua (inquit Propheta) lego iudicia in anima quidē timore corripior, ipsum tamen corpus huiusmodi timore non castigatur. Tu igitur cōfige ipsum corpus hoc timore, ita vt ad immoderata desideria amplius non feratur. Optabat ergo Sāctus Propheta (vt ait hic B. Augustinus) addi sibi timorem, vt tantum timeret, quantum sufficeret crucifigendis carnibus suis, idest concupiscentijs.

Ut enim docet B. Thomas, per timorē Domini declinat omnis à malo. B. autē Hieronymus ex Hebræo vertit, & alij interpretes: horripilauit à timore tuo caro mea, nā in Hebræo loco huius verbi, confige, est verbum Samar, quod secundum omnes significat ita inhorrescere, vt pili erigantur. Sed ab hoc verbo deriuatur nomen, masmer, quod clauum significat, ad quā significatio-

B. Tho. 2. 2.  
q. 141. arti. 1.  
ad tertium.

ficationem respexerunt septuaginta interpretes.

B. Augustinus super eundem Psalmum ait. Quemadmodum obsequens filius & amat & timet offendere patrem, & pudica coniux virum timet, ne à viro deseratur, & amat vt fruatur, si ergo pater homo, & coniux homo, & amari, & timeri debet, multo magis Pater noster, qui est in celis, & ille speciosus forma patris filijs hominum. Vnde per Malachiam Dominus dicit. Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum, si ergo pater ego sum, vbi est honor meus, & si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum. Hic autem est timor filialis qui ortum habet ab amore.

B. Aug. sup.  
Psal. 118.

Malach. 1.

B. Greg. li.  
6. mor. c. 24.

B. Greg. li.  
6. mor. c. 24.

B. Gregorius in moralibus ait. Anchora cordis est pondus timoris, & sicut maioribus, & ditioribus nauibus maior anchora opus est: ita quo iustior homo maiori timore indiget. Et ita ait idem sanctus Doctor super Ezechielem: via est vita præsens, & tanto quisq; necesse est, vt insidiantes spiritus caueat quanto maiora sunt dona quæ portat. Ad concipiendum autem hunc in gentem timorem nimium assidua diuinarum rerum meditatio prodest. Sicut idem beatus Gregorius affirmat his verbis. Humana mens quo altiora considerat, eo magis tremefacta formidat: quia tanto verius serream cernit, quanto se ab illo lumine discrepasse cognoscit. Sicque fit, vt magis illuminata plus metuat, & suos etiam profectus quatiat, quia prius secura nihil videbat. Quam vero multa sint, quæ timenda sunt enumerat beatus Augustinus in manuali dicens. Ecce miserum multis moeroribus plenum, dum vitæ meæ finem timeo, dum peccata mea considero, dum iudicium tuum formido, dum mortis horam cogito, dum supplicia tartari horresco, dum opera mea qua districtione, & discussione à te pensentur, ignoro, dum quo fine illa clausurus sum, penitus nescio. Ex his omnibus patet, quam merito beatus Hieronymus in Epistola inquit. Vbi timor, & tremor est, non solum vocis elatio est, sed animi flebilis lachrymosa deiectio.

Eusebius Emisenus ad monachos ait. Nemo de præteritis securus fit. Tanti laquei obiecti sunt ante pedes animæ nostræ, tam innumeri hostes obseruant, & custodiunt iter nostrum, tantæ foueæ, & tantæ rerum difficultates interiacent inter nos, & finem nostrum: via ipsa, quæ per se arcta, & ardua est, tantis

Euseb. ho.  
5. ad mona.



85 siquidem quantumvis homo sit, etiam Deus est. Donec aspiret dies  
 & inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad col-  
 lem thuris, inquit sponsa in Canticis. Cum sponsa audiuit Cant. 4.  
 ab sponso quoniam pulcherrima esset, & oculos haberet co-  
 lumbinos, & capillos, & optimi coloris, & singulari quadam  
 ratione compositos, idem de dentibus, de collo de vberibus. Hęc  
 igitur cum sponsa consideraret, quasi in seipsam descendens in Cant. 103.  
 mentem reuocabat, quoniam hominis vita militia est super Iob. 7.  
 terram: & quoniam foelix ille habendus est, qui semper est Prou. 18.  
 pavidus: tum quod sanctissimis hominibus, quo altiori gra-  
 du sanctimonix, & innocentix sunt constituti, eo timen-  
 dum sit vehementius. Sic enim David ait. Timete Domi- Psal. 33.  
 num omnes sancti eius. Ideo inquit: dum est flagrantissimus  
 86 æstus, & inclinatur umbræ, id est, cum per totam vitam  
 semper sit dimicandum, & non iuuat, aut vacat, proprias au-  
 dire laudes non me mearum laudum commemoratio impe-  
 diet, quo minus eam ad montem myrrhæ, & ad collem thu-  
 ris, hoc est, quo minus orationibus, ieiunijs, & alijs sanctis exer-  
 citijs instem: id enim per montem myrrhæ, & thuris est in-  
 telligendum. Nam ingruente tentatione orandum est, quem-  
 admodum Christus Iesus Redemptor noster docet cum exem-  
 plo, tum etiam verbo: oportet semper orare. Orate ne in- Luc. 18.  
 tretis in tentationem. Factus in agonia prolixius orabat. Matth. 26.  
 Et Beatus Paulus ad Thessalonicenses scribens docet sine Luc. 22.  
 intermissione orandum. Et ad Timotheum iubet viros ora- 1. ad Thes. 3.  
 re in omni loco. Et Moyses cum Dei ira incandesceret 1. ad Tim. 2.  
 87 aduersus populum dicebat. Cur scandescit ô Domine fu- Exod. 32.  
 ror tuus in populum tuum, in magna virtute, & manu for-  
 ti? Reuertere obsecro ab ira furoris tui, &c. Non solum au-  
 tem vrgente procella tribulationum, instanteque periculo,  
 quod per totam vitam imminet, orandum est, sed & con-  
 sideranda peccata, & la hrymis sunt eluendæ contractæ sor-  
 des: id vero & nomine myrrhæ sponsam voluisse subindicare  
 non ambigo, quæ vt amara est, ita etiam animi amaritudi-  
 ne, & contractione descendenda sunt peccata. Docet proinde  
 sponsa, adeo non esse fidendum proprijs virtutibus etiam si  
 ab sponso probentur, multisque laudibus in cælum vsque eue-  
 hantur, vt tunc maxime timendum sit, & in nos ipsos des-  
 cenden-

cedendum deſſenda peccata, orationibus inſtandum, lachry-  
mis, ieiunijs, alijsq; caſtigationibus cohibendus affectus.

## Timor Domini maximè à ſapiente *commendatur.*

Eccl. 12.

**A**dmirabilis eſt Eccleſiaſtes ſententia, & quæ maximè ti-  
morem Dei commendat, ſcilicet. Deum time, & manda-  
ta eius obſerua, hoc eſt, enim omnis homo. Valde equidẽ  
decorum eſt, & pulchrum, digito monſtrari, & dici: hic eſt. In  
quo cumulant ſeſe quæcunq; in homine merito deſiderari poſ-  
ſunt. Et nõ ſolum decorum, ſed eligibile ſuper omnia. Sed quid  
eſt Deum time, & mandata eius obſerua, & hoc eſt omnis ho-  
mo? Phraſim hanc non intelligo. Senſus eſt. In hoc vno confi-  
ſtit eſſe, & bene eſſe, virtus, & officium vniuſcujuſque qui ve-  
rè hominem agit, per hoc initium, in hoc finis traditionis euãge-  
licæ: hinc enim incipiunt, hucq; recurrunt omnia tam conſilia  
Chriſti Ieſu, quam ſanctorum, vt ſit in nobis ſpontanea, & exa-  
cta obſeruatio mandatorum Dei noſtri. Finis conſiliorum præ-  
ceptũ eſt: finis vero præcepti charitas, qui autem manet in chari-  
tate, in Deo manet, & Deus in eo, quia Deus eſt charitas. Quem  
ſcopum qui attingit, is habet quæcunq; ad hominis dignitatem  
pertinent, hoc eſt, cuncta, quæ in homine coram Deo, & ange-  
lis eius, alijsq; cordatis viris merito deſiderari poſſunt, in quo-  
cunq; agat genere vitæ, & quantumlibet obſcurus ſit, miſer,  
aut abiectus. Alius vero interpres paulò lucidius reddit hanc ſen-  
tentiam dicens. Deum timeto, & mandata eius obſeruato, nam  
in hoc conſiſtit omnium hominum perfectio. Quasi diceret,  
quæcunq;ue libris ſcripta ſunt, alijsque innumeris libris ſcribi  
poſſunt comprehenduntur ſub vno illo, nempe Dei timore, &  
eius mandatorum obſeruatione.

## Timor Domini maximas in anima iuſti *radices emittit.*

Eccl. 3.

**I**n Eccleſiaſtico dicitur. Qui diligit Deum, exorabit pro pec-  
catis, & in oratione dierũ exaudietur. Sed quero ſi hic, de quo  
in præſentiarũ Eccleſiaſtic' loquitur diligit Deum & iuſtus eſt,  
pro

21 pro quibus peccatis exoraturus es? Ad hoc respōdeo, quod pro peccatis iam condonatis: nam solent viri iusti peccatum, quod aliquando commisserunt omnibus diebus vitæ suæ plorare. Ita quæ peccatum, cuius iam Deus quodammodo obliuiscitur, ipsi semper præsens habent, & nunquam sibi ipsis satisfacere finem faciunt: sicut enim in illis viuit amor: ita etiam viuit efficax timor. Esto es como lo que suele acontecer a vn

Simile.

amigo que agrauio vna vez a su amigo, que aunque buelua a su amistad, y el otro, no se acuerde del agrauio, el siempre se siente de aquello que hizo, y de quando en quando sale con vn suspiro diziendo. Señor perdonadme aquel agrauio que os hize, que quando me acuerdo del no quisiera ser nacido. Sicut iusti in maiori amicitia Dei, & quando in intimo diuinæ

22 conuersationis existunt (como estan auergonçados) ab imo peccatoris suspiria emittunt dicentes. O Domine parce, obsecro mihi, nefarium illud scelus, quod contra diuinam maiestatem tuam commissi: etenim cum eius recordor, cor & caro mea contremiscit. Hoc igitur ait Ecclesiasticus. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis. Non solum autem iusti timorem habent de peccatis præteritis, verum etiam in scelera ventura cadere pertimescunt, atque ita Diuus Bernardus inquit super illa verba psalmi: Tibi soli peccaui. Ya yo me contentaria con dezir. Tibi soli peccaui, sed heu mihi, quia non solum non possum dicere, quod peccaui, sed etiam pecco, y cada dia estoy en vispera de mas peccar. Si ergo hoc dicebat, & timebat tam sanctus vir, qualis erat Diuus Bernardus: quomodo debiles, & miserabiles non contremiscunt? Quantum autem hic timor Deo placeat ipse per Isaiam Prophetam manifestauit dicens. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Vbi valde ponderandum est non solum dicere Dominum quod iustus est timens sermones eius, sed tremens, quod plus est: denotat enim quod non tantum interiorius spiritualiter timet, sed etiam exterius corporalem habet timorem. Et hunc ait tantopere sibi placere, vt non semel sed multoties illum aspiciat, hoc enim significat, Ad quem

Psal. 50.

Isai. 66.

multoties respiciam, hoc est, Quem iterum atque iterum aspiciam.

## Timor Domini multiplex est.

24

B.Th. 2.2.  
quæst. 199.

**B**EATVS Thomas agens de timore in secunda secunda  
quæst. 199. tandem in sexto articulo resoluitur in his,  
quæ in articulis præcedentibus egerat. Est autem obser-  
uandum, quod timor est quædam passio animæ, quæ nascitur  
ab amore: id enim, quod plurimum diligimus, amittere perti-  
mescimus. His suppositis inquit Sanctus Thomas quatuor  
esse timoris modos videlicet humanum, vel mundanum (idem  
enim sunt) seruilem, filialem, & initialem. Primus est quan-  
do propter timorem pœnæ aut mali quod nobis euenire pote-  
rat Deum offendimus. Hoc modo timuit Diuus Petrus, de quo  
beatus Gregorius inquit. Quia mori timuit, vitam negauit. Pi-  
latus etiam hoc timore peccauit, qui ne amicitiam Cæsaris a-  
mitteret, autorem vitæ Iesum Christum morti tradidit sciens  
ipsum esse innocentissimum. De hoc timore sic apud Diuum  
Matthæum scriptum est. Nolite timere eos, qui occidunt cor-  
pus, animam autem non possunt occidere, hoc est. Propter ti-  
morem amittendi vitam, Deum nequaquam offendatis. Et est  
notandum, quod vt hic timor sit humanus (qui semper est ma-  
lus) debet esse quando aliquod peccatum committitur ad fu-  
giendam pœnam, vt patet in exemplis supra adductis: nam si  
leges obseruamus, ne in pœnam impositam transgressoribus  
incurramus, hic timor non humanus, sed seruilis est, vt statim  
dicemus. Ad hunc timorem Diuus Paulus peccatores exhor-  
tatur dicens. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui  
autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam prin-  
cipes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non ti-  
mere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Se-  
cundum genus timoris vocatur timor seruilis, hic (vt ait idem  
Sanctus Doctor) habet pro obiecto malum pœnæ, vt si quis-  
piam peccare desisteret propter timorem inferni, vel quia ti-  
mebat gloria priuari, vel quia ipsam diligebat, vel etiam si pro-  
pter aliquod damnum, quod sibi euenire timebat, desisteret à  
peccato, hic diceretur timor seruilis: qui bonus est, & contrariū  
sentire esset error, sicut constituit Sacrosanctum Concilium  
Tridentinum his verbis. Si quis dixerit gehennæ metam, per  
quem ad misericordiā Dei de peccatis dolendo cōfugimus, vel  
à pec-

B. Greg. in  
quodā ser-  
mo.

Matthæo.

Ad Roma-  
nos 13.Cōc. Trid.  
Sessi. 6. ca-  
nonc 8.

25

26

- 27 à peccatis abstinemus, peccatum esse, aut peccatores facere anathema sit. Hoc etiam nos summa veritas docet inquiring. Eum Matth. 10.  
 timete, qui, postquam occiderit corpus, potest corpus, & animam  
 mittere in gehennam. Et observandum est hunc timorem servili B. Tho. vbi  
 sup. art. 2.  
 ad. 3.  
 lem (vt ait Sanctus Thomas) non includere in se charitatem, solum enim est abstinere à peccato propter timorem pœnæ. Vt  
 autem sit bonus non debet charitatem excludere, quoniam  
 tunc malus esset. Veluti si quis intelligeret de se, quod tali- Simile  
 ter desisteat à peccato propter timorem pœnæ, vt si infernus  
 non esset proculdubio peccaret. Tali casu timor servilis esset  
 peccatum, & humanus vocari posset, vt docet Adrianus, & Adria. fol.  
 4. q. 2.  
 glossa super caput octauum ad Romanos: & Beatus Thomas. B. Th. sup.  
 ar. 4. ad. 1.  
 Tertius timor dicitur filialis, qui consistit in hoc, quod homo  
 28 abhorreat culpam propter offensam Dei tantummodo: vt si  
 filius timeret patrem offendere propter solum amorem, quo  
 illum prosequitur. Motus Diuus Paulus hoc filiali timore,  
 quauis sciebat se in gratia esse confirmatum, & quod pecca-  
 re non poterat, tamen magnopere timebat, & aliquando Deum  
 exorabat, vt à se tentationes auferret dicens. Datus est mihi  
 stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet:  
 propter quod ter Dominum rogavi, vt auferretur à me: Ali-  
 quando se ipsum puniebat dicens. Castigo corpus meum, 2. Cor. 12.  
 ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Dic no-  
 bis. ô sancte Apostole nunquid Deus cuius verbum infalli-  
 bilis veritatis est, tibi promissum non habet te nunquam ab  
 eius gratia casurum, vel peccatum mortale commissurum?  
 29 Quare ergo cadere times? quare ad non cadendum castigas cor-  
 pustuum ieiunijs, & alijs pœnalitatibus? Tantus erat amor,  
 quo sanctus Apostolus Deum prosequabatur, vt, licet in gratia  
 confirmatus esset, & sciret, se mortaliter non esse peccaturum,  
 maximè pertimesceret aliquid facere, quo Deum offendere pos-  
 set. Hic erat quidam filialis, & castus amor, sine aliqua amoris ser-  
 uilis commixtione, quem perfectissimi habere solent. De hoc  
 timore sic scriptum est. Timor Dñi sanctus permanet in sæculum Psal. 18.  
 sæculi, hoc est: hic timor sanctus, per quem homines sanctifican-  
 tur nunquam amittitur, imo & in ipsa gloria permanet. Licet enim  
 beati certissimi sint se statum beatificum non esse amissuros, tamen  
 reuerentialem quendam Deo timorem habent, sicut filius, qui

patrem ita reueretur, vt cum fiat coram illo, oculos eleuare, & faciem eius contemplari non audeat. Sic iusti in hac vita tanto amore, & affectione Deum prosequuntur, vt timeant, se aliquo tempore ab eius gratia posse cadere, & hic timor in alia vita eis in timorem reuerentialem vertitur. Alius est timor initialis, qui ex filiali, & seruili componitur, & est eorum, qui iusti esse incipiunt, & qui duobus titulis in peccatum cadere timeant, videlicet propter amorem, quem erga Deum habent, & propter timorem poenarum inferni. De hoc sic scriptum est. *1. Ioan. 4.* Perfecta charitas foras mittit timorem. Quando illi, qui sic incipiunt ad perfectionem perueniunt, diligunt Deum solo amore, & timore filiali, qui excludit timorem seruilem, quoniam cum resistunt peccato, poenarum inferni minimè recordantur, sed duntaxat resistunt propter magnum amorem, quo Deum prosequuntur. Hic solus timor filialis est vnum ex septem Spiritus sancti donis, qui est habitus, qui nos inclinat ad respondendum amori filiali Dei. Quauis autem seruilis amor sit bonus, & à Deo inspiratus, atque vt ait B. Augustinus, sicut setta introducit filium, sic timor introducit charitatem: tamen inter dona spiritualia non enumeratur, cum quibus peccatum mortale non compatitur, compatitur autem cum amore seruili.

*Psal. 33.* Quantum verò timor Domini necessarius sit, verba illa Regij vatis manifestè indicant. Ait enim. Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos: non cursus syderum, non rerum naturas, neque cælorum secreta, sed Domini timorem docebo: illorum enim scientia sine Dei timore inflat: timor autem Domini absque scientia illorum saluat. Beatus namque vir, non qui multa nouit, sed qui Dominum timeret, ait idem Propheta, & in mandatis eius volet nimis. Non aliud debuit sapientiæ suæ, & doctrinæ exordium sumere, quam à timore Domini,

nam & ipsius sapientiæ initium est,  
timor Domini.

TIMOR

# TIMOR SER- VILIS.



D hunc timorem seruilem B. Ioannes Climacus peccatores inuitat dicens. Timeamus Deum, sicut feras animantes tinemus. Quantos van a hurtar, que oyendo el ladrido de los perros lo dexan de hazer: Itaque plus valet, & potest in eis metus canum, quam Dei. Quauis autem hic timor seruilis non sufficiat ad faciendam animam iustam, est tamen principium, & dispositio vt in eam ingrediatur charitas, quæ postquam ingressa fuerit, timor seruilis deficit, & remanet filialis, sicut B. Ioannes docet inquiring. Perfecta charitas foras mittit timorem. No se puede labrar la olanda, ni hazer en ella preciosos labores de seda sin aguja: pero despues no queda alli la aguja en la olanda, sino la seda fina. Hoc modo possumus dicere, quod timor est instar acus, qua iustificatio in anima laboratur, id est, se labra en el alma, y se assienta el labor perfecto, que es la charidad, y despues de assentada la charidad en el alma sale fuera el temor. Soler famulus sedile, seu sellam reclinatoriam in ecclesiam portare, vt Dominus eius sedeat, & ipse seruus, dum non ingreditur Dominus, in ea sedet, at vbi primum Dominum videt, ipse se eleuat, vt Dñs sedeat. Assi el temor guarda la silla, q es la voluntad para el amor, pero entrando el amor, foras mittit timorem.

1. Ioan. 4.  
Simile.

Simile.

# TRANQVILLITAS MENTIS.



SE valde mirabilem eam animi tranquillitatē, qua perfecti viri ope diuina freti fruuntur etiam in tribulatione, declarant illa verba Regij vatis. Venite, & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi letabimur in ipso. Quē ocum in martyrum natalitijs exponit sancta Ecclesia cum ait;

Psal. 65.

Sancti tui Domine mirabile consequuti sunt iter seruietes præceptis tuis, ut inuenirentur illæ si in aquis validis: terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento. An non in fluctibus, & mari hanc viam inuenerat, qui in carcere vinctus posita ante oculos morte dicebat ad Epheseos scribens. Et si immolator super sacrificium fidei vestræ, in hoc gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Id ipsum vos congaudere, & congratulari mihi. Hoc autem diuinæ gratiæ miraculum, stupens Propheeta Abacuc dicebat. Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, audiuit, & conturbatus est venter meus. Idem etiam Sanctus David designauit, cum exposita iactatione secularium hominum, de eisdem post hauustum Dei spiritum subdit. Et statuit procellam eius in auram: sive, ut beatus Hieronymus ex Hebræo vertit: statuit turbinem eius in tranquillitatem: siluerunt fluctus eius: & tabuntur quoniam quieuerunt, & deducet eos ad portum, quem voluerunt.

Beatus Gregorius in moralibus super illa verba Iob. 3. cap. Qui ædificant sibi solitudines, ait: Solitudines ædificare est, à secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere, & intentione æternæ patriæ in amorem intimæ quietis anhelare, an non cunctos à se cogitationum tumultus expellerat, qui dicebat. Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ? A frequentia quippe terrenorum desideriorum fugerat, & ad magnam solitudinem semetipsum cõtulerat, in qua tanto purius Deum cerneret, quanto hunc cum se solo solum inueniret.

Nusquam anima nostra tranquillitatem veram inueniet, nisi in Deo. Vnde Beatus Augustinus inquit: Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est. Omnia appetunt in centro suo conuiescere: ideo ignis sursum tendit, lapis autem deorsum. Eodem modo anima nostra in Deo quiescere desiderat tanquam in centro suo. Hinc efficitur, ut mundi diuitiæ, & prosperarum rerum abundantia, honores, & dignitates nequaquam possint animam satiare, cum centrum non sint, vbi illa quiescit. Et ut lapis, & si auro ornetur, & in arcula pretiosa includatur, non tamen propensionem amittit, quam habet ad centrum, & proprium locum, vbi est eius quies: sic anima nostra quauis

magnis

Simile.

in magnis mundi opibus, & dignitatibus affluamus, non tamen tranquilla est, donec in Deo quiescat. Ibi veram quietem inuenit. Hoc intelligens regius vates canebat: Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Vel, vt potest verti ex Hebræo: Iacta super Dominum pondus tuum, & ipse te subleuabit. Hinc etiam idem sanctissimus rex aiebat: Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum. Quod verti potest ex Hebræo: vt requiescam in domo Domini tempore longissimo.

Psal. 54.

Psal. 22.

¶ Omnia quæ habentur litera P. titulo Pax interior, seu spiritualis, deseruiunt huic materæ.

## TRANSFIGVRATIO DOMINI.



**C**VLII corporales beatorum in cælesti patria nõ videbunt plus quam hodie in terra sacri Apostoli viderunt. Omnium rerum excellentior res, & fontius pulchritudinis est Deus quem in gloria omnes beati, tam angeli, quam homines intellectu vident, & videbunt: atque ita Diuus Paulus inquit. Tunc cognoscam, sicut cognitus sum. Et Beatus Ioannes. Videbimus enim sicuti est. Veruntamen oculis corporeis certissimum est eos nec Deum, nec animas, nec angelos esse visuros, sed solum corpora gloriosa videbunt. Omnis enim potentia sensitua corporalis organi non extenditur, ad rem, quæ non est corporalis, & per consequens nostra potentia visua Deum vel angelos, aut animas, qui inuisibiles & spirituales sunt, videre non potest: nam visio est vnio obiecti cum potentia: ideo enim te video, quia secundum Platonicos Philosophos, radios meos ad te mitto, vt cum tuis coniungantur, id est, Por esto os veo, porque embio los rayos mios a juntar se con los vuestros, segun los Philosophos Platonicos: o vienen vuestras especies visibles a juntar se con mis ojos, segun los Philosophos Peripateticos. Denique non fit visio sine

1. Cor. 13.

1. Ioan. 3.

vnione,

vniōne, sed dux res totaliter disproportionatæ vniri non possunt, idcirco res totaliter separatæ à corporibus non possunt cum potentia visiva coniungi, quæ mediātibz organis corporalibus operatur. Quapropter de hac visione possunt intelligi verba illa Apostoli. Qui lucem habitat inaccessibile, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, siquidem nemo illum corporalibus oculis aspicere valet. Quauis autem sanctus Iob de Deo, ac de se ipso post mortem suam loquens ait: Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt, hoc tamen intelligendum est de oculis intellectus, atque ita addit. Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Sufficit nobis, vt hoc contra hanc veritatem non sit, quod non ait Sanctus Iob. Per carnem meam, nam si dixisset, per carnem meam, significaret vtique, se illum mediātibz organis corporeis esse visurum, sed id nō dixit, nec dicere potuit, quin potius solum ait. In carne mea, id est, quod cum in corpore esset futurus, eum oculis intellectus, & non per medium corporis visurus esset. At si volumus concedere eum in præsentiarum de oculis corporalibus loqui, huic veritati etiam fauet idem met locus non enim ait. Videbo Deum simpliciter, sed addit Saluatorem meum. Vbi aperte ostenditur loqui de Christo Salvatore mundi, quem quantum ad corpus Sanctus Iob oculis corporeis visurus est. Ex his manifestè intelligetis, quod sancti Apostoli hodierna die corpus gloriosum Iesu Christi videntes omnem pulchritudinem, & formositatem, quam oculi beatorum in cælo aspicere possunt, viderunt: quod quidem magna fœlicitas fuit. Non viderunt sancti Apostoli diuinitatem, quæ (vt diximus) oculis corporeis videri non potest, nec etiam animam Iesu Christi beatam, quæ etiam in cœlo, sicut & aliæ animæ beatæ videri non possunt, sed maius spectaculum, quod ibi videtur, est corpus Iesu Christi non solum ipsa anima, sed etiam diuinitate plenum, & hoc sacro sancti Apostoli viderunt. Quid ergo pulchrius, aut formosius videre poterant?

Transfiguratus est ante eos. Nullum crystallum, aut vitrum apertius ostendit exterius, quod intra se reconditum habet, quam anima gloriosa per vitrum, & crystallum sui corporis splendorem suum ostendit. Et quemadmodum quanto magis crystallum, aut vitrum exterius enitescet, tanto magis &

elarius

1. ad Tim.  
 primo.

Iob 19.

6 clarius lumen intra se reconditum habere arguimus. Sic quanto clarius videtur corpus gloriosum, tanto maiorem claritatem arguere possumus habere animam, quæ intra ipsum est. Igitur cum hoc ita sit, qualis, obsecro, fuit splendor, & pulchritudo corporis Iesu Christi reparatoris nostri, intra quod non solum erat anima gloriosa, verum etiam ipsamet diuinitas? Sed quæro: si anima sacratissima Iesu Christi filij Dei statim ab instanti suæ creationis fuit beata (quod irrefragabiliter probatur ex illis verbis, quæ Diuus Petrus citat in nomine eiusdem Redemptoris. *Actuum 2.* Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear: propter hoc lætatum est cor meum) quare non ostendit semper suum corpus splendens sicut solem? O magnitudo potentiæ Dei, qui voluit tantum miraculum hîc operari, dum gloriam, quæ in anima erat *Psalms. 15.*

7 suspendit, & detinuit, ne in corpus redundaret, ac laberetur. Hæc autem suspensio gloriæ in anima facta est, vt corpus ipsius Christi tormenta pro redemptione nostra pateretur. Tam singularis fuit charitas benignissimi Iesu, vt pro nobis mori gaudius fuerit. Sic beatus Paulus testatur his verbis. Ingressus mundum dicit. *Ad Heb. 10.* Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi. En las quales palabras se parece que en el instante de su cõcepcion agradescio al padre eterno, porque le dio cuerpo aoto, passible, y mortal para poder padecer. Tantum autem dilexit Dominus hanc passibilitatem, vt vel etiam in transfiguratione eam relinquere noluerit. Magnum miraculum fuit, quod gloria detenta esset in anima absque eo, quod in corpus

8 redundaret, sicut maius miraculum reputatur, quod Sol sisteret ad imperium Iosue, vt ipse de hostibus victoriã reportaret, quam quod secundum quotidianum cursum progredereetur, hoc enim illi naturale est, sistere autem minimè. Sic maius miraculum erat, quod gloria animæ Iesu Christi in ipsa detenta esset, quam quod in corpore redundaret: sicut etiam esset miraculosum quod cum in vase vitreo nimis lucido, & mundo esset magna & clarissima lux inclusa, & non niteret exterius. Sic miraculosum fuit gloriam animæ non enitescere per purissimum Iesu Christi corpus. Denique ingens etiam miraculum fuit Dominum ostendisse gloriam eo modo, quo illam ostendit, que era estar el cuerpo bañado de gloria, no quedando immortal,

mortal, e impassible: De manera que si por aquel espacio, que  
 estubo glorioso, le prendieran los ludios y le crucificaran, real-  
 mente padeciera y muriera. Tantus enim fuit amor, quo nos  
 prosequabatur & desiderium patiendi pro nobis, vt etiam pro  
 illo paruo temporis spatio impassibilis esse noluerit, mas qui-  
 so que passasse vn baño de gloria por su cuerpo de manera que  
 lo dexasse mortal, y passible. Como si fuesse vna muger muy  
 hermosa y muy honesta, y muy enemiga de afeytes y su mari-  
 do le rogasse encarecidamente, y le dixesse: Señora por darne  
 contento yo os ruego q̄ os afeyteys con los afeytes, que las mu-  
 geres se suelen poner, y ella respondiessse. Lauarme la cara esso  
 yo lo hare, que es cosa limpia, pero mas no me lo mandeys, q̄ no  
 lo hare por ninguna via. Así Christo nuestro Redemptor tan  
 amigo fue de la passibilidad, que aun por vn poco de tiempo no  
 quiso estar sin ella. Que passe vn baño de gloria por mi cuerpo,  
 esso bien lo hare, pero componerlo, y affeytarlo de manera que  
 quede impassible esso no porque en esto se vea lo que desseo  
 padecer por los hombres, O bendito y glorificado sea tal Re-  
 demptor, y tal amor.

Simile.

Simile.

Lucæ 24.

Matth. 17.

B. Chryso.  
 hom. 57. su  
 per Matth.

Prænuntiata sua passione induxerat Dominus discipulos  
 suos ad eius sequelam. Oportet autem ad hoc, quod aliquis di-  
 rectè procedat in via, quod finem aliqualiter præcognoscat. Si  
 cut sagittator non rectè iaciet sagittam, nisi prius signum pro-  
 spexerit in quod iaciendum est. Et hoc præcipuè necessarium  
 est, quando via est difficilis, & aspera, & iter laboriosum, finis  
 vero iocundus: Christus Iesus per suam passionem ad hoc per-  
 uenit, vt gloriam optineret corpori suo, quia oportebat Chri-  
 stum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ad quam etiam per du-  
 cit eos qui vestigia suæ passionis sequantur. Et ideo cõueniens  
 fuit, vt discipulis suis gloriam suæ claritatis ostenderet. Hoc au-  
 tem fecit transfigurans se ante eos. Videns vero eum beatus  
 Petrus transfiguratum dixit. Domine bonum est nos hic esse  
 &c. Super quo inquit beatus Chrystomus. Quoniam audi-  
 uit Petrus Christum iturum ad Hierosolymam, vt pateretur,  
 propitius quidem esto tibi semel increpatus, non amplius hoc  
 audent dicere, sed quoniam adhuc pauore tenebatur idem alijs  
 verbis occultius suggerit. Nam cum montem & solitudinem vi-  
 deret, tutum se esse à loco putauit: quare volebat ibi se perpe-  
 tuo ma-

12 tuo manere, quo circa, & tabernaculorū recordatus est. Cogita-  
 bat enim, si nō ascenderet in Hierosolymā, non moriturū Chri-  
 stum Dñm, quia ibi audiuit scribas eum aggressuros. Hæc cū di-  
 cere non auderet aperte, occultius adstruit dicens. Bonū est nos  
 hic esse. Vnde apparet quanto Christi ardore incendebatur: nō  
 enim quærere debes quā prudenter hortabatur, sed quā feruens  
 charitate Christi, quamq; inflammatus esset. Nam quod nō pro  
 se tantum, quantum pro Christo timeret quando mortem & in-  
 fidias Christus prædicabat, ipsum audias dicentem. Animam  
 meam pro te ponam, & si oportuerit, me tecum mori, nō te ne-  
 gabo. Vnde factū est vt in medio periculo constitutus, tā ingēti-  
 taterua circumfusus, non modo non fugerit, verū etiā gladio ar-  
 repto sacerdotis serui aurē absciderit. Non itaq; pro se, sed pro  
 13 magistro expauescebat. B. vero Hieronymus super hunc locum  
 inquit. Qui ad montana cōscenderat, non vult, ad terrena descē-  
 dere, sed semper in sublimibus perseuerare. Et beatus Anselmus  
 in enarratione huius euangelij inquit. Ideo non obliuiscimur  
 terrenorum, quia non amamus cælestia: quò amplius enim  
 quisque vitæ cælestis dulcedinem degustat, eo amplius fastidit  
 omnia, quæ placebant in infirmis. Merito Petrus visa Domi-  
 ni maiestate repente cunctorum, quæ nouerat terrenorum obli-  
 uiscitur, & solis his, quæ videbat cupit adhærere, ibiq; cum Ie-  
 su optat habitare. Cum Elias Propheta Dei gloriam, & maiesta-  
 tem coram se prætereuntem vidit, pallio suo oculos texit. Nam  
 mox vt quis Dei fruitur delitijs, omnibus terrenis oculos clau-  
 dit, ideo Propheta dicebat. Quid mihi est in cælo, & à te quid vo-  
 14 lui super terram? Quemadmodum qui ex abiecta, humiliq; ue-  
 forma ad regni solium euectus esset, vilem supellectilem, quam  
 antea pretiosam, charamq; habebat, propter regij apparatus  
 splendorem, & magnificentiam pro nihilo haberet, seq; ipsum  
 rideret, quòd olim res adeò viles tanti faceret: ita qui nunquam  
 in vita cælestium deliciarum dulcedinem singularem degusta-  
 uit, nec, nisi porcorum siliquas, hoc est, carnales voluptates  
 agnouit, eas solum magnas, & amore suo dignas arbitratur:  
 at si is fortè à Spiritu sancto in benedictionibus dulcedinis per-  
 uenit, & torrente diuinæ voluptatis potatus fuerit, opulen-  
 tissima etiam mundi bona ita contemnit, vt ne cogitatione  
 quidē, & aspectu suo digna putet. Nesciebat Petr⁹, inquit Lucas

B. Hiero. su-  
 per Matthe-  
 lib. 3.  
 B. Anf

3. Reg. 19.  
 Ptal. 72.  
 Simile.

Luc. 9.

quid

quid loqueretur, quia finem suum ponere volebat in hoc mundo, cum Paulus dicat quod non habemus hic ciuitatem permanentem. Adhuc autem eo loquente (inquit facer textus) ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipsum audite. Super quo inquit B. Hieronymus. Quia imprudenter interrogauerat propterea responsionem domini non meretur, sed pater respondet pro filio, vt verbum Domini compleretur. Ego testimonium nō dico pro me, sed pater dicit testimonium. Vbi etiā Leo Papa ait. Nonne euidenter auditum est. Hic est filius meus? Cui ex me, & mecum esse sine tempore est: quia nec genitor genito prior, nec genitor est genitore posterior. Hic est filius meus dilectus, quem a me non separat deitas, non diuidit potestas, nō discernit æternitas. Hic est filius meus. Non adoptiuus sed proprius, non aliunde creatus sed ex me genitus, nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essentia mihi natus æqualis. Hic est filius meus, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, qui omnia, quæ facio similiter facit, & quidquid operor inseparabiliter mecum, atque indifferenter operatur. In patre enim est filius, & in filio pater, nec vnquam vnitas nostra diuiditur, & cum alius ego sim, qui genui, alius ille, quem genui, nec aliud tamen de illo vobis cogitare fas est, quam de me sentire possibile est. Hic est filius meus, qui eam, quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetijt, nec vsurpatione præsumpsit.

Ipsum audite, inquit omnipotens pater: non audiatis Moysen, quia translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. Non audiatis mundum qui docet diuitias, & honores appetere: ipsum audite, qui præcipit contemptum diuitiarum dicens. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur? Non audiatis mundum, qui præcipit dignitates & honores obtandos: ipsum audite, qui ait. Nisi quis humiliauerit se, sicut paruulus iste non intrabit in regnum cælorum. Non audiatis mundum, qui dicit vobis, vt vindictam appetatis, sed ipsum audite qui ait. Diligite inimicos vestros. Sinite falsas priscorum expositiones, qui aiunt. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & audite illum, qui ait. Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui

Ioan. 5.

Leo papa

ho. de trās-

figu. Dñi.

Ad Heb. 7.

18 qui oderunt vos : orate pro persequentibus , & calumniantibus vos. Ipsum audite denique quia Deus est , & doctrina eius non est huius sæculi, sed ex cælo,

Ipsum audite in his verbis resoluit æternus pater totam legem euangelicam, eamque in Christi ore constituit, qui eius est filius vnigenitus. Ostenderat Deus Christum suum per fulgorem corporis eius magnæ esse authoritatis, sed restabat, quod obediretur ei. Ideo ait ipsum audite: Quod perinde fuit, ac si diceret. Iam nõ est opus, quod ego loquar vobis, dando præcepta: sed quidquid hic filius meus dixerit, tenete auribus cordis, & corporis ei obediendo. Si ergo grauiter peccauerunt, qui Moysen seruum Dei non audierunt, quam enormiter peccabunt, qui vnigenito Dei filio non obtemperabunt? De quo inquit: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ac si manifestius diceret. Ego qui dixeram, pænitet me fecisse hominem, Ecce nũc dico, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hic ergo non alius filius est, non seruus meus, non alienus, dilectus, non maledictus, in quo mihi complacui, non displicui, & ideo ipsum audite, non contradicite. Tibi ó Petre inquit clementissimus pater. Videris meum amare plus filium, sed illud tibi sit certum, mihi multo magis eum esse dilectum, quoniam filius est meus valde dilectus in quo mihi bene complacui. Noli iam Petre resistere illi in negotio passionis, sed ipsum audito. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Triplicem ob causam pauore terrentur, vel quia se errare cognouerant (inquit Beatus Hieronymus) vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia Dei patris vocem loquentis audierãt, quia humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet ac toto animo, & corpore contremiscens, ad terram cadit. Quanto quis ampliora quæsierit, tanto magis ad inferiora collabitur, si ignorauerit mensuram suam. Dic mihi nunc & tu homo peccator, si discipuli Christi tam iusti, & perfecti, tantum timuerunt videntes Christum in nube cum maiestate, & audientes vocem patris tam gloriõsam, & tam dulciter resonantem, nec de pænis comminantem: quanto magis timebunt, & terrore concutientur reprobi in die iudicij? quando quidem audient illam horrendam & tremendam vocem dicentem: *Ite maledicti. Quid, inquam, facient, cum videbunt Christum Iesum venientem in*

Gen. 6:

nube cum potestate magna, & maiestate?

Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Quia illi iacebant, & surgere non poterant, ipse clementer accedit, & tangit eos, ut tactu timorem fuget, & debilitata membra solidentur. O felix tactus: tetigit Ezechielem, & Danielelem & ad tactum eius confirmati sunt. Tetigit Saulum, qui magno impetu, & furore ad destruendam Ecclesiam properabat, & dixit. Domine quid me vis facere? Tu ergo roga eum, ut tangat te & excitet à sopore peccati.

Ezechi. 2.  
Danic. 2.

### Tribulatio.

¶ Omnia quæ habentur litera. L. titulo, labores, deseruiunt huic materiae.

## V E R B U M D E I M A G N A M I N S A T H A N A habet contradictionem.

Marci. 4.



Pud D. Marcum ait Dominus. Cum audierint, confestim venit Sathanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum. Vbi vides stultitiam, & vigilantem diligentiam Sathanæ in rapiendo semen cæleste de cordibus hominum. Venit confestim inquit. Confestim ut primi parentes conditi sunt à Domino venit serpens ad rapiendum verbum, quod os domini seminavit in cordibus eorum. Neque per diem pati potuit eorum foelicitatem, & nostram. Dracoque ille, quem describit Beatus Ioannes in Apocalypsi. Partum mulieris spectabat ad rapiendum masculum. Non dicit, post mensem, aut post annum venit, sed quod aperto ore stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum peperisset filium illum deuoraret. Confestim venit diabolus, non cessat, aut otium sectatur. Sicut in castris principum summum studium est vnicuique illorum pro rapina ciborum, qui adducuntur ad castra inimici: in hunc modum diabolus rabiem patiens

Gene. 3.  
Apoc. 12.

simile.

2 patiens dirisissimam ex nostra salute, cum primum verbum Dei in cordibus hominum auribus corporis suscipitur, confestim venit, ut rapiat. Quomodo non statim rapit verbum de cordibus populi insipientis, & stulti, qui statim post sacra concionem ad mesam, ad vinum, ad comestiones, & ebrietates conuolat, & ad otium? Quomodo non statim tribuit insipiens populus semen verbi Dei diabolo, cum totam vesperam ipsius diei festi in plateis & ludis, & spectaculis expendat? Vae illis, duram, & iustam sententiam de ore iudicis tremendi audiet. Ego quoque subsannabo vos, ait in prouerbijs ipse dominus. Quid est, ego quoque? Vos subsannastis sermones meos: & despexistis omne consilium meum, & increpationes meas: ego quoque subsannabo vos. Non sic Sanctus Propheta Hieremias qui ait. Inuenti sunt sermones tui, & comedi illos, & facti sunt in gaudium, & laetitiam cordis mei.

Prouer. i

Hiere 15.

3 Beatus Chrysostomus in quadam homilia ait, Ecce si ostendis leoni viridem herbam, aut campum bene florentem, non excitas eum in concupiscentia, quia non habet hoc a natura, ut herbas manducet, e contra si ostendat boui carnes, non concupiscit, quia bouis natura non est, ut manducet carnem: sic & homini mundanali, si de bono caelesti loquaris non excitatur in concupiscentia boni.

B. Chrysol. hom. 31. operis imperf. Simile.

Idem in quadam homilia inquit. Sicut stomacho ministrante vnum quodque membrum suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se, secundum suam naturam, ut puta quod suscipit iecur, totum fit sanguis: quod autem suscipit fel vile efficitur totum: quod vero recipitur in pulmonem, phlegmata fiunt, quod autem

Idem ho 38. imperf. Simile.

4 in mammillas, totum efficitur lac: Sic sacerdotibus in Ecclesia loquentibus, verbum omnes recipiunt, vnusquisque autem conuertit illud secundum suum cor, ita ut vnum id ipsum verbum in cordibus quidem rectis procedat ad vitam, in cordibus autem peruersis suscitet iracundiam quasi bilis, in alijs autem operetur dilectionem dulcissimam quasi lac in alijs odium, quasi phlegma nocuum & expuendum.

Verbum Dei efficax.

Q Vam efficax verbum Dei sit, manifeste dominus declarauit dicens. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Non hoc

B. Augu. tra  
 ctatu. 19. in  
 Ioan  
 p. Ad Cor. 15

inquit (vt docet beatus Augustinus) de illa hora nouissima vbi in  
 iussu, & voce archangeli, & in tuba Dei ipse descendet de caelo, &  
 mortui in Christo resurgent primi, quia illa hora veniet, sed non  
 est nunc. Hora vero hæc nunc est, in qua non resurrectio corpo-  
 rum sicut in illa sed resurrectio animarum fit. Impij sceleribus  
 contaminati mortui dicuntur: cum autem diuino fauore per au-  
 ditum verbi Dei conuertuntur, & peccata relinquentes gratiam  
 consequuntur viui nominantur. Ex quo colligas impiū hominē  
 esse sui ipsius homicidam, quia in libro Sapientiæ dicitur. Homo  
 occidit per malitiam animam suam. Et in Ecclesiastico dicitur.  
 Vidi impios sepultos, qui etiam, cum adhuc viuerent, in loco san-  
 cto erant, & laudabatur in ciuitate quasi iustorum operum. Hoc  
 proculdubio est horribile quoddam monstrum, esse animā mor-  
 tuam in corpore viuo. Qui fieri potest, vt viui sint, qui sunt in vi-  
 tiorum tumultu sepulti? Vnde fit vt existimemus nos sæpe in ho-  
 mines respicere cum homines non sint, sed hominum sepulchra.  
 In hominibus nō homines videmus, sed cadauera: intuemur mor-  
 tuos in monumentis, sed beati qui audiunt verbum Dei, vt resur-  
 gant, hi, qui in his monumentis sunt. Quemadmodum enim sul-  
 men ensē attingens, vaginam foris integram relinquit, ferrum  
 autem intus ferit: sic lethale flagitium corpus viuū relinquit, ani-  
 mam autem intus occidit separans ab illa gratiam, quæ est eius  
 vita. Veruntamen tanta est verbi Dei efficacia, vt quādiu in  
 hac hora, hoc est, in hac vita peccator existit, per illud resurgere  
 possit.

Sapient. 16.  
 Ecclesi. 8.

Simile.

### Verbum Dei mirabiles producit effectus.

Psal. 32.

**V**Ox domini præparantis ceruos, inquit regius vates. Hac ele-  
 ganti similitudine Regius Prophetâ efficaciam verbi Dei  
 apertissime ostēdit. Ex animalibus, quæ maiori cum difficultate,  
 & dolore pariunt sunt ceruæ: nam catuli, & pulli earū sunt in vi-  
 sceribus matrum quibusdam rebus, seu membranulis inuoluti,  
 atq; ita difficulter à ventribus ipsarū exeunt. Quam ob causam  
 S. Iob inquit. Nunquid parturientes ceruas obseruasti? Incuruan-  
 tur ad foetum, & pariunt, & rugitus emittunt. Quod si forte, cum  
 cerua in partu est, tonitrua resonant in caelo, illo terrore perterri-  
 ta cerua contremiscit, & sic tremore illo rumpuntur retia & liga-  
 turæ

Iob. 39.

8: turæ, in quibus hinnulus sub visceribus matris inuolutus est, & sic ipsa minori cū difficultate parit, ideo ait S. David. Vox Dñi præparatis ceruos. hoc est. Tonitrū illud in cælo resonās præparat partū ceruorum. Hoc simili S. Propheta efficaciam explicat verbi diuini, quod quidē efficit, vt peccator contremiscat & à se peccatū expellat. Eia igitur peccatores venite ad audiēdam vocē Dei, qua contremiscetis, & dolorē ac pænitiā concipietis, & sic è visceribus vestris odium, ira, adulterium, auaritia, atque alia mala exhibūt: vox enim Domini præparantis ceruos. Dicitur autē vox Dñi quia ipse eā docuit & in nomine eius prædicatur: atque ita idē Dominus dixit. Qui vos audit me audit: & qui vos spernit, me spernit. Hoc Niniuitæ, cum essent barbari, intellexerunt: nam cum Ionas Propheta eis prædicaret ipsi (vt ait nostra editio) in Domino crediderunt: Vbi alia litera habet. Et crediderunt viri Niniuitæ Domino; hoc est, crediderunt, quod Dominus erat, qui loquebatur eis, & ipsis in illo homine minabatur. De hoc diuino verbo ait ipse Dominus per Isaiā Prophetā. Quomodo descēdit imber, & nix de cælo, & inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panē comedenti: sic erit verbum meū, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuū, sed faciet quæcumq; volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Vbi maxime aduertendum est dicere Dñm, quod verbum suū non redibit vacuū. Quomodo autē redeat nō vacuum hac similitudine explicatur. Quemadmodū nix, ros, & aqua, quæ de cælo cadūt, redeūt ad illud, nō tamen in eadem, sed in alia specie: Sic verbū diuinū ad Deū non eadem specie reuertitur como buelue la nieue, y como buelue el agua, q̄ bueluē en māçanas en peras, en rosas, en flores, y en otros marauillosos fructos. Hęc omnia dicūtur ad cælū reuerti, quia homines ad laudandū Deū prouocāt. Sic verbum euangelicum reuertitur ad Deū, sed nō in eadē specie: reuertitur enim in bonis operibus, buelue en folloços, y en lagrimas, buelue en ayūnos, en abstinencias, y en otras obras de piedad y de misericordia. Itaq; quando hæc bona opera in sancta ecclesia videritis animo concipere & poteritis, illa esse quosdam diuini verbi effectus.

Lucæ. 10.

Ionæ. 3.

Isai. 55.

Simile.

¶ Omnia quæ habentur litera. C. titulo concio deseruiunt huic materiæ.

# VERECUNDIA

## QV D SIT:

Arist. 4. Ethicorum.  
B. Tho. 2. 2.  
¶ 44.



Verecundia, vel erubescencia secundum Aristotelem & beatum Thomam non est proprie virtus, sed quidam color, vel apparentia virtutis: est enim timor in gloriationis, id est, cum aliquis timet peccare, vel fugit conspectus publicos, ne deprehendatur in vitio, & confundatur, & nomen & famam perdat incidens in opprobrium hominum. Quemadmodum olim Deus in lege carnalibus hominibus, (qui nihil, nisi quæ carnis sunt, & sapiunt & cupiunt) carnalia bona (si iustitiam & pietatem colerent) promittebat: vt hac ratione saltem ad virtutem inducerentur, quam tamen semel quidam arripientes postea ex charitate illam sectarentur: sic verecundiæ & honoris cupiditatem affectus animis nostris ingeneraret (quorum altero à vitij auocaremur quæ sola vere pudenda sunt: altero ad virtutem incitaremur, cui vni debetur honor) quãuis enim virtus hoc fine quesita, vera virtus non sit: aditus tamen quidam, & dispositio ad virtutem est, minus enim ab ea distat, qui sic eam colit, quam qui ab ea prorsus alienus est. Hoc enim nomine seruilem timorem commedamus, & Spiritus sancti munus esse dicimus, quod videlicet, quemadmodum seta filum: ita seruilis timor filialem timorem introducit. Vnde in verecundia signum extremæ perditionis est, quia procedit ex nimio amore turpitudinum, contra quos dominus per Hieremiam inquit. Frons meretricis facta est tibi erubescere noluiti.

Hiere. 3.

### Verecundia utilis est animæ.

Simile.

**L**os halcones son de alterado coraçon, y a qualquiera cosa se abaten: y por esto es necessario ponerles capirotos sobre los ojos para que solo se abatan a lo que fuere necessario: assi el coraçon del hombre es inquieto bolador, a qualquiera cosa, que vee, se quiere abatir por tanto es menester que este cubierto el hombre con el capirote del empacho, y verguença, ita vt cuilibet nostrum

4 *strum dicatur id, quod Abimelec Sarræ vxori Abrahæ dixit. Gene. 16. 12*  
 Hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum.

### Verecundia sigillum est virginitatis.

**S**igillum virginitatis est verecundia. Vnde sacratissima virgo Maria audiens ab angelo laudes suas, turbata est in sermone eius. Quia scilicet nimis verecunda erat. Plutarchus persuadere volens quantum pudor in virginibus necessarius sit, & quantam impressionem in ipsis efficiat, inquit: Que en vna ciudad de Grecia cayo vna gran melancolia sobre las donzellas virgines, en tanta manera que se matauan a si mesmas de pura melancolia. Cui malo vt remedium adhiberent gubernatores ciuitatis, constituerunt, vt virgines, quæ se ipsas interficerent publice per vicos, & plateas vrbs nudæ coram omnibus veherentur. Quo edicto tantum terrorem conceperunt, tantusque super eas irruit tremor non mortis (siquidem ipsæ eam sibi asciscabant) sed pudoris, vt etiam post mortem (cum viuæ adhuc essent,) verecundiam timerent, tanto miedo concibieron con este edicto que aũ despues de muertas, estando viuas auiã verguēça que las lleuassen afsi desnudas. Et hoc timore concepto nulla virgo postea se interfecit: atque ita tanto malo remedium adhibitum est.

Plutar.

## V E R I T A S D I - L I G E N D A E S T.



**E**t ait Augustinus libro quarto de doctrina Christiana inquit. Bonorū ingeniorū insignis est indoles, in verbis verū amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire, quod volumus, non potest? Aut quid obest lignea si hoc potest, quādo nihil querimus, nisi patere quod clausum est? Sed quomā inter se habent nonnullam similitudinē vescentes, atq; discentes, propter fastidia plurimorū, etiam ipsa sine quibus viuī non potest, alimenta condienda sunt.

Idem in quadam Epistola inquit. Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum. Pro ista enim fortius matyres aduersus hanc Sodomam, quam pro illa illi Heroes aduersus Troiam dimicauerunt.

B. Aug. lib. 4  
de doctrina  
Christiana c.

2.  
Simile.

Idem  
Epist. 9.

Simile.

Vt perdix est optimus cibus, sed non comeditur cruda, nullus est enim stomachus, qui eam possit digerere: sic veritas est excellentissimum pabulum, at non est proponenda cruda, sed assa aut cocta, & sale prudentiæ temperata. Nullus est stomachus, qui velit crudam veritatem recipere.

## Veritas est multiplex.

Matt. 10.

Actum. 13.

1. Ad Tim. 5.

**T**Riplex est veritas, fide scilicet, vitæ, & doctrinæ: veritas fidei nunquam est silentio prætermittenda, nec propter periculum relinquenda. Semper enim legens, docens, disputans, vel prædicans tenetur veram fidem exponere nec aliquid contra fidem asserere. Poterit tamen reuentibus, & eam à se repellentibus infidelibus, & hæreticis, ne audiant fidem recedere, si nihil proficit iuxta Domini dogma apud Matthæum: si non receperint vos etiam pulverem calceamētorū excutite. Quod & beatus Paulus fecit in Antiochia dicens Iudæis. Vobis oportebat primū prædicari verbū Dei, sed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Veritas vitæ, pari modo nunquam relinquenda est, nec in minimo quidem, quæ est viuere secundum præcepta Dei. Cum igitur vera vita sit obseruatio mādatorum Dei, non est aliquid præceptorum eius transgrediendum licet mille mortes ob oculos constituentur, nec alicui contra præcepta Dei facere consulendum est. Veritas doctrinæ etiam non est relinquenda, quoniam non licet mendacium, aut aliquid falsum miscere doctrinæ. Cæterum potest, & debet prædicator vel doctor aliqua reticere, quæ magis scandalum, quam fructum afferre possunt: non tamen certe aliquid peccatum mortale notorium, quod magnum in populo scandalum excitet, quale fuit nefandum Herodis peccatum. Quapropter Beatus Ioannes, post plurima saluberrima consilia, publice Herodem corripit dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Atque sic tenentur prædicatores mortē subire pro veritate. Hoc quidem est, quod Beatus Paulus præcipit Timotheo discipulo suo dicens. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant, id est, ne scandalizentur, similia, vel peiora facientes, si viderint publicos peccatores minime corripī, quod vere scandalum dicitur. Grauius enim scandalum est, cum intuentur

omnes

5 omnes impune peccare ob gubernantium desidia, & prædicatorum ignauiam.

## Veritatis raritas.

DE Anthiocho rege legitur, quod cum in venatione quadam studio persequenti feram ab amicis, & feruis aberrasset in casulã pauperiorũ hominũ ignotus intrauit, ac inter cœnandum cum, de rege sermonem inieciſſent, audiuit dicentes bonum esse regem sed amicis flagitiosis vtentem plurima negligere: sæpeque ea, quæ essent necessaria, nihil curare, eo quod venationis nimium esset studiosus. Et quidem rex tacuit tunc, ac postea quam Satellites simul cum die ad casulam illam venientes allata purpura, & diademate, omnia eum nunciarunt, dixit. Sanè ex quo vos dimisi capi primũ de me ipso vera audire. Ecce qualiter homo plenus dierum in regia dignitate constitutus nunquam vera de se au dierat, quia diminutæ sunt veritates à filiis hominum, maxime vt eas regibus proponant.

## Veritas odiosa.

V Num ex magis infestis, & odiosis, quæ in hoc mũdo sunt, est veritas: atq; ita D, Paulus ad Galatas scribens dixit. Te- Ad Gal. 4.  
stimoniũ perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruis setis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicēs vobis? Vbi sanèctus apostolus significat, quod illi, qui ipsum antea singulari amore prosequabantur, postquam eos increpauit, eisq; verũ dixit non eum solito amore diligebant. Es ya el trato ordinario entre toda fuerte de gēte mentir, y esto tan sin verguença, q̄ pone espanto el considerarlo, aun el mesmo diablo se disfraço en figura de serpiente para mentir hablando con Eua, y tu tan publicamente y sin verguença miētes a cada passo. El Propheta Osee. 4.  
Osee resume los enojos de Dios diziendo. Audite verbum Dñi filij Israel, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendaciũ, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, Iudicium Dño, hoc est, vltionem cum habitatoribus terræ. Non dicit, Dñm facturum vltionem cũ vno tantum, aut alio regno, sed cum omnibus habitatoribus terræ: vbiq; enim homines Deum ad indignationẽ prouocant. Sed in

quo, & quare? Quia non est veritas, & misericordia, & scientia. Si autem veritas, & scientia est, profecto in libris, & bibliothecis inclusæ & catenis ligatæ inueniuntur, que no las dexan salir de alli: O terrible perdicion, que no dexan salir à luz la verdad, y la sabiduria, y si habla el predicador como deue o otro alguno, luego es perseguido. O carceleros del demonio que teneis atada, y presa la verdad. Animaduertite id, quod Diuus Paulus ait. Reuelatur enim ira Dei de cælo super impietatem hominum, qui veritatem Dei in iustitia detinent, hoc est. Mihi reuelauit Deus, quod ira sua, & supplicium è celo decidet super eos, qui veritatem cum iniustitia in carcere detinent. O Pater omnes volunt vt ipsos increpes, & eis veritatem dicas. Aunque esto quieren pero no querian la verdad por verdad, sino por murmuracion y asì huelgan con ella, quando toca a otros, y si les toca a ellos no lo sufren.

Ad Rom. I.

Interrogatus aliquando Aristoteles, quid nam mererentur supplicij mendaces homines? Acutissime respondit dicens. Hoc merentur supplicium mendaces, & hanc pœnam promeriti sunt, vt cum vera dicant nemo eis credat. Ex quo patet, quod, quia inter mendaces perniciosiores sint hæretici, nec veritates etiam quatenus ab eorum ore procedunt amplecti debemus. Quemadmodum si quis conaretur in aliquo cibo tibi venenum propinare, non modo eum cibum vitares, verum etiam cibos omnes, quos tibi ipse propinare vellet imo neque vnquam ad aliquod eius conuiuium accederes, vel etiam domum: sic etiam cum hæretici in libris suis conentur te erroris sui veneno inficere, non modo ipsum errorem vitare debes, verum etiam quæcumque alia scripta eorum vt longius absis ab omni suspicione,

siuile.

10

## Veritatis necessitas.

**L**Oquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: inquit Zacharias propheta. Quod perinde est ac si diceret. Fide bona, & non dolo malo inter vos agite. Est enim veritas summo-pere Reipublicæ necessaria: Nam ea sublata omnem consociationem, & hominum cõmunitatem ruere necesse est. Quæ enim cõmunicatio, quis vsus, quæ inter homines consuetudo esse potest, si fidem inter se non habeant? Quare homines fraudulentis, & dolosi maxime sunt fraudi reipublicæ. Et cum Deus homi

Zacha. 8.

II hominum inter se societatem, & amicitiam vehementer amet, & eam in primis commendet, ex hoc facile cognoscitur quantum mendaces, & fallaces homines abhorreat: denique mendacium è regione veritati opponitur, quæ Deus est: contra vero vnum, quod maxime virum pium, ac Christianum deceat, est simplicem, & apertum esse, nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putare; veritatem semper pro virili colere, fraudemque fugere. Id, quod monet Beatus Paulus ad Ephesios scribēs. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Pulchra sane similitudo, quæ & vim argumēti habere debet apud eos, qui Christianam pietatem colunt: qua profitemur, Christum Iesum esse caput Ecclesiæ, nosq; membra reliqua eius. Vt ergo vnum membrum, nec fraude, nec dolo malo agit cum alio membro, sed simpliciter, & aperte quidquid boni, mali ve habet, cum eo communicat: ita & nos gerere cū proximis nostris oportet, neminem in fraudem inducentes, nemini fucum facientes: sed simplices, ac diligentes veritatis cultores esse debemus, vt vera, viuamq; membra nos superni capitis Christi Iesu præbeamus. Hac veritate discipulos suos diuinus magister imbueri nitebatur, cū eos docebat dicēs. Estote prudētes sicut serpentes & simplices sicut colūbæ. Hanc virtutē, præter reliquos Sanctos viros veteris instrumēti, coluit sanctissimus ille Iob de quo sacra scriptura narrat fuisse simplicem, & rectum. Ob hanc denique eximiam virtutem captus esse sponsum fatetur Ecclesiæ amore, cum dicit. Vulnerasti me foror mea in vno oculorum tuorum. Oculorum autem eius formam descriperat dicens. Oculi tui columbarum: id est simplices, vt ipse in euāgelio (loco iam citato) dixit. Habitus enim oculorum columbæ nihil fraudis, nihil insidiarum, sed magnam simplicitatem præferunt. Ita sancta Ecclesia, præter cæteras respublikas omnes, omni mendacio, malitia, doloque vacat, nihil celat, quod cuiquam fraudi sit, sed veritatē aperte, manifesteq; docet. Sed vtinam non cadat in aliquos Christianos illud, de quo Hieremias vehementer dolet populo suo tēporibus suis accidisse. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciā, quia omnis frater supplantans supplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedet: & vir fratrem suum deri-

Ad Ephes. 4.  
Si. nile.

Hiere. 9

deridebit, & veritatem non loquetur, qua de causa euersa fuit illa respublica doli, mendacij que plena, ne Deus, summus veritatis amator, mendacij patrociniū suscepisse videretur, si tam perfidos, & fraudulentos homines tueretur. Ideoque propheta Zacharias veritatem eis colere præcepit, si in Dei gratiam redire, & in vrbe, ac patria sua habitare voluissent. Et addidit. Veritatem, & iudiciū pacis iudicate in portis vestris. Veritas in hominum congressibus, & vsibus summo opere necessaria est: Sed multo magis in iudicijs: nã si ea, quæ est in congressibus videtur, vni aut alteri id fraudi erit: at si iudex, quatenus reipublicæ personam agit, à veritate desciscit, vniuersæ reipublicæ damnum infert. Si enim non seruetur æquitas in iure dicendo, vniuersa respublica ægra, & peruersa esse ducitur. Et ob eam rem singulariter veritatem, & æquitatem iudiciorum commendat sanctus Propheta: quod superiori capite desiderare prædicauerat, vbi dixit. Iudiciū verū iudicate. Cum vero hic ait, iudiciū pacis, æquum intelligit. Nō enim vlla meliori via, qui iudicijs conflictantur, conciliari possunt, quam si suum cuique à iudice tribuatur, æquitatem constituendo: secus enim dissidiæ non comprimuntur, quæ semper ex iniquitate, & iniuria proficiscuntur. Merito alter clamabit, vociferabitur, Deum, & sanctos eius viros testabitur sibi fraudem esse factam. Sapienter enim Esaias ait: Et erit opus iustitiæ pax & cultus iustitiæ silentium. Et David. Iustitia, & pax osculatæ sunt. In portis vestris, inquit vltèrius: eo quod olim pro urbium portis ius dici consuevit, vt iudices intelligerēt, tã ciuibus, quã peregrinis æquum ius esse dicendum: & vt significaretur, iustitia & æquitate magis, quam alia re vrbes custodiri, ita vt potius ipsa ciues tueatur, quam illorum patrociniò egeat. Et ita intelligitur illud Davidis. Aduersum me loquebãtur, qui sedebant in porta. Id est, iudices, quos oportebat me innocētē defendere, contra me iniquam ferebant sententiam.

Esai. 32.  
Psal. 84.

**¶** Omnia quæ habentur litera. S. titulo simplicitas, deseruiunt huic materiæ.

# VIGILIA MAXI- ME NECESSARIA.



Olent homines lucri gratia noctes insomnes transigere. Quod & experimento didicimus, & sacra Scriptura testatur dicens. Omnis faber, & architectus, noctem tanquam diem transigit, & vigilia sua perficit opus. Sic etiam lucri spiritualis gratia Christi fideles dies, noctesque insomnes transigere debemus ieiunijs, & orationibus operam dando. Eccli. 38.

Non sit vobis vanum mane surgere ante lucem (inquit sancta Ecclesia) quia promisit dominus coronam vigilantibus. Coronam scilicet gloriæ, quæ omni imperio huius mundi longe præstantior est. Vigilate ergo si sapitis: sapiens enim cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Non ad dæmonem, non ad mundi vanitates vigilat iustus. Eccli. 39.

Vigilare etiam solent homines timore vel periculi in mari imminentis, vel inimicorum, aut latronum insidiantium, tumet mare, procella instat: vrget tempestas, & tunc nauigantes timore correpti, merito vigilare solent. Qui nauigant mare narrant pericula eius, ait Ecclesiasticus: sic nos in hoc mundi mari, vbi tot pericula sunt animarum vigilare debemus. Eccli. 43.

Vnde beatus Bernardus ait. Periculum huius mundi probat transeuntium raritas, & pereuntium pluralitas. Sicut enim in mari periculoso vix ex millibus nauis vna ad portum peruenit: sic de millibus, vix vna anima ad portum salutis perducitur. Si igitur tot sunt in hoc mundo pericula, vigilate ergo, ne intretis in tentationem: nam (vt Christus Iesus verus mundi saluator ait) spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, id est, secundum aliquos, spiritus malignus semper est promptus, & paratus ad tentandum, at vero homo suis viribus infirmus & imbecillus est: quare necesse habet, semper orare, & vigilare. Marci. 14.

Præterea vigilant homines timore latronum aut inimicorum. Hac potissimum de causa docet nos dominus apud Matthæum vigilare dicens. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit, illud autem scitote, quia si sciret pater familias, Matth. 24.

qua

Psal. 43.

qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Vbi mortem vocat dominus furem. Quæ omnia subito veniens secum rapit. Rapit tempus merendi, rapit omnia temporalia; quia homo cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Dolo etiam graui percussus aliquis vigilare solet: sic nos dolore peccatorum præteritorum vigilare debemus. Mirum profecto est, ut dolore aliquo spinæ etiam parvæ, aut morsu vel pulicis, dormire non possis: percussus vero vulnere peccatorum in vtranque aurem dormire valeas. Non sic Regius vates David, cum dicebat. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ: similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicti corax in domicilio: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Dolor ingens peccatorum eum quiescere non sinebat: A voce (inquit) gemitus mei adhæsit os meum carni meæ, id est, præ gemitibus meis, ossa & cutis adhæserunt. Similis (inquit) factus sum pellicano solitudinis: de quo Beatus Hieronymus ad Præsidium dicit, quod cum filios suos à serpente occisos inuenit, luget, & se, suaque latera percutit, & de sanguine excusso ad latera mortuorum corpora reuiuiscunt: sic diabolus per peccatum omnia mea bona opera interemit: quare lugere me oportet, & amara poenitentia opera mea viuificare. Factus sum (inquit) sicut nicticorax in domicilio: id est, immundis factus sum ex peccato. Nicticorax enim est auis immunda secundum legem. Sed quia poenitens peccatum suum cognoscit, subiungit: vigilaui, scilicet per cognitionem peccati. Et factus sum sicut passer solitarius in tecto, euolando scilicet à peccatorum consortio. Vigilate ergo dolore peccatorum oppressi & poenitentiam agite: nam si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea (inquit dominus per Ezechielem Prophetam) & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. O verba pietatis, & misericordia plena,

Simile.

Ezechiel. 18.

imprimat ea clementissimus Deus noster in  
cordibus nostris.

Multa

8 **Multa mala ex defectu vigiliæ pro-  
ueniunt.**

**M**ala autem, quæ ex defectu vigiliæ proueniunt indi-  
cantur in illis verbis, quæ sunt in libro Iob. Quanto ma- Iob. 4.  
gis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fun-  
damentum, consumentur velut à tinea? De mane vsque vespe-  
ram succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

Quoniam de peccato, & sordibus animæ tota illa disputatio  
erat, ideo ad interitum animæ hæc omnia videntur referenda.

Gemina ergo ex causa interioris vitæ interitus accidere potest,  
aut interno videlicet, & domestico, hoc est fomite, & tyrannide

7 membrorum in peccatum aliquod impellente: aut externa ali-  
qua causa, dæmonis videlicet tentamentis: ea autem mors, quæ

ab internis, & domesticis causis nascitur, non tanta celeritate fit,  
aut illud tentationis genus non tam cito prosternit hominem,

sed sensim: Dum per socordiam, & incogitantiam non curamus  
prima peccati initia reprimere. Vnde Ecclesiasticus dixit: Qui

spernit modica, paulatim decidet: sic enim vestimentum, quod Ecclesi. 19.  
non excutitur, paulatim consumitur à tinea. Exterior autem

tentatio hominem plerumque subito prosternit sicut vnus scemi-  
næ aspectu graui sanctus Dauid se contaminauit stupro. Hoc igitur 2. Reg. 11.

fortasse cum dixit: A mane vsque ad vesperam, Themani-  
tes Eliphaz voluit insinuare. Sed aliquibus magis probatur, vt

verum sit id quod de tinea diximus: quæ cum ex vestimento  
9 nascatur, tamen sensim corrodit, & consumit illud: ita & tenta-  
tio ipsa, quæ nascitur ex carnis tyrannide. Sed quod dicitur de

mane, vsque ad vesperam, iuxta proprietatem Hebraicæ lin-  
guæ æternum tempus significat: ita vt sit sensus; homo perpe-  
tuo innumeris est periculis expositus partim propter domesticos

hostes, & internos, partim vero propter externos: itaque nul-  
la vitæ pars in periculo vacat, aut occasione peccandi, & quia

nullus intelligit, in æternum peribunt. Ecce qualiter ex

defectu intellectus, & quia vigilantes non

sunt fere omnes in æternum

peribunt.

## Vigiliæ vtilitas.

Marc. 13.

**V**os ergo videte ecce prædixi vobis omnia: dixit dominus discipulis suis. Hoc est cū multi surrecturi sunt, post discessum meum à vobis, qui cooperante diabolo secundum suam nequitiam, & virtutem naturalem, summis votis curabit seducere omnes & electos quidem. Videte si oporteat otari, & in vtrāq; aurem dormire, aut curis huius sæculi abduci: videte ergo attentissimis, & perspicacibus oculis, vt boni, & fideles custodes ciuitatis qui nocte, dieque ab alta rupi omnem viam circumspectant, nūquid aduersarius & inimicus adueniat, statimque signa, & vociferationem diffundunt circumquaque: videte cum de re magna hoc negotium sit, & de cute, capite, imo de æterna vita res est: neque locus superest excusationi. Ecce omnia prædixi vobis, & cunctis alijs discipulis meis, qui per verbum vestrum credituri sunt. Paratissimos vos esse oportet, armaturam Dei omni tempore induite, & confortamini in domino, & in potentia virtutis eius vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

Ad Eph. 6.

## Vigiliæ admonitio.

Ad Rom. 13.

**H**ora est iam nos de somno surgere: inquit Beatus Paulus. Illud iam, non insinuat ante hoc tempus licitum fuisse peccare: id enim nunquam licitum fuit, sed significat, quod nunc iam maiorem obligationē habemus vigilandi in seruitio Dei, quam antea in lege veteri, si quidem modo in lege gratiæ maiora beneficia absque comparatione à liberali Dei manu accepimus, quam sectatores legis veteris acceperunt. Quod si quis dicat. Monachi, qui ad matutinum media nocte è lecto surrecturi sunt, absque aliqua cura recūbunt, & tranquille, ac quiete dormiunt, & si vos eis dicitis. Nonne attenditis vos ad horas matutinas esse surrecturos quare ergo tam quiete, & absque aliqua cura somno vacatis? Respondent: quia habemus vigilatorem, qui nos è somno suscitet: at si sciremus illum non esse, scientes nos die sequenti in refectorio si media nocte non surgimus, panem, & aquam in terra esse manducaturos, non vtique tam placide & quiete dormiremus: imo vnam quamque horam, horam matutinam esse existimaremus. Qui etiam per mare nauigat in bona nauis que à peritissimo

Simile.

<sup>13</sup> nauclero, atque ab alijs nauis quigentissimis ministris, & in arte nauigandi valde peritis ducitur, secure dormire potest; illi enim eū è somno suscitabant, & cum viderint nauem in periculo esse omni cū diligentia cuncta prouidebunt. Idem ergo facere possumus in spiritali somno: que nos podemos echar a dormir, y descuydarnos en el seruicio de Dios, pues tenemos tantos prelados, tantos despertadores, tantos prædicadores, y tantos varones justos, zelotos de la gloria, y honra de Dios, y del prouecho de sus proximos. Hi omnes nos excitabūt, atq; à somno peccati, & culpæ, quando opus fuerit, nos surgere facient, & siquidem tam euigilantes, & tam boni nautæ sunt, cum viderint tempestatem, nos admonebunt, cum viderint in nobis ægritudinem ac mortis periculum nos suscitabunt, & exhortabuntur, vt nos ipsos præparemus, ne in æternum pereamus.

<sup>14</sup> O internalem hominum cæcitatem, qui hac tam vana fiducia in seruitio Dei dormire audent, & in somno peccati longo tempore se esse sinunt. O fratres mei nulla via, aut occasione oportet, vos in peccato dormire, sed semper euigilare debetis, quamuis plurimos, qui super vos vigilent, habeatis. Licet enim certo sciremus, mortem nulla via nos in peccato mortali esse aggressuram, propter duntaxat amorem Dei, & propter id, quod eius diuinæ atque infinitæ bonitati debemus, mille potius mortes subire debebamus, quam vnum solummodo peccatum mortale committere, quin etiam negligencias veniales omni cum diligentia vitare. Nam quemadmodum dormiente Adamo formata fuit Eua, quæ ipsum ad peccandum incitauit: sic dormientibus nobis in somno negligentia, & ignauia alitur, & roboratur nostra sensualitas, quæ nobis vetitum pomum ante oculos proponit ad manducandum, nobisque dicit, vt, nulla Dei habita ratione, mundum sequamur. Vigilare ergo oportet, saltem ne maledicta hæc Eua crescat & vires sumat, & acquirat. Vt igitur vigilemus, nos inquit æternus Deus noster sua in quadam, & dulci societate, ne laborem vigiliarum sentiamus, y porque no ay mas suaua conuersacion que la del mesmo Dios, el se prefiere a velar con nosotros, y mando a Dauid, que de su parte nos dixesse. Ecce non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel. Societatem etiam angelorum nobis præbet, qui nobiscum euigilent. Sic Sanctus Daniel angelum vocauit vigilem dicens. Ecce vigil, &

simile.

Daniel 4.

Prouerb. 8.

sanctus de cælo descendit. Cum igitur nobis Deus talem, ac tam <sup>16</sup> celebrem societatem præbeat, æquum est, vt vigilemus. Vt autē de tempore, quo vigiliam nostram incipere debeamus, non dubitemus, Spiritus sanctus nos de eo in Prouerbijs hortatur dicens. Qui manè vigilant ad me, inueniēt me. Donde nos manifesta, que a la mañana de la mocedad hauemos de començar a velar y no ha de ser vn dia, ni dos, sino siempre, & ideo adiecit. Beati, qui vigilant ad fores meas quotidie, & expectant ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inuenit vitam. Ostia seu ianuæ Christi Redēptoris nostri, per quas ingressus est in mundum, & ab eo exiuit, sunt incarnatio natiuitas, & sacratissima mors ipsius. Per vnā inest gressus in mūdum, & per aliam exiuit à mūdo. Vigilate ergo eius ineffabilem amorem in incarnatione, & eius singularem paupertatem in præsepio, eius lachrymas, & tormenta terribi- <sup>17</sup> lia, quæ in cruce passus est, considerantes. Ianuæ etiam huius cælestis Domini, ad quas euigilare debemus sunt eius sacratissima vulnera, per quæ tantum bonum exiuit, & ad nos venit, & quotidie veniet. Possumus etiam dicere, quod cum nobis præcipitur mane vigilare, perinde est, ac si nos doceret, quod à mane vsque ad noctem non debemus in eius seruitio dormire, sed cum Regio Propheta dicere. Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

### Vigiliæ significatio.

Ezechie, 1.

**L**oquens Propheta Ezechiel de illis quatuor mysteriosis ani- <sup>18</sup> malibus inquit. Et totum corpus oculis plenum. Esse corpora oculis circumquaque repleta indicant debere nos cautos esse, prouidos, & vigilantes propter varias hostium insidias: & non solum præterita debemus in memoriam reuocare, & præsentia conspicere, sed etiam in posterū quam longissimè prouidere. Debemus itaq; summo studio vigilare, ne in errore versemur, & diligenter circūspicere, ne in carnis, mūdi & dæmonis insidias incidamus. Christianū hominem comparat. B. Gregorius Nazianzenus in Apologetico funambulo: vt enim illum, qui per distri- ctos in excelso funes incedit, oportet diligenter videre, & celeriter animo circūspicere, ne huc vel illuc declinet, interibit enim, si vel aliquantulū, quamuis exiguum, deuiauerit: sic nos oportet oculatos esse, & accurate aspicere, vbi pedes figamus, nec in profundum præcipitemur. Si enim pedes affectionum cum deli- berato

B. Greg. Na-  
sian.  
simile,

19 berato consensu in mortifero posuerimus, statim à gratia Dei excidemus, & inculpæ barathrum præcipitabimur, & ita ob nostram cæcitatem in promptu erit nostrum exitium.

# VIRGINITAS

## QVID SIT.



**I**N Concilio Gangrēsi cū inter status sanctę Ecclesię distinguitur de illo, qui in virginibus reperitur, sic loquuntur patres. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur. In admirationem mens humana, & angelica tantę sublimitatis rapitur. Vnde in superioribus de honore virginali statui debito agentes apostoli dicebāt. Virgines in figurā thuribuli, & incensi honorentur: propter hoc proculdubio, quia sacrificium corporis virginalis sanctarum virginum tanquam vas aureum ornatum lapide pretioso, & tanquam ignis, & incensum suauissimi odoris coram Domino inuenitur: De quo Beata Agata ad Sanctam Luciam dixit. Iocundum in tua virginitate Domino habitaculum præparasti. Est ergo virginitas in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: hoc est, propositum perpetuę conseruationis illius, vt præclare docet Beatus Thomas. Mirabilis ergo, & gratus Deo, & hominibus, & angelis viror virginitatis, à quo est dicta. Nam sicut illud dicitur virens, & in suo virore consistens, quod non est ex superabundantia caloris adustionem expertum: ita etiam virginitas hoc importat, quod persona, cui inest, immunis sit concupiscentiæ adustione, quæ esse videtur in consummatione maxime delectationis corporalis, qualis est venereorum delectatio. Propter hoc virgines rosis, aut lilijs assimilantur, inter quos principatum tenens Dominus Iesus, flos ascendens de radice Iesse, id est, de sacratissima virgine Maria dicitur, & lilium conualium in Canticis etiam nuncupatur.

B.Tho. 2.2.  
q.252,Arti.1.

Cantic.2.

### Virginitatis pretium.

**P**retium thesauri virginitatis tantum est, vt pro ipso non solū detur æterna gloria, quæ omnibus electis est communis, sed

Exod. 25.

specialis gloria conferatur. Debetur enim ei nō solum aurea, sed etiam aureola. In Exodo præcepit Dominus, vt fieret mensa, & super mensam coronā, & super coronam coronula imponeretur: qua significata est aureola. Thesaurum ipsum qui inuenit abscondit, quia eius pretium intelligit, sæculo renuntians, monasterium sibi elegit vbi in abscondito faciei Dei viuit. Vnde Beatus Bernardus ait. Neesse habemus, siquid habemus boni: quoniam thesaurum regni cælorum, qui inuenit homo, abscondit: propter quod in claustro, & in siluis abscondimur, neq; hoc infructuose. Thesaurus iste regno cælorum similis est: vita enim virginum cælesti vitæ multum assimilatur. Vnde B. Bernardus de castitate loquens, cuius dignior species est virginitas, sic ait. Hæc sola in hoc mortalitatis loco, & tempore, quendam statum immortalitatis glorię representat. Hęc instar odoris fini balsami, quo condita cadauera in corrupta seruantur, sensus, & artus continet, & stringit. Explicans Beatus Hieronymus verba illa Hieremię: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores, lacte rubicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores: Denigrata est super carbones facies eorum, sic ait. Mysticè casus animarū quorundam fidelium à Propheta deploratur. Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium, & continētium vita designatur, quæ niue, & lacte nitidior dicitur. Nix enim ex aqua congelascit, quæ de super venit. Lac autem ex carne exprimitur, quæ de inferioribus nutritur. Quid autem designatur per niuem nisi candor vitæ cælestis? Quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerunq; continentes viri in Ecclesia tam mira opera faciūt, vt multi, qui cælestē vitam tenent multi, qui terrena bene dispensauerūt, superari videantur: & candidiores niue, & nitidiores lacte referūt: qui etiam, quia per fauorem spiritus antiquorum, ac fortium patrum nonnunquam vincere vitam videantur, rectè adiungit: rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomen exprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore vtique antiquo rubicundiores sunt: quia sæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij feruentiores existunt: de quibus vt totum simul ostendatur adiungitur sapphyro pulchriores aërei quippe coloris est sapphyrus. Et quia præcedentes multos: atq; ad superna tendentes per cælestem cō-

Thren. 4.

uerfa-

6 uersationem videntur vincere, narrantur saphyro pulchriores extitisse. Hæc Beatus Hieronymus.

Virginitas à Beato Paulo commendatur.

**B**eatus Paulus in Epistola ad Corinthios inquit. De quibus 1. ad Corint.  
7. c. scripsistis mihi, & Corinthij, hoc respondeo. Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autē vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquæq; suum virū habeat. Et

rursum. Dico non nuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego. Et tertio ait. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiã cōsequutus à Dño vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantem necessitatē, quoniam bonum est homini sic esse,

7 Quæ omnia perinde sunt. ac si diceret. O Corinthij consulistis me scriptis vestris super connubio, virginitate, ac cælibe vita; ecce loco consilij vere euangelici vobis scribo, bonū esse homini mulierem non tangere, hoc est, prorsus abstinere à cōgressibus carnis. Et id quidem dico bonum homini citra exceptionem ætatis, aut personæ. Ergo cuius mortalium bonum est: non utiq; soli sacerdoti sicut quidam, teste Theophylacto, nugatur. Et quidem bonū absolutè, hoc est, tale bonum, quod per se est appetibile ratione virtutis, ac honestatis, & eminentiæ, quas in se continet: nō autem ratione alterius, vt connubium, & vltus eius, quæ vt inter bona cōnumerentur, aliunde cohonestari debent, nempe sacramento, fide, & prole, vel incontinentiæ vitandæ causa. Non autē ex istis ea constantia pronuntiat per Apostolum, existimarent Corinthij aut soluenda connubia, aut à maritalibus cōmercijs abstinendum, mox subiungit per aduersatiuam particulam, propter fornicationem autem vnusquisque suā vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat, vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Quasi diceret. Quanquam virginitas eximia quærenda res est, admodum cæteris præeligenda, tamen ipsa coniugia, ipsaque coniugum commercia utique licita sunt, etiam tempore euangelij, vel scilicet fornicationis vitandæ gratia. Quo loco obseruabis, quod sanctus Apostolus non dedignatur se in medium proferre dicens. Bonum est viduis, & non nuptis si sic permanserint sicut, & ego, quo magis persuadeat sanctam continentiam. Quod sanè quoties facit, re vera arduum quid, &

excellens proponit . Sed dices: quando quidem diuinus vir ait : 9  
quod si non se continent, nubant: Melius est enim nubere, quam  
vri, quia omnes sumus homines, tentamurque omnes concupiscentijs,  
quod est vri . Igitur singulis melius est nubere, quam sine  
coniugio permanere. Nequaquam sunt idem tētari, & vri. Quod  
enim vritur, detrimentum accipit ab igne, iamque concupiscentiæ  
flāmulis crematur. Tentatio autē vt oppugnat in carne contra  
carnem militantem: ita & in carne suam ipsius carnem vincen-  
tem probatum reddit, atque coronat. Dum surgit motus in car-  
ne, vel cogitatio mali in mente, tentatio est: ceterum adustio tum  
primum dicitur , quando tentatio trahit in consensum peccati.  
Sensit vtique Paulus stimulos seu tentationem carnis , non tamen  
vrebatur , neque ob id sibi conuolandum ad nuptias putauit:  
quin potius ad orationem, qua tertio, hoc est, instanter ora-  
uit Dominum, eiusque beneficio victoriam inuenit , nihil vstus,  
nihilque læsus in conscientia. At si raperis libidinibus in consensum,  
teque adurit concupiscentiæ ardor coniux fias, melius est enim  
inire connubium à Deo institutum, quam scortationibus,  
alio vè genere libidinū vri, quæ semper fuerunt prohibita.  
Vri semper malum est, tentari verò neque malum per se neque  
bonum : sed bonum vincentibus : malum vero efficitur succumbentibus.  
Et ita abusiua est comparatio, qua vtitur Beatus Apostolus :  
nam tales comparationes sunt admodum familiares Scripturis  
sacris. Vt cum Ionas fugiens à facie Domini dixit. Melius est  
mihi mori, quam viuere. Et cum Dominus dixit. Expedit ei,  
nempe scandalizanti pusillos, vt suspendatur mola asinaria  
in collo eius, & demergatur in profundum maris. Neque enim  
Ionæ bonum erat mori, neque scandalizanti bonum est demergi  
in mare, sed vtrique id ipsum bonum dicitur comparatione  
deterioris, quod evitatur. Vt cum dicitur melius est proijcere  
merces in mare, quam naufragium pati. Sic cum occurrunt  
duo, nempe vri, & nubere, istud certe prælegendum tibi,  
quia licitum est, quo vites illud, quod nunquam licere potest,  
semperque nocet. Progreditur porro Apostolus ad consilium  
seruandæ virginitatis, quæ inter homines angelicæ excellentiæ  
gloriam habet, dicens de virginibus autem præceptum Domini  
non habeo (Dominus quippe nihil præceperat de virginitate, aut  
seruanda, aut in nuptias commutanda: tantummodo id dixerat.

12 **Qui potest capere, capiat) consilium autem do. Non quidem, vt priuatus quispiam, sed tanquam is, qui misericordia Dei ascitus sum ad Apostolatam, vt sim fidelis, vtique in dispensandis scientijs, & mysterijs eius. Existimo enim hoc, ( nempe dare vobis expressum consilium super hac re ) bonum esse propter instantem necessitatem, scilicet, persequutionum, tribulationum, dolorum, curarum, sollicitudinum. Et quale est illud consilium. Quoniam bonum est homini sic esse, nempe vt virgines sunt, in ea scilicet pudicitia, quæ nullam vnquam admisit sui corruptionem. De hoc consilium siue sententiam meam libera voce pronuntio, quoniam simpliciter bonum est homini sic esse. Ne autem hæc dicendo videatur aut virginibus necessitatem imponere, aut contractis nuptijs velle derogare, mox subiungit: **Alligatus es vxori,****

13 **ne quæras solutionem. Solutus es ab vxore ( vel quia nondum duxisti, vel, quia morte coniugis libertatem adeptus es) noli quæ- rere vxorem. Nam vt liberis suadeo perennem castitatem, ita coniugatis non permitto coniugij dissolutionem, sicuti nec per- mittere possum. Quod enim Deus coniunxit homo non sepa- ret. Si autem acceperis vxorem non peccasti, & si nupserit vir- go, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huius- modi. Ego autem vobis parco. Non peccat cælebs, non peccat virgo, nec peccat vidua, si coniugium ineant. Attamē tribulatio- nem carnis siue secundum carnem habebunt eiusmodi per coniu- gium, ad quod conuolarunt. Quid possit aut clarius dici, aut con- formius communi doctrinæ Catholicæ Ecclesiæ? Sed forte dices. Nunquid cælibes non maiorem subinde tentationem carnis su-**

14 **stinēt, quam qui matrimonio iuncti sunt, ipso vsu coniugij præ- stante refrigerium æstuanti concupiscentiæ? Respondeo: Quæ sunt secundum inclinationem naturæ non minuunt naturalem affectionem, sed vsu suo magis accendunt. Neque cessarent in eiusmodi ardores volendi, nisi deficerent vires agendi: quinimo nec tunc quidem. At sanctus Apostolus per tribulationem car- nis non intellexit lubricas illas tentationes carnalis concupis- centiæ, quibus vel extra coniugium, vexantur cælibes: Sed la- bores, sed pressuras, sed angustias, curas, sollicitudines, quales plurimas, ne dicam sexcentas secum affert coniugium, tum con- iugis, tum prolium causa: adeò vt somnum auferant ab oculis, vires prosternant, rugasque obducant, & in florida adhuc ætate**

aridum, ac quasi decrepitem plerumq; reddant. Pergit autem B. Paulus post pauca in explicandis causis dati sui consilij ac dicit. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cū vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, id est, nō vt vos cogam, teste B. Augustino, sed vt prouocem ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbet, sine impedimento Dominum obsecrandi. Huc vsq; B. Apostolus adeo plano, discretoq; sermone loquutus est, vt nihil putem addendū. Si autem quæras, quæ sunt ista, quæ Dei esse dicit, cū inquit, innupta, & virgo cogitat quæ Dei sunt? Respondeo eum explicare illa in alio loco, vbi ait. Quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus disciplinæ. Adde quæ vitæ, quæ incorruptionis, quæ angelicæ nobilitatis, quæ beatitudinis, quæ æternæ vnionis cum eo, qui semper est, omnia quæ potest omnia habet, omnia præstat. Verum obseruandum est, quod dicit, vt sit sancta & corpore, & spiritu. Corpore (inquit) non autem aliquo membro, mēbrum enim corporis pars est, corpus vero omnium cōpaginem mēbrorum significat. Itaq; vt sit sancta corpore, hoc est omnibus mēbris. Non resonet lingua nisi puritatis sermonē, non festinet pes nisi à turpium consortio, nulla lubricitas in oculis, nulla in manibus, nulla in meditatione cordis. Illud quoque insculpere debetis memorię vestræ, quod asserit honestū esse seruare virginitatem aut cælibem vitam, eo quod præbeat facultatem indiuisæ adherendi Domino in oratione, alijsq; pijs meditationibus. Audite ergo nunc tota mentis attentione, & summam vobis repetam causas dati consilij per B. Apostolum. Prima est, quia bonū est homini sic esse. Secunda, quia hoc exortem facit à quā plurimis torsionibus, angustijs & tribulationibus. Tertia, quia virgo, & cælebs vnica duntaxat tanguntur cura, nempe, quomodo placeant Deo, vtq; sancti sint, & corpore, & mēte, cū interim vtentes coniugio nec mente valeant, neq; corpore commode esse sancti, id est, mundi, & separati ab actibus impuritatis.

18 Quarta, quia cælibatus, potissimum autem virginitas præbet facultatem sine impedimento precandi Dominū à qua coniugati, vt in plurimum longe absunt, hinc vxore querula, illinc, liberis molestantibus, istinc habendi solitudine, quod sibi, alijsq; alienis satis sit, inde quod reliquum est iuxta appetentiam carnis in diuersum rapientibus. Quinta, quod status illi per se honesta mētum quoddam habeat. Sexta, quod ipsemet Apostolus Paulus eum statum tanquam euangelio magis conformē amplexus sit. Quæ certe omnia vt prescius menti insideant, tanquam consulta Dei subnectit in fine capituli velut inuictum robur doctrinæ suæ, ac dicit. Puto quod, & ego spiritum, Dei habeam, vt scilicet quæ Dei sunt, apte consulam.

19 Forte poterit aliquis dicere. Qua ratione inquit Apostolus, Bonum est homini mulierem non tangere, cum dixerit Deus, Non est bonum hominem esse solum: Faciamus ei adiutorium simile sibi? Ad quod respondetur, quod aliud conditor Deus, aliud spectabat euangelij prædicator Paulus. Cum sic diceret Deus, replēda erat terra hominibus: cum autem sic diceret Paulus, replendū restabat cælum animabus sanctis. Deus vt perficeret, quod cæperat condere, genus humanum, tunc nec dum consummatū, noluit hominem esse solum, hoc est, vnius sexus: sed vt posset propagare naturam, dedit Adæ adiutorium, natura quidē simile sibi, sexu verò dissimile. Enimuero tum demum vnumquodq; in suo genere dicitur perfectū, cum potest generare sibi simile. Apostolus verò cū cæli patefacti essent, hominumq; genus sufficienter multiplicatum vt ruina angelorum citius instauraretur, docuit continere à congressibus carnis, quò hic inciperemus esse similes angelicis spiritibus, quibus perpetuo associari possemus in cælis. Nec tamen id præcipit, sed consulit: & quidem ijs duntaxat, qui voluntarij sunt.

### Virginitas à Christo Domino cōmēdatur.

NON solum B. Paulus, sed ipsemet Christus Iesus verus mūdi Saluator virginitatem docuit: nam postquā tradidit non posse coniugium vlla ex causa diuortium admittere, nisi ob fornicationem, dicunt ei discipuli ipsius. Domine, si ita est causa hominis cum vxore non expedit nubere, hoc est, non expedit contrahere matrimonium? Volentes, vt apparet ex verbis Domini

Matth. 19.

B. Hieron. in  
comment. su  
per Matth.

inferre admodum graue esse pondus vxorum, si excepta vna for-  
21  
nicationis causa eam dimittere non licet. Quid enim si temulen-  
ta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si va-  
ga, si iurgatrix, si maledica, tenenda erit istius modi? Si tenenda  
certe satius, leuiusque fuerit nunquam inijsse connubium, & cer-  
tare cum naturalibus concupiscentijs potius, quam inquieto ma-  
lo indissolubiliter alligatum manere. Quibus respondit Domi-  
nus. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.  
Quali diceret, vtique expeditius esset non contrahere matrimo-  
nium, vt dicitis. Cæterum non omnes capaces sunt huius senten-  
tiæ. Non omnibus hoc datum esse testatur etiam verba Apostoli  
dicentis. Vnusquisque donum suum habet, alius quidem sic, nem-  
pe vt virgo, aut celebs permaneat: alius vero sic, scilicet vt mode-  
22  
rato vsu carnis immaculati thori sanctiones custodiat: vt certum  
sit sine munere Dei neminem posse vere virginem, aut continen-  
tem esse. Quid igitur dicemus de virginibus Vestalibus? nonne  
olim Vestales virgines, Paladisque sacerdotes continuerunt? Ad  
quod respondet Beatus Ambrosius lib. primo de virginibus di-  
cens: Quis humano possit ingenio comprehendere veram scilicet,  
virginitatem, quam nec natura suis inclusit legibus? Aut quis  
naturali voce complecti, quod supra vsum naturæ sit? E cælo ac-  
cerfuit (virgo, de qua loquitur) quod imitaretur in terris. Nec im-  
merito viuendi sibi vsum quæfuit è cælo, quæ sponsum sibi in-  
uenit in cælo. Subdens vero ibidem de virginibus Vestalibus ait  
in hunc modum. Quis mihi prætendit veste virgines, & Paladis  
sacerdotes? qualis ista est non morum pudicitia, sed annorū, quæ  
non perpetuitate, sed ætate præscribitur? Petulantior est talis in-  
23  
tegritas, cuius corruptela seniori feruatur ætati. Ipsi docent virgi-  
nes suas non debere perseverare, nec posse, qui virginitati finem  
dederunt. Qualis autem est illa religio vbi pudicæ adolescentes  
iubentur esse impudicæ anus? Hæc Beatus Ambrosius. Non ita-  
que possederunt Vestales virgines aut Paladis sacerdotes veram  
virginitatem, sed specimen quoddam simulatæ pudicitia. Quia  
non mente, sed nec corpore nisi ad tempus virgines fuerunt. Nū-  
quid igitur inter gentiles nulla omnino fuit vera virginitas?  
Profecto nemo prudens id asseuerauerit, potissimum cum non  
sit veri dissimile Sybillas Erythræam, atque Cumanam, reliquas-  
que octo re vera virgines fuisse, idque amore virtutis, studioque

B. Ambrosi.  
lib. 1. de vir-  
gini.

24 contemplationis. Quarum inquit Beatus Hieronymus in-  
 signe virginitatis est, & virginitatis præmium diuinatio. Verum tales  
 quemadmodum non fuerunt vates siue prophetissæ mysteriorũ  
 fidei, absque munere gratiæ diuinæ: ita neque virgines. Tam enim  
 virginitas, quam prophetia donum Dei esse cognoscitur, vtque  
 illa, ita, & ista Dei munificentia inter gentes effundi potuit. Vox  
 autem illa, capiunt, loco præallegato non idem est, quod intel-  
 ligunt sed idem, ac si diceretur, capaces sunt. Quomodo locus  
 dicitur capax eius quod infertur, si tam est spaciosus, vt recipiat.  
 Non omnes itaque capiunt verbum istud, idem est, ac si diceretur  
 non omnes eiusdem sententiæ capaces sunt quia affectibus præ-  
 peditis consilio diuino nullus in cordibus ipsorum relinquitur  
 locus. Dicens autem saluator: non omnes capiunt, innuit aliquos  
 25 capere. Sicut bene apprehenderant verbum istud Elisæus, Iosue,  
 Ioannes Baptista, virgo sacratissima Maria, ipsemet Christus Ie-  
 sus fons totius puritatis, plurimi que postea apprehensuri erant,  
 vt sane tunc clare præsciuit idem Dominus. Ideoq; subdit. Sunt  
 enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi,  
 qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui se ipsos castra-  
 uerunt propter regnum cælorum, id est, sponte propria priuaue-  
 runt se contrahendi libertate, aut voto, aut sui additione ad eum  
 statum, qui non compatitur secum generandi vsum. Primus qui-  
 dem scilicet qui de matris vtero signatus est fit capax cælibatus  
 natura, secundus violentia, tertius vero sponte propria, eligens  
 sic viuere propter regnum Dei. Illos duorum priorum ordinum  
 potest patientiæ meritum, non autem continentiæ gloria claros  
 26 efficere, istos vero tertij ordinis illustrissimos reddit virginitatis  
 splendor. Ne autem exactum siue imperatum videretur eiusmodi  
 continentiæ genus, addit saluator. Qui potest capere, capiat.  
 Quæ vox, teste Hieronymo, est adhortantis, & milites  
 suos ad pudicitæ præmium concitantis. Qui potest  
 capere, capiat: Qui potest pugnare, pugnet, su-  
 peret, ac triumphet. Non equidem cogo  
 quemquam, sed tantummo  
 do hortor.

## Virginitatis præmium.

27

Marth. 19.

Genl. 2.

1. ad Cor. 7.

Esai. 56.

**M**agnam certe, & magnificam habet virginitas remuneratio-  
nem, & etiam viduitas, & cælibatus. Nam cum dicerent apo-  
stoli: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo  
erit nobis? respondit Dominus, inter alia: Omnis qui reliquerit  
domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxo-  
rem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum acci-  
piet, & vitam æternam possidebit. Profecto relinquere domum,  
fratres, sorores, patrem, ac matrem propter Christum Dominum,  
sine dubio arduum est: tamen non adeo quin id ipsum passim fiat  
propter vxorem, & modicum perituræ carnis oblectamentum,  
dicente scriptura sacra. Propter hoc relinquet homo patrem, &  
matrem, & adhærebit vxori suæ. Relinquere vero vxorem, quæ  
tecum vna caro efficitur, item filios, qui aliquid tui sunt, vel agros,  
sine quibus neque tibi prospectum erit, neque tuis, hoc inquam  
relinquere in primis magnum est hoc multo maxime centuplo,  
vitæque æternæ retributione præmiandum. An non magnifica  
promissio est pro spontanea dimissione coniugij, quid centuplo  
melius, & insuper vita æterna? Sed dices. Ibi Saluator de vxore,  
quam quis iam habet loquitur, quid igitur hoc ad encomium vir-  
ginitatis? Respondeo, quod de ducta, & de ducenda vxore ibi est  
sermo. Qui enim dimiserit ducendam, & castrando se propter reg-  
num Dei, quod indiuisius adhæreat Deo, virgo, aut cælebs  
potius, quam compedibus matrimonij in diuersum trahatur, is  
centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quod etiam  
præmium reportabit ille, qui dimiserit ductam mallens, recte con-  
fitemo Christum, separari ab illa, quam diffitemo adhærere ei,  
vt sit tempore martyrij. Cuius est inuenire illustre exemplum in  
diuo Adriano martyre, & vxore eius. Quando etiam datur ca-  
sus, quo illa nollet cum eo cohabitare sine contumelia creato-  
ris: aut liberum separationis consensum præbuerit, sic seruien-  
do Deo (super quibus nos instruit Beatus Paulus ad Corin-  
thios scribens) iste talis centuplum accipiet, & vitam æter-  
nam possidebit. Beatus etiam propheta Esaias exprimit, quan-  
tum promiserit Deus eunuchis euangelicis dicens. Et non  
dicat eunuchus. Ecce ego lignum aridum: quia hæc dicit  
Dominus eunuchis. Qui custodierint sabbata mea, (hoc est,  
ea,

30 ea, quibus vere requiescit in me spiritus hominis à sollicitudinibus, ac curis, & voluptatibus mundi, & carnis) & elegerint, quæ ego volui ( siue, vt alius interpretes habet, quæ mihi placent. Nam consulta eligere liberum, præcepta vero exequi non liberum, sed necessarium est ) & tenuerint fædus meum ( etenim virginitas consulta nisi decoretur obedientia mandatorum Dei, reputabitur quasi nulla ) dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Ecce promissionem permagnificam fane. Hunc locum tractans Beatus Augustinus interrogat, sibi que respondet ad hunc modum. De quibus eunuchis loquitur Dominus per Esaiam Prophetam, nisi de ijs, qui se ipsos castrarunt propter regnum cælorum? Firmis deinde rationibus demonstrans non loqui Prophetam de eunuchis diuitum, ac regum, sic natis, aut ex actione hominum factis. Nam talium cælibatus si coniugio adæquetur, est quod gaudeant in excellentia virginitatis. Illis autem dat Deus in domo sua locum, & nomen melius, quam reliquis filiis, ac filiabus regenerationis. Habent equidem & coniugati locum suum in regno Dei. At eunuchis euangelicis promittitur locus sublimior, nomenque melius præ alijs filiis regenerationis. Et quidem nomen sempiternum, quod non peribit, vt perpetuo, aut virgines Dei, aut simili aliqua decoris appellatione sublimes existant in curia cælesti. Vultis autem scire nomen, locum, functionem, quibus præ alijs gaudebunt virgines in cælis? Legite quam scribit Apocalysim virgo Ioannes. Ecce ( inquit ) agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, scilicet agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Frons vtique sedes pudoris est, fronsque palam ac primo obijcitur obtutibus aliorum ad notitiam, & eam ob causam in frontibus scripta habebunt virgines nomina Dei, & agni Christi: vt clare, vt palam, & quidem primo obtutu constet eas semper pudibundas fuisse, vndique Deo, ac Christo Iesu suæ integritatis pudicitiam perenni contemplatione dedicasse. Omnes quidem sancti signum habebunt in frontibus suis: at solis virginibus datum est, & Dei, & agni immaculati nomen circum ferre in frontibus suis ad peculiarem tantæ virtutis prærogatiuam. Stant autem cum agno in monte Sion in signum, quod de valle rerum mutabi-

B. August. li.  
de sancta virginitate. ca.  
24.

Apocal. 14.

32

tabi-

tabilium, suauiumque secundum carnem, ad ascendentem sur-  
 sum, & eleuatam contemplationem rerum cælestium animos  
 suos elongarunt. Cantabant vero quasi canticum nouum ante  
 sedem, & ante quatuor animalia, & seniores. Et nemo poterat di-  
 cere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui  
 empti sunt de terra. Ecce peculiarem functionem, quam solæ vir-  
 gines habent in triumpho gloriæ Dei. Si vero nunc queratis,  
 quod sit illud canticum nouum? Respondeo, vbi id nobis expres-  
 serit Beatus Ioannes exprimam & ego vobis. Interim certum  
 habetote officij virginalium agminum esse, decantare Deo in  
 gloria cælesti quoddam canticum nouum, quod nemo aliorum  
 canere potest. Quod autem hæc speciatim dicta sint de virgini-  
 bus patet ex eo, quod sequitur: nam subdit Beatus Apostolus.  
 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt conquinati virgines enim;  
 sunt. Hi sequuntur agnum quocunq̄ue ierit. Videtis applicatio-  
 nem ad virgines, videtis & nomen melius, quo gaudent præ cæ-  
 teris. Virginitas quippe vt non tollitur, sed consummatur ac-  
 cedente gloria: ita & virginis nominatio in æternum stabit, ve-  
 lut signaculum illibatæ incorruptionis in corpore, inuiolatæq̄  
 pietatis in mente. Quid enim aliud est in corruptibili carne, in-  
 corruptionis perpetuæ meditatio, quam portio angelica, quæ  
 seraphicæ functionis inchoatio? Si plus lubet audire de loco illo  
 virginum. Hi (inquit) sequuntur agnum quocunq̄ue ierit, ve-  
 lut indiuulsi à tergo eius, gradiebatur agnus in mundo itinere  
 virginali, sequuntur, & illi. Amplectebatur agnus adherere  
 Deo præ alijs omnibus, sequuntur & illi. Voluit agnus esse Na-  
 zaræus hoc est Deo consecratus, sequuntur & illi, consecrantes;  
 se Deo per votum. Agnus ex virgine ortus in virginali coni-  
 ugio, non tamen ipse fructus coniugij, permanfit virgo in æuū,  
 etiam illi, licet non processerint ex virginicis visceribus, vt ag-  
 nus: attamen sequuntur quo processit, nempe vt se quoq̄ men-  
 te, & corpore incorruptos offerant Deo immaculatum sacrifi-  
 cium, quomodo fecerat, & ille. Processit agnus ad dexteram vir-  
 tutis, & gloriæ Dei, sequuntur & illi incorruptione, gloriaque  
 proximi agno, comitandique studio indiuulsi. Vti solent pro-  
 cures præ alijs proxime imperatoriam, regiam ve maiestatem cir-  
 cunfatare, ad illius, suæ que nobilitatis gloriam omnibus præ-  
 lucentem. Quare, inquit Hieronymus, vocat eas emptas pri-

36 primitias Deo, & agno, nisi quia viduæ, & in matrimonio continentes erunt post primitias, id est, in secundo, ac tertio ordine? Ne autem videar peregrinum aliquid docuisse hæc omnia dicēs: legite Beatum Augustinum de sancta virginitate: Et B. Hieronymum aduersus Iouinianum. Et Beatum Cyprianum tractatu de habitu virginum. Nam omnes isti sancti doctores eo modo quo nos, sed fusius hanc Apocalypsim Ioannis interpretati sunt. Vt autem virginum excellentiam melius percipiatis hoc addam. Nonne Dominus noster Iesus Euangelio suo premitit conspectum Dei speciatim ijs, qui sunt mūdo corde dicens. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt? Certè vt speculum si fuerit mundum accipit imaginem eius, quod ei opponitur, nō autem si fuerit contumaculatum, sic & anima si puritate nitet faciem Dei suscipit, & quo nitet magis, eo suscipit expressius, cum vero virginitas nimis ad puritatem cordis iuuat, hinc est, quod multum dispositæ ad hanc beatitudinem virgines sunt. O virginum decus, ò immortalium spirituum inter mortales homines gloriam, quam foelix, qui te possidet, quam excors, qui te perituris nuptijs commutat. Quid autem (dicetis forsitan) si omnes virgines fiant? Quomodo stabit genus humanum? Nolite metuere ne omnes virgines fiant. Difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis. Multi vocati, pauci vero electi, si omnes virgines esse possent nunquam Dominus dixisset sub hac forma. Qui potest capere capiat. Nec Apostolus in suadendo quasi trepidasset dicens. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus. Vultis 38 autem audire, quid ad vestram quæstionem respondeat Beatus Augustinus meo iudicio admodum verè, ac pie? Vtinam (inquit, omnes hoc vellent) nempe virgines permanere, duntaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: multo citius Dei ciuitas completeretur, & acceleraretur terminus sæculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum cum inde loqueretur, vbi ait: vellem omnes esse sicut me ipsum? Hæc omnia inquit Beatus Augustinus.

(.?.)

B. Aug. li. de  
virg. c. 24. &  
ca. 25.  
B. Hiero. ad-  
uersus Iouin.  
lib. 5.

Matth. 5.

Matth. 20.

B. Aug. li. de  
bono coniu-  
gali contra  
Iouinianum.

Virgi-

## Virginitas Dei donum est.

Sapient. 3.

Virginalem, & vidualem, & coniugalem continentias dona Dei esse certo citra omnem ambiguitatem credimus. Dicitur enim per os sapientis. Non possem esse continens, nisi Deus det: plane quidem id est vniuersali sermone prolatum: vult nāq; sapiens significare hominem, in quocunq; fuerit statu, non posse continere se, nisi Deus dederit, neque ante coniugium, neq; in coniugio, neq; post coniugium (etiam si dictum illud sapientis de continentia ab omni genere mali intelligēdum sit.) Cui probe consonat sermo Apostoli dicentis. Sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic (nempe vt integrā incorrupti corporis castitatem seruet, vel post solutum connubium exinde prorsus contineat) alius vero sic, nempe vt sanctiones matrimonij in offense custodiens nullam incontinentiæ maculam admittat. Ex quibus verbis Apostoli tradidere patres & virginalem, & vidualem, & coniugalem pudicitias re verā dona esse Dei. Sed dicetis. Si dona Dei sunt. Igitur non habet ea in sua potestate homo? Valde indebitè, & præter artem colligerent, qui hoc dicerent. Dona enim dici nequeunt, nisi vbi donata fuerint. Vbi autem donata sunt, iam poterit vti illis vel non vti ille qui dona accepit. An in vsum, & vtilitatem donatarij dantur munera? Et Apostolus constanter pronuntiat in hunc modum. Vnusquisq; proprium donum habet ex Deo. Ex Deo, inquit: ne putetur ex naturæ suæ qualitate habere. Et vnusquisque, non tantum vnus, aut alter, nec sane vnusquisque omnium hominum sed eorum, qui mystico corpori Christi mediante baptismi sacramento in-  
 41  
 siti sunt, hoc est, Christianorum (de illis enim erat sermo) habet donum, & quidem proprium donum hoc est suum, sibi à Deo ad vsum salutis in Christianismo deputatum: ne putemus vnum atque idem habere omnes. Varia enim sunt dona Spiritus sancti, qui distribuit singulis, pro vt vult, vti docet capitul. 12. eiusdem Epistolæ. Quando verò eiusmodi dona dantur, id Deus posuit in sua potestate, & inter mysteria abditum, & absconditum à nobis esse voluit. Nam si Spiritus sanctus distribuit munera sua, prout vult, etiā distribuit ea, quando vult, & medijs, quibus vult. Christi Domini intemeratæ matri, Hieremiæ itē & Ioanni Baptistæ creditur eximium illud munus perpetuæ continentiae donatum,

<sup>42</sup> natum, dū in vteris maternis sanctificabatur. Alijs in baptismo  
 dari potest, alijs alio tēpore, dum cōuenit, aut opus esse incipit,  
 videlicet dum ipsa functio à dono subsidiari apprehenditur, si-  
 quidē munera dantur è cēlo, vt subsidio sint rebus Euangelicis  
 Euangelice peragēdis. Aut dū homo virium suarum infirmitatē  
 animaduertit, incipit supplex, deuotisque precibus implorare  
 diuinę miserationis auxiliū. Ita q̄; dona Dei subsidiaria ad pera-  
 gendū debite certū genus vitę Euangelio comprobatum datur,  
 aliquando p̄ueniendo, aliquando in ipsa assumptione status,  
 aliquando postea dū virium suarū infirmitate explorata cepe-  
 rit homo Deo supplex esse. Tāta autē est Dei erga nos munifi-  
 centia propter Christū Iesum Saluatorē nostrū, vt nulli homi-  
 ni Christiano desit vlla gratia necessaria ad peragendā debite  
<sup>43</sup> functionem Euangelio Christi cōprobatā, dummodo ipse nō  
 defuerit sibi. Hęc veritas cōprobat in exordio epistolę prio-  
 ris ad Corinthios, in qua hęc materia peculiariter tractatur. 1. Ad Cor. c. 1  
 Gratias ago, inquit ibi B. Apostolus, Deo meo semper in gra-  
 tia Dei, quę data est vobis in Christo Iesu. Quia in omnibus  
 diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciētia, sicut  
 testimoniū Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis  
 desit in vlla gratia expectātibus reuelationē Domini nostri Ie-  
 su Christi. Labet autē hic quærere, verum ne an falsum dixerit  
 hoc loco diuinus Apostolus? Si verū, quod omnino fatendū est,  
 ergo ita est locupletata fidelium Ecclesia per Iesum Christum  
 Dominū nostrū, vt nemini quidquā in gratijs, ac donis ad vnū  
 Euangelicū genus vitę Euangelicę peragendū desit nō desit in  
<sup>44</sup> quā, ex parte Dei. Nam qui sua culpa eger est aut egenus ipse si  
 bi metipsi imputet. Si enim cui piā deest, adeo vt nec habeat,  
 neq̄; habere possit, etiam si faciat, quod in se est iuxta traditio-  
 nem euangelicā, is qua ratione dicitur diues effectus in omni-  
 bus per Christū, & non potius pauper & inops derelictus? Aut  
 quo modo verum est, quod nihil ei desit in vlla gratia, cum non  
 habeat, sed nec habere possit, ne per supplicationem quidem,  
 donum Dei, quo contineat post votum aut nuptias, vt i oportet?  
 An diues est, qui eget necessarijs? An dicendum nihil illi  
 deesse, qui nec dum habet, quo carere nō ei conuenit? Vt nup-  
 tię, ita & virginitas, ita & vidualis continentia comprobantur  
 doctrina Christi, & quod plus est laudantur istę, atq̄; suadētur,

si igitur Christi fidelibus desint dona Dei, sine quibus imple-  
 ri nequit, quod status illi requirunt, non iam homo, sed Chri-  
 stus Dominus culpandus erit docens seruandum, quod viribus  
 nostris maius est, non addens simul gratiarum dona, quibus serua-  
 ri possit. Inueniturque S. Apostolus falsus testis dicens. Quemad-  
 modum testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut  
 nihil vobis desit in vlla gratia. Testimonium quidem Christi  
 est: Non relinquam vos orphanos. Et illud. Ecce ego vobiscum  
 sum usque ad consummationem seculi. Item illud. Nunquid obliuisci  
 potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vteri  
 sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. An non  
 valde orphanus, Christoque suo destitutus, & quasi in obliuio-  
 nem datus esset qui in obseruationem vite probatae, aut con-  
 sulte per Christum caret necessario auxilio Christi? Sed dices  
 fortassis. Merito caret, sua culpa sic exigente, mirum quidem si  
 non dentur promissa munera dignis. At quid mirum, si regen-  
 tur indignis, quales sunt multi? Proh dolor, & quomodo multi!  
 eamque ob causam in premisis tetigit tria hoc loco obseruata per  
 quam necessaria. Quorum primum est, ut homo muneribus Dei iuu-  
 dus sit, debet esse in certus in corpore Christi sacro baptisate:  
 quomodo enim recipiet gratiarum influxum a capite, quod nulla  
 compagine est coaptatum in corpore? & ideo loquutus sum in  
 premisis de homine Christiano, non autem de quouis homine.  
 Quemadmodum & Beatus Paulus scribens Corinthijs ad Chri-  
 stum conuersis dicit: Ut nihil vobis desit in vlla gratia: vobis,  
 in qua, qui in Christum credidistis. Nam qui extra Christum ma-  
 net conclusus in massa perditionis, quid mirum si multis, imo si  
 omnibus gratuitis donis Dei indigeat, cum per ipsam Christum &  
 in ipso sint omnia? Secundum est, quod ipsum genus vite vel  
 susceptum, vel suscipiendum sit Euangelio Christi comprobatum,  
 ut sunt comprobata virginitas, celibatus, sacerdotium, coniu-  
 gium, abdicatio proprii, usus rerum in communi, sui ipsius sub  
 alterius obedientia submissio, & eius generis multa alia. Non  
 enim futilibus aut reprobatis generibus vite aptat sua munera  
 Deus. Tertium est, quod homo non desit ipse sibi, neque in susci-  
 piendo, neque in proseguendo, quod susceptum erat, hoc est, ut faciat  
 homo quantum in se est quo Christiane ac digne probatum, ali-  
 quod vite genus suscipiat, atque susceptum exinde proseguatur  
 simili

Ioan. 14.  
 Maatth. 28.  
 Esai. 49.

48 simili modo. Sunt qui prope, & inconsulto, aut illotis, (quod  
 aiunt) manibus statum perpetuæ continentia onus suis viri-  
 bus impar apprehendunt, non magis de Christo, auxilioq; diui-  
 no cogitantes, quã si non essent Christiani homines: ij certe sibi  
 metipsis defunt non vtentes, sicuti deberent, illuminatione fi-  
 dei semel desuper accepta. Sunt præterea, qui postquam bona  
 fide, animoq; Christiano apprehenderint, exinde dediscunt irre-  
 ligiose, & oscitanter, ne dicã, scelerate viuentes. Et isti sane non  
 solum defunt sibi, sed & muneribus diuinis obstacula ponunt,  
 dum officium negligunt, otiaque quærunt, aut luxui indul-  
 gent, quibus velut armatura quadam caro potens efficitur ad-  
 uersus spiritum, etiam gratijs Dei adiutum. Qui autem ho-  
 stem suum armat, quid aliud quam superari quærit! Non au-  
 49 ditis, inquit Cyrilus, ex diuinis scripturis, quia certamen est  
 inter homines, carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersum  
 carnem? Et nescitis, quia si carnem solam nutriatis & ipsam  
 frequenti mollitie, ac iugi deliciarum fluxu foueatis, insolescet  
 necessariò aduersus spiritum ac fortior illo efficietur? Quod si  
 fiat sine dubio eũ inditionẽ suã redactum suis coget legibus, ac  
 vitijs obedire. Sunt insuper, qui licet sentiant viriũ suarũ imbe-  
 cillitatem, fomitis insuper potentiam, ac stimulos, lapsusq; car-  
 nis: tamen non magis supplices fiunt Deo gratiarum donatori  
 per orationes, quam si opus non esset in eius modi certamini-  
 bus vllò gratiarũ Dei subsidio. Et ij sibi defunt non imploran-  
 tes, quod possunt, & debent diuini muneris auxilium. Oportet  
 50 enim imitari Sanctum Apostolum orando Dominũ instanter  
 pro subsidio, dũ tentationes carnis insurgunt, quemadmodum  
 ipse fecit dicens. Ter, (hoc est, instanter) Dominum rogavi, vt  
 discederet à me; (scilicet stimulus carnis.) Et dixit mihi; sufficit  
 tibi gratia mea. Ecce vbi fit oratio ad Deum, ibi mox sufficiens  
 diuinę opis auxilium adest. Quod etiam ipse Dominus docuit  
 dicens. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationẽ. Ecce vt vin-  
 cas tentationẽ, vult Dominus præcedere orationẽ. Sunt deniq;  
 quidã adeo sordibus peccatorum, & perituris rerũ mundi amo-  
 ribus repleti, vt nihil sint minus, quam munerũ Dei capaces.  
 Et hi sibi defunt, non conuertetes se ad debitã penitentia, qua  
 expurgent, quod gratiarũ receptacula præoccupat. Quoniam  
 si penitentię cõuersus supplex quis fiat Deo, licet maximus

Cyrilus lib:  
 9. sup. leui.

2. Ad Cor. 12

Marci. 14

Ad Rom. 11.

peccator sit ad misericordiã ei venire licebit. Si autẽ ad misericordiã, ergo & ad donũ Dei, quo inoffense statũ suũ pertrãseat. Alioquin insufficiẽter redemisset Christus Iesus genus humanũ de captiuitate, & impotẽtia, in qua antea fuerat. Si autem dicas. Nõ ne offenso Deo recedunt à nobis gratuita munera eius? Dico quod nequaquam: quoniam sine pãnitentiã ( vt inquit Apostolus ) sunt dona, & vocatio Dei. Hoc est, non ducitur Deus pãnitentiã super donis suis, vt mox vbi peccant homines, illa reuocet. De gratijs gratis datis, non autem quæ gratum faciunt loquimur. Est autem & illud diligenter aduertendum, quod sicut virtutes habituales, & actus vitij contrarij non directe inter se contrariantur, nec se mutuo expellunt: (vna enim detentio auara virtutem liberalitatis non tollit, neq; vna venis contrectatio virtutem continentia expellit) sic nec donum Dei actus vnus contrarius abigit: quia dona Dei sunt quasi habitualia subsidia ad functiones euãgelicas Euangelice perficiẽdas data. Actus actibus, & virtutes habitualibus vitijs contrariãtur. Veneris itaq; congressus vsum quidem impedit tam virtutis continentia, quam doni diuini, nõ tamen illam extinguit, nisi assiduitate sui, aut nimia forte exuberantia. Et quamuis vnico congressu carnis virginitas perditur, hoc est ipsa incorruptio, siue integritas mentis, & corporis, in quibus ratio virginitatis consistit, vt amplius dici nequeat alma, intacta, intemerata, aut vera virgo, quæ sua sponte semel veneream voluptatem experta est: At secus se res habet de ipsa virtute cõtinentiæ & dono eius. Quandoquidem & nupti etiam inter moderatos amplexus conjugales, & viduæ post vsum coniugij virtutem, donumq; continentia retinent, haud quaquam virginalem. Habitus virtutum ex multis actibus præuijs generantur, quare nec perduntur: nisi multiplicatis actibus contrarijs.

### Virginitatis votum licitum,

& sanctum est.

**P**Otest aliquis sic argumentari. Nemo potest continens esse ex suis solius viribus, vti hic in superioribus probatum est. Temẽtarie igitur faciunt, qui se voto obstringunt perpetuæ castitatis. Nequaquam hoc ex præmissis inferitur. Quamquam

54 quam enim ex suis solius viribus continens esse nemo possit, omnes tamen tales esse possunt diuino auxilio accedente. Id enim reuera dicimur posse, quod amicorum auxilio possumus, secundum Aristotelem veteris Philosophiæ antistitem. Rursum, id dicimur posse, etiam in fidei, & salutis nostræ negotijs, quod Dei munere, Deoq; adiuuante possumus secundum Paulam traditionis Evangelicæ Apostolū. Nam dicit ad Phil. 4. Ad Phil. 4.   
 Appētes scribens. Omnia possum in eo, qui me confortat. Neq; dixit sapiens: Nemo potest continens esse absoluto sermone, sed cum hac conditione, nisi Deus dederit, quasi diceret; potest Sapiens. 8. utiq; homo, si Deus dederit. Quid, obsecro, magis extra vires nostras, aut magis est in donis Dei, quam credere, siue Deo fidem seruare religionis? Et tamen profiteremur sacramentaliter in baptismo, nos perpetuo adhæsurus Deo per fidem, secundum Euangelium Christi. An temeraria sit sacramentalis professio religionis Christianæ, eam ob causam, quod dicit Apostolus: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt nequis glorietur! Absit. Tamen & fides, & perseuerantia in fide, & omnis totius religionis obseruatio, donum Dei est, quod nemo habet, nisi illo misericorditer donante. Ita ergo à simili, nequaquam temerarium erit vouere castitatem, licet eadem sit donum Dei. Si autem aliquis quærat, vtrum recens sit inuentū sese voto virginitati aut viduitati astringere in Ecclesia Dei? Respondeo tam vetustum esse, quam ipsum Euangelium, tamq; cōstanter hucusq; productum ab incunabulis Ecclesiæ, quam vllā doctrinam fidei. Hoc scripturis sacris, deinde & succedētiū sibi patrū attestationibus demonstrabo. Enimvero B. Paulus informans Timotheū episcopum sic inquit. Ad Tim. 5. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatę fuerint in Christo, nubere volūt: habentes dānationē, quia primam fidē irritam fecerunt. Quo loco fides accipitur pro constantia animi in præstando quod antea promiserant: vt sit sensus, fidem primam irritam fecerunt, id est, constantiam, & fidelitatem, quam debebant voto suo, siue spōsioni semel emissæ in Ecclesia super viduitate exinde seruanda. Nam viduæ, quæ tum temporis recipiebantur in tutelam Ecclesiæ alendæ sumptibus ipsius Ecclesiæ, voto suam viduitatem Deo consecrabant. Vt autem certo certius constet, hunc esse germa-

Concilium  
Carth. 4

num sensum verborū Apostoli, ipsum concilium Carthaginē-<sup>57</sup>  
se quartū decretorū suorū capite vltimo explicat verba Apосто-  
li sicuti nos, sed fufius dicens. Vt siquæ viduæ quantum libet  
adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relicte  
se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta sub testimonio  
episcopi, & Ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero  
ad nuptias sæcularestransferunt, secundum Apostolum dam-  
nationē habebunt, quoniā fidem castitatis, quā Domino voue-  
runt, irritam facere ausæ sunt. Et subdit. De talibus ait Aposto-  
lus. Quum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damna-  
tionē, quia primam fidem irritam fecerunt. Hucusq; Conciliū  
Carthaginense. Sed & concilium Toletanum quartum sic ha-  
bet. Duo sunt genera viduarum, sæculares, & sanctimoniales. Sæ-  
culares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere laicalē ha-<sup>58</sup>  
bitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam muta-  
to habitu sæculari sub religioso cultu in conspectu sacerdotis,  
& Ecclesiæ apparuerunt: hæ si ad nuptias trāsierunt iuxta Apo-  
stolum, non sine damnatione erunt, quia se primum Deo  
vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt. Ad hæc  
Beatus Augustinus libro de bono viduitatis dicit. Voto à virgi-  
nibus, vel viduis emisso, iam non solū nō capessere nuptias, sed  
etiā si non nubāt, nubere velle dānabile est. Nam vt hoc demō-  
straret Apostolus, non ait; cū in delicijs egerint in Christo, nu-  
bunt: sed nubere volunt habētes damnationē quoniam primā  
fidem irritam fecerunt: & si non nubendo, sed tamen volendo.  
Et Beatus Epiphanius Contra hæresim vocantium se apostoli-  
cos, refert hoc modo. Tradiderunt sancti Dei Apostoli, peccatū<sup>59</sup>  
esse post decretam virginitatē ad nuptias conuerti. Igitur  
illi & comprobauerunt vota virginitatis seruandæ, & repro-  
bauerunt nuptias, quæ post decretam virginitatem contrahun-  
tur. Et Beatus Basilius libro de Virginitate adulteros vocat  
eos, qui prætextu nuptiarum Deo dicatas virgines sibi copu-  
lant. Et Beatus Hieronymus aduersus Iouinianum inquit. Si  
nupserit virgo, non peccauit. Non illa virgo, quæ se semel Dei  
castitū dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damna-  
tionem, quia primam fidem irritam fecit. Et Beatus Ambro-  
sius ad virginem Lapsam inquit. Melius est nubere, quam vri.  
Hoc dictum ad nō pollicitā pertinet, ad nondū velatā. Cæterū  
quæ

Concili. To  
le. 4. ca. 11

B. Aug. lib.  
de. bo. vidu.  
c. 9. & 10

B. Epipha.

B. Bali. lib.  
de Virginita-  
te.

B. Hierony.  
aduersus  
Iouinianum  
lib. 1

B. Ambr. ad  
vir. lapsam.

60 quæ se spondit Christo, & sanctū velamen accepit, iā nupsit, iā immortalī iuncta est viro, & iam si voluerit nubere, coramusi lege coniugij adulterium præparat, ancilla mortis efficitur.

Virginitatis perseverantia.

**A** Quella personatione perfectamente la virginidad, que es virgen de todos quatro costados, y por hablar mas claramēte, de todos cinco sentidos. Plurimę sunt virgines, quę licet virgines sint, non tamen ex animo, & corde virgines sunt. Diuus Paulus inquit, quod virgo, & innupta cogitat, quę Dñi sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. In omnibus sensibus debet esse virgo, vt virgo merito appellari possit. Aliquę sunt virgines in oculis sed non in ore, alię è contra si sunt virgines in ore, non sunt in oculis. Alię si sunt in oculis, & in ore, non sunt in manibus, vel in auribus. Oportet ergo, vt virgo vere & voluntarie, atq; omnibus vijs virgo esse procuret, ita vt potius vitam, quã Deo promissam virginitatem amittat. Del armiño se lee, que para tomarle los caçadores echan a la boca de su cueua o biuar pez derretida, el qual quando viene para entrar en ella como es vn animal blãquissimo por no se en suziar en aquella pez se dexa antes tomar de los caçadores, y matar, que entrar en la cueua y defenderse en ella. Quanto ergo maiori cum ratione debet virgo potius vitam, quam suæ honestatis, ac virginitatis candorem amittere siquidem brutum animal candorem suum tanti æstimat, vt potius vitam suam quam illum velit deperdere? Tãtã excellentiæ est virginitas, vt ad laudandū Deū omni tẽpore facultatem habeat. Nunca vuo entredicho para las virgines prudentes, nec vnquam virgines ab ingressu templi exclusæ fuerunt sicut olim per quadraginta dierum spatiū parturientes tãquam immundæ ab eo expellebantur, sed semper in tẽplo diu, noctuq; residere poterant, sicut de Ana Prophetissa, quæ nimis casta erat, Beatus Lucas ait, quod nõ discedebat de templo ieiunijs, ac obsecrationibus seruiens nocte, ac die. Denique, vt sacra scriptura perpendit, virgines quando Antiochus templum prophanauit misere lamentabantur, quoniam ipsæ tanquam puriores magis irreuerentiam templis, & Ecclesijs illatam sentiebant.

1. Ad Cor. 7.

similiter

Luc. 2  
1. Machab. 9

Hęc præclara virtus nõ tantū hominibus, & Deo mirabilis est;

sed etiam Dæmoni, qui cum sit virginitatis proditor, virginitatem tantum fecit, ut templum virginum Vestalium Romæ haberet; quæ selectæ inter puellas erant, decem annos natæ, & ad triginta vsque annos in templo seruibant, postea, si eis placuisset, tradebantur nupti: sed pauca hoc faciebant, eo quod infautissimè, illis quæ virum ducebant contingebat: quamobrem vsq; ad mortem plures virgines templo Vestali morabatur. Ecce versutus hostis, quibus prestigijs homines seducebat, Deo optimo id permittente, quia idolis honorem luberes prestabant, Deum autem verum omnium conditorem & moderatorem, nullatenus, ut par erat, colebant. Quanto vero honore virginitas sit habita, in veteri testamento constat ex libro Leuitici, & ex libro Numerorum. Sat sit, quod sicut martyri laureola datur, sic & virgini; quamquam, Beato Augustino autore, virginitati preferendum est martyrium. Est namque virginitas excellentissima in genere castitatis, transcendit enim castitatem vidualem, & coniugalem, ut Beatus Thomas docet.

Leuit 21.

Nume 15.

B. Tho. 2. 2.  
q. 152. art. 5.

## V I R T V S D I - V E R S O S H A - bet gradus.

Matth. 13.



Ad Hebr. 10.

**L**OQVENS Saluator noster Iesus Christus apud Matthæum de terra bona recipiente semen ait: quod in ea aliud fecit fructum centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Valde distat in fructu semen quod cecidit super terram bonam. Vnde bonam terram, meliorem, & optimam inuenies. Bona est, quæ fructum reddit tricesimum: melior, quæ sexagesimum: optima, quæ centesimum. Tres gradus hic tanguntur, qui in qualibet virtute possunt demonstrari, ut in virtute fortitudinis, vel patientiæ potest verificari. Primus gradus est, quando propter bonum virtutis aliquis sustinet constantem detrimendum in exterioribus bonis. De quo B. Apostolus ad Hebræos scribens ait. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustepistis. Secundus, quando sustinet patienter vultera proprii corporis.

De

De quo idem Apostolus ad Corinthios scribens ait: Sustine- 2. Ad Cor. 11.  
 ris si quis in faciem vos ceciderit, si quis deuorat. Tertius est, quod  
 propter virtutem sustinet etiam martyrium. Virtus initio diffi-  
 cilis, sed in progressu suavis est: hinc Beatus Paulus ad Hebræos  
 scribens ait: Omnis autem disciplina in presenti quidem, hoc  
 est in principio, videtur non esse gaudij, sed mæroris, postea au- Ad Heb. 12. ]  
 tem fructum pacatissimum exercitatis reddet iustitiæ. Hinc  
 sponsa in Canticis: Mandragoræ, inquit, in portis nostris dede-  
 runt odorẽ suum. Mandragoræ autem, (vt Beatus Augustinus B. Aug li. 22.  
 ait) poma quædam pulchra & odorifera sunt, acerba tamen, & contra Fau-  
 insipida. Quibus præclare virtutum actiones conuenienter de- rum. c. 86.  
 signantur, quæ in portis, hoc est in totius mundi theatro, per  
 prædicationem Euangelij præbent odorem. Quæ tamen cum  
 odoriferæ, & pulchræ sint, amaræ tamen præsertim non exerci-  
 tatis & assuetis sunt.

Beatus Bernardus ad milites tẽpli ait. O vita secura, vbi absq; B. Berna.  
 formidine mors expectatur, imo & exoptatur cū dulcedine, &  
 excipitur cum deuotione. Hæc vita, quã hic sanctus doctor lau-  
 dat, vita est ornata virtutibus, quã vt in plurimũ sancti religiosi  
 in claustris degunt. Ideo autẽ virtus difficilis est, quia in medio  
 ita cõsistit, vt quocũq; te inclinaueris à veritatis tramite deues.  
 Quare per virtutis iter tanta cura ingredi debemus, quanta qui  
 per funẽ aliquẽ in sublimi positũ in publicis spectaculis proce-  
 dũt: quia si vel leuiter à medio declinẽt præcipites ad ima ruũt.  
 Sic igitur à virtute cadit, quisquis à media illa semita deuiat.

In Ecclesiastico dicitur: Quasi is, qui arat, & seminat accede Eccles. 6  
 4 ad illam, & sustine, id est, expecta bonos fructus illius: in ope-  
 re enim ipsius exiguum laboris, & cito edes de generationibus  
 illius, id est de fructibus. Cicero secundo de oratore inquit: virtus Cicero.  
 est perse ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest.  
 Idem. Ea virtus videtur præstantis viri, quæ est fructuosa alijs,  
 sibi autem laboriosa.

### Virtutis efficacia.

Virtus vero peccati lex: inquit B. Paulus ad Corinthios scri- 1. Ad Cor. 15  
 bẽs. Quod perinde est ac si diceret. Virtus peccati frænum  
 est. Lex enim secundũ iuris cõsultos est equitatis iniquitatisq; L. nam. ff. de  
 regula, agẽdiq; mensura, iustorũ regula, & iniustorũ mensuraq; leg.  
 fff 5 nostra.

nostrarum actionum. Quæ diffinitio in genere virtuti adaptari potest. Cum enim hic Sanctus Apostolus dicat virtute legem, & frenum imponi peccato, & facere, ne ultra gradi possit, & vt idē ait, per legē enim cognitio peccati, quia lex prohibet peccatum, sic per virtutē, sicut per legē possumus cognoscere peccatum, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, & contrariorū eadem est disciplina. Superbia humilitate apparet: inuidia charitate; liberalitateq; auaritia detegitur. Hæc autem verba inquit Beatus Apostolus, postquam dixerat, Stimulus autē mortis peccatum est. Ergo si virtus lex, & frænnum peccati est, quo mors contra nos armata venit, mediante virtute omnia huius inimici nostri arma extrahere possumus.

Si esset in regis Christiani potestate, Turcā acerrimum eius inimicum armis expoliare, quam solertiam in eo spoliando, vt eum vinceret, & de illo triumpharet, adhiberet? In nostra igitur est potestate inimicū nostrum & aduersarium, armis exuere, quibus nos adoritur, & bellū infert, videlicet, peccatis. Quare ergo virtutibus ei bellum inferendo, armaque detrahendo negligentes erimus, ne cum nos adortus fuerit, illum timeamus? Inimicum enim inermem nemo est, qui timeat. O quantum erit Christiano homini solaminis, cum Deus illum ad se vocauerit, & ex hoc sæculo nequam educere voluerit, se ipsum virtutibus diuersis armatum, ornatumque inuenire, mortemque sine armis aduersus eum insurgere, quæ nec minimum quidem peccatum in eo videt, de quo pœnitentia non egerit! vt Diuus Hilarion animæ suæ dicebat, videns mortem per ianuam cellæ eminere: Egredere anima mea, aiebat, egredere quid times? Octuaginta annis seruisti Deo, & times? Quid, dicite mihi, faciet ille miser, qui vnicum tantum diem in Dei seruitium non consumpsit, si qui octuaginta annis Deo obsequutus fuerat, cū morte congregi formidabat? Ideo armis nosmetipsos quam citius muniamus, sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sed est notandum virtutes morales talis qualitatis esse, vt vna virtus moralis in hominē esse non possit, nisi in eo omnes virtutes morales vnitæ fuerint. Non enim potest quispiam castus appellari, nisi habeat virtutem iustitiæ, fortitudinis, & prudentiæ. Loquor de virtutibus moralibus nam de Theologalibus apertum

Ad Rom. 3.

Ad Ephe. 6.

tum

¶ cum est, quod fides potest esse sine charitate. Magister sententiarum & Doctores in tertio, ac Divus Thomas de hac materia connexionis virtutum agunt; & relictis opinionibus breviter dicendum est, quod quantum ad habitus (qui cum frequentia actuum generantur) bene potest vna virtus esse absque alia, & ita intelligitur opinio Scoti. Nam cum quis actus castitatis, & non iustitiæ facit, habitum castitatis & non iustitiæ eum facere dicimus. At vero quantum ad conservationem cuiuslibet virtutis, omnes sunt connexæ. Exempli gratia. Qui fuerit perfecte castus potius mori debet, quam honestatis virtutem amittere: sicut plurimæ virgines, & martyres fecere; idcirco oportet, ut virtutem fortitudinis habeat: ut autem sit perfecte castus non debet largitionibus, vel omnibus mundi thesauris commoveri ad hoc, ut castitatem amittat, ideo virtutem liberalitatis ipsum habere oportet: ad conferuandam autem castitatem opus est in aliquo casu omnes suas diuitias vendere, & id, quod secundum iustitiam creditoribus debet, restituere, ne hac occasione audeant illam sollicitare ad castitatem amittendam: ideo licet ostiatim medicare cogatur, hoc facere debet. Secundum hanc considerationem omnes virtutes connexas esse asserimus: & in hoc sensu intelligendum est id, quod Tullius in Tusculanis inquit. Si vnam virtutem confessus es, te non habere, nullam necesse est, te habiturum. Quod verum est non quantum ad habitus, qui ex actibus generantur, sed quantum ad conservationem cuiuslibet virtutis, ut expositum est. Vel etiam aliter. Virtutes sunt connexæ quantum ad denominationem subiecti. Sicut enim niger Aethiops non dicitur albus licet habeat dentes candidos: sic non potest quis piam nuncupari virtutis studiosus propter vnam duntaxat virtutem vel duas, si tamen ei aliæ deficient. Sic intelligendus est B. Augustinus, qui ait. Virtutes, quæ sunt in animo humano nullomodo separantur ad inuicem. Et Beatus Gregorius in Moralibus inquit. Vna virtus sine alijs aut omnino nulla est, aut imperfecta est, videlicet quantum ad perfectionem subiecti, quod non est absolute virtutis studiosum sed ex parte. In hoc datur in solentia, & iactantia aliquorum Christianorum, qui, cum vnam duntaxat virtutem habeant, dicere solent. Saltim non dicent homines, me esse iustorem cum alioquin isti, qui ita se iactant, alia quam plurima vitia habeant: y alsi si no dixerent, que eres

Magi. & Doctores in 3. d. 36. B. Tho. 1. 2. q. 65. art. 1.

Cicero, lib. 2. Tusculanarum quaestionum.

B. Augu. lib. 6. de Trinitate. B. Greg. lib. 13. moralium.

jugador, diran, que eres dissoluto en comer, y beber, y en otros vicios. Por esto mandaua Dios, que en la vestidura del sacerdote estuuiessen brosladas no lirios, ni rosas, sino granadas. Quoniam in multitudine, & vnione granorum, quæ sub cortice ipsius mali granati existunt, significatur vnio, & conuexio omnium virtutum, quas sacerdos habere debet, vt omnes ex eo illas addiscant.

### Virtus indumentum est animæ.

**V**irtutes animæ sunt indumenta. Per quadraginta annos, quibus Israelitæ per desertum ambulauerunt, non fuerunt ruptæ vestes seu indumenta eorum. Sic nos, dum in hac vita cõmorati fuerimus, vestes animæ, videlicet virtutes sanas, integras, ac munda obseruare debemus: Idcirco in Apocalypsi dicitur: *Omni tempore vestimenta tua munda sint.* Hæc vestimenta animæ sunt contraria vestibus corporis: nã vestimenta corporis quanto magis vsui sunt, & magis portantur, magis consumuntur, & conteruntur, & si per humum trahantur, omnino destruantur. At vestes animæ, quanto magis vsui sunt, tãto illustriores apparent, y si las arrastrays por el suelo por humildad, son mas vistosas, y mas hermosas. Las del cuerpo guardadas, quanto mas finas son, mas entra en ellas la polilla, que nace de las mesmas ropas, y las destruye: y en esto son semejantes a las virtudes del alma, q̃ si las estimays mucho, y os preciays mucho dellas por jaetancia luego se cria en ellas la polilla de la vanagloria. Seruus Salomonis fuit Ierobam, & hic à domo domini sui decem tribus abstulit, itaq; ex ipsa domo exiuit, qui eam destruxit. Moy ses etiam seruus fuit, ac filius adoptiuus filiæ Pharaonis, & hic Aegyptum, ac domum ipsius Pharaonis euertit. Del monte nace quiẽ le abraza: y de la ropa el gusanillo, que la rompe. Sic ex virtute nascitur inanis gloria, quæ ipsam virtutem destruit. Idcirco eam humilitate oportet munire & circumuallare. De virtutibus loquitur sponsa quãdo sponso dixit. *Trahe me post te; curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Virtutes appellat vnguenta, quoniam medicinales sunt: castitas enim medicinalis est, similiter oratio, eleemosyna, patientia, quæ medicinam animæ afferunt, & illam ab ægitudinibus curant. Sed quem odorem habent hæc vnguenta? Huelen a cielo ya gloria,

simile.

Cant. i.

14 gloria, y a Dios, y tras estos vnguentos se ha de correr con feruor, quod quidem anima per se efficere non potest, nisi à diuino fauore adiuta fuerit, ideo ait. Trahe me post te. Satis bene intelligebat Eliseus Propheta hunc fauorem sibi opus esse, siquidem magistro suo Heliae dixit. Fiat in me spiritus tuus duplex. Vbi alia translatio, quæ hoc magis exponit, sic habet. Fiat in me duplex portio spiritus tui, id est, De las tres partes de spiritu que tu tienes, me contentare yo con las dos para correr tras los vnguentos del cielo.

4. Reg. 2.

### Virtutis meritum.

**I**n virtutibus reperitur Deus. Atq; ita in Prouerbijs ipse ait. In vijs iustitiæ ambulabo, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Vultis scire, per quas vias Deus ambulat, & in quibus rebus moratur. In vijs iustitiæ, in virtutibus, in eleemosyna in ieiunio, in oratione &c. Ibi me inuenietis, vt ditem diligentes me. Vbi alia litera ait. Vt ditem in eo, quod sum. Mecum eos ditabo, & me ipsum eis, qui me diligunt, dabo, & thesauros eorum repleam. Vbi thesauros idem significat Quod archiui, & theca. Quod perinde est ac si diceret, Dabo eis me ipsum, vt omnes sinus eorū, ac potētias impleā, videlicet intellectū quadā diuina cognitione, voluntatē charitate, memoriā gratitudine, oculos honestate, manus liberalitate, os veritate, & laudibus diuinis. O Benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui tanta liberalitate vtitur in eos, qui ipsum diligunt: felices illi, qui diligētes eum per vias iustitiæ ambulant, ieiunāt, orant, iniurias perferunt, & in omnibus his vijs hunc liberalissimum Dominum, qui eos ditat, inueniunt.

Prouerb. 8

### Virtutis præmium.

**V**irtuti debetur omne bonum: atq; ita de iusto in Prouerbijs dicitur. Longitudo dierū in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Via eius, via pulchræ: omnes semitæ eius pacificæ. Vbi aperte ostenditur, quod Deus ijs, qui se virtutibus tradunt, & cōmittunt, bona spiritualia, ac temporalia elargitur. Et ita sacra scriptura inquit. Seruite Domino, & benedicet aquam vestram, & panem vestrum, ybi alia litera habet. Et forsanabit panem vestrum, & aquam vestram &c. Todo lo hara abun-

Prouerb. 3.

abundante, sabroso, y dichoso. Felix enim est panis, qui iustum, & non peccatorem sustentat.

### Virtus discretionis.

Leuit. 21.

Simile.

B. Berd. ser.  
mon. 49. su-  
per. Cant.

B. Bernar. 1.  
de diligendo  
Deo.

**I**N Leuitico sic præcipiebat Deus. Nō offeret panes Deo suo homo qui fuerit paruo, vel grādi, vel torto naso. Nasus est organū olfactus, per quē intelligitur discretio, seu prudentia: ratio huius metaphora est, quoniam sicut canis venaticus, quando prædam ab oculis amisit, illam nihilominus sectatur solo olfactu, & indagatione, & licet plurimæ sint viæ inter eas scit discernere & cognoscere viam, qua præda fugit, & alijs relictis ipsam duntaxat sequitur. Hoc modo id, quod in animalibus efficit olfactus, in hominibus prudētia operatur: illa enim nos docet iter, quo virtutes indagare & obtinere debemus. Hoc autē iter virtutis in duobus consistit: alterum est extrema fugere, & per medium incedere: alterum vero est scire opera nostra in bonum finem dirigere. Sine his duabus circumstantijs nullū opus licet ex se bonum sit opus virtutis meretur appellari. Sic Beatus Bernardus super Cantica testatur dicens. Tolle discretionem, & virtus vitium erit, hoc est. Si in exercitio virtutum mediū non seruetur, nec bonus finis habetur (in quo consistit discretio, & prudentia) hæc virtutes in vitia conuertentur. Non loquimur hic de Theologicis virtutibus maxime de charitate, de quādem D. Bernardus inquit. Modus diligendi Deum est supra modum diligere: sed loquimur de virtutibus cardinalibus. Dadme vn hombre limosnero, y no tenga en la limosna discrecion, porque no guarda el medio, y da a vn pobre mas de lo que ha menester, que si le bastā diez le da ciento, y dexa de socorrer otras necesidades, ni guarda el fin, que es Dios, sino da propter retributionem. Nunquid hæc elemosyna erit meritoria, aut erit actus virtutis? Responder Beatus Bernardus dicens. Tolle discretionem, & virtus vitium erit, non enim qui hoc fecit medium seruauit, nec opus istud in bonum finem dirigere sciuit.

Si prælatus omni cū rigore subditum punit, aut in correctione delinquentium sit remissus si finis eius non tendat in hoc, vt subditus delinquens corrigatur, nunquid hoc supplicium seu correctio erit actus iustitię punitiue? Tolle discretionem, & vir-

10 rus vitium erit. Aut enim faciet huiusmodi prælatus iniusti-  
 tiam, si subditum, plusquam oportet, puniat, aut relaxationem  
 committet, si minus puniat, quam mereatur subditus: aut  
 denique hic erit actus iræ, vel ultionis, si intentio eius fue-  
 rit mala. Pongamos que guarda vno tanto silencio, que quan-  
 do oye a sus feligreses murmurar, o blasphemar, no los repre-  
 hende, estando obligado a ello. Nunquid illud silentium erit  
 virtus? Minime profecto, sed potius erit peccatum. Vnde  
 Isaias Propheta inquit. Væ mihi quia tacui. Merito ergo  
 præcipiebat Deus, vt homo qui nasum paruum aut minimum  
 haberet, ita vt corpori non proportionaretur, vel etiam qui  
 tortum nasum haberet, ad sacerdotium non promoueretur, vt  
 hinc aperte intelligamus, quod ille, qui non habuerit discreto-  
 29 nem (quæ non consistit in extremis, sed in medio, & in hoc  
 quod quis opera in bonum finem dirigere sciat, & intentio-  
 nem tortam seu malam non habeat) altissimi Dei ministerio,  
 aut officio indignus erit.

Isai. 6.

### Virtutis profectio.

**C**rescere debet semper quiq; in virtute, atq; sibi persuade-  
 re, quod quamuis diuturnâ vitam contingeret, semper ta-  
 men virtuti insistendum sibi esset: atq; ita non solum præmiû  
 consequeretur eorum operum, quæ fecit, verum etiam eorum  
 quæ facere intendebat. Hoc voluit significare Ecclesiasticus in  
 illis verbis. Cum consummatus fuerit homo tunc incipiet.

Eccle. 18.

Itê sapiens ait. Consummatus in breui expleuit tēpora mul-  
 22 ta. Vera quidem virtus finē nescit, tempore non clauditur. Nū-  
 quam iustus arbitratur se comprehensisse, nūquam dicit. Satis  
 est: sed semper esurit, sititq; iustitiam, ita vt si semper vineret,  
 (vt ait Beatus Bernardus) semper, quantum in se est iustior esse  
 contendere, semper de bono in melius proficere totis viribus  
 niteretur. Non enim ad annum, vel ad tempus instar mercena-  
 rij, sed in æternum diuino se mancipat famulatu. Audi deni-  
 que vocem iusti: In æternum non obliuiscar iustificationes  
 tuas Domine. Proinde iustitia eius manet non aliquanto  
 tempore, sed in sæculum sæculi. Sempiterna itaque iustus esu-  
 riens, sempiternam meretur refectionem: & licet in breui  
 commoretur tempore, iudicatur tamen expleisse tempora  
 multa

Sapient. 4.

B. Ber. epist.

213. d

Psalm. 118.

Psalm. 118.

multa pro virtutis perpetuitate. Quo deniq; pacto tēporis breuitas bonorum præiudicet perpetuę deuotioni, quę pertinacē reprobatorum malitiam excusare non sufficit? Ob hoc enim proculdubio inflexibilis, & obstinatę mentis punitur æternaliter malū, licet temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tēpore vel opere, longū esse constat in pertinaci volūtate, ita vt si nunquam quidem moreretur, nunquam velle peccare desisteret, semper viuere vellet, vt semper peccare posset. Proinde potest, & de isto per contrariū itidem dici: consummatus in breui, expleuit tempora multa, quod merito multorum, imo omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem. Itaq; indefessum proficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionē, perfectiore reputatur. Quod si studere perfectioni perfectū est, profecto nolle proficere deficere est. 24

## V I T A H V M A - N A M I L I T I A est super terram.

Iob. 7.



**M**ILITIA Est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarij dies eius: inquit Iob. Merito vita hominis militia nuncupatur, & sicut dies mercenarij dies eius, quia si pecunias congerere velis, alteri eripias necessarium est; si dignitate, & honore fulgere, apud alterum preces fundere, & supplicare, ita vt qui præire ceteros honore cupis poscēdi humilitate vilescas. Potentiā si adsequeris, subditorum insidijs eris obnoxius, & multis deniq; periculis subiacebis. Si gloriam appetis per aspera quę quę distractus nunquam eris securus. Quod si voluptuariam vitam degas, quis eam ob rem te putet esse felicem, quod tui vilissimo mancipio non sine summo dedecore per omnia in seruias; quę cunq; igitur ad beatitudinem in hac vita mortalibus vię necessarię videntur deuię profecto sunt, neq; eō perducere quemquam nostrū possunt, ad quod se perducturas pollicētur. Quod si hæ, quę nobis videntur necessarię ad beatitudinem vię, vt diuitiæ, honores, dignitates adeo nostrorū animorum sitim se dare

2. dare nō possūt, vt curis potius, & multis satis laboribus exerceāt  
 nec aliud ex his rebus consequamur leuamentum, quam quod  
 solent milites, qui stant pro acie, & semper agunt excubias aut  
 quam solent, mercenarij, qui alieno in opere desudant facile per-  
 spicitur verum esse, quod inquit Sanctus Iob, militiam esse  
 vitam hominis super terram, & mortales omnes similes esse mer-  
 cenarijs, qui labores semper, & anxietudines præsentis habeant,  
 præmium autem laboris, & afflictionum spe tantum siue expe-  
 ctatione possideant. Nā quæ summis Philosophis videbatur su-  
 prema hominis foelicitas, diuinorum videlicet contemplatio, ne-  
 minem in hac vita posse reddere foelicem dubitandum non est,  
 cum istius modi cognitio postulet supremum cognitionis gra-  
 dum humanæ mentis, ad quem nemo vnquam peruenire in hac  
 3. vita potest, tum propter corporis molestias, & necessitates quæ  
 ipsam mentem deprimunt, & illius aciem vehementer retun-  
 dunt, tum propter summam vitæ breuitatem, postulat enim  
 hæc diuinarum rerum cognitio longissimum tempus & non tan-  
 tum totum ipsum hominem. Plerique autem ex hac vita infant-  
 es iuuenesque decedunt, atque inter ipsum ætatis florem decer-  
 puntur. Quid quod nos etiam militum ac mercenariorum more  
 intellectus, & mētis imbecillitas vehementer excruciat, cuius co-  
 gnitio, atque sapiētia per angustissimos, & fallaces sensus percipi-  
 tur, intra quorū limites possunt esse paucissima: adeo vt (quæ ad-  
 modum docet rerum vsus) multis in rebus decipiatur frequēter,  
 & falsa pro veris amplectatur. Quo fit, vt ratio ipsa atque mens  
 magnis cū laboribus, neq; sine salutis, ac vitæ dispendio, vel exi-  
 4. guā partē huius diuiniore sapiētiæ, assequi possint. Accedit ad  
 hæc, quod affectus ipsi, quibus ratio tanquā tyranno, & satelliti-  
 bus raptatur, frequentissime nos à diuinorum contemplatione  
 auocant, adeo, vt qui aliqua diligentia, atque cura huic diuinæ sa-  
 piētiæ incumbit aduersus affectus hos, militis instar pugnare de-  
 beat, atq; vt mercenarius, solet præ nimio labore sudorē ex cutere.  
 Quæ igitur ab hominibus foelicitas, & beatitudo ereditur, militia  
 profecto est. Et tanquam mercenarij labor, qui alterius agro de-  
 fodiendo defatigatur. Sed ob eā rem fortasse inuictissimus miles  
 Iob, longeque exercitatissimus humanam vitam militiam appel-  
 lat, & mercenariam, tum propter frequentes pugnas aduersus  
 corporis morbos, & ægritudines, & molestias quas ipse tolera-

bat, tum vero maxime propter spiritualia bella, quæ semper im-  
minent in hac vita, quæ magis sunt cruenta atque periculosa: nã  
semper excubant nequissimi dæmones in nostram perniciem  
armati mille dolis, milleque nocendi artibus instructi. Tum præ-  
terea mundus hic à dextra, læuaque à fronte, à tergo multis mo-  
dis nos oppugnat. Postremo denique intus in ipsis animæ pene-  
tralibus hostem circumferimus plusquam familiarem, plusquam  
domesticum, quo vt nihil est interius, ita nihil periculosius: hic  
est verus ille, & terrenus Adam, quem neq; arcere vallo licet,  
neque castris exigere fas est. Cum ergo distringamur omnes ex-  
terno, internoq; bello corporeo spirituali, periculoso, difficili an-  
cipiti iure S. Job calamitosam hanc vitam, militiam appellat. Sed  
& illud habet venustatis gratiam, quod vt hominem militē ap-  
pellat: ita etiam & mercenarium. Nam qui mercenarius est, alie-  
no in fundo, aut agro laborat: sic mortales omnes, qui periturarū  
rerū solitudine angimur, & pro tuenda corporea vita nūquam  
non laboramus, mercenarij sumus. Nam ea, quæ maxime præsto  
lamur, & amamus quorum studio tenemur, circa quæ diebus, no-  
ctibusque laboramus, nostra non sunt, sed aliena: Quod vel eo  
argumento conuincitur, quod quæ propria sunt cuiusque nostrū,  
nullo vel casu, vel fortunæ impetu nobis eripi possunt. Hoc argu-  
mento ducti veteres Philosophi bona ea, quæ fortunæ dicun-  
tur aliena iudicauerunt. Qui ergo vel diuitijs congerendis, vel adqui-  
rendis honoribus, & dignitatibus omnem operam dat, velit, no-  
lit, mercenarius vtique est, qui alienis in rebus labores collocat,  
quas paucos post dies alijs relinquet. Deinde illud proprium est  
mercenarij ne dies vacuus labatur ab opere, ne fortasse cum dies  
inclinauerit, & ad finem accesserit, expectato fraudetur præmio.  
Hortatur itaque nos cælestis spiritus cum mercenarios appellat,  
vt singulis temporis partibus manus iniiciamus, neque vnquam  
pendeamus ex crastino, considerantes nos in possessione hu-  
ius vitæ à summo Deo missos esse, non vt otio torpeamus, sed  
expectemus semper præmium nostrorum laborum, cuius sola  
contemplatio leuiores faciet huius vitæ molestias, vt Beatus Pau-  
lus aiebat, qui huius vitæ afflictiones leues, & momentaneas ap-  
pellabat, mercedem autem laborum, gloriæ pondus, quo il-  
lius exprimeret, magnitudinem. Duplici autem ex causa huma-  
næ mentis appetitio futuram vitam semper expectat; tum  
propter

8 propter afflictiones, & molestias vitæ præsentis, tum propter boni defectum, quod in hac vita ad annulum nunquam peruenire potest. Quocirca ad has causas, & rationes explicandas subiecit Sanctus Iob. Sicut ceruus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. Nam appellatione umbræ more sanctarum scripturarum quietem, ac felicitatem significare voluit. Ut enim in literis sacris æstus appellatio, quæ frequentissima est labores omnes, & afflictiones vitæ huius significat: ut sponsa in Canticis: Ostēde mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Non cadet super eas sol neque vllus æstus, quoniam priora transferunt, non secus, & ipsa umbræ appellatio supremam quietem, à laboribus iure designat. Hic vero in Hebræo habetur, sic veluti in hæreditatem accesserunt mihi menses

9 vacui, & noctes laboriosæ constitutæ sunt mihi. Pulcherrime profecto totam humanæ vitæ rationem depinxit vacuitatem, & laborem commemorando, siue vacuos menses, & noctes laboriosas. In eum enim finem humanæ mentis appetitio, & desiderium incumbit, ut impleri possit aliqua ratione. Nam ea in re potissimum humanæ mentis felicitas posita est quæ aperta diuinitatis cognitione constat, quod omnes nostras appetitiones implet: quæ quoniam in hac vita impleri non possunt vilo pacto, summis etiam laboribus adhibitis: iure totam vitam, & menses vacuos, & noctes laboriosas appellat. Non implent diuitiæ, & opes desideria nostra.

10 Nam si eos interrogemus qui diuitijs affluunt, fatebuntur profecto multa inter abundantissimas opes sentire, quæ eorū animos vehementer confundant, & vacuos esse ostendat. Hinc facile liceat coniectare, quid sit, quod sacre literæ frequenter insinuant, cum de summo Deo loquuntur, cui hanc humanæ mentis fatietatē, & inpletionē frequente tribuunt ut in Psalmo. Qui replet in bonis desiderium tuum. Esaias, & in Apocalypsi. Non esuriunt neque sitient amplius. Ut intelligas suprema illa felicitate nihil fore vacuum, aut inane, nihil laboriosum. Illud profecto exprimitur quod Regius vates dixit. Qui replet in bonis desiderium tuum. Nulla erit itaque ibi agitatio humani animi, vbi omnia in vno Deo reposita inueniet. Denique de saturitate felicitatis illius vbi nihil erit inane, nihil vacuum,

Cantic. 1. &  
Ioannes in  
Apoca. 7.

Psal. 102  
Isai. 49.  
Apoca. 7.

Psal. 35.

regius vates dixit. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Quo loco felices mentes, non plenas tantum, sed & ebrias appellat.

## Vitæ Breuitas.

Iob. 7.

B. Gregor.  
super hunc  
locum.  
Simile.

**D**ies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur; inquit Sanctus Iob. Quibus verbis eleganter explicat humanæ vitæ conditionem, & imaginem quandam nostris oculis contemplādam obijcit. Totum ergo tempus, quod hic viuitur textoris operi, siue telæ assimilatur. Nam vita nostra quo maiora suscipit augmenta, eo magis ad interitum festinat. Nam cum exacta tempora prætereunt, futura breuiantur, & de vniuerso vitæ spatio eo pauciora fiunt, quæ veniunt, quo plura sunt, quæ transierunt. Eleganter Diuus Gregorius super hunc locum, tela infra supraque ligata duobus lineis innectitur, vt texatur: Sed quo inferius iam texta magis inuoluitur, eo superius texenda magis deplicatur: vt vnde se ad augmentum multiplicat, inde fit minus, quod restat. Sic vitæ nostræ tempora, & transacta quasi inferius innolumus, & ventura à superiori deplicamus, quia quo plura fiunt præterita, eo minus esse incipiunt futura. Et quoniam ad explicandam vitæ humanæ fugacitatem proposita metaphora vix sufficit, nō dixit Sāctus Iob, Dies mei pari velocitate transiere qua à texente tela succiditur, sed velocius (inquit) transiere ac si dicat, multo maiori festinatione vita decurrit, & labuntur anni, quam à texente tela succiditur. Namque tela non nihil patitur moræ, cum tamen vita ipsa sine vlla tarditate semper festinet. Textor enim, dum bibit, dum dormit, dum cōfabulatur, ab opere textorio discedit; humana vero vita nunquam non consumitur. Neque enim vnquam ita quiescimus, vt ab ipsa viuendi ratione tanquam ab opere discedamus. Nam bibentes, dormientes, ludentes, semper viuimus & vitam ipsam insumimus, & ad finem vitæ semper festinamus, & celeri cursu ad mortem etiam dormientes imus. Hebræa autem sic sonare videntur: dies mei leuiore sunt radio textoris, & consumpti sunt absque vlla spe. Quod etiam gratiam venustatis videtur habere ad exprimēdam humanæ vitæ fugacitatem. Vt enim radius, textoris incredibili velocitate decurrit, citro, vltroque per quem subtegmen  
stamini

<sup>14</sup> flammis miscetur: ita etiam & humana vita incredibili velocitate fugit. Et ut textoris radio subito, ac celerrime flammis fila singula sub tegmine miscentur: ita & temporis momentis, horis, diebus, & mensibus celerrime labentibus, & accedentibus præterit tota vita humana, & conficitur, & celerrime finitur. Habes itaque in radio, vitæ celeritatem, in filis vero imaginem quandam dierum, ac mensium: Ut hinc videatur desumptum, quod ab antiquis poetis decantatum legimus de tribus fororibus, quas Parcas appellauere quod nemini parcant: quibus à Ioue concessum est, ut humanam vitam filiorum, & flammis instar deducant, & abrumpant cum libet. Inquit ergo Sanctus Iob. Quæ nam mihi præsentis foelicitatis expectatio iam esse poterit, cuius tota pene vita instar radij textoris summa velocitate aufugit, &

<sup>15</sup> consuetudo nota est absque spe vlla: nullum enim foelicitatis genus in hac vita, sine vita expetendum est: imo inter reliquas foelicitatis corporeæ partes summi Philosophi longiorem vitam reperire. Et inferius inquit. Memento quia ventus est vita mea. Ut enim ventus cum magno impetu pertransierit, nunquam reuertitur; Ita etiam & de humana vita statuendum est, quæ semel delapsa nunquam ad eedem faciem redibit. Sic & egregius vates de imbecillitate hominis: Recordatus est, inquit: Quia caro sunt, Psal. 77. spiritus vadens & non rediens, hoc est ventorum flatus, qui in partem aliquam incitatus, nunquam amplius reuertitur. Et alibi humanam vitam similem facit flanti vento ac celeriter discurrenti. Recordatus est, inquit, quoniam puluis sumus homo sicut foenum dies eius, tanquam flos agri, sic efflorescit: quia spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Psal. 102. Assimilat ergo humanam vitam rebus leuissimis, & fugacissimis pulueri videlicet, foeno, ac floribus, ac deinde discurrenti

<sup>16</sup> spiritui siue flati, siue vento, cuius cum pertransierit, nullum possis deprehendere vestigium. Atque hæc adducit Propheta tanquam certissima argumenta diuinæ beneuolentiæ erga mortales, ac si dicat. Probe nouit artifex rerum quale sit opus suum: non ignorat ille nostram imbecillitatem, ob eamque rem pronus semper est ad præstandam indulgentiam, ac remissionem peccati. Eodem igitur argumento oratione ad Deum conuersa utitur Sanctus Iob. dicens: Recordare obsecro domine, quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, ut videat bo-

na. Hoc est, nunquam amplius huius vitæ faciem aut seriem mortalium rerum videbo: neque me præterea oculus hominis aspiciet. Ac si dicat: nunquam amplius ad similes hominum conuictus, similesque consuetudines reuertar: vt ego neminem iterum mortali oculo videbo, ita neque me corruptibilis aspiciet oculus. Sapienter vero, fatisque Philosophice oculis ac videndi facultati totam vitæ rationem accommodat. Nam quæcunque huius vitæ oblectamenta scriptura sacra oculis tribuere solet, tanquam sensui, qui in humano corpore principem tenet locum, & rationi coniunctior est.

### Vitæ cursus.

**D**ies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum: inquit Sanctus Iob. Elegantissime ærumnas, & calamitates piorum hominum sub propria persona lamentatur sanctus vir. Quasi dicat: non opus est ad aperiendam & explicandam rerum humanarum confusionem longe petere exempla me ipsum ego in exemplum producam vt nulli obscurum esse possit. Principio, ego, quem nulla sceleris conscientia accusat, nunquam ea foelicitatis parte vsus sum, quæ maxima censetur inter mortales, nempe diurnitas. Parum enim iuuat, ad culmen te foelicitatis humanæ peruenisse si inter ipsa initia florentis foelicitatis tibi manibus eripiatur. Nihil enim felix iure, ac beatum appellari possit, quod non sit diurnum, aut quod vno temporis momento euanescat, nullum sui relinquens vestigium. Videtis me (inquit) prope extremum halitum constitutum, atque exacti dies velociores fuerunt cursore pernicissimo equo infidente: vix enim hora aut momētum fuisse videtur totum hoc tempus quod transegi. Itaque id, quod mortalibus longe gratissimum videtur, nempe vita, adeo angusta fuit, atque breuis, vt instar cursoris rapidissimi aufugerit. Dicetis fortasse me in hoc breuissimo vitæ cursu magna habuisse oblectamenta, & vitæ sustentationes, quæ meum animum recreare potuerunt. At qui fugerunt potius (inquit Iob) neque viderunt bonum, nihil solatij per totam vitam accepi. Neque in tam exiguo vitæ cursu aliquam accepi consolationis partem: mæroribus semper, atque anxietudinibus plenus fui. Nam partim, cura rei familiaris, partim libero

liberorum educatio, partim bellum illud exitiale, & plusquam  
 ciuile quod inter carnem, & spiritum est, vt innumera alia  
 20 omittam me multis modis conficiebant. Quæ mala, atque *Simile.*  
 pericula aduersum pietatis cultores quam perpetuo insurgant,  
 nemo ignorat. Duabus deinde similitudinibus appositissi-  
 mis, & breuitatem humanæ vitæ, & vanitatem explicat di-  
 cens. Pertransierunt, quasi naues poma portantes, sicut a quila  
 volans ad escam. Naues enim leuissimis fructibus aut rebus onu-  
 stæ currunt celerrime, tum propter leuitatem oneris, tum pro-  
 pter naturam mercium, quæ si diu seruentur, facile putrescunt:  
 Quo fit, vt nautæ mercium natura, explorata iter, & navi-  
 gationem maxime accelerent. Elegantissima sane similitudo  
 qua & fugacitas humanæ vitæ celeritate properantis nauigij  
 explicatur, & quidquid in hac vita dulce, ac pretiosum exi-  
 stimamus, quidquid nobiscum circumferimus, vt dignitas,  
 21 imperium, & fortunæ omnes eis mercibus comparatur, quæ  
 breui tempore putrescunt, atque deficiunt: ita vt nullus iam  
 sit earum mercium vsus nulla utilitas. Poma sunt, (igitur San-  
 ctus Iob) corruptioni proxima, robur, & agilitas corporis,  
 venustas, salus integra, & alia id genus, denique onusti in hac  
 vita nauigamus, atque eis mercibus congerendis operam damus,  
 quæ magnis periculis semper sunt expositæ. Hebræa vero viden-  
 tur sonare sicut nauis voluntatis. Velocissimus reuera cursus  
 esset nauigij, quod sola nautæ voluntate, ac nutu veheretur:  
 paruo enim temporis momento huc, atque illuc traiceretur.  
 Quibus elegantissime & vitæ humanæ, & vitæ præsentis mo-  
 22 mentanea fœlicitas exprimitur. Postremo inquit: & sicut aquila *Simile.*  
 volans ad escam. Aquila inter ceteras alites perniciosioris volatus est,  
 tum vero maxime cursum, & volatum ipsum accelerat, cum vr-  
 gentissima fame infestatur, & iacētia cadauera odoratu percipit  
 Multo magis (inquit S. Iob) humanæ vitæ cursus ad mortē festi-  
 nat, & (si rem, vt oportet, consideretis) etiam volantem, atq; fa-  
 mescētem aquilam præ celeritate longissime superat. Illud vero,  
 quod de se esca, aut fame inquit, videtur mihi pertinere ad expli-  
 candā vrgentissimam illā famem, quæ mortales omnes in hac vi-  
 ta conficit, & mortalium animas vrget, quæ breuiorē efficit, vitæ  
 cursum, cum satis per se angusta sit. Nam quis ignorat cupiditates  
 illas,

illas, quæ nos partim ad perferendas voluptates, partim ad con-  
gerendas diuitias excitant, instar esse vrgentissimæ famis quæ hu-  
manæ vitæ cursum breuiorem efficit.

### Vitæ fugacitas.

**H**umanæ vitæ fugacitas, & inconstantia nulla potuit simili-  
tudine ad viuum magis exprimi, quàm illis verbis Sancti Iob.  
Fugit, velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Nihil  
enim aut leuius, aut incōstantius vmbra. Primo vmbra nihil est,  
sed tantum lucis defectus: secundo nequit consistere vel vno tem-  
poris momento, sed nunc maior, nunc minor apparet: nec magis<sup>24</sup>  
fieri potest, vt vmbra has mutationes, & vicissitudines non sen-  
tiant, quam perpetuos cæli motus cohibere. Aduolat infantia in  
pueritiam: si enim quæras infantiam, nulla est: Pueritia vero sen-  
sim migrat in adolescentiã: adolescens vero fit iuuenis, & si quæ-  
ris adolescentiam iam non est. Iuuentam occupat senectus. Quæ-  
ris iuuenem, & miraris subito decussum florem gratissimum. Nō  
ergo stat ætas nostra magis quàm vmbra, & tãquam vmbra fugit,  
imò velocius vmbra. Deinde quemadmodũ vmbra à corporibus  
prodeũtes promouët suis spatijs, & nemo hoc sentit: ita de huma-  
na vita, & singulis ætatibus dicendũ est. Vmbra quando longissi-  
mæ sunt, subito pereunt, & vertuntur in tenebras: idẽ de vita hu-  
mana, cũ accessit ad metam. Præterea vt vmbra, quæ natura sua  
sequitur corpus, illo plerunq; apparet esse maior, cum nihil pror-<sup>25</sup>  
sus sit sed res omnium vanissima: ita etiã de vita humana statuẽ-  
dum est: atq; ita Sophocles hominem appellabat spiritũ, & vm-  
bram. Et Pindarus totam humanam vitã somniũ vmbra nuncu-  
pabat, duabus rebus leuissimis illam assimilans, quæ nullam ha-  
bent subsistentiã. Ideo inter beneficia Dei enumerauit Eliphaz  
longitudinem vitæ dicens. Ingredieris in abũdantia sepulchrum,  
sicut infertur aceruus tritici in tempore suo: id est non violenta, &  
matura morte, sed graui, & veneranda senectute confectus è vita  
migrabis. Quod in sacris literis dicitur, mori senectute bona, & ple-  
num dierum sicut dicitur de Abraham, de Dauid, & Tobia. De  
iniquis autem ait regius Propheta. Viri sanguinum, & dolosi non  
dimidiabant dies suos. Quod vero dicit: sicut infertur aceruus tri-  
tici in tempore suo, perinde est ac si diceret: Cum iam matura se-  
ges

Iob. 5.

Gen. 26.

1. Paralip. 29.

Tobia. 14.

res, & optime constituta est. Aceruo autem tritici comparat vi-  
 rum bonum, quia congregabitur in horreum Dei, sicut B. Ioānes  
 dicebat. Quauis ergo vita inconstans sit, & fugacitatem magnā  
 habeat, iustis multoties prolongatur: vt sicut aceruus tritici in tē-  
 pore suo excusso puluere, & palea conferantur in horreum Dei,  
 licet aliquando ipsi viri iusti nimia afflictione confecti mortem  
 ipsam optēt, & deprecentur, vt videre est in S. Iob, qui dicebat. Iob. d. 6.  
 Quis det vt veniat portio mea, &, quod exspecto, tribuat mihi  
 Deus, & qui coepit, ipse me cōterat. Soluat manū suā, & succidat  
 me. Quasi ligatā Deus manū suā habere videtur, quia nō percutit  
 tota sua vi, cū non extinguit, nec animo interficit eum, quē vul-  
 nerat. Optabat ergo sanctus vir, vt solueret manū suam Deus, &  
 eum extingueret, vt ita finem faceret vulnerandi. Quod vt septua-  
 ginta explicarent, secundam huius versus partem, quia in prima  
 27 continebatur, prætermiserunt, & hanc addiderunt, sic trāsferen-  
 tes: in finem ne excidat me, idest, ne longo tempore me dolore  
 conficiat, sed finem cito mea morte percutiendi faciat similis phra-  
 sis est illa psalmi septuagesimi quarti. Vt quid Deus repulisti in  
 finem? Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ: idest. Vt quid  
 tam longo tempore nobis defuisti? Psal. 74.

### Vitæ consummatio.

**D**E impio apud librum Iob, dicitur. Ante quam dies eius im- Iob. 15.  
 pleantur, peribit. Dies hominis implentur, cum vsque ad se-  
 nectutē viuit, quæ est ætatis terminus, & quasi peractio. Vnde  
 28 pleni dierum obire in scriptura sacra dicuntur, qui ad summam  
 vsque senectutem viuunt, vt de Isaac dicitur, Et completi sunt  
 dies Isaac centum octuaginta annorum, & appositus est populo  
 suo senex, & plenus dierum Peribit ergo impius, antequam dies  
 eius impleātur: idest antequam senectutem cōsequatur, quod de  
 sceleratissimis hominibus, & grauibus vitijs implicatis intelligen-  
 dum arbitror, qui peste, gladio, veneno absumpti fere nunquam  
 ad senectutem perueniunt: id quod Ecclesiastes declarare videtur  
 dicens. Ne impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in  
 Eccles. 7.  
 tempore non tuo: & David inquitens. Viri sanguinum non dimi-  
 diabunt dies suos. Et quidem sacra scriptura. & alijs multis histo-  
 rijs

rijs memoriæ proditum est multos huiusmodi nefarios homines 29  
quam citissime obiisse.

### Vitæ breuitas & miseria.

Iob. 14.

Psal. 38.

Num. 18.

Iob. 9.

**D**E homine inquit Sanctus Iob, quod breui viuuit tempore & repletur multis miserijs : & vsque breui, vt regius vates quasi nihil esse dicat his verbis. Et substantia mea, quasi nihilum ante te. Vbi Simachus loco substantiæ vertit vitam : & ita B. Hieronymus ex Hebræo vertit. Et vita mea quasi non sit in conspectu tuo. Vnde ipsemet inquit. Nihil fugacius vita huius sæculi, quam, dum tenemus, amittimus. Quod etiam significauit S. Iob dicens, vitam hominis militiam esse super terram? vbi verbum, militia, sicut & alibi significat tempus taxatum, quia ex iussu Dei non poterant homines militiam sequi, nisi per certum tempus, videlicet à vigesimo quinto anno, vsque ad quinquagesimum : & ita inter homines axioma commune erat ad significandum aliquod tempus determinatum dicere, militiam esse. Ex quo hominibus erat in lege ex præcepto Dei inhibitum non sequi militiam per totius vitæ cursum sed tantum per illorum spatium, fiebat, vt ad significandum aliquod tempus breue vel determinatum tot dierum, vel horarum illud appellarent militiam. Et ita S. Iob dicens, vitam hominis esse militiam, voluit significare (vt D. Chrysostomus perpedit) vitam hominis esse breuem, & coarctatam. Eleganter etiam vitam hominis nauibus comparat dicens. Dies mei pertransierunt, quasi naues poma portantes : & si naues: ergo mundus, mare tempestuosum. Si naues ergo vita humana, vita breuis est. Si naues: ergo æstus, & frigus, lassitudo, infirmitas, procellæ sunt, quibus quotidie concutimur. Litera autem Hebræa habet, naues voluntatis: hoc est naues, quarum celeritas est ad voluntatem nauigantium: quod paraphrasticè Simachus vertit dicens. Similes nauibus festinantibus, vt homines intelligerent dies humanæ vitæ non solum esse naues sed naues velocissimas, quæ velut aues volant.

Vita humana rebus cito finibilibus comparatur.

B. Greg. in registro

**B**eatissimus Gregorius ait. Vita nostra nauiganti similis est. Qui nauigat siue stet, sedeat, aut iaceat, semper vadit, quia, impulsus

32 pulsu nauis ducitur. Ita & nos, siue vigilantes, siue dormientes, siue iacentes per momenta temporum quotidie ad finem ducimur. Et super illud Iob: Nunquam in eodem statu permanet sic ait idem S. Doctor. Nostrum viuere est à vita transire. Hęc vero humanæ vitæ breuitas explicatur in psalmo vbi pro eo quod nos legimus: Ecce mensurabiles posuisti dies meos, alius in hunc modum vertit. Ecce mensura pugillorum terminaſti dies meos & æuum meum tanquam nihilum coram te. Mensura pugillorum terminari dies hominis, dixit vt summam vitæ breuitatē hoc verbo indicaret, breuissimum enim esse necesse est quod pugillo contineri, & mensurari potest.

Simile.

Idem lib. 11.  
mor. c. 25.

33 Notissima ephimeri historia est, quod animal quaternis pedibus totidē alis nascitur apud Hiponum Bosphori fluum: vitam à mane & vesperam (vnde illi inditum nomen est) ducens, mane puer, meridie iuuenis, senex vesperi, occidēte sole cōmoritur: Vt multo plus temporis ac laboris ad generationem, quam ad vitæ vsum natura illi impēdisse videatur. Demirari itaque tantum conditoris sollicitudinem licet dum in tam breuis vitæ animali, tot instrumenta, totque facultates posuit, nam videt, audit, volat, ambulat. Sed hoc tamen in hoc ipso animalculo mirabile est, quod cum tam breui spatio victurum sit non minori studio momentaneæ vitæ necessaria conquirat, quam si aliorum animalium more, diutius victurum esset. Hoc autem studium rideret, homo breuitatem illius vitæ cum diurnitate humanæ vitæ conferens. At multo breuior hæc ipsa humana vita est angelorum vitæ collata, quare non minus angeli inane studium nostrum, & cæcitate demirantur, aut miserentur, cum videant nos tanta cæra, & sollicitudine congerendis opibus, & diuitijs cumulandis inhiare, quæ ad tam breue temporis punctum necessaria sunt. Ideo beatus Paulus inquit. Hoc itaq; dico fratres: tempus breue est: reliquū est vt qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtentes sint præterit enim figura huius mundi. Hæc autem breuitas tantis malis repleta est (inquit beatus Ambrosius in quodam sermone) vt comparatione eius mors remedium putetur esse non pœna. Nam ideo breuem illam Deus fecit, vt molestiæ eius, quæ prosperitate vinci, vel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur.

i. Ad Co. 7.

B. Amb. 6. ser  
40.

## Vitæ breuitas iterum comparatur.

Psal. 118.

Arist. lib. 5.  
de hist. animalia  
li. cap. 19.

Psal. 39.

Ezechi. 8.

**I**ntelligens Regius Propheta breuitatem huius vitæ quæ non annorum numero, sed dierum computari debet, quærit à Deo Quot sunt dies serui tui? Non dicit: Quot sunt anni serui tui, sed dies, nõ enim annua sed diurna est vita humana. Refert Tullius in Tusculanis quæstionibus ex Aristotele, quod apud fluium Hiponum, qui ex Europa in Pontũ fluit, animalcula reperiuntur, quæ vnum diem tantum artificialem pro termino vitæ habent, cum ortu quippe solis oriuntur, & cum occasu occidunt, & ideo vocantur Ephimeri, vnde febris Ephimera, quæ per diem tantũ vnũ durat. Sic ergo meditatatur Tullius: Animalcula hæc hora meridiana iam sunt senectute confecta, hora vespertina decrepita, in occasu solis iam non sunt. Certè vita præsens æternæ vitæ comparata nec dies, sed solum momentum est. Ideo in Psalmo: Quia<sup>36</sup> duratio mortalium pro nihilo habetur, dicitur: Quæ pro nihilo habentur eorũ anni erunt. Et additur: nam sicut herba transeat: mane floreat, & transeat, vespere decidat induret, & arescat, quod paraphrasis Chaldaica sic trãstulit, similes sunt operationes eorũ herbæ, quæ de mane floret & augetur vespere iam decidit, & siccatur propter æstum. Notanda sunt hic tria, quæ de hominis defectione dicuntur: primo quippe dicitur, decidat, secundo induret, tertio arescat: Non enim solum deficit vigor, sed induratur corpus succo, & humore exhausto: postea arescit. Obliuio vero huius breuitatis, & finis, occasio prauitatis esse solet. Vnde Propheta Ezechiel post innumeras abominationes visas, quas ei ostendit Deus in interioribus templi, vidit viginti quinque seniores dorsa<sup>37</sup> habentes contra Occidentem, & facies ad Orientem, & adorabãt ad ortum solis. Hi sunt, qui de illustri ortu gloriantur obliuioni tradentes exitum, & occasum suum.

## Vitæ humanæ inquietudo.

Simile.

**Q**uemadmodum fluius, ex quo primum nascitur & pululat, nunquã quiescit, sed nunc per saxa delabatur, nunc per conualles decurrit, & denique nunquam cessare videtur, donec tandem in mare ipsum perueniat: ad eundem modũ vita nostra, vbi

vbi primum inchoatur, iam tunc varijs laboribus afficitur, multis deinceps calamitatibus exundat, ærumnis concutitur, & molestijs denique per ætatum omnium gradus sollicitatur, donec tandem ad mortem ipsam deueniat, post quam felicissime conquiescit, si modo quis itineris laboribus cū honestate functus fuerit.

### A vitæ breuitate vtilitas elicienda est.

**C**VM vita sit adeo breuis, ac miserabilis operæpretium est, vt nobis diligenter consulamus. Faciebat hoc Sextius (ait Seneca) vt consummato die, cū se ad nocturnam quietem recepisset interrogaret animum suum, quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es? desinet ira, & erit moderatior, quæ scit sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? Quam tranquillus, altus, ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus vt speculator sui, censorque secretus cognoscēs de moribus suis victor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum ablatum è conspectu lumen est, & conticuit vxor facta, ac dicta mea remittior, nihil mihi ipse abscondo, nihil taceo, &c. Hæc Seneca. O maximam hominum Christianorum confusionem! Perpendite fratres, obsecro, quid dixerit, & quid fecerit homo Ethnicus qui modo in teterrimis inferni flammis cruciatur, & cruciabitur vsque in æternum: vos autem, qui præditi estis spe regni cælestis vix vnamquam hoc cogitastis. Obseruate obsecro in vestra potestate modo esse ab illis cruciatibus vos liberare, & à morte illa æterna, si quæ Christus Redemptor noster docuit, obseruatis: nam apud Ioānem dicitur: si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum. Si autem quæratis quomodo fieri poterit, vt homines mortales mortem non gustent in æternum. Respondeo in morte duo maxime acerba, & hominibus formidabilia esse alterum rationis reddendæ, & sortis futuræ metus, quæ improbi homines vehementer timent, alterum abdicatio voluptatum omnium, atque deliciarum, quibus in hac vita fruuntur, & à quibus in morte spoliātur: Hæc enim duo si demas, non est cur mors hoc est commune humanæ naturæ debitum timeri bebeat, at vero Dei seruos nihil horum cruciare solet, spes enim, quam velut

Sene. lib.  
3. de ira ad  
Nouatum  
c. 89.

Ioan 8.:

ancho-

anchorâ animæ tutâ, ac firmam habent quia verba Dei custodie-  
runt, eos à priori illo metu liberat. Cæterum ab altera timoris cau-  
sa multo magis pii omnes immunis sunt. Hi namq; opes omnes,  
& voluptates suas in vnus Dei cognitione, amore, fruitione, &  
iustitiæ cultu constitutas habent. At ista omnia in eorum morte  
non modo non finiuntur, sed etiam miro modo cumulantur &  
perficiuntur. Itaq; hac de causa tantum abest, vt mortē timeant,  
vt illam etiam vehementer optent. Et sic non gustant mortem  
hoc est non sentiunt afflictiones mortis.

### Vitæ breuitas non bene perspicitur.

Simile.

Sunt aliqui, qui breuitatem vitæ aliorū, & non breuitatē vitæ  
suz cognoscunt. Estos son como los q̄ nauegan. Viene vno  
assentado en su nauio q̄ le da el viêto de popa y lo lleua como vo-  
lando: viene otro a en contra del, cara a cara, y dice: O q̄ presteza  
tan grande trae este nauio, y sin duda muy mayor la lleua aquel  
en que el va, sino que no la echa de ver como la del otro. Tales  
pues son los que piensan, que los otros pueden morir breuemen-  
te y ellos no. Dize vno: o que moço era fulano, y que presto mu-  
rio. Parece os que se dio aquel mucha priessa, pues tambien vos  
caminays, y por ventura mas apriessa, que el, porque por ventura  
morireys de menos años, que el murio. Cum igitur tam breuis,  
ac tam incerta sit vita humana, oportet, vt omnes ad bene ope-  
randum acceleremus.

### Vita Beata.

¶ Omnia, quæ habentur litera. B. titulo, beatitudo deseruiunt  
huic titulo.

# VOCATIO DEI

## QVARE MVLTOTIES.

### FRVSTRATVR.



Vti sunt vocati pauci vero electi: inquit summa veri-  
tas apud Matthæum. Omnes quotquot in mundo  
sunt re vera ad diuinum amorem, & obedientiam vo-  
cati sunt lumine naturæ saltim, quia vt B. Paulus ad Romanos  
scribens.

Matth. 22.

Ad Rom. 1.

scribens ait, Inuisibilia ipsius, scilicet Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Quâuis autem omnes hac vocatione generali vocati sunt, & multi alijs singularibus, vocationibus, tamen pauci sunt, qui sicut Deum cognouerunt, eum glorificauerunt aut gratias egerunt. Quod si quæras. Vnde prouenit vt tam innumerabiles sint homines qui ad perditionem tendant, tamque pauci, qui virtutem sequantur? ardua profecto quæstio est, admirandaque nimis, explicatuque difficillis, sed vtcunque respondetur ei à viris doctissimis. Ea est, ergo hominum & rerum aliarum conditio, vt plures semper sint, qui principium rei assequantur pauci vero qui ad finem vsq; perueniant. Quod & in agrorum cultura videmus: tres enim partes terræ semine susceperunt, quarta tamē terræ pars solū fructificasse in euangelio dicitur. In ætate hominum idē etiā vsu euenire videmus, plures enim sunt, qui ante quinquagesimum annū moriantur, quā qui ad senectutē perueniant. In scientijs etiā plures sunt qui illarū principia participāt, pauci vero, qui eas omnino calleāt, & exhauriant. In humana ergo natura cū actiones sensitiuæ principia sint rationaliū, & spiritaliū operationū, ac per illas tanquā per principia prima ad has perueniamus, hinc est quod etiā plures sint, qui in his sensitiuis operationibus sistāt, pauci vero qui secundū rationē vitā agant hoc enim difficile est, illud vero facile. Ex quo fit, vt plures sint, qui peccata committant, quam, qui in bene viuendo totam vitam consumant, vitia enim, & hominum peccata propensionem sensitiuæ naturæ contra rationis ordinē sequuntur. Adde huc quod sensitiua bona, quo ad nos, multo magis cōnaturalia sunt, magisq; nota magisq; mouētia, quā rationis bona. Magis, inquā, nobis cōnaturalia sunt, cū ab ineunte ætate, atque ab incunabulis nos comitentur, nobisque in vsu sint, magisque nota sunt cum euidenti sensuum experimento à nobis dignoscant magisque mouētia tum ratione & causa maxime delectationis quā in proptu præseferunt, tū etiā ratione imminentis oppositi animū hominis contristantis. At vero mentis, & rationis bonum post adultā iam ætatem à nobis percipitur, atq; parum cognoscitur, parumque nos ipsos mouet tam ipsum, quam eius oppositum & cōtrarium malum tam culpæ, quam pœnæ, vt experimento manifesto omnibus cōstat. Ostendit autē hæc tam infelix naturæ nostræ conditio

Prima ratio  
B. Thomæ. 1.  
2. q. 75. ar. 2.  
ad. 3.  
Luc. 18.

Secunda ratio.  
Caiet. in  
illo arti.

ditio illam minime esse eiusdem naturæ, & conditionis, quam res omnes aliæ quæ videtur habet. Cum illis statutum sit bonum ut in pluribus, nobis autem non ita sed potius pauci sint qui viam vitæ ingrediantur, rationemque sectentur. Demonstrat etiã hæc misera nostræ naturæ conditio, eam non esse similem rebus alijs visibilibus, sed altiorem ingredi rerum ordinem, parum tamen de illo participando. Post hæc tamen vera ratio huius rei potissimum est referenda ad diuinæ sapientiæ profunditatem. Quod satis Propheta David ostendit toto integro psalmo dicēs. Saluum me fac Domine: quoniam defecit sanctus à terra scilicet: diminutæ sunt veritates à filijs hominum, &c. Et ut tantorum hominũ pessimorũ multitudinis causam redderet, ait, Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terræ (scilicet à terra purgatum) probatũ septuplũ. Quasi diceret. Eloquia Domini casta sunt: quare qui ea sequi debet, necesse est, ut sit castus: hoc est, ab omnibus vanitatibus ablati, & alienus. Eloquia etiã Domini examinata sunt: quare igne charitatis examinatus esse debet, qui legem Dei est sectaturus. Eloquia etiã Domini probata sunt, & probata septulũ, id est, consummata. Quare qui ea sequi voluerit, consummatũ, & perfectũ esse oportet. Et addit Propheta: In circuitu impij ambulat, ut ostendat, quod homines difficulter veniant ad centrum, difficulter signum tangant, omnes enim in circumferentia ambulat, omnes maiori ex parte tota errant via & cum in circuitu ambulent semper, & si magis laborēt, ac defatigentur, nihil tamen proficiunt, sed continuo magis elongantur à requie, & lassati in via iniquitatis ad inferos præcipitantur. Et ut huius rei causam assignaret, concludit Propheta dicens in fine psalmi. Secundum altitudinẽ tuam multiplicasti filios hominum: quasi diceret. Passim occurrit vbique magnus stultorum, atque impiorum numerus: tu autem secundum altitudinem incomprehensibilis consilij, & sapientiæ tuæ, atque secundum profunditatem occulti iudicij tui multiplicasti illos. Ad profundam ergo Dei sapientiam retulit causam tantæ multitudinis impiorũ, quæ illos condidit, permittitque in suis sceleribus vivere. Et merito David hanc affert causam: nam re vera & si aliæ rationes multæ afferantur à Sanctis Doctoribus, tamen multas alias possunt adducere ad probandum magis peccatores laborare, magisque affligi, maiori que affici pœna peccando, quam afficiuntur iusti, virtutem

Postrema vera ratio

Psalm. 11.

8 virtutem sectando, ita vt tandem proclament. Lassati sumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles. Iustum autem deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, vt sic iter alleuiet ambulanti, & proficiscenti. Satagite igitur viri fideles, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis, vt non solum inter vocatos, sed inter electos, qui pauci sunt, recenseri sitis digni.

Sapient. 5.  
Sapient. 10.  
1. Pet. 1. c.

In hoc ergo quod Deus creauit tantam hominum multitudinem, quam damnandam esse praeuidebat, mirari debes diuitias bonitatis Dei, quae tantae multitudini tot, & tanta dederit bona cum tamen praeuideret eos futuros ingratos: mireris etiam peruersitatem hominum, qui largitorem omnium bonorum donis, & beneficijs eius impugnant, atq; non solum in eius misericordiam oculos figas, sed etiam in Dei iudicium, & iustitiam, quae non minor est, quam diuina misericordia, quae illos, quos misericordia creat, pascit, & regit, & seruat, ingratos de acceptis beneficijs merito damnat. Quid mirum si iustitia diuina sceleratis hominibus reddit pro meritis poenas debitas? Nemo sane miratur, quod ignis calefaciat, aut sol illuminet, aut Dei misericordia vsque ad solis occasum laborantibus beneficia tribuat, & mirabitur, quod Dei iustitia rebellibus poenas condignas prebeat? Nemo miratur si quod seminat aliquis, hoc metat, & mirabitur quod peccatores mala metant quae seminant? In Ecclesiastico dicitur. Noli facere mala, & non te apprehendent. Et iterum. Non semines mala in sulcis iniustitiae, & non metes ea in septuplum. Ad Galatas scribens Beatus Paulus inquit. Quae seminauerit homo, haec & metet. Et Beatus Augustinus ait. Dicit aliquis si Deus vellet, isti boni essent, sed melius voluit, vt quod vellent, essent, si boni, non infructuose si mali, non impune. In Ecclesiastico etiam dicitur. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et paulo post. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam: ante hominem vita, & mors, bonum, & malum quod placuerit ei, dabitur illi. Mirari etiam debes sapientiam Dei incomprehensibilem, quae panis & cruciatibus utitur ad bonum, & emolumentum electorum: inestimabile enim gaudium, incredibileque letitia electis erit in futuro illo iudicio cum exacte, & perfecte diuinam iustitiam cognouerint, quanto plus amore prosequantur, quanto amplius illam agnouerint, tantoq;

Eccles. 7.

Ad Gal. 6. c.

B. August.

Eccles. 15.

psal. 115.

magis exultabunt, quanto eam magis, & cognouerint, & amaue-  
runt. Latabitur tunc iustus cum viderit vindictam. Vnde B. Gre-  
gorius ait. Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu  
non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum ultione in per-  
petuum non sedatur: sed iniqui omnes æterno supplicio depu-  
rati sua quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt,  
ita vt iusti omnes & in Deo videant gaudia, quæ percipiunt, & in  
illis respiciant supplicia, quæ euaserunt, quatenus tanto magis in  
æternum diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in  
æternū mala puniri conspiciūt, quæ ipsi euaserunt eius adiutorio.

### Vocatio Dei semper est necessaria.

Cantic. 5.

**V**Ox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea,  
immaculata mea, quia caput meū plenū est rore, & cincinni  
mei guttis noctiū, refert spōsa in Canticis. Docet præsentī carmi-  
ne cęlestis spiritus necessariū esse, semperq; fuisse internū sponsæ  
motū, instigationem, & vocationem, vt dormiēs spōsa in vtrāq;  
aurē excitetur aliquando. Nam si de fide agitur primo. beatæ vi-  
tæ fundamentō, ab infidelitate nunquam sponsa excitari potest,  
nisi sponsus crebro pulset, & animi facultates moueat ad arripiē-  
dam fidē. Totam ergo vitam spiritualem in duas partes distribu-  
mus: altera est, quæ tantū amplectitur certā de diuinis rebus per-  
suasiōnē, quam fidē appellamus, tum infusam charitatē, infusam  
spem: altera vero, quæ certa Dei dona, vt sunt optimi cogitatus,  
studia, & opera pietatis. Si ergo de priori illo membro loquamur,  
de fide scilicet, qua quis diuinis oraculis credit, hoc vnū opus est,  
quod (vt B. Augustinus inquit) fit in homine, sed non ab homine 13  
ne: nam cętera omnia, & fiūt in homine, & simul ab homine. Ob  
eamq; rem fides à Christo Iesu Domino nostro apud Ioannem  
opus Dei appellatur: quoniam (vt idem S. doctōr docet) fides est:  
vnde nascūtur opera bona in homine, fit tamen ab sponso Deo.  
Cū ergo sponsa sæpe ab infidelitate ad fidē excitetur, vides quam  
fuerit semper necessaria sponsi cōtumax ista pulsatio ad ostium  
sponsæ. Dicit aliquis. Nunquid pulsatio ista, de qua sponsa loqui-  
tur, non potest ab ipsa ratione, & humana mēte proficisci, quæ fre-  
quenter hortatur homines, & impellit ad sectandā virtutē, & cul-  
tum honesti? Sunt enim, qui credant inter cętera a vocationū gene-  
ra, quibus spōsa ab spōso vocatur hoc vnū esse in postremis non  
haberi.

B. August. in  
epist. ad Six-  
tum.  
Ioan. 5.

<sup>14</sup> habendum. Veruntamen hoc debet esse certissimū fidē ad quam sponsa ab orbe cōdito frequēter fuit excitata, sponsam nunquam nec cogitare potuisse, nec sibi cōsulere, nec providere de re ista citra pulsationē sponsi. Quod si cuipiā videatur etiā ante fidē initia quædā, & quasi prima semina huius vocationis, & suscitationis à somno fuisse expertū, sciat huiusmodi cogitatus optimos, & semina virtutis effectus esse diuinæ prædestinationis, pulsationēq; esse vocātis spōsi, sine qua nec cogitare possumus, nec deliberare de rebus ad diuiniorē vitam necessarijs. Quod si fides sequatur prima ista semina, & bonus animi motus, cōfertur fides ab spōso nō meriti causa, quæ nulla præcessit in nobis, sed sequitur fides, & gratia iustificās animi motū, quēadmodū in physicis forma dispositionē materiæ. Quēadmodum autē de fide cæterisq; infusis virtutibus diximus: ita etiā de alijs donis, quæ fiūt ab homine simul. &

<sup>15</sup> in homine. Qualis autē sit sponsi pulsatio, quā sedulo excitet dormientē sponsam siue à somno peccati, siue infidelitatis satis ostendit ipsa sponsi oratio, quæ per nervos ( vt mihi videtur ) semper crescit, vt fiat multo vehementior, potentiusq; influat in animā sponsæ. Aperi, inquit, mihi soror mea. Quis enim fratribus, necessarijsq; pulsantibus non aperiat, omniaq; pietatis, & benevolentia præstet officia? Sed vt fratri, cōsanguineo, & cognato sponsa suæ verecundiæ, & pudoris rationē habens media r occte fores nō aperiat, sponso tamen, & marito pulsanti quid possit impedire, quominus illi pateāt fores? Ob eamq; rem secūdo loco eā appellat amicā, hoc est, sponsam nimis dilectam: Sed si nec sponsam mouet sororis titulus, non blanda amicæ appellatio: deberet saltem illā permouere, quod illā columbā appellat. Quo nomine voluit profundissimum sui erga sponsam amorem significare, & dilectionē incredibilē, qua nulla potest excogitari maiordiligūt enim se inuicē huiusmodi auiculæ inter cæteras omnes impensissime, id quod querelæ guturis, crebræ exosculationes, continuaq; pedū orbibus adulatio satis ostēdūt. Si ergo nec fratri, aut cōsanguineo aperire velis, saltem vel sponso te diligenti, non secus ac columbæ solēt, pateat aditus. Postremo illam appellat perfectā meam, Hebraicē vero habetur, integram, absolutā omnibus numeris in qua nihil possit desiderari. Reuocat spōsus hoc nobile, & illustri titulo, quæcūq; à se ipso spōsa acceperat beneficia: nē quod perfecta sit, q̄ integra, quod absoluta, id omne debet spōso. Aperi mihi, inquit,

vel propter ea, quæ frequenter accepisti beneficia, & magna, & 17  
 ampla. At vero quæ sequuntur plena sunt affectibus. Caput, in-  
 quir, meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Si  
 te, inquit, sponsa nobilis tituli, & ingentia illa beneficia non mo-  
 uent, moueat saltem quod per multas horas intempesta nocteri  
 gente frigore, ad ostium steti, perseveraui pulsans adeò vt caput  
 totum humore nocturni roris madeat, & guttulæ iam per cin-  
 cinnos, implicationesq; capillorum defluant. Duo itaq; sponsus  
 totum his verbis charissimæ proponit sponsæ: alterum est, perti-  
 nacem in pulsando perseverantiam: alterum ad labores pertinet,  
 quos, vt sponsam excitaret, libenter subibat. Ergo si frater, si ami-  
 cus, si impense diligens, si qui in te contulit tot beneficia repul-  
 sam patitur, ille saltem qui tam indefesse labores noctis, iniurias  
 cæli perpeffus repulsam non patiatur. Pertinent hæc omnia ad 18  
 exprimendas vocationes diuinas, semper enim inuitat, allicit, blâ-  
 ditur Dominus. Sed heu heu, & millies heu, quam surdi, & inobe-  
 dientes his diuinis vocationibus nos miserabiles homines sumus,  
 quod in verbis, quæ sponsa sponso respondit insinuat, dixit  
 enim spoliaui me tunica mea quomodo induar illa? Laui pedes  
 meos quomodo inquinabo illos? Hoc spiritus cælestis significa-  
 re voluit qui homines miseri, & infœlices sponso anxie, & solici-  
 tē vocanti & pulsanti respondeamus, quasi interdum prætenda-  
 mus excusationes, vt spōsum à nostris ædibus excladamus. Pri-  
 ma cum sponsa de tunica, & lotionem pedum mentionem intulit,  
 quæ duæ res leues quidem illi fuerunt impedimento, quominus  
 aperiret sponso. Vides quoniã pulsanti sponso excitanti à som-  
 no, & ad vitam spiritualem reuocanti leues, & stultæ causæ nos 19  
 remorantur quominus illi aperiāmus. Quid enim stultius, quam  
 sponso non aperire, ne exutas semel vestes iterum induas, aut nō  
 pedes lotos iterum coinquines? Easdem excusationes nos frequē-  
 ter præteximus. Quid enim dementius, quam propter leues, &  
 momentaneas carnis voluptates, propter vile lucrum, propter  
 paucas pecunias sponsum repellere pulsantem? Legis in euange-  
 lio inuitatos illos ad conuiuium regia magnificencia, & appara-  
 tu propter nuptias filij instructum, leues etiam, & stultas causas  
 prætexuisse. Alius dixit. Villam emi: alius. Vxorem duxi: alius.  
 Iuga bouum emi quinq;. Quæcunq; igitur causæ leues, & nihil vt  
 sunt studium diuitiarum, honoris, & dignitatis, voluptatum, &  
 oblecta-

20 oblectamentorum carnis, quæ nos impediunt, & remorantur) ex-  
 primatur præsentij carmine, cum inquit sponsa. Spoliaui me tu-  
 nica mea, &c. Vides secundo, quanta sit nostra dementia, atq; ve-  
 fania, qui sponso velimus præstituire tempus vocationis, cum  
 non sit nostrum nosse tempora vel momenta quæ ille posuit in  
 sua potestate: nam cum inquit: Spoliaui me tunica mea, &c. Per-  
 inde est, ac si dicat. Intempestiue pulsas amice, oportebat venires  
 opportune, nam postquam ego me tunica spoliaui, laui pedes, in-  
 gressa sum cubiculum (quæ omnia noctu homines solemus effi-  
 cere) quomodo iterum è lectulo surgam? Vestes induam. vt tibi  
 aperiam? libenter equidem si interdum venisses aperuissem fores,  
 nunc vero, Perdona que se pegan las manos a las sauanas. Et no-  
 bis dormientibus exitiale, & perniciosum illud sceleris somnum  
 21 hoc interdū (imo frequenter) contingit, vt pulsanti sponso fores  
 non aperiamus, eo quod nostro iudicio int empestiue semper vo-  
 cet, & pulset. Voluptatibus carnis quispiam dat operā, sponso  
 pulsat ad ostiū, vocat, & inuitat, sed importune (vt nobis videtur)  
 statim respondemus. Si lucris, si pecuniarum cupiditati non inhi-  
 rem, libenter tibi aperuissem, nunc vero hoc tempore cum dul-  
 cissimis carnis oblectamentis dem operam, que modo fores ape-  
 riam. Deinde in virenti, in florenti ætate constitutum vocas, intē-  
 pestiue venis amice. Si vocares senē, & longa ætate fractū homi-  
 nem, & debilitatum, aperuissem libenter, nunc vero colligendæ  
 sunt flores carnis antequam marcescant. Idem etiam dixerim de  
 omnibus alijs, qui periturarū rerum, & fluxarum tenentur studio.  
 Sed & illud aduertendum sponsam non solum sponso non ape-  
 22 ruisse propter adductas causas, verum etiam, quod secum habeat  
 amatores alios. ob eamq; rem verum sponsum repellit, ne infla-  
 granti crimine ab sponso deprehendatur: sæpe enim hypocritis,  
 quæ nostræ carni annata est, causas, & rationes secum excogitat,  
 & meditatur, vt sponsum pulsantem repellat, ne forsan adulterij  
 grauissimiq; criminis accusetur. Eas enim rationes, atq; argumēta  
 sponsa præsentij carmine exprimit, quas solet hypocritis in te-  
 gendis & occultandis criminibus vti. Instruimur etiam, & erudi-  
 mur presentis vericulo, nō posse sponsam pulsanti sponso aperire,  
 aut assensum præbere sponso vocante, nisi sponso ipse præter  
 communem vocationem peculiarem adhibeat operam, gratiam,  
 & auxilium. Non enim ita existimandum est, quasi sponsa ab

Ador. 1.

Simile.

spōso vocata, & excitata suis viribus possit lectulum, & pernicio-  
sam peccandi consuetudinem relinquere, aliud est magnopere  
necessariū, vt sponsus noua, & incognita ratione interius moueat  
affectus, siue vehementi instigatione siue externo flagello. Est  
enim sponsa & quisq; nostrum ab sponso vocatus quemadmo-  
dum languidus quidam qui domo clausa iaceret, qui extra alte-  
rius adminiculum non posset aut se erigere, aut fenestram do-  
mus aperire, vt lumen solis domus tenebras, & caliginem depel-  
lat. Sponsus itaque pulsat ad ostium, & perpetuo penē pulsat:  
sed vt excitetur sponsa, vt aperiat, necessarium est illius volun-  
tas singulari quadam ratione ab sponso excitetur. Quærentibus  
autem quid causæ sit, quod sponsus ab ipsa prima vocatione non  
nilico sponsæ arbitrium, & voluntatem excitauit ad amplectendā  
virtutem, responde: Quoniam credere, resipiscere, poenitere, ope-  
ra sunt ab hominis arbitrio profecta cælitus attracto per spiri-  
tum Dei diffusum in corda nostra. Sponsus itaque sic vocat spō-  
sam, sic trahit, vt etiam suo arbitrio dimittat. Quod si contem-  
nit, & reluctatur, potest se facere indignam ampliori vocatione.  
Vix huic quæstioni possumus facere satis: quam ob causam sic  
quosdam vocat sponsus, vt vna prima vocatione statim à pec-  
catis excitentur: quosdam vero ita vocat, & trahit vt illos ali-  
quantulum suo permittat arbitrio. Illud autem scire est operæ-  
pretium perditionem sponsæ ab ipsa semper nasci, salutem vero,  
& libertatem semper ab sponso.

Osee. 13

### Vocationis Dei fructus, & utilitas.

Cantic. 4

**V**eni de Lybano sponsa mea, veni de Lybano, veni coronabe-  
ris de capite Aman, de vertice Sanir, & Hermon, de cubili-  
bus leonum, de montibus pardorum: inquit sponsus in Canti-  
cis ad spōsam. Exprimitur hoc carmine miro artificio qualis sit  
amor sponsi erga sponsam, qualis præterea sit diuina vocatio, &  
quæ utilitas vocationis, amor ipsius satis exprimitur cum spon-  
sus inquit. Primo, secundo, tertio, veni, veni veni de Lybano, &c.  
Si sponsus vtcunque electorum animas diligeret, aut vulgari eiga  
illas afficeretur amore, nunquam eisdem vocibus reperitis illas  
vocaret dicens. Veni, veni, veni: sed hæc tam crebra eiusdem vo-  
cis repetio indicium est flagrantissimi amoris. Ego, inquit spon-  
sus, sto ad ostium, & pulso. Pulsat autem sponsus, non semel tan-  
tum

Apocal. 3

26 tum sed secundo & tertio vt per numerum ternarium, numerum  
 intelligas infinitum, quemadmodum & locus Ifaia habet, san- Ifai. 6.  
 ctus, sanctus, sanctus, pro æterna, perenni; laude diuinæ iustitiæ  
 & sanctitatis. De eadem re Beatus Ioannes inquit. Non cessant  
 clamare quotidie dicentes sanctus, sanctus, sanctus. Vocat itaque Apocal. 4. c.  
 sponsus, & frequenter vocat, nunc allicit, & blanditur: denique  
 ardentissimum illud desiderium trahendi animos, & impellendi  
 exprimitur illis vocibus, veni, veni, &c. Et quoniam sponsus  
 frequenter, quos à peccatis reuocat, dulciter trahit, nec ad sup-  
 plicia, & castigationes descendit, nisi consumptis iam omnibus  
 remedijs, dulcissimo nomine, & appellatione blādiori charissimā  
 coniugem eam appellans sponsam, quæ inter cæteras appellationes  
 tenerrimum videtur præ se ferre amorem. Vocat autem spon-  
 27 sam suam à consortio improborum hominum, quoniam inter  
 cæteras animi pestes hæc vna facilius totum hominem inficit, ar-  
 etior scilicet cum impijs hominibus familiaritas. Quocirca Re-  
 gius Propheta primam hominis beatitudinem auspicatus est à  
 fuga huius consortij & familiaritatis: eos censet beatos, qui  
 non abierunt in consilium impiorum. Cum ergo sponsus cha- Psal. 1.  
 rissimam sponsam vocat, vt veniat à montibus istis, quos nefaria  
 gentes, & omnibus sceleribus coopertæ incolebant, primum  
 illi proponit beatitudinis gradum: nam vita ipsa beata duabus  
 partibus potissimum constat, scilicet fuga mali, & prosecutione  
 boni, quas breui carmine Propheta regius cōplexus est dicēs: Psal. 33.  
 Declina à malo, & fac bonum. Vt enim cæteræ disciplinæ, & ar-  
 tes non statim primo aditu pueris difficillima quæq; proponunt,  
 28 sed quæ faciliora sunt, & quæ magis aperta: ita etiam, & diuina  
 vocatio primo, quod ipso instituto viuendi facillimū est, propo-  
 nit vt quisque à malo declinet. Sic sponsus cum sponsam excitat,  
 & hortatur, vt descendat, & veniat de Lybano, & de capite Ama-  
 na, & de vertice Sanir, &c. illud profecto docet, impiorū hominū  
 consortiū, ac proinde consuetudinē peccandi primo fore fugien-  
 dam: habitabāt enim mōtes illos Ethæi, Amorrhæi, Iebusæi, &  
 hos appellat (vt arbitror) leones, & pardos: nā tametsi iuxta lite-  
 ram essent montes illi feracissimi leonū, & pardorū, sed putarim  
 leones, & pardos, gētes illas impias, & nefarias potius appellauisse  
 cum propter illarum atrocitatem, tum etiam propter astutiam,  
 quæ pardis natura insita est, frequenter enim dolo, & astutia

filios Israel in omne genus peccati, & flagitij impulerunt. Solet 29  
 diuina philosophia homines, leones, vrsos, vulpes aliquando ap-  
 pellare: nec enim est aliquod animantis genus præter vnū homi-  
 nem, quod in alterius naturam possit degenerare, nec vulpes imi-  
 tatur leonem, nec leo vulpeculam: homo autem quasi Protheus  
 quispiam in omnium animantium se transfert imagines, in om-  
 niūq; naturas degenerat. Hinc regius vates iuxta quorundam  
 sententiam hominem appellat omnem carnem, cum ait, Ad te  
 omnis caro veniet. Et hoc philosophiæ genus Poeta elegantissi-  
 mē in libris Metamorphoseos pertractat. Qualis vero sit diuinæ  
 vocationis finis satis ostenditur, cū inquit. Veni coronaberis: nō  
 enim spōsus quēpiam vocat, quod sibi utilitatis aliquid accrescat  
 ex ipsa vocatione, sed vocat, vt coronā imponat, vt donet fœlicita-  
 tem. Quemadmodum olim veterē synagogam vocauit, vt in ter- 30  
 ram promissionis induceret, & regnum, & sacerdotium, & leges,  
 & ciuilem gubernationem, & administrationem conferret, satis  
 apparet ipsa vocationis ratione, quanta sit bonitas sponsi. Nam  
 nostris operibus, si nullum aliud esset præmium propositum, ni-  
 si aut peccati remissio, aut donum gratiæ, & beneuolentię nemo  
 nostrū posset iure cū sponso expostulari, satisq; pro merito no-  
 strorū operū, & peccati remissione, & collatione gratiæ præmij  
 respōderet sed, tāta est sponsi bonitas, vt nos ad coronas vocet: nā  
 propositum nobis esse regnū satis ostendunt verba illa. Percipite  
 paratū vobis regnū ab origine mūdi. Sed nisi sponsus ipse, post  
 primam vocationem, secūdā adderet, & tertiam, nosq; semper  
 tanquam infantes & paruulos manu duceret frustra sane vocare-  
 mur, essentq; omnes nostri conatus ad virtutem sectādam irriti, 31  
 & vani. Opus itaq; est cum vocat, vt nobiscum semper eat, & cū  
 iustificat, nunquam nos deserat tanquam solet mater ac nutrix te-  
 neros adhuc infantes, & per ætatem imbecilles. Ideoq; sponsus  
 vt sponsam charissimam vehementius excitaret illi veluti polli-  
 cetur, se nusquam ab ea discessurum toto ipso itinere vsq; ad co-  
 ronas dicens. Veni, coronaberis.

### Vocatio Dei non semel sed multo- ties repetitur.

**V**ocabat Dominus puerum Samuelem: & ille non Domino  
 sed Heli sacerdoti respondebat: Qui illi ad lectum redire iu-  
 bebat.

32 bebat. Vocat nos Dominus inspirationibus, prædicatoribus, laboribus, bonis proximorū exemplis, deuotis lectionibus dicēs: Venite ad me, me sequimini: nos autem mundum adimus, qui nobis ad otium, & ad requiem, ad voluptates, & illecebras redire præcipit. Non illi, obsecro, obediamus, sed semel Domino nos vocanti statim respondeamus, loquere Domine quia seruus tuus audit: atq; exemplo sancti Iob dicamus: Vocabis me, & ego respondebo tibi, non Heli, sed tibi, non mundo, non carni, non dia- Iob. 14  
bolo, sed tibi: & tu Domine, operi manuum tuarum porriges dexteram.

Sicut artifex, si viderit gemmas pretiosas, & non dolatas, eligit illas, non quod sint, sed quod fieri possint: habens enim scientiam artis bonum inconpositum non contemnit: sic, & Dominus videns non opera eorum elegit, sed corda: nec quasi Apostolos elegit eos, sed quia Apostoli poterant fieri, sicut etiam videns peccatores internis inspirationibus vocat, vt iusti fiant.

B. Chrysoſt.  
hom. 7. oper.  
imperf.  
Simile.

Vocatio Dei est gratia præueniens.

Aristoteles in *Physicis* asserit ad receptionem alicuius formæ in aliquod subiectum, prius in eodemet subiecto requiri dispositionem, quæ per expulsionem contrariorum effectuum formæ efficitur. Verbi gratia, vt calor vel ignis in lignum intromittatur, oportet, vt prius frigiditas & humiditas ab ipsomet ligno expellatur. Ita suo modo in spiritualibus philosophandum est: nam vt gratia in animam ingrediatur, requiritur præuia dispositio, quæ dispositio, & præparatio in anima fit per gratiam præuenientem, 34 quæ est bonus motus voluntatis disponentis animam nostram ad recipiendum gratiam iustificatam. Ha se la gracia preueniente con la gracia iustificante, como se han los criados de los caualleros caminantes con los mesoneros, quando buscan posada. Llegã los moços primero al meson, y preguntan: Señor ay posada para vn cauallero, que traetãtas personas consigo? El mesonero, si tiene poca criança, y la casa llena de caldereros, por no los desaperrochiar responde: No ay posada. Vase el moço a otro meson, y si el mesonero es cuerdo, como esta harto de tantas martilladas de caldereros, dize: Ea buena gente desembaraçad la posada: basta lo passado, que viene aqui vn cauallero y quierole dar posada, y con esto dize al moço. Entrad hermano, que aqui ha de

Aristotel. 1.  
*Physicor.*

simile.

posar vuestro señor, muestrale vn aposento embaraçado, y dize <sup>35</sup> le el moço. Sacad essas herramiètas, y limpiad muy bien esse aposento mientras voy a esperar a mi señor para mostrarle la posada. Andad con Dios, dize el mesonero, que si haremos. Desta manera se ha Dios con nosotros, anda entre sus fieles buscando posada, embia su sancta inspiracion, vna luz, vn conocimiento, vn temor, que todo es gracia preueniente. Viene este mensajero alas puertas de la consciencia, que esta hecha vn meson de caldereros, y tanto que con las muchas martilladas ya no sienten ni oyen los tristes peccadores aquel gran ruydo. Viniendo pues esta gracia preueniente, y esta diuina vocacion vnos dizen: Bien me hallo con estos huespedes: tengo agora el meson embaraçado no puedo dar posada a Dios. Va el mensajero a otro meson, a otra alma y halla en ella mas disposicion y assi haze en ella <sup>36</sup> mas operacion, porque con aquella luz, y con aquella inspiracion, y con aquella diuina vocaciõ comiença el peccador a considerar el peligroso estado, en que esta, y comiença a despedir los malas, y disponerse, para que entre el Soberano huesped con sus diuinas gracias, y dones. Desdichados pues de aquellos ciegos, en los quales la diuina vocacion no hal'a entrada, y que se quieren estar en tan miserable estado. Y dichosos y bienaventurados los que se aprouechan de tan buena oportunidad, y se saben librar de tan gran mal.

### Vocatio Dei gratuita.

Ad Rom. 10  
Deutero. 32.

Esa. 65.  
Genes. 30.

**B**Eatus Apostolus Paulus ad Romanos scribens citat quardã verba, quæ sanctus Moyses in Deuteronomio dixit asserens <sup>37</sup> Deum populo gentilico plurima beneficia collaturum esse, quibus ipsi Hebræi inuidia commoti ad obediendum Deo, & ad bene operandum prouocarētur. Ego, inquit, ad æmulationem vos adducam in omnem gentem, in gentem insipientem. Ibi etiam adducit verba Isaia Prophetæ dicentis. Inuentus sum à non querētibus me: palam apparui ijs, qui me non interrogabant. In Genesi legitur, quod egressus Ruben tempore messis tritici in agrū, reperit mandragoras, quas matri suæ Lyæ dedit. Hæ mandragoræ sunt quidam flores habentes virtutem foecundandi cum odore suo mulieres. Res quidem mirabilis fuit, quod tam arido tempore adolescens ille huiusmodi flores inuenerit. Ibi significauit

38 que Deus, que muchos sin pensarlo, ni buscarlo, hallan vnos des-  
 feos de penitencia, y de merecer mucho con sanctos exercicios:  
 inueniunt quosdam flores, qui animas foecundas reddunt, pro  
 quibus voluptates carnales relinquunt: sicut Rachel pro odore  
 illorum florum humanum gustu quem cum marito suo habe-  
 re poterat, reliquit. Hæ autem sunt quædam sancta proposita,  
 & desideria, & quidam impulsus Spiritus sancti. Inuentus sum  
 a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interro-  
 gabant. Quiteme el reboço para que me vieslen. Va el Rey re-  
 boçado y descubrese a vno, es señal que le quiere mucho. O my-  
 sterio grande que se descubre Dios el reboço a vna alma aun  
 quando no se acuerda del, y le da vn claro conocimiento de si  
 y vn abrafamiento de coraçon, con que despierta del sueño, en  
 39 que dormia. O a quantos se quita Dios el reboço y a quantos se  
 manifesta agora. Olim cum Propheta Moyfes Dei nimis esset  
 amicus, eique diceret. Ostende mihi faciem tuam, Dominus ei  
 respondit. Non poteris videre faciem meam, videbis postero-  
 ra mea. Et transeunte Domino ait Sanctus Moyfes. Dominator  
 Domine Deus, misericors, & clemens patiens, & multæ mise-  
 rationis, ac verax. Vbi aliqui asserunt hoc, quod Moyfes dicebat  
 in dorso Dei legisse: ibi enim hæc nomina scripta erāt. Otiem-  
 pos dichosos que agora ya no tiene Dios esos letreros en solas  
 las espaldas, mas en pies, y manos, y ojos, y oydos, y boca en todas  
 estas partes tiene letreros de misericordia. Quid enim sacratissimi  
 illi pedes Iesu Christi tam fatigati, & per vias excalciati ambulan-  
 40 tes, ac peccatores quærentes prædicant, nisi mi fericordiam? Quid  
 manus illæ quibus mortuos, & ægros tangebant, eisque vitam,  
 & salutem tribuebat. Quid lingua qua admiranda Dei prædica-  
 bat. Quid oculi quibus miseros peccatores contemplabatur.  
 Quid denique significabant aures, quibus egentium clamores  
 audiebat? Hæc omnia profecto nobis pietatem & misericordiam  
 prædicant, hæc nos vocant, & inuitant, vt ad ipsum con-  
 fugientes misericordiam eius recipiamus. O foeli-  
 ces illi, qui ex tanto bono comodum at-  
 que vtilitatem deprome-  
 re sciunt.

simile.

Exod. 33.

## Vocatio Dei ad sui cognitionē &amp; amorē. 41

**O**Mnes creaturæ totius orbis voces quædam Dei sunt homines vocantes ad sui cognitionem, & amorem. Vnde eos, qui Dei inuisibilia nolunt ex visibilibus agnoscere, vocat diuina scriptura in libro Sapientiæ vanos, vbi ad literam hæc verba habentur. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est. Et in alio loco eiusdem libri sunt hæc verba literis mandata. Hoc, quod continet omnia, sciētiam habet vocis. Ac si diceret: Mundus cōtinens vniuersa scit suo modo Deū laudibus extollere: omnes enim creature, ad diuini numini cognitionem duent. Et de eius laudibus haud quaquam conticescunt. Vnde Esaias in illos inuehitur, qui creaturarum considerationem contemnunt, ita dicens. Væ qui opus Dei non respicitis, neq; opera manuum eius consideratis. Quid est mundus nisi cōgruens vnde cunq; dispositio, & concentus inuisibilia Dei ostendens? Id quod nos habemus in Proverbijis dictum à Sapientia in mūdi constitutione: Ludens in orbe terrarum, potest verti ex Hebræo, delicias in vniuersi consonantia. Est enim mundi machina musica quædam, & admirabilis consonantia Deum ipsum suo modo prædicans, & laudans. Quemadmodum si è longinquo citharam audias ex multis varijsq; neruis compositam acutis, grauibus, & circumflexis, qui omnes pariter consonent, & distinctos intervallis sonos suos, melosque conficiant, intelligis planè vnum illic esse peritum pulsatorem, qui fidium voces ex arte musicæ ad harmoniæ concentum misceat, & æquabiliter temperet, licet illud minime intuearis: sic ex cōcordia, & cōsona mūdi vbiq; dispositione, vbi neq; inferiora contra superiora, neq; infima aduersus sublimia eriguntur, & insurgunt, sed omnia vnum ordinem admirabilem seruant, confestim ad vnum Deum animo recurris, omnia hæc sua virtute mouentem, diuinęque sapientiæ splendore illustratē. Ille quidem rerum vniuersitatē vt lyram tenens copulat cælestia cum aereis, & aerea cum terrenis, vniuersa cum singulis coaptans, & coagmentans: & ita mundi concentum ordinem, & harmoniam congruenter absoluit.

# VOLVPTAS. <sup>1053</sup>

Omnia, quę habentur in titulo, Delicię  
mundi sub litera, D. huic materia deser-  
uiunt, Tomo. 1.

## VSVRA.

**D**IVVS Chrysoſtomus ſuper illa verba Domini, B. Chryſoſt. hom. 12. ope- ris imperfe- cti. ſimile.  
Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris, inquit. Similis eſt pecunia vſurarij morſui aſpidis: percuffus enim ab aſpide quaſi delectatus pergit in ſomnum, & perſuauitatem ſoporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra diſcurrit: ſic qui ſub vſura accipit, ſub tempore quaſi beneficium ſentit, ſed vſura per omnes eius facultates decurrit: & totum conuertit in debitum.

Idem ibidem ait. Sicut fermentum modicum, quod mittitur in multam tarinam, totam conſperſionem corrumpit, & trahit illā, & facit illam totum fermentum. Sic cum vna vſura in domum alicuius intrauerit, totam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuertit in debitum. Simile.

**B.** Baſilius ſuper Pſalmos inquit. Officium tuum fuerat hominis depreſſi egeſtatem conſolari, ac leuiorem reddere: tu contra potius adauges fructum ex homine deſtituto. Veluti ſi quis medicus ægrotantes introgreſſus, loco reddendę ſanitatis, id, quod eis vitium reſtabat, auferret. Vt ꝓ coloni ad ſatorum augmētum imbres exoptant: ſic tu inopiam, & publicam egeſtatem hominum, vt pecunia tibi ſuccreſcat, & fiat lucroſior, requiris. An ignoras, quod maior tibi peccatorum exurgat acruus, quam ſit acceſſus opum, quem ex vſuris ſceneraris? Idem ibidem ait. Sicut dolores parientis: ſic tempus ſtatutum debitori exiſtit ſcœnus ſupra ſcœnus, malorum parentum mala ſoboles: hi ſane foetus vſurarum recte genimina viperarum dicuntur. Viperas enim dicunt ven- trem

trem periodendo nasci: sic item foenora, debitorum domos absumendo nascuntur. Semina omnia suo tempore nascuntur: animalia quoque tempore praestito suos edunt foetus: foenus vero hodie nascitur, hodie parere incipit. Animalia etiam quae cito pariunt, cito etiam a partu desistunt. Pecuniae autem cum auaritate plus aequo habendi volucrum trahunt originem, infinitam accessionem tanto progredientem ulterius recipiunt.

Usurarius vendit tempus, quod Dominus tam diuitibus, quam pauperibus voluit esse commune. Merito ergo temporis indigentia punitur: ut enim ait sanctus David. Viri impij non dimidiabunt dies suos. Et licet diu viuat usurarius, curis tamen saeculi in morte occupatus temporis indigentia punietur, non habens locum poenitentiae. De eo nanque Ecclesiasticus dicit. In tempore redditionis postulabit tempus. Tempus redditionis est tempus mortis, quando exactissimam omnium quae fecimus, reddemus rationem. Caeterum cum commodare sit pecuniam ad commodum dare, usurarius vult commodum apud se retinere. Praeterea usurarius vult, ut ea pariant, quae nunquam pepererunt, & ut ea generent, quae nunquam generarunt: nam vult ut nummi sui singulis mensibus alios nummos pariant: quod quidem contra naturam est. Si mutuaueris (inquit Dominus) pecuniam tuam populo meo pauperi, &c. Vbi non dicit populo tuo, sed populo meo: ut inde scias usuram non a paupere sed a Deo exigi. Considera peruerse, quid Dominus a te petat pro usu Solis, & Lunae, quid etiam pro caeteris bonis, quae tibi donauit, & pudebit te ab eo usuram expectare, qui tibi cuncta gratis, & sine usura largitur.

Beatus Ambrosius in quadam epistola inquit. Quid durius quam ut des pecuniam tuam non habenti, & ipse duplum exigat? Qui simplum non habuit, unde succurret, quemadmodum duplum soluat? Exemplo nobis Thobias sit, qui nunquam requirit pecuniam, quam dederat nisi in extremo vitae suae tempore, magis ne fraudaret heredem, quam ut depositam pecuniam cogeret, & recuperaret. Idem etiam alibi ait. Hoc praestamus caeteris animantibus, quod alia genera animantium conferre aliquid nesciunt: ferae autem eripiunt, homines vero tribuunt. Et alibi: talia sunt vestra diuites beneficia. Minus datis, & plus exigitis. Talis humanitas, ut spoliatis etiam dum subuenitis.

Foecun-

B. Ambrosii.  
li. 6. epist. 70

B. Ambr. lib.  
de Thobi. c.  
3 & 4.

7 **Fecundus etiam vobis pauper ad quæstum est. Vfurarius est** egenus, cogentibus vobis habet quod reddat, quod impendat nõ haber. Misericordes plane viri, quem alij absoluunt, vobis addicitis. Vsuras soluit, qui victu indiget. An quicquam grauius, ille medicamentum quærit, vos offertis venenum: panem implorat, gladium porrigitis: libertatem obsecrat, seruitutem irrogatis: absolutionem precatur, & vos laqueo eum astringitis. Mali fermētatores, qui dederunt pecuniam vt interficerent innocentem mali & isti qui dant vt interficiant innocentem. Quod proscriptio tyrannorũ, aut latronũ manus operari solet, hoc sola sceneratoris nequitia consuevit inferre. Doctiores autem ipsi sceneratori putant diabolus computandum, qui res animæ, & pretiosæ mentis patrimonium scenerat quodam vsurariæ iniquitatis sumptu. Quid vobis iniquius, qui nec sic capitis, solutione estis contenti? Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis, & patrimonium accipitis, aurum, argentumq; pro pignore. & adhuc illum debitorẽ dicitis, qui vobis plus credidit quã accepit? vos creditores asseritis, quid amplius debetis. Hæc B. Ambros.

Idem sanctissimus doctor inquit: Non nouit pecunia sceneratoris vno diutius loco stare, solita transire per plurimos, vno teneri sacculo: versari, ac numerari expetit, vsum requirit vt adquirat vsuram. Fluētus est quidam maris non fructus, pecunia nunquam quiescit, labitur velut scopulo illisa, ita gremium debitoris percurrit, & continuo relabitur eò, vnde processit: cū murmure venit cum gemitu reuertitur: frequenter tamen placidũ stat vëtis mare, semper scenoris vnda iactatur. Et simul atq; ad vsurã pecuniam quis accepit, statim venditores diuersarum rerum irruunt, velut quidam canes sagaci prædæ vagantis odore perstricti, vt citius miser debitor etiam pecuniam, quam ad vsurã accepit, consumat: dũ porro destruitur interim pecunia, vsura ipsa superfluit: tempus minuitur, scenus augetur: Paulatim coniuæ se subtrahunt, sponsores conueniunt, mane scenerator pulsat ad ianuam, quæritur dies solutionis trãsiisse præscriptos, iurgijs vigilantẽ adoritur, in somnijs dormientem excitat, non noctes quietæ nõ dies suaues, non soli iocundus est. Distrahuntur paulatim deauratæ, ac sericæ vestes, veneunt dimidio minoris, ponit cum lachrymis ornamenta coniuæ tristior, empta carius venduntur vilius: nec tamen omnia sufficiunt adhuc ad vsuras ipsas per soluẽdas,

Idem lib. de  
Thobia. 5.

nec

Proverb. 9

ne dum ad summam creditam diluendam. Conijcitur in carcerem debitor ipse venditis tandem bonis ipsis omnibus: tumque miser secum tandem reputat, tum scripturas recordatur, tum dicit. Nonne scriptum est: Bibe aquam de tuis vasis, & de tuorum fontibus puteorum? Quid mihi cum puteo fœneratoris, vbi vniuersa aqua includitur, & nunquã satiatur? Suauiora erant olera cum securitate, quam alieno ære epulæ delicatæ cum sollicitudine. Non oportuit aliena quærere, de meis oportuit fontibus remedia quærere. Erant domi vasa munitoria: melius erat ministerium de esse, quam cibum, melius vestem venalem proponere quam libertatem abijcere. Quid profuit, quod publicare paupertatem meam verecundatus sum? Ecce alius publicauit. Ego nolui nutritores vendere ecce alius adiudicat. Sera hæc consideratio: tunc decuit metuisse tuis, cum acciperes aliena. Hæc ille.

B. Ambrosii.  
in li. de Tho  
b. c. c. 7.

Idem sanctissimus præsul etiã alibi ait. Cum miser debitor videt tempus accessisse dissoluendi vfuras, quibus se obstrinxit iam malum suum agnoscit: diẽ, ac nocte vfurã cogitat: quidquid crepuerit vocem sibi videtur fœneratoris audire occurrentis. Alter prædam requirit, alter vero quasi fera prædonem declinat. Ille quasi leo quærit quidem quem deuoret: iste quasi bos iuenculus prædonis impetũ reformidat. Ille quasi accipiter vnguibus olorem quærit inuadere, iste quasi anser, aut fulica mauult se vel in prærupta deijcere, vel in profunda demergere, quam istum humani corporis accipitrem sustinere. Quid fugis hominem, quem poteris non timere? Queris quid mentiaris, vt feneratorem differas, & cum impetraueris dilationẽ gaudes. Fœnore tuo simulat se fœnerator grauari, sed libenter impertit quasi venator, quam prædam cinxerit. Securus est prædæ: tu oscularis caput: amplecteris genua, & quasi ceruus sagitta toxicata ictus paululum procedens tandem victus veneno procumbis: aut quasi piscis: qui fuscina fuerit infixus quocunque fugerit vulnus fert. Et vere piscis ille in esca mortem deuorat, ille glutit, dum cibum quærit: sed tamen hamum non videt, quem tegit præda. Tu hamum cernis, & glutis. Hamus tuus fœnus est creditoris: hamum vocas, sed vermis te semper obrodit. Mox & omnia bona venduntur, & inferuntur iam non instrumẽta, sed vincula cum conijceris in carcerem. Tamen adhuc quærendi fidei iussores tribuuntur induciæ, non vt prædam libertatis inueniat, sed vt seruitutis adiungat, qui se so-

ciet

13 ciet xrumnoso . At quid iuare potest alienæ calamitatis ac-  
 celsio? Iam & amici fugiunt, & cõnitiæ non recognoscunt.

V S V S E T A B V  
 S V S R E R V M.



LEMENS Alexandrius inquit. Si nobis  
 terram colentibus ligone, & aratro opus est, ligo-  
 nem autem argenteum, falcemq; auream nemo  
 fuerit fabricatus, quid verat, quominus in vasis  
 quoq; domesticis idem sentiamus, quorum mo-  
 dicus sit vius, non sumptus, ac magnificentia?

Beatus Augustinus ait. Quomodo si, essemus peregrini, qui  
 beatè viuere nisi in patria non possemus, eamq; peregrinatio-  
 nem utiq; miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redi-  
 re vellemus, opus esset vel terrestribus, vel marinis vehiculis,  
 quibus vtendum esset, vt ad patriam, qua fruendum erat, perue-  
 nire valeremus. Quod si amænitates itineris, & ipsa gestatio ve-  
 hiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum his, quibus de-  
 buimus, nollemus cito viam finire, & peruersa suauitate impli-  
 cati alienaremur à patria, cuius suauitas faceret beatos. Sic in  
 huius mortalitatis vita peregrinantes à Domino, si redire in pa-  
 triam volumus, vbi beati esse possimus, vtendum est mūdo, nō  
 fruendum; vt inuisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt, intellecta  
 conspiciantur hoc est, vt de corporalibus, & de temporalibus  
 rebus æterna, & spiritualia capiantur.

R. Aug. lib. 1.  
 de doctrina  
 Christiana.  
 c. 11.

V X O R.

Omnia quæ habentur litera. M. titulo ma-  
 trimonium, & titulo mulier, deseruiunt  
 huic titulo.



**ZELVS** Effectus est amoris, vt Beatus Thomas docet: Nam quanto aliqua virtus intensiori, vi in aliquid tendit, tanto fortius repellit contrarium, & repugnans sibi id, quod intendit, sed amor est quidam motus, & propensio in rem

amata, vt Beatus Augustinus affirmat. Vnde intensus amor, & feruens quidquid sibi repugnat excludere querit. Quare zelus in sacra scriptura significat iram, non illam quidem, quæ est inter inimicos, sed eam quæ ex ardenti amore proficiscitur. Hic autem zelus in Christo reparatore nostro maxime viguit. Vnde nomine eius scriptum est in Psalmo. Zelus domus tuæ comedit me. Quid est: zelus domus tuæ comedit me? Quare non dixit: Ego comedi zelum domus tuæ; sed e contra: zelus domus tuæ o pater æternæ me comedit. Non vacat hoc mysterio. Zelus Dei fortissimus est, robustissimus est, insuperabilis, & inuincibilis. Quod leo comedit in eius transit substantiam, etiam si agnam edat, in fortitudinem, & substantiam leonis conuertitur. Intellige, quæ regis. Aliquando zelans Elias pro domo Domini, & pro gloria nominis eius decollauit immanem multitudinem sacerdotum Baal, sicut sacra regum narrat historia. De quo sermonem agens ipse propheta ait, Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel. Et virtus Elias non timens iram durissimam impiissimæ Iezabelis tantam multitudinem trucidat sacerdotum. Comedit illum zelus honoris Domini, & virtus ministravit omnipotentia. Ex his intellige, quid intendat sanctus propheta docere, cū inquit: zelus domus tuæ comedit me. Intellige quā imbecillis est omnis humana potentia contra zelum Domini, qui vel unum hominem comedens vsq; ad occisionem quadringentorum quinquaginta sacerdotū Baal vires ei ministrat? **Q**uia zelus Domini comedat principes nostros prælatos nostros, & iudices nostros. Sed heu, heu, & nullus heu. Comedimus nos zelum Domini: vnde infirmus est, impotens est, mutus est etiam coram facinorosis hominibus: non arguit peccatores: non resistit malo, non comprimit arrogantiam, superbiam, iram,

B. Tho. 1. 2.

q. 2. art. 4.

B. Aug. 11b.

28. quest. 9.

33. & 36

Psalm. 68

1. del. quæ 1

2. ni. Bob. 1

3. un. 116

117

3. Reg. 18.

4 iram, & tyrannidem &c. Non in pectoribus nostris viget zelus  
 diuinæ gloriæ aduersus mundi scelera, sicut vigebat in corde  
 David, cum dicebat: Quis confurget mihi aduersus malignan-  
 tes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatē? Vbi  
 autem nos legimus, defectio tenuit me pro peccatoribus dere-  
 linquentibus legem tuam (quæ verba maximum zelum præ  
 se ferunt honoris diuini) alij vertunt; horror tenuit me pro pec-  
 catoribus derelinquentibus legem tuam. Quod quidem verbū  
 maiorem habet emphasim, eo que vates sanctus significat, quo  
 odio peccati malitiā detestaretur, ac Dei gloriā desideraret, quā  
 do totus horrore concutiebatur, cū peccantes homines cerneret.

Psalms. 93

Psalms. 118

5 Quamuis autem Iesus Christus filius Dei zelo diuini hono-  
 ris, imperturbato mentis oculo de templo eiecit ementes, & vē-  
 dentes, & Cathedras nummulariorum subuertit; hoc impossi-  
 bile nimirum est alijs licet excellentibus viris. Vnde Beatus  
 Gregorius, quem vniuersi magistri sequuntur, de re hac tradi-  
 dit distinctionem, exponens locum illum. Turbatus est præ-  
 ira oculus meus. Ira quippe per vitium oculum mentis excæ-  
 cat: Ira autem per zelum turbat, quia cum saltem recti æmula-  
 tione concutitur, eaque nisi tranquillo corde percipi non po-  
 test, contemplatio dissipatur, Ipse namque zelus rectitudinis,  
 quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat,  
 vt altiora in commotione non videat, quæ bene prius tranquil-  
 la cernebat. Nam ipsa recti æmulatio cætera post paululum in  
 tranquillitate largius aperit, quæ hic interim per commotio-  
 nem claudit: & vnde mens turbatur, ne videat, inde prospicit,  
 6 vt ad videndum verius clarescat, sicut infirmanti oculo cum  
 collyrium immittitur, lux penitus negatur, sed inde eam post  
 paululum veraciter recipit, vnde hanc ad tēpus salubriter amit-  
 tit. Sequitur doctrina. Sed cum per zelum animus mouetur, cu-  
 randum summopere est, vt ne hæc eadem, quæ instrumento  
 virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi domina præ-  
 eat, sed velut ancilla ad obsequiū præparata à ratione tergo nū-  
 quam recedat. Tunc enim robustius cōtra vitia erigitur, cū sub-  
 dita rationi famulatur. Nam quā tumlibet ira ex zelo rectitudi-  
 nis surgat, si immodice mentem vicerit, rationi protinus serui-  
 re contemnit. & tanto te imprudentius dilatat, quantum in pp-  
 tentia vitiū virtutē putat. Vnde necesse est, vt hæc ante omnia,

B. Greg. libr.  
5. mora. c. 38

simile.

simile.

qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mētis Do-  
miniū transeat, sed in vltione peccati tēpus, modumq; confide-  
rans, surgentem animi perturbationem subtilius retractandā  
restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub æqui-  
tate disponat. In Salvatore nostro ( qui omnia in pondere, &  
mensura suauiter disponebat circa suam humanitatem, ne que  
occupari, aut præueniri à passionibus aliquando potuit) ira, &  
zelus sine vlla turbatione mentis inueniuntur.

### Zelus maxime gratus est Deo.

Exod. 34

**I**N Exodo legitur, quod cū descenderet S. Moyses de mōte Sy-  
nai ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio ser-  
monis Dei. Vbi secundū aliā trāslationē dicitur. Nō cognouit,  
quod cornuta esset facies sua, hoc est, nō attendebat quod ex fa-  
cie sua radij lucis procedebant, sicut illi, qui ex sole oriuntur. Et  
hi radij erant velut cornua, tēdebant enim in altū: quos quidem  
radios D. Paulus gloriā vultus eius appellat. Hic autē splendor  
procedebat ex cōmunicatione, quā per quadraginta dierū spa-  
tiū cum Deo solus habuerat. Bis S. Moysen cū Deo fuisse le-  
gimus, & vtrāq; vice per spatiū quadraginta diernū, y de la pri-  
mera vez no salio con resplandor en el rostro, sino de la segūda,  
ratio huius fuit quia ante quā prima vice in montē ascenderet, &  
cū Dño conuersaretur non se se obtulerat occasio, vt ex parte  
Dei ipse S. Moyses se ostēderet, sicut secūda vice ante quā ascē-  
deret se ostēdit, quando videlicet terribile illud supplicium in  
viginti tribus millibus hominū ipsos interficiendo propter ido-  
latriā, quā commiserant, exercuit. Pagole Dios este zelo, que  
tuuo de su honra cō darle tan altas reuelaciones de su diuina es-  
sencia, que aunque no la vio, fue tanto el cōtento, que de las co-  
sas reuelada tenia, que aquella gloria del alma redundaua en el  
cuerpo, y ansi salian del vnos resplandores que deslumbrauā a  
los que le querian mirar. Ex quo infertur, quam gratus sit Deo  
zelus suæ gloriæ, & honoris, siquidem illum tam insolito bene-  
ficio persoluit. O vtinam feruenti amore omnia, quæ ad serui-  
tium huius altissimi Dei spectant zelaremus, como por princi-  
pio de paga nos daria que resplandeciessemos entre nuestros  
proximos con singulares exemplos, y virtudes.

L A V S D E O,

# I N D E X E O R V M

Q V Æ I N H A C S V M-

ma continentur.

## L



Abores iustorum fi-  
cut à manu Dei pro-  
ueniunt ita ab ipso  
medentur. pagina. 3.  
tom. 2.

Labores iustorum quare Deus per-  
mittit pag. 5. tom. 2.

Labores iustorū quam continui sunt.  
pag. 9. tom. 2.

Labores iustorum quare sagittæ ap-  
pellantur. pag. 10. tom. 2.

Labores iustorum carceres nuncupā-  
tur. pag. 11. tom. 2.

Labores iustorum ex Dei amore pro-  
cedunt. pag. 12. tom. 2.

Labores iustorum correctio Dei ap-  
pellantur. pag. 14. tom. 2.

Labores peccatorum vt resipiscant à  
peccatis pag. 16. tom. 2.

Labores maximi peccatorum sunt  
captiuitates. pag. 19. tom. 2.

Laboribus multi peccatores non resi-  
piscunt. pag. 19. tom. 2.

Laborum vtilitas pag. 20. tom. 2.

Labores peccatorū & iustorum. pag.  
21. tom. 2.

Laborum similitudines. pag. 24. &  
25. tom. 2.

Labores & infirmitates. pag. 26. to. 2.

Lachrymæ animam mundant. pagi.  
28. tom. 2.

Lachrymæ secundum hominis natu-  
ram diiudicantur. pag. 29. tom. 2.

Lachrymæ desiderabiles sunt & po-  
stulantur pag. 30. tom. 2.

Lachrymæ laudabiliores sunt prop-  
ter aliena peccata pag. 33. tom. 2.

Laudes Dei quomodo exhibendæ  
sunt. pag. 35. tom. 2.

Laudes Dei quam necessariæ sint.  
pag. 37. ibi.

Laudes Dei continue exhibendæ  
sunt. pag. 38. ibi.

Ad laudes Dei omnes creaturæ nos  
inuitant. pag. 40. ibi.

Laudes Dei qua efficacia decantandæ  
sint. pag. 42. ibi.

Laudes Dei ob victoriam. pag. 43. ibi.

Laus humana quantū fugienda sit.  
pag. 45. tom. 2.

Laus humana odiosa est iustis. pagin.  
45. ibi.

Lectiois sacræ scripturæ vtilitates  
quam plurimæ explicantur à pa-  
gina. 47. vsque ad pag. 54. tom. 2.

Latitia iustorum pag. 55. tom. 2.

Liberalitas pag. 57. tom. 2.

Liberum arbitrium. pa. 59. tom. 2.

Lingua iniquorum instrumentū est  
dæmonis. pag. 60.

Lingua pessimi hominis gladius acu-  
tus est. pag. 61. tom. 2.

# I N D E X.

**L**oca sacra veneranda. pa. 63. tomi. 2

**L**udus. pag. 64. tomi. 2

**L**usores. pa. 65. ibi.

**L**uxuria nimis detestatur. p. 66. tom. 2

**L**uxuria tenax. pag. 68. ibi

**L**uxuria valde tyranna est. pagina. 70. ibi.

**L**uxuria via est ad perditionem certissima. pa. 71. ibi

**L**uxuria etiam viros fortes aliquando vincit. pa. 75. ibi

**L**uxuria vocatur omnis iniustitia. pa. 76. ibi

**L**uxuriosus. pa. 77. ibi

## M.

**M**agnanimitas. pa. 78. tomi. 2.

**M**aledici. pa. 80. tomi. 2

**M**alitia. pag. 80. tomi. 2

**M**ansuetudo desiderabilis pagina. 81. tomi. 2.

**M**ansuetudo quomodo in anima generatur. pa. 82. ibi

**M**ansuetudo quid sit. pa. 83. ibi

**M**ariae sacratissimæ laudes & multa notatu dignissima tractantur a pa. 86. vsq; ad pag. 90. tomi. 2

**M**ariæ sacratissimæ laudes & ad Nives. pa. 91. ibi

**M**ariæ sacratissimæ laudes siue conceptio. pa. 99. 4

**M**ariæ sacratissimæ immaculata conceptio singulares & efficacissimæ rationes eius habentur a pag. 100

vsque ad pag. 109.

**M**ariæ sacratissimæ Natiuitas. pagi.

110. tomi. 2.

**M**ariæ sacratissimæ visitatio. pagina.

115. tomi. 2.

**M**ariæ sanctissimæ expectatio. pag. 122. tomi. 2

**M**ariæ sanctissimæ assumptio. pagi. 125. tomi. 2

**M**ariæ sanctissimæ intercessio. pagi. 128. tomi. 2

**M**ariæ sanctissimæ virginitas. pagi. 131. tomi. 2

**M**artyrium & finis martyrij. pa. 132. tomi. 2.

**A**d martyrium inuitatio. pa. 133

**M**artyres Domini in tribulationibus, a Domino consolabantur. pa. 138. tomi. 2.

**M**artyrum tormenta versus Diaboli accendebatur vt debiles homines a suscipienda fide se abstinerent. pa. 139. ibi.

**M**artyrum quies in medio Passionum. 139

**M**artyrum diuersa genera & laudes eorum. pa. 140

**M**artyrum ex exemplis multi conuertebantur. pa. 141

**M**artyrum virtus in tormentis magis manifestabatur. pa. 14.

**M**artyres sunt coadiutores Domini nostri Iesu Christi. pa. 142.

**M**artyrum mors cum gaudio celebratur. pa. 145

**M**artyres grano frumenti in terra mortuo comparantur. pa. 146

**M**artyrū labores desiderabiles sunt. pagi. 147

**M**atthæi Apostoli laudes & confidèrationes quam plurimæ super Euangelium eiusdem Apostoli habent.

# I N D E X.

- habentur à pagina. 148. vsque ad  
pagi. 161. tomi. 2
- Matrimonium & eius qualitatis, mi-  
rabilesque sententiæ, quas de eo  
grauissimi doctores locuti sunt.  
pa. 162. tomi. 2
- Ad matrimonij pacem conseruan-  
dam quæ vxor obseruare tenetur  
docentur. pa. 162. & 165. ibi
- Quid amorem in matrimonio gene-  
rat. pa. 166.
- Gladius acutus, quo virum solet Dia-  
bolus aliquando occidere est per-  
uersa vxor. pa. 170. ibi
- Ad matrimonium requiritur amor.  
pag. 170. ibi
- Matrimonium requirit maximã cu-  
ram. pa. 172. ibi
- Matrimonium honorabile. pagina.  
173. ibi
- Matrimonium scala cæli: pagina. 173.  
ibi.
- Matrimonij fidelitas, pagina. 173.  
ibi.
- Meditatio rerum diuinarum & à quo  
oriatur, & quomodo conseruetur  
exponitur à pagina. 175. vsque ad  
pag. 179. tomi. 2
- Mendaces. pa. 180. tomi. 2
- Mercatores difficile exuuntur à ne-  
gligentia, pag. 181. tomi. 2
- Mercatores Balenæ comparantur.  
pa. 181. ibi
- Meritum, pag. 182. tomi. 2
- Meritum de congruo. pa. 183. ibi
- Meritum nostrum fundatur in diui-  
na misericordia. pa. 184. ibi
- Meritum nostrum fundatur in meri-  
tis Christi redemptoris nostri. pa.  
186. ibi.
- Meritum tantum hac vita acquiritur  
pa. 186, & 190. ibi
- Meritum cum diuino adiutorio ac-  
quiritur. pa. 188. ibi
- Meritum qualiter Deum obliget. pa.  
189. ibi
- Meritum in hac vita acquiritur. pa-  
gina. 190
- Meritum non apparet in hoc mun-  
do. pa. 193. tomi. 2
- Meritum, & satisfactio ea operibus  
iustis eliciuntur. pa. 194. ibi
- Meritum esse & gratiã quomodo cõ-  
patiuntur. 195. ibi
- Merita Iesu Christi redemptoris.  
nostri. pag. 196. ibi
- Merita amittuntur propter peccata.  
pa. 201. ibi
- Misericordia Dei maxime in omni-  
bus lucet. pag. 202. tomi. 2
- Misericordia Dei postulanda. pagi.  
203. ibi.
- Misericordia Dei laus. pa. 204. ibi
- Misericordix Dei proprietates. pag.  
205. ibi.
- De misericordia Dei sanctorum di-  
cta. pa. 208. ibi
- Misericordia Dei superexaltat iusti-  
tiam. pa. 209. ibi
- Misericordix Dei mirabiles effectus  
pag. 211. ibi
- Misericordia Iesu Christi redempto-  
ris nostri. pa. 217. ibi
- Misericordia hominis nimis commẽ-  
data. pa. 219. ibi.
- Misericordia hominis qua adiuua-  
tur,

# I N D E X.

- tur, pagina. 219. ibi.
- Modestia quid sit pag. 222. tom. 2
- Monachus nouitius, pag. 223. tom. 2
- Monachorum clausura. pagina. 225. ibi.
- Monachi gratitudo. p. 227. ibi.
- Monachi perseuerantia. pa. 228
- Monachi austeritas. pa. 230. ibi
- Monachus alios inuitet ad religionis statum. pa. 231. ibi
- Monachatus suscipiendus est cum deliberatione. pag. 233. ibi
- Exhortatio seu sermo ad recipiendum nouitium in religionem. pa. 234. ibi
- Prima pro monachi professione exhortatio. pag. 236. ibi
- Secunda pro monachi professione exhortatio pag. 239. ibi
- Tertia exhortatio. pro monachi professione. p. 242
- Quarta pro monachi professione exhortatio. pa. 244. ibi.
- Quinta pro monachi professione exhortatio. pag. 246. ibi
- Sexta pro alicuius nouitij professione exhortatio. pa. 249. ibi
- Septima pro alia professione exhortatio. pa. 251. ibi
- Exhortatio ad Monachos. de amore sui pa. 254. tom. 2
- Exhortatio cōtra prohibentes filios suos ne monachi fiant. pag. 257. tom. 2.
- Prima pro monialis velo exhortatio. pag. 259. ibi
- Secunda pro monialis velo exhortatio. pag. 265. ibi
- Tertia pro monialis velo exhortatio. pag. 272. ibi
- Omnia etiam quæ pro monachis poterunt ad moniales applicari.
- Mores quales non sunt imitandi. pa. 274. tom. 2
- Morum emendatio. pag. 274. ibi
- Mors silentium vocatur. pagina. 275. tom. 2.
- Mortis desiderium multis modis exponitur à pa. 279. vsque ad pag. 283. ibi
- Mortis præparatio. pa. 284
- Ad mortis præparationem exhortatio. pag. 286.
- Mors repentina. pa. 287
- Mortis memoria medicina singularis. pa. 290. ibi
- Mortis memoria humiliat cor. pagina. 291
- Mortuorum exequiæ. pa. 293
- Mors peccatorum abominabilis. pagina. 296.
- In morte alicuius principis concio. pag. 300
- Pro mortuis alia concio. pa. 308
- Pro plorantibus pro mortuis exhortatio. pa. 316
- In morte alicuius pro mæstis consolatio. pa. 317
- Alia mæstorum consolatio. pa. 320
- Mortis meditatio. pa. 321
- Mulier. pag. 323
- Mundi contemptus ex hedera Ionæ ostenditur. pa. 325
- Mundi contemptus ex nomine rerū mundi suadetur. pag. 326
- Mundi contemptus ex doctrina Beati Pauli

# I N D E X.

ti Pauli docetur. pagina. 330  
Mundi contemptus ex bonitate Dei  
admonetur. pag. 332  
Mundi contemptus sine peccatorum  
commendatur. pa. 333  
Ad Mundi contemptum fastidium  
quod res mundi generant nos inui-  
tat. pa. 336.  
Mundi cōtemptus à doctoribus lau-  
datur & medijs efficacissimis do-  
cetur à pag. 339. vsq; ad pag. 346

## N.

**N**atiuitatis vigilia. pa. 347  
Natiuitatis Domini & altissima  
eius mysteria singulareſque super  
euāgelij quæſtiones & solutiones  
tractatur à pa. 350. vsq; ad pa. 364  
Natiuitatis Domini fructus. pagi-  
na. 365.  
Natiuitatis Dñi sublimitas. pag. 372  
Natiuitatis Domini paupertas. pa-  
gina. 375  
Natiuitatis Domini manifestatio.  
pag. 376.  
Nobilitas generis quomodo laudabi-  
lis. pa. 380  
Nobilitas generis inuitat ad virtutis  
operationem. pag. 381  
Nobilitas generis sine virtute parum  
prodest. pa. 383

## O.

**O**bedientia mandatorum. p. 386.  
Obedientiæ mandatorum per-  
fectio. pag. 388  
Obedientiæ mandatorum Dei fru-  
ctus. pa. 390

Obedientiæ mandatorum efficacia.  
pag. 390  
Obedientia mandatorum sublimitas  
& altitudo. pag. 393  
Obedientiæ excellentia. pag. 395  
Obedientiæ integritas. pag. 396  
Obedientiæ adimpletio. pa. 397  
Obedientiæ consummatio pag. 399  
Obedientiæ mandatorum stimulus.  
pag. 400.  
Obedientiæ instigatio eadem pagin.  
Ad obedientiam mandatorum auxi-  
lium Dei necessarium. pa. 401  
Obedientia Christo Domino in qua  
tum homini est debita. pa. 402  
Obedientia Dominis temporalibus  
debita. pa. 405  
Ad obedientiam prouocatio. p. 406.  
Obedientiæ mandatorum Dei mo-  
dus pa. 407  
In obedientia Dei perseuerantia. pa-  
gina. 409  
Obedientia prælatorum. pa. 410  
Obedientiæ origo est humilitas. pagi-  
na. 411.  
Ad Dei obedientiam instructio. pa-  
gina. 413  
Obedientia Dei & prælatorum. pa-  
gina. 414  
Obedientia legis. pag. 419  
Obedientia legis Euangelicæ. pagi-  
na. 421  
Occasio peccatorum fugienda. pagi-  
na. 425  
Occasio malorum fugienda. pa. 427.  
Occasio malorum pessima. pa. 429  
Occasio malorum odibilis. pa. 430.  
Opera pag. 435

# INDEX.

**Opera bona** pag. 437.  
**Opera bona cum bona intentione facienda** pa. 438.  
**Opera facta ingrati** pa. 441.  
**Operatio virtutum** pa. 442.  
**Operatio bonorum in peccato** pa. 445.  
**Operum merces** pa. 446.  
**Operum ostentatio** pa. 447.  
**Oratio** pa. 448.  
**Orationis comites** pa. 453.  
**Orationis dispositio** pa. 457.  
**Orationis impetratio quare deffertur** pa. 458.  
**Orationis efficacia** pag. 460.  
**Orationis intentio** pa. 464.  
**Orationis perseverantia** pa. 465.  
**Orationis necessitas** pa. 467.  
**Orationis attentio** pag. 468.  
**Oratio multorum** pa. 470.  
**Oratio efficax sanctorum eadem** pa.  
**Oratio tempore tribulationis** pag. 472.  
**Ornatus corporis** pa. 474.  
**Otium honestum** pa. 477.  
**Otiositas quam fugienda sit** pa. 478.  
**Otiositas a sanctis doctoribus detestatur** pa. 481.

## P.

**Passio domini assidue pertractanda est** pa. 485.  
**Passio domini eximia fuit** pa. 486.  
**Passio domini nimis satisfactoria fuit** pa. 490.  
**Passio Domini plena ignominia fuit** pa. 493.

**Passio domini nimis ab ipso desiderata fuit** pa. 497.  
**Passionis domini admirabilis prophetia Abacuc** pag. 502.  
**Passionis domini admirabilis prophetia Isaia & textus explicatio** pa. 505.  
**Passionis consideratio** pag. 514.  
**De Passione domini quaestio singularis** pa. 516.  
**Passionis Christi Iesu fructus** p. 517.  
**Passio domini Iudaeis scandalum** pa. 520.  
**Passionis textus alia explanatio** pa. 521.  
**Passionis fructus maximus** pa. 523.  
**Parentes honorandi sunt** pa. 527.  
**Patientia Christi Iesu** pa. 527.  
**Patientia** pa. 529.  
**Ad Patientiam conducentia** pa. 531.  
**Patientiae exemplum** pa. 532.  
**Patientia commendatur a sanctis** pa. 534.  
**Patientiae perfectio** pa. 536.  
**Patientia signum est praedestinationis** pag. 537.  
**Patientiae materia** pa. 538.  
**Patientia unde roboratur** pag. 540.  
**Patientiae singulare exemplum** pag. 541.  
**Patientia in laboribus** pag. 542.  
**Patientia & labores vestrorum a pag. 543. vsque ad paginam 549.**  
**Patientia est animae purgatorium** p. 550.  
**Pauli conuersio** pag. 557.  
**Pro sancto Philippo** pag. 563.  
**Paupertas** pag. 573.  
**Paupertas voluntaria** pag. 578.

# INDEX

- Paupertas spiritus pa. 583  
 De paupertate quaestio pag. 585  
 Pax pa. 587.  
 Pax interior siue spiritualis pa. 590.  
 & pag. 599.  
 Pax commendatur à sanctis pa. 592  
 Pax sequenda est pa. 593.  
 Pacis singularis figura pa. 597  
 Pax maxime requisita inter princi-  
 pes ecclesie ecclesiasticos & secula-  
 res pa. 599.  
 Peccator. pa. 601.  
 Peccator contrarius iusto pa. 602  
 Peccator quis magis odibilis pagina  
 603.  
 Peccatoris mutabilitas pa. 604.  
 Peccator verecundus pa. 605  
 Peccatoris impetus pa. 608  
 Peccatoris cæcitas pag. 608  
 Peccatoris audacia pa. 609  
 Peccatorum contumacia pag. 610.  
 Peccatoris insensibilitas pa. 612  
 Peccatoris gaudij breuitas pagina  
 613.  
 Peccatoris infelicitas pa. 614  
 Peccator cæcus est pa. 615  
 Peccator obstinatus pa. 617  
 Peccatoris pæna a pagina 618 vsque  
 ad paginam 621.  
 Peccati pænæ maxima ponderatio  
 pa. 622.  
 Peccati pœna maxima pa. 624  
 Peccatoris pæna iustus liberatur pa.  
 626.  
 In peccatoris pœna cognoscitur Deus  
 pa. 627.  
 Peccatores puniuntur in rebus dile-  
 ctis pa. 628.  
 Peccatorum pœna inaudita pagina  
 629.  
 Peccatorum pœna quare dicitur mag-  
 na pag. 630.  
 Peccatum pa. 633  
 Peccatum inuadat in terra pagina.  
 635.  
 Peccatum contrarium est virtuti pa.  
 637.  
 Peccatum est infamator eius qui il-  
 lud commisit pa. 639.  
 Peccati grauitas pa. 639.  
 Peccatū malitiæ pa. 640.  
 Ad peccatum requiritur consensus  
 pa. 640  
 Peccatum nimis fugiendum pagina  
 643.  
 Peccati causa pa. 644.  
 De peccato doctores admirabiles pro-  
 serunt sententias pag. 644  
 Peccati cæcitas pa. 649.  
 Peccati initium pa. 651  
 Peccatum originale pa. 652.  
 Peccatum veniale pa. 653  
 Peccati venialis grauitas pa. 653.  
 Peccatum veniale à beato Augusti-  
 no exaggeratur pa. 654  
 Peccatum veniale quam fugiendum  
 sit pa. 655.  
 Pœnitentia pa. 657.  
 Pœnitentia singularis est dispositio  
 ad dona spiritus sancti recipienda  
 pa. 659.  
 Pœnitentia animæ est reparatio & ab-  
 lutio pa. 660.  
 Ad pœnitentiã multa nos mouet p. 662  
 Ad pœnitentiam consilium pa. 662.  
 Ad pœnitentiã peccatorum memori-  
 necesse.

# I N D E X.

- necessaria est. pagina.664.
- P**ænitentia à sacris doctoribus commendatur. pa.665
- P**ænitentia quam primum est facienda. pa.667
- P**eregrinatio ad loca sacra. pa.669
- P**eregrinatio sanctorum. pa.671
- P**erseuerantia in virtute. pa.676
- P**erseuerantia in paucis reperitur. pa.676
- P**erseuerantię defectus horribile exemplum. pa.678. ibi
- P**erseuerantię causa. pa.679. ibi
- P**erseuerantia in quolibet bono exercitio requiritur. pa.680
- P**erseuerantia iustorum in laboribus nimis preciosa est. pa.681
- P**erseuerantia postulanda est à Deo. pag.682
- P**erseuerantia fons est perfectionis. pa.683.
- P**erseuerantia à sacris doctoribus commendatur. pa.684
- P**erseuerantia in prosperitate periclitatur. pa.686
- D**e perseuerantia grauis quæstio. pagina.687
- A**d perseuerantiam exhortatio. pagina.689.
- P**erseuerantia quam necessaria sit ostenditur. pa.692
- P**erseuerantię defectus ex obliuione benefactorum oritur. pa.696.
- P**erseuerantię defectus ex timore laborum oritur. pa.697
- P**etri Apostoli laudes. pa.680
- P**ietas & beneficia. pa.709
- P**otentes tyranni. pa.710
- P**otentes tyranni quomodo in hac vita puniuntur. pa.713
- P**otentes Domini & tyranni ex bonis receptis sumunt occasionem superbiendi. pa.717
- P**otentes Domini & tyranni tribus præsertim vitijs immergi sunt. pagina.719
- P**otentes Dominos decet clementia præditos esse. pa.720
- P**otentes Domini in duobus præcipue exercere se debent. pa.723
- P**otentes Dominos decet humilitas. pa.725
- P**otentes tyrannos potenter confringit Dominus. pa.726
- P**rædestinationis & reprobationis differentia. pa.729
- P**rædestinatio licet infallibilis, necessitatem non imponit. pa.732
- P**rædestinatio quid sit. pa.733.
- P**rædestinationis & reprobationis signa. pa.734
- P**rædestinatio non præsupponit merita. pa.734
- P**rædicator. pa.735
- P**rælatus & concionator. pa.736
- P**rælatus & concionator iustus & misericors. pa.738.
- P**rælati humilitas sanctitas & cura. pag.738
- P**rælatus & duces oportet esse strenuos. pa.740
- P**rælati vigilantia. pa.741
- P**rælatos oportet esse bonos. pagina.742.
- P**rælati & magistri senes eligendi sunt. pa.743.

# I N D E X.

- Difficile opus & onus prælatorum.  
pag. 744
- Prælati & sacerdotes mediatores sunt  
ad eum. pag. 746
- Prælati ad misericordiam magis quàm  
ad rigorem proclivi esse debent. pa-  
gina. 748
- Prælatus maximum pondus super  
se sumit. pag. 754
- Notabilis concio pro prælati & pro  
Euangelio vos estis sal terra. pagi-  
na. 755
- Pro prælati concio & maxime pro  
Beato Augustino. p. 760
- Pro prælatorum residentia. pagina.  
766
- Promissa Dei quomodo ad imple-  
tur. 767
- Promissa Dei quomodo intelligun-  
tur. pag. 768
- Protectio Dei pag. 769
- Providentia Dei. pag. 773
- Prudentia. pag. 776
- Purgatorium. pag. 777
- Purgatorij ignis qualis est. pag. 779
- Purgatorij locus. necessario dandus  
est. pag. 782
- Purgatorij pæna maior est omni hu-  
ius seculi pæna. pag. 785
- R.**
- R**enunciatio. pagina. 781
- R**eligio. pag. 789
- Resurrectio Domini. pa. 790
- Resurrectionis nostræ ipse unde cõ-  
surgat. pag. 792
- Quare Christus Iesus dicatur resurre-  
ctio. pag. 793
- Resurrectio Domini à prophetis præ-  
dicta fuit. pag. 694
- Quæstio difficilis de numero trium  
dierum. pag. 795
- Resurrectio Domini Natiuitas voca-  
tur. pag. 796
- Resurrectionis nostræ signa, pagin.  
798 & pa. 804
- Resurrectionis Domini mysterium  
difficillimum fuit creditu. p. 798
- Resurrectionis Domini, & mortuo-  
rum concio pag. 801
- De resurrectione Domini cognitio,  
pag. 803
- Resurrectio mortuorum. pag. 806
- Rex, & princeps cum sole comparā-  
tur. pag. 811
- Rex & princeps quales esse debent.  
pag. 812
- Rex & princeps Christiani ne imita-  
tores gentilium sint, sed Iesu Chri-  
sti pag. 813
- Mira doctores de regibus & principibus  
dicunt. pag. 815
- Rex & princeps rectitudine prædi-  
ti esse debent. pag. 817
- Regis clementia. pag. 818
- S.**
- S**acerdos. pagina. 819
- S**modus seruandus quando nouus  
sacerdos primam missam celebrat.  
pagina. 819
- Sermo coram synodo sacerdotali ha-  
bendus. pa. 820
- Sacerdos honorandus est. pag. 833
- Sacer-

# INDEX.

- Sacerdotis artificium pag. 834.  
 Sacerdotis cura pag. 834.  
 Sacerdotis prauitas non destruit.  
 Sacramenti virtutem pag. 835.  
 Sacerdotis dignitas pag. 837.  
 Sacerdotis exercitia pag. 837.  
 Sacerdos distributor est diuitiarum  
 dei pag. 838.  
 Sacerdos semper deum in memoria  
 habere debet pag. 839.  
 Sacerdotis instrumenta sunt libri pa.  
 841.  
 Sanctus pag. 842.  
 Sanctus raro inuenitur pag. 844.  
 Sanctorum labores pa. 846.  
 Sanctus mirabile opus dei est p. 846.  
 Sanctorum exempla pa. 849.  
 Sanctorum omnium conuicio pa. 850.  
 Ad Sanctum aliquem laudandum op  
 tima consideratio pa. 854.  
 Sapientis modestia pag. 855.  
 Sapientis finis pa. 856.  
 Sapiens quis vere dicatur pag. 857.  
 Sapientis industria pag. 859.  
 Sapientiae anima est virtus pa. 859.  
 Sapientia non sine labore acquiritur  
 pag. 861.  
 Sapiens qualiter in disputationibus  
 se gerere debet pa. 861. & retro pa.  
 855.  
 Sapiens qualiter sapientia uti debet  
 pa. 862.  
 Sapientium humilitas pa. 865.  
 Sapientia mater est patientiae pa. 867.  
 Sapientiae mater est humilitas pag.  
 867.  
 Scandalum pag. 868.  
 Scriptura sacra pa. 869.  
 Sebastianus martyr pa. 871.  
 Senectus vituperabilis & pernicio  
 sa in peccatoribus pa. 873.  
 Senectus venerabilis & utilis si virtu  
 te sit praedita pa. 874.  
 Senectus beneficium dei est pa. 875.  
 Senectus est nuntius dei pa. 876.  
 Sequela Christi domini pag. 877.  
 Sequela Christi N. R. conuicio oportet  
 quod sit pa. 879.  
 Sequela Christi cuius adiutorio fit  
 pa. 881.  
 Sequela Christi in obedientia confi  
 sit pa. 882.  
 Sequela Christi excellentia pa. 884.  
 Sequela Christi eius virtute exerce  
 tur pag. 885.  
 sequela Christi quomodo ab apo  
 stolis operata fuit pa. 887.  
 Silentium maxime laudatur pagina  
 890.  
 Silentij modus pag. 891.  
 Silentium signum sapientiae pagina  
 892.  
 Simplicitas & sinceritas christiana  
 in quo consistit pag. 893.  
 Sollicitudo sancta pag. 895.  
 Societas pag. 890.  
 Spes quibus ornari debet pag. 897.  
 Spes optima consideratione fulcitur  
 pag. 899.  
 Modus quo consequatur quod homo  
 Christianus speret pag. 900.  
 Spes impij pa. 904.  
 Spei fundamentum pag. 906.  
 Spes mater est patientiae pa. 906.  
 Spes

# INDEX.

Spes quibus confortanda est pagina  
907.

Spes a sanctis doctoribus maxime  
commendatur pa. 908.

Spes vana siue praesumptio pagina  
910.

Spiritus sancti fructus pa. 913.

Spiritus sancti die promulgata fuit  
lex euangelica & multa mirabilia  
operata pa. 914.

Spiritus sancti mirabiles effectus pa  
gina. 917.

Spiritus sancti sermo super epistolam  
pag. 919.

Spiritus sancti alij effectus pagina  
925.

Spiritus sancti dona pa. 927.

Spiritus Sanctus quid operatus fue  
rit in cordibus Iudaeorum pagina  
929.

Spiritus sanctus sacros apostolos dis  
posuit pa. 932.

Superbi cur vocantur stulti pa. 933.

Superbi ingrati sunt pag. 934.

Superbia mater est peccatorum pa.  
936.

Superbi cui comparantur pa. 938.

Superbia quid sit pa. 940.

Superbia mater est inuidiae pagina  
491

## T.

Tentatio deo permittente accidit pa  
gina 941.

Tentatio non compellit hominem  
pa. 945.

Tentatio necessaria est pa. 946.

Tentatio timenda pag. 947.

Tentatio omnes affligit pa. 950.

Tentatoris astutia pag. 951.

Tentatio expectanda est a iusto cum  
timore & fiducia pag. 952.

Tepiditas mentis fugienda pagina  
954.

Timor domini admirabiles fructus  
producit pag. 600.

Timor domini radix est sapientiae  
pa. 961.

Timor Domini qualis esse debet pa  
gina 962.

Timor domini desiderabilis pagina  
962.

Timor domini maximas in anima  
iusti radices emittit pa. 964.

Timor domini multiplex est pagina  
966.

Timor seruilis pa. 969.

Tranquillitas mentis pag. 969.

Transfiguratio domini pag. 971.

Tribulatio pa. 980.

## V:

Verbū dei aquo contrariatur pa. 980.

Verbum dei efficax pag. 981.

Verbum dei mirabiles producit effe  
ctus pag. 982.

Verecundia quid sit pa. 984.

Verecundia utilis est anime pagina  
984.

Verecundia sigillum est virginittatis  
pag. 985.

Veritas diligenda est pagina 985.

Veritas est multiplex pagina  
986.

# I N D E X.

- Veritatis raritas. pag. 987  
 Veritas odiosa. pag. 987  
 Veritatis necessitas. pag. 988  
 Vigilia maxime necessaria. pag. 991  
 Vigiliæ defectus multa malâ produ-  
 cit pag. 993  
 Vigiliæ admonitio. pag. 994  
 Vigiliæ significatio. pag. 996  
 Virginitas quid sit. pag. 997  
 Virginitatis pretium pag. 997  
 Virginitas à Beato Paulo, commen-  
 datur. pag. 999  
 Virginitas à Christo Domino com-  
 mendatur. pag. 1003  
 Virginitatis præmium. pag. 1006  
 Virginitas Dei donum est. pag. 1010  
 Virginitatis votû licitum & sanctû  
 est. pa. 1014  
 Virginitatis perseverantia. pag. 1017  
 Virtus diversos habet gradus. pa. 1018  
 Virtutis efficacia. pag. 1019  
 Virtus indumentum est animæ. pa-  
 gina. 1022  
 Virtutis meritum. pag. 1023  
 Virtutis præmium. pag. 1023  
 Virtus discretionis. pag. 1024  
 Virtutis profectio. pag. 1025.  
 Vita humana militia est super terrâ  
 pag. 1026  
 Vitæ brevitatis. pag. 1030  
 Vitæ cursus. pag. 1032.  
 Vitæ fugacitas. pag. 1034  
 Vitæ consummatio. pa. 1035  
 Vitæ brevitatis, & miseria, pa. 1036  
 Vita humana rebus cito finibilibus  
 comparatur. pa. 1036  
 Vitæ brevitatis iterum comparatur.  
 pag. 1038.  
 Vitæ humane inquietudo. pa. 1038.  
 A vitæ brevitatis utilitas elicienda est.  
 pag. 1039  
 Vocatio Dei quare multoties frustra  
 tur. pag. 1040  
 Vocatio Dei semper est necessaria.  
 pagin. 1044  
 Vocationis Dei fructus & utilitas,  
 pagin. 1048  
 Vocatio Dei non semel sed multo-  
 ties repetitur, pag. 1049  
 Vocatio Dei est gratia præueniens,  
 pag. 1050  
 Vocatio Dei gratuita, pag. 1051  
 Vocatio Dei ad sui cognitionem &  
 amorem, pa. 1052  
 Voluptas, pag. 1054  
 Omnia quæ habentur in titulo, Deli-  
 ciæ mundi sub litera. D. huic mate-  
 riæ deseruiunt. Tomo. 1  
 Vsuræ. pag. 1054  
 Vfus & abusus rerum, pag. 1057  
 Vxor, pag. 1057  
 Zelus, pagina. 1058  
 Zelus maxime gratus est Deo pagi-  
 na. 1060

## F I N I S.